I

A. V. i. D.

Ad Usum Fratrum Generalis Bullarium hoc Pater N. Vicarius Generalis Fr. Josephus a S.to Bar. Valonga mandavit Collocari in hoc Archivo.

Fr. Michael Raymundus a Divo Josepho Secr. Generalis idem facit


BULLARIUM
CÆLESTIS AC REGALIS
Ordinis B.ᵐᵉ M.ᵉ de MERCEDE
Redemp. Captivorum.
PER ILL.ᵐᵘᵐ AC REV.ᵐᵘᵐ
D. D. FR. JOSEPHUM LINÀS
Archiepiscopum Tarraconen.
Hispaniarum Primatem, ex eodem Ordine, assumptum, compilatum, & in lucem editum.
Cum insertione quamplurium, quæ sequens pagina indicat.

BVLLARIVM

COELESTIS, AC REGALIS ORDINIS
B. MARIÆ VIRGINIS DE MERCEDE
REDEMPTIONIS CAPTIVORVM,

SIMVL ET CARDINALIVM,
ANTISTITVMQVE, ET QVAMPLVRIVM
VIRORVM IPSIVS RELIGIONIS, QVOS IPSA PONTIFICIA
DIPLOMATA PASSIM CONCERNVNT, INTERCALARI CALAMO
ADNOTATA OBITER COMMENDATIO.

DVPLICI INDICE:
PRIMO PONTIFICVM, ET AB EIS INDVLTORVM;
ALTERO:
RERVM, ET VERBORVM COPIOSISSIMO ILLVSTRATVM;

OPVS
ILLVSTRISSIMI, ET REVERENDISSIMI DOMINI
D. FR. IOSEPHI LINAS
EX EODEM ORDINE, ARCHIEPISCOPI
TARRACONEN. HISPANIARVM PRIMATIS ASSVMPTI,
REGIIQVE CONSILIARII, &c. STVDIO, ZELO, LABORE,
ET EXPENSIS COMPILATVM, ET IN LVCEM EDITVM.

CVI ACCESSIT,
CATHALOGVS MAGISTRORVM
GENERALIVM, CVM MARTYRVM, REDEMPTIONVM,
REDEMPTORVM, ET PRIVILEGIORVM A REGIBVS, ET PRINCIPIBVS
EIDEM ORDINI INDVLTORVM BREVIATA, ETSI ACCVRATA
MEMORIA.

A PATRE PRÆSENTATO
FR. ANTONIO BERNAL DEL CORRAL
IPSIVS ORDINIS, TARRACONEN. DIOECESIS SYNODALI
EXAMINATORE, ET EIVSDEM ILLVSTRISSIMI POENITENTIARIO,
OLIM IN CÆSARAVGVSTANO COLLEGIO RECTORE
CONCINNATA.

BARCINONE:

Ex Typographia RAPHAËLIS FIGVERÓ, in Vico Cossipinariorum.
Anno Dñi M.DC.XCVI.
SVPERIORVM PERMISSV.

D. Fr. IOSEPHVS LINÀS,

DEI, ET APOSTOLICÆ SEDIS Gratia ex Cœlesti, ac Reg. Ordine Beatæ MARIÆ de Mercede Redemptionis Captivorum Archiepiscopus Tarraconen. assumptus, Hispaniarum Primas, Regiusque Consiliarius, &c. Eiusdem Ordinis RR. Mag. Generali, & Fratribus salutem precatur, & fœlicitatem æternam.

INTER immensa Divinæ largitatis beneficia, quibus tenuitatem meam immeritam cumulavit Altissimus, illud in primis, dilectissimi Patres, potissima recolo gratitudine, quod à terrenis sæculi inquinamentis extractum, vocaverit me in partem sortis Sanctorum, vt vestra consodalis militia hinc inde exempla virtutũ vestris ex moribus abũdè susciperem; sacræque gestiens Deiparæ associari familiæ, in Castris vitæ sanctioris arriperem tyrocinium: quod, etsi, animi tẽpore, charitatis incremento (erubens profiteor) vacuum, tot illustrium vndequaque virorum contubernio iucundum. Hinc tantæ Matris filiatione potitus, honoribus vltra meritum cumulatus, ea omnia tantæ Religionis trascurri munia, munera obivi, quibus succumbere potius suffussus, quam incumbere merito pertimescerem. Attamen oneri intentus, qui honore devinctus, ea animo meo revolvere incepi, per quæ tantæ Matris gloria latius, longeque splendesceret. Et quoniam, sapientis eloquio, gloria Matris filius est sapiens, evolvens monimenta Priorum, in id potissimè residuum temporis, quod ab officiorum curis excideret, insumere statui, quo Illustrium Virorum Sacri nostri Redemptorum cœtus memoria, etsi levi calamo refloresceret; atque mercedem, qua Sedes Apostolica Mercenarijs suis in vinea Domini Sabaoth strenue laborantibus, per Bullas, Privilegia, & rescripta respondet, in apertum deducerem. Regiaque indulta sub appendice enuclearem. Idcircò ex quo Romam, munus Vicarij,

¶ 2 &

& Procuratoris Generalis subiturus adivi, nulli peperci impensa, aut labori quousque hac omnia Pontificia diplomata in unum congessi, in quais proculdubio plurima non parvi momenti, qua nostri Collectoris praterierunt manus, antiqua numerantur.

Sed quoniam á san. mem. Vrbano VIII. in cuius Pontificatus initio prafatus Collector suum, nostrumque absolvit Bullarium, ad hac usque tempora ampliora, & potissima nobis à Sancta Sede sunt munera indulta, propterea perutile, ac necessarium duxi, nova, & antiqua proferens, ea omnia in unum colligere; & ne illorum memoria posteros Religionis prateréat, Typis mandare: ut maiorum nostrorum semitis inharendo, quorum facinoribus, atque pro Dei Ecclesia indefessis laboribus, de ipsius therauro tot, tantaque sunt collata subsidia, spe mercedis in dies magis, ac magis, ad insudandum virtutibus excitentur, ut nova Ecclesia quotidie impendentes obsequia, novis itidem favoribus cumulentur.

Quoniam autem ad tuendum iura nostra, nobis per hac indulta collatata, originalia, & authentica transumpta in Curijs subministrare quotidie opus habemus, ne locus ubi custodiuntur lateat, ad calcem cuiusvis Bulla, aut indulti locus ipse, in quo originale servatur, notandum iudicavi. Item, ut in promptu sint ea, qua continentur in Bullarum serie, notis marginalibus indicantur, adiecta aliquorum virorum, qui in ipsis diplomatibus memorantur, aliquali mentione.

Tametsi primarius huius operis, ac potissimus scopus sit Bullarum collectio, non incongruè ei annectenda iudicavi, qua in aliquo causarum genere ipsis concernunt. Concernunt primo impetrantes, quorum primatum tenent Magistri Generales: Idcirco Cathalogum ipsorum annexui, obiter illorum memoriam recolens, qui cura infatigabili, ut filios enutriant, è visceribus Matris Ecclesia tot gratiarum rivulos decurrere satagunt. Nec minori laude dignos Redemptores, eorum Redemptiones, labores, pericula, & mortis discrimina in medium prodire sensi; etenim privilegia nostra huius pracelsa charitatis remunerativa censentur. Martyres item, quos Religio parturijt, quorum sanguine ager irriguus Ecclesia, tot calo reddidit fructus, meritum sibi in hoc volumine vendicant locum, in quo plurium laurea Apostolico per inserta decreta firmantur testimonio. Insuper Procuratores Generales in Vrbe, qui indefessis, maximisque, pro his consequendis gratijs, laboribus exhaustis (experto credite) plurimum insudarunt, propriùs huic operi spectantes describuntur. Cardinalium insuper, & Antistitum, qui è Religione nostra ad Ecclesia Candelabrum translati sunt, Cathalogus potissimè huic accedit operi, qui à Sede Apostolica Pontificio Diplomate constituti, & creati recensentur: & ideò per temporum successionem quilibet ei Pontificatui respondens inscribitur, in quo creatus esse

dignos-

dignoſcitur. Omnia tamen ſub Appendice, eo potiſsimum fine, vt ſi Annalium Religionis contextura diutius immoretur, poſteros omninò priorum memoria non lateat: & ea, quæ donante Domino, æterna memoriâ digna comparati ſunt noſtri, aliquali luce Populo Chriſtiano inſinuentur, quo Inſtituti noſtri, è ſinu Dei genitricis exorti, laus ſalubriter à Fidelibus recolatur in terris, quod tot virtutum incrementis Beatorum gaudia cumulavit in Cœlis. Plurium item Virorum memoria recolitur, qui in ipſis Bullis quandoque memorantur. Alios autem pleroſque, tùm ſanctitudine, tùm doctrina præſtantiſsimos Heroes à præfatis muneribus abeuntes, ſilentio præterij, eo quia non Chronologiam, ſed Bullarum potiſsimè collectionem, & obiter eas concernentium aliqualem expoſitionem gerendam ſuſcepi: interim expectatione conquieſcens, quod Zelans Religionis ſolicitudo tantorum Virorum monimenta non feret in oblivionem abire, ſed quam citius Hiſtoriographo editionem generalis Chronologiæ iniunget, cuius deſiderio ſatis, ſuperque, etſi ſupervacue, inſudavi, qui, ingruentibus tempore mei regiminis alijs rerum gerendarum implicamentis, omninò cedere compulſus ſum.

Hoc tantillum igitur, gratigeri amoris index, opus ſuſcipito, quod etſi rudi contextum calamo, argumenti tamen magnitudine non modicum: nec par votis meis pro tanta Religionis honore, quæ in Eccleſia Paradiſo plantata, Virginis Matris ſolicitudine irrigua, tot à Deo ſuſcepit incrementa, vt Patriarcharum arbuſtis procera, Martyrum floribus venuſta, Confeſſorum ſanctitudine præſtans, Doctorum laurea eminens, Virginum lilijs fragrans, atque omnigenæ virtutis ſerie, charitatis, qua nulla maior, thaſera nobilitata congaudens, inter omnes Eccleſiæ cætus mira aſſurgit proceritate. Huius igitur amore gloriæ, ei, quæ me Cœlo genuit Matri comparatæ, inter tot negotiorum curas, tùm Religioni, tùm Eccleſiæ meæ Præpoſitus nullum prætermiſsi officij genus, quo priorum egregia facta veridico callerem teſtimonio. Fateor plurima adeò obſcurè mihi tradita, vt eà inſerere non auſim; quinimò & alia, quæ tempus, & incuria ſepelierunt non mediocri mœrore prætereo.

En Religio Sacra Parentum, Fratrum, filiorumque tuorum virtutes, & labores, in agro impenſos Militantis Eccleſiæ: En & Mercedem de theſaurophilatio ipſius ita tibi abundè redditam, vt nulli inferior Ordini, quinimò cuilibet, gratiarum exuberantia, præcellens meritò glorieris, quæ maioris dilectionis ſignaculo expreſſa, Redemptoris noſtri charitatem æmulatura ortum è Cœli culmine vendicaſti; Divæque Matris reſpondens opificio, ipſius gaudium adauges, vt pro tui lata partus concinat dicens: Ego Mater pulchræ dilectionis, &c. *Ab hoc ergo puriſsimo fonte tot rivulorum puritas emanavit, quæ favente tot ſanctitudine prodiere Viri, tot Martyrum comparatæ ſunt*

laurea, tot Doctorum inundarunt eloquia, tot Virginum exaltata sunt lilia: vt non incongruè pro te hisce ditata donis effatum sentiam Merces tua magna nimis.

Hoc vnum, Reverendissimi Patres, oro, atque in visceribus Iesu Christi obsecro, vt mei, quem vobis fraterna charitas institutũque insolubiliter devinxit, apud Deum memores, vestris orationibus curas leniatis, quibus ex debito Pastoralis officij pressus, pusillitatis meæ timore deterreor. Magna mihi fiducia apud vos, vt vestræ charitatis subsidio non caream, qui Magni Chrysostomi monita passim percurritis, ita docentis: Hæc audiant & Monachi, qui montium occuparunt cacumina, quique modis omnibus se ipsos mundo crucifixerunt, quo pro viribus Ecclesiarum Præfectos adiuvent, horumque curas leniant precibus, concordia, charitate. *Vicissim equidem eadem vobis rependo, vestri quotidie memoriam faciens, quo vndequaque devinctos vos mihi exoptem. Faxit Deus vt omnes maiorũ nostrorum vestigia, in hoc Volumine expressa, insequendo, eorum in Cœlis societate potiamur.* Valete.

CENSVRA

CENSVRA RR. P. FRANCISCI BADIA, in Barchinonensi Societatis Iesu Collegio Vespertini Theologiæ Ex-Cathedrarij, olim Gerundensis, & Tarraconensis Probationis Domus Rectoris, & earumdem Diœcesum Synodalis Examinatoris.

IVSSV Admodum Illustris D.D. Michaëlis Ioannis de Tavetner & Rubí, Canonici pariter, & Archidiaconi Maioris Sanctæ Metropolitanæ Ecclesiæ Tarraconensis, Regij Consiliarij, & in Supremo Principatus Cathaloniæ Senatu Cancellarij, vidi Librum, cui titulus est: *Cathalogus Bullarum á Summis Pontificibus, tùm à Sanctę Sedis à Latere Legatis, & Cardinalibus, tùm etiam à Sacris Congregationibus, Regali, ac Militari Ordini Beatissimæ Virginis MARIÆ de Mercede Redemptionis Captivorum, á Gregorio IX. ad SS. Innocentium XII. concessarum; Necnon Cathalogus Magistrorum Generalium: simul & Redemptionum, Redemptorum, Martyrum, & Regalium Privilegiorum Cœlestis, ac Regalis Ordinis B. Virginis MARIÆ de Mercede per illorum régimina distributa memoria.* Opus est Cedro dignissimum, quòd nec edax livor corroserit, nec malevolus ardor vstulaverit, nec longior annositas consumpserit. Nullam huiusce Voluminis iconem magis graphicam iovenire licuit, quam antiquum illum (cuius meminit Pierius Valerianus) insignem planè librum, inter Imperatoria Theodosij Principis monumenta memorabilem. In supremo libri fastigio eminebat humanum caput, quod ambabus vlois sustulciebant gemini, aut gemelli quidam Genij: & pro cronide capitis ea effulgebat inscriptio: *DIVINA PROVIDENTIA.* Quis ibit inficias, hunc nostrum Authorem Ordioi suo cœlitus esse datum; vt Divina Providentia, quæ in se ipsá, & suo velut primario munere ad futura protenditur, in hoc Authore ad retroacta etiam sæcula converteretur.

Lib. 32.

Nemo item mirabitur, cordatissimum Authoris caput suffultum iri per geminum Genium, seu geminatum potius ingenium; neque enim vnica intelligentia, quamvis cœlorum voluminibus superstir, huic tanto Volumini sufficeret (*a*) duplicem sibi spiritum discupiverat Elisæus, & duplicem sibi mentem sortitus est noster Authot. Propterea in præseoti Volumine iam Historiographum antiquitatis indagatorem certissimum, iam Canonici Iuris Dynastam agit; modò clarissimum Oratorem, Heroumque suorum Encomiasten, modò pontificiorum diplomatum compilatorem pariter, & congratulatorem præfesert. Omnia sunt in eo Duplicia; verborum flos, & fœtus senteutiarum; iudicij libra, & lioia intelligentiæ; Theologiæ gravitas, & amœnitas Historiarum; domesticorum decus, & laus exterorum. Omnia sunt in eo duplicia, vt duplicatum gloriæ lucrum reportet. Vna veritas simplex est. Hæc enim, quá nihil apud Historicos esse debuit antiquius, fucum nescir, pigmentum omne, ne dicam figmentum exuit; Nam veritas oon nisi nativo cultu, suáque ingenita pulchritudioe sinceris legentium oculis blanditur.

(*a*) 4. Regum ca. 2. v. 10.

Redeo iam ad annalem Theodosij librum: cuius in extremis quatuor angulis, aut vmbilicis insignia fuerunt sculpta nomina: In ptimo *VIRTVS.* In secundo *SCIENTIA.* In tertio *AVTHORITAS.* In quarto *FOELICITAS*, aureis planè characteribus cernebantur. Ecce potissimam huius Voluminis Epigraphen: In illo etenim *VIRTVS* fulminat, *SCIENTIA* fulgurat, *AVTHORITAS* intonat, *FOELICITAS* in cœlum attollitur. Quatuor istis cardinibus, non secus, ac mobile cœlum, vertitur hoc nobile Volumen: Nam in Occidente scintillat *VIRTVS*, quæ suum in morte bravium assequitur; In Oriente irradiat *SCIENTIA*, quæ splēdorum fons est; In Seprentrione assurgit *AVTHORITAS*, quę in polo veluti in puppi cœlorum clavum regit, & movet; In Meridie cooquiescit *FOELICITAS*, quæ in Meridiano Zodiaco duodena signa, quodammodo fortunæ hominum prognostica, complectitur. En tibi Sacrum Mercedis Ordinem, veluti supremum cœlum, stellatis quidem characteribus in hoc descriptum Volumine.

In huius primo angulo *VIRTVS* assidet, in eo enim recensentur plures Indigetes, quorum sanctitas Omnipotentiam, sed vicissim Omnipotentia sanctitatem propalaverat: Nam (*b*) miracula pariter, ac virtutes habent linguam suam. Quis etenim non suspiciat in cœlos assumptam (*c*) *Turbam* huius Ordinis *magnam, quam*

(*b*) S. Cyprią. de Dupli. Martyr.

(*c*) Apoc. cap. 7 v. 9.

dinu-

dinumerare nemo poterat. Sed ab hoc Authore quodammodo iam numeratam. In eo Cœlitum choro Ioannes viderat omnes *amictos stolis albis.* Quę peculiarissima est huiusce Ordinis tessera. O verè cœlestes homines, quibus in hac peregrinatione ille induitur habitus, quem non nisi in Patria reliqui mortales investiunt! Nec mirum quòd Ecclesia militans innumeros huius Ordinis Viros in cœlitum albo conscripserit; quippe iam olim Ecclesia triumphans Angelos ipsos, quin etiam Angelorum Reginam, vt suum huic Ordini nomen darent, in primævo suæ fundationis tyrocinio remisisse fertur. Cœlum descenderat in hunc Ordinem, vt hic Ordo in Cœlum ascenderet.

In secundo voluminis angulo *SCIENTIA* sedem figit; in eo enim perlegere est quam plurimos huius Ordinis filios facultatum omnium Sapientissimos Antistites. Iosephus ille ad miraculum castissimus prius audivit Sapientissimus Doctor, quàm pijssimus Redemptor celebraretur, quasi & munus Redemptorum, & laurea sapientum haberent maximam inter se cognationem. (a) Moyses causabatur apud Deum inscitiam suam, ne Redemptoris vicem in se reciperet: quasi futurus Redemptor ignorantiæ visum pati non possit. Quis corpora liberet, nisi liber animo. (b) Et quis animo prorsus liber nisi sapiens. Quot igitur in hoc Ordine Redemptores (& certe ad vnum sunt omnes) totidem emicant Sapientissimi Doctores. Vidit inspector Evangelicus (c) *Librum scriptum intus, & foris, signatum sigillis septem: Et nemo poterat, neque in Cælo, neque in terra, neque subtus terram aperire librum.* Quis in hoc libro arcaniorem Theologiam contineri dubiter? Quis thesauros Sapientiæ, Scientiæ Dei septenis illis sigillis signatos esse non sentiat? Quisnam igitur tot sigilla resignet? tot thesauros recludat? Quis librum aperiat; atque illud Theologiæ Adyton patefaciat? Nemo equidem, nemo, nisi factus merito suo Redemptor; vsque adeò vt ex ipsomet Redemptoris munere signacula rescindere, librum evolvere, thesauros eruere, Theologiam illam abditissimam reserare promeruerit. (d) *Dignus es Domine* (concinebant seniores) *accipere librum, & aperire signacula eius; quoniam occisus es, & redemisti nos.* Hæc dixerim vt cunctis patentissimum fiat, quàm optimo iure Religiosi Captivorum Redemptores in Theologiæ Sacrario prima subsellia occupatint.

(a) Exod. 6. v. 10.
(b) Cicero Paradox.
(c) Apoc. cap. 5. v. 2.
(d) Ibidem v. 9.

In tertio huius voluminis angulo Thronum suum erigit *AVTHORITAS*, in eo enim recensentur privilegia, quibus tum summi Pontifices, tum clari Reges hunc Ordinem decorarunt. Qui libertatem alienam, ex toto, vt aiunt, mundo æstimandam, ab Infidelibus emunt, ac redimunt, omnium certè privilegiorum libertatem sibi vendicare debuerant. Supremus Cœli, ac terræ moderator fidelissimum Moysem, quem ex officio Redemptorem Israëlitici populi delegerat; statim ex privilegio (a) Deum Regis Pharaonis constituit: vt nullū post hac, aut iniquum, aut immeritum censeri valeat privilegium, quod in Redemptores impenditur.

(a) Exod. c. 7. v. 1.

In vltimo huiusce voluminis angulo *FOELICITAS* insidet: in eo renarrantur fortunatissima illa sydera, quibus hic Ordo inter tot temporum procellas emersit. In Mariam, suo etiam ex nomine stellam, velut in cynosuram suam vsque, & vsque collineavit: Atque inde sortem suam mutuavit auspicatissimam. (b) *Meum est Consilium, & ęquitas,* sive vt ex Hebręo vertitur *FORTVNA*; inquit Regina mundi: vt in hoc Ordine per eam stabilito, Rotam suam hinc inde volubilem, Fortuna deinceps refigerer.

(b) Proverb. c. 8. v. 14.

In eisdem auspicijs numero non modò Illuminatricem Stellam Virginis, sed etiam protectricem vmbram Illustrissimi Domini præsentis Archiepiscopi Tarraconensis, qui ad huius voluminis editionem sese Mœcenatem exhibuit. En tibi Præsulem clarissimum, qui sua munificentia sumptus, suis meritis materiem, & quidem vberrimam isti volumini contribuit. Æquum omnino fuit, vt qui ab insignibus sui Ordinis viris privatam sibi lucē per imitationem mutuaverat; suis quoque sumptibus publicam illis lucem impertiret. In illum ab antecessoribus suis alveum gloriæ ingentem confluere video. Sed vicissim ab eo in antecessores suos refluere miror: Qua propter arbitror librum istum prælo dignissimum, neque in eo contineri quidpiam, vel pijs moribus dissonum, vel fidei Regulis absonum, vel Regijs iuribus contrarium; Ita censeo, salvo, &c. Barcinone in Collegio Bethlehemitico Societatis Iesu. Die 22. Aprilis 1696.

FRANCISCVS BADIA.

Die 12. Iunij 1696.
IMPRIMATVR.
Taverner, & Rubì Cancellarius.

QVID

QVID SENTIAT DE VOLUMINE ISTO RR.P.M.Fr.FRANCISCUS Femades Sacri, ac Reg. Ordinis BB. Virginis MARIÆ de Mercede Redemptionis Captivorum Provinciæ Aragoniæ Exprovincialis Diœcesis Barchinonen. Synodalis, & eiusdem Universitatis in Theologia Doctor, & Examinator, actualisque pro Cathalonia deputatus Redemptor. Et electus Episcopus Alguerensis.

AD præceptum Admodum R. Francisci Rosal V. I. D. in spiritualibus, & temporalibus, Officialis, & Vicarij Generalis; pro Illustrissimo, & Reverendissimo D.D. Emanuele de Alva, Episcopo Barcinonensi, Regioque Consiliario, vidi librum, & vidi tali excellentia grandem, tantorum heroum perfectione sublimem, tam insignia diplomata Põtificia, & privilegia continentem, tali scriptorum authoritate exaratum, & zelo sancto conscriptum, vt merito videar audire, quam audivit Ioannes vocem magnam: *Quis est dignus aperire librum, & solvere signacula eius?* Ibi agnus tamquam occisus accepit, hic traditur licet Redemptori destinato, meritis tamen destituto: sed ne imperanti debitam videar negare obedientiam, dicam sincere, non temere, quid sentire oportebit de illo, & insequens stilum Agni, cum de illo solum dicatur: *Et venit, & accepit de dextera sedentis in throno librum, & cum aperuisset librum, &c.* Quin de scriptis in illo dicam quidquam, sic librum accipio, aperio, & video, & quid de libro sentiam dico.

Ap 4.

Volumen istud à perfectione exatatę Redemptionis, & Redemptorum in eo grande. *Ecce manus missa ad me, in qua erat involutus liber*, dicebat Ezequiel; Evangelico Isaię imperatur *sume tibi librum grandem*. Sed cur quod datur Ezequieli volumen nudo libri titulo exornatur, cum Isaię non sine magni stemmate indicitur, *sume tibi librum grandem*? Omitto (brevitati consulens) quamplurima, quę dici possent, & quæ in his libris conscripta legens, dico, ideo solum Isaię librum grandem fari, quia in Ezequielis libro, *scripta erant lamentationes, & carmen, & væ*, quæ potius vindictam peccatorum populi, quam indulgentiam, & peccatorum remissionem exprimebant; volumen vero Isaię hanc continebat propheticam visionem, *Accessi ad Prophetissam, & concepit, & peperit filium, & ait Dominus ad me: voca nomen eius accelera spolia detrahere, festina prędari, quia antequam sciat puer vocare patrem suum, aut matrem suam auferetur fortitudo Damasi, & spolia Samarię corã Rege Assiriorum*, quæ cum iuxta sensum Divi Basilij, & SS. PP. de Redemptione, ac Redẽptore debeant intelligi, en cur non nude liber, sed grãdis liber indicitur Isaię, *sume tibi librum grandem*. Et quid mirum, si in illo: *Stilo hominis* conscribenda erat tota series Redemptionis, ac Redemptoris. Quomodo ergo non titulo magni inscribã hunc librum, cum in eo tota series Redemptionis à descensu Cœlorum Reginę in hac Excellentissima Barchinonensi Civitate, vbi se serena fronte conspiciendã dedit meę Religionis Fundatori, ac Patriarchę S. Petro Nolasco, S. Raymundo de Peñafort, Pœnitentiæ Sacramenti insigni Ministro, ac Regi Invictissimo Aragonię Iacobo, quibus indixit acceptissimum sibi, Vnigenitoq; filio suo fore, si suum in honorẽ institueretur Ordo Religiosorum, quibus cura incumberet Captivos, è Turcarum tyrannide liberandi? O fœlicissimi ardentioris sanctitatis alumni tali, tamque Regia, ac cœlesti visitatione dignati! Nec nõ ò fœlicissima Barcino! Lauda, exulta satis, ac iubila, lauda Dominam tuam: *Quoniam confortavit seras portarum tuarum, benedixit filys tuis in te*, quippe suam familiam in tuo Magnifico Templo, ac Cathedrali Ecclesia voluit suum habere natalem, nascique in ea, & Religionem, & Redemptorem, vt ex hoc, quæ tuis eras insignis stemmatibus, insignior tanto, tamque cœlesti, ac regio favore te omnes nationes prædicarent, vt de te dicere possim: *Non fecit taliter omni nationi, & iudicia sua non manifestavit eis*, accipe ergo librum grandem in quo, & Redemptorum, & Redemptionis tota series continetur.

Cap. 2.
Cap. 8.

Nec Sacramento vacat, quod ad excellentiam libri duos advocat Fideles Isaias: *Et adhibui mihi Fideles testes Vriam Sacerdotem, & Zachariam filium Barachię*, ille ignem Domini, supremumque Sacerdotem signare testantur Divus Gregor. & Divus Hieron. apud Lauretum; iste memoria Domini, ac Benedictio Domini, proponiturque ab Isaia, vt filius *Zacharias filius Barachia*, siquidem tam vndequaque grandi libro oportebat tantę authoritatis testibus exornari, vt non tantum ex intrinsecis decoraretur, verum & à tanta authoritate testium extrinsecam nobilitatem, ac firmitatem absumeret.

Isaiæ c. 8.
Greg.
Hieron.
Laurẽtus.

Modo indicitur mihi, accipe librum, in quo, & Redemptorum, ac Redemptionis familię ex voto Redemptricis tota clauditur genealogia, grandis vtique ex omni ca-

ni ca-

ni capite,& vt nihil non magnum de illo iudicem duos habet testes. Primus per antonomasiam Illustrimus Dominus D. Iosephus de Linàs Sanctę Primatę Hispaniarum Ecclesiæ Tarraconensis Dignissimus Princeps, cui merito ob suę ardentissimę charitatis, ac Religionis zelū debetur inscriptio: *Ignis Domini.* Secundus sua exemplari vita non minus ac admirabili scientiarum ornamento dignus videtur, vt titulo exornetur: *Memoria Domini, ac Domini benedictio*, siquidem: *Benedictio Domini super caput iusti*, ille, & præponitur, vt Summus Sacerdos: *Vriam Sacerdotem*, iste vt filius, *Zachariam filium*, quia in nostro libro noster pręsignatus Vrias, vt amator virtutis sibi assumpsit filium, quem semper agnovit vere virtutis, ac Religionis cultorem. Gaude propago candida, lauda, decanta, inni, (vt verbis Isaiæ loquar) & quale mihi gaudium erit? Dices cum Tobia, & iterum cum Evangelico Propheta dicam, quia: *In iustitia fundaberis, & videbis filios tuos doctos à Domino.* Sed si tot centuriæ annorum à fundatione sunt devolutę, quomodo fundabitur nunc? Audi propheticum Isaiæ sermonem: *Fundabo te in saphiris.* De sinagoga, quæ postea in legem gratię transivit, Ecclesiaque Catholica nominatur fit sermo, iuxta Divi Gregorium Pont. Quomodo consonat: *Fundabo te*, si iuxta pręcitatum authorem ab Abel iusto incepit? *Habet vineam universalem scilicet Ecclesiam qua ab Abel iusto &c.* Textus totam difficultatem sic explicat: *Ecce ego sternam per Ordinem lapides tuos*, ex hoc quasi antecedente, deducit consequentiam: *Fundabo te in saphiris*, spiritu profetico forte suspiria, lamentaque audierat Ieremię deplorantis: *Dispersi sunt lapides Santuarij*, & agnoscens congregandos esse per Ordinem: *Ecce ego sternam per Ordinem lapides tuos*, conclusit Ecclesiā cœlestē saphiri perfectione fundatam: *Fundabo te in saphiris.* Fundata quidem fuit Ecclesia ab Abel iusto, sed videbantur lapides sanctuarij dispersi, *dispersi sunt lapides*, & dum conspexit sternendos esse per Ordinem: *Sternam per ordinem lapides tuos*, statim eam fundatam cœlitus agnovit: *Et fundabo te in saphiris.* Sic fundat Deus sternendo: *Per Ordinem lapides.* Sternam non quomodocumque: *Sed per Ordinem.* Sic perdit, ac devastat diabolus: *Dispersi sunt lapides Sanctuarij.*

Isai. c. 64.

Div. Greg. hom. 19. in Evang.

Accepi librum grandem, & vt inter omnes meos chatissimos Fratres minimus exulto, ac laudo tam pijssimi, quàm Illustrissimi Patris pium, ac ardentem Religionis nostræ zelum; in hoc enim libro lapides vivi, qui tam scientia, quàm virtute nostram illustrem reddidere Religionem; suo labore, suoque sumptu *sternit per ordinem*, & qui anteà videbantur dispersi lapides nostræ cœlitus fundatæ Religionis, *Dispersi sunt lapides sanctuarij*, nunc secundum Ordinem lapides primi, qui facti fuerunt in caput anguli, suo disponuntur ordine, necnon Magistri, qui sapientissime scientias docendo, Redemptores, qui maximi Redemptoris charitatem sunt secuti, suo promit ordine, vt cuncti eorum imitatione eorum virtutes prospicientes, ęmulentur charismata meliora. Sed cur non celebriter grandis cum sint exarata in illo Sacra Diplomata, quibus Christi Vicarij Sacram Redemptricem Familiam nobilissimis ænecomijs extulerunt, vt possim dicere cum S. Habacuc: *Nemo credet cum narrabitur.* Regesq; qui Catholica liberalitate tanta, ac tam magna privilegia Regia contulerunt, vt possim decantare cum Isaia: *Mamilla Regum lactaberis*, cap. 60. Et cap. 49. *Eruntque Reges nutritij tui.* Siquidem Rex ipse Iacobus in ipsius Religionis incunabulis arma sua concessit, vt tam Regio stēmate Regalis decoraretur titulo Redemptrix Religio, idipsum & percelebre, ac nobilitate non minus quam sapientia, & virtute admodum Illustre præstitit Barchinonensis Ecclesiæ Cathedralis Capitulum, in qua suum habuit Religio fœlicissimum ortum; sed quid mirandum, si hæc Religio, seu potius charitatis victima, nullum admitit in filium, quem non videat pro aliena libertate Captivum, Dei Redemptoris imitatrix cordatissima.

Habacuc cap. 1. Isai. c. 60. Isai. 49.

De Rachelis nato minimo dicitur: *Benjamin dedit trecentos argenteos cum quinque stolis optimis.* Gen, cap. 45. Sed cur præ cæteris magni Iacobi filijs tot, ac tam pretiosa dantur Benjamino? Erāt ipse & Ioseph Rachelis filij: de solo autem illo dicitur: *Remaneat Benjamin servus meus, & vos abite liberi.* Iam audio replicam in textu; Iudas etiam ait: *Ego proprie sim servus tuus :: manebo itaque servus tuus pro puero in ministerio domini mei, & puer ascendat cum fratribus suis.* Sed & video Iudam Regio stemmate decoratum: *Non auferetur sceptrum de Iuda.* Si ergo Benjamino præ cæteris amplissima dantur dona, ac pretiosiora conferuntur indumenta: *Trecentos argenteos cum quinque stolis optimis*: & Iudæ Regale insigne: *Non auferetur Sceptrum de Iuda*? quia vterque affectu charitatis se fecit mancipium, vt alij libertatem haberent. Quid mirandum si Redemptrix Religio velut Aquila ita suos filios probat, vt nullum amplectatur filium, quem non agnoscat pro aliena libertate captivum, quod præ cæteris excellentioribus extollatur favoribus, non solum à Sede Apostolica indultis, verum & à Dynastis concessis.

Gen. c. 44.

Est denique grandis liber ab authoritate compilantis. *Vidi alium Angelum fortem :: & habebat in manu sua libellum apertum*, enarrat Ioannes, & posteà effatur: *Et accepi librum de manu Angeli.* Si vides libellum apertum, *& habebat in manu*

Apocalyp. cap. 10.

manu sua libellum apertum, apertè debebat affirmare; *& accepi libellum.* Cur ergo non ita, sed *accepi librum?* Qui libellum dicit, parvum librū affatur; qui librum accipit, non volumen parvulum, sed magnum videtur accipere: idem ipse liber quem videt in manu cœlestis intelligentiæ commendatur manui, quomodo ergo dicit, *accepi librum?* Sed ad quid accipit? *Accipe librum, & devora illum*; id est perlege, & rumina in eo contenta (vt communiter explicant Sacri Expositores) & in principio sequentis capitis datur ei calamus similis virgæ metatoriç · *Datus est mihi calamus similis virgæ, & dictum est mihi: Surge, & metire.* Nonnè innuunt hæc dari librum Ioanni præcipiendo, vt approbet, quæ in eo continentur arcana? Nonnè videt, quod Angelus à quo accipit librum tantæ authoritatis est, vt eius imperium, & terram, & mare ambiat; Siquidem *posuit pedem dexterum super mare, sinistrum autem super terram?* Dicat ergo, accepi librum de manu Angeli, si enim Angelus cuius imperium, & mare, & terra complectitur, misit, traditque librum approbandum, poterit Angelus ob suam humilitatem vocare libellum: *& habebat in manu sua libellum.* Ioannes autem librum grandem dicet, non enim dicit solum, *accepi librum*, sed etiam *de manu Angeli*; Non enim de manu tam excellentis intelligentiæ poterat esse, nisi omni magnitudine grandis liber: *Accepi librum de manu Angeli.* Hæc fuit approbatio Ioannis. (Apocal. cap. 11.)

Quam ego huius magni libri approbationem proferam? In cuius manu erat? *In manu Angeli*; Nam in Sacra Scriptura Principes Ecclesiarum nomenclatura Angeli nobilitantur: *Et Angelo Ephesi scribe*, fatur Ioannes cum de Ephesinæ Ecclesiæ Antistite loquitur; immò & *de manu Angeli habentis imperium super mare, & super terram: posuit pedem dexterum super mare, sinistrum autem super terram.* Siquidem dominatio tua, & terram, & mare complectitur, cum ergo datus est mihi & calamus, & liber apertus, & dictum est mihi: Accipe librum, & devora illum, dicam sincerè hic grandis liber, & vera dicit, & ad virtutem, optimosque mores legentes ducet. O Princeps noster Ioseph, etsi impolito calamo tua facinora erga tuam Redemptricem Sobolem non possum silentio præterire, etsi simplicitatis meæ calamus non valeat quisquam dignè describere. Estò Princeps noster, dum & Principem, & Iosephum te infinitis titulis veneramur simul, & experimur; Nam sicut ille Ioseph, Egypti Princeps, non solum dum esset in paterna domo suos diligebat fratres, de illisque vigilanter curam gerebat, vt Sacra testatur Historia: *Vade vide si cuncta prospera sint erga fratres tuos:: Fratres meos quæro.* Sed & dum suis meritis clamantibus ad Pharaonem, & ipse clamans: *Num potterimus invenire talem virum, qui spiritu Dei plenus sit:: Numquid sapientiorem, & consimilem tui invenire potero.* Gen. 41. cap. Elevatus ad Thronum: *Tu eris super domum meam, & ad tui oris imperium cunctus populus obediet.* Sic de suis fratribus fuit solicitus, vt non tantum in temporalibus præbens triticeam alimoniam, & duplicia vestimenta, sed & in spiritualibus præbens optima documenta. *Non irascamini in via*, eosque consolans: *Non vestro consilio, sed Dei voluntate huc missus sum:: Præmisitque me Deus, vt reservemini super terram, & escas ad vivendum habere possitis.* Verùm amantissimum se manifestabat fratrem, sic & tua Illustrissima Dominatio, adimpleto Pastoris munere, in amplissima tuæ Religionis Domo, cuncta suaviter, ac fortiter disponens erga tuos, sapientia, prudentia, charitas, virtutesque tuæ evexerunt te ad Tronum Primatum Hispaniarum. Sicque elevatus quasi te audio dicere: *Dei voluntate huc missus sum, &c.* Talem enim curam agis non in temporalibus solum, vt hoc tuum, ac primum Religionis experitur Cœnobium, sed in spiritualibus, præbens hunc librum, vt exemplis Sanctorum, ac tam perfectorum Heroum sectemur & nos charismata meliora, tibi sine dicam quod Iacob suo Ioseph: *Deus patris tui erit adiutor tuus, & Omnipotens benedicet tibi benedictionibus cæli desuper.* Et insuper sentio hunc grandem librum optimis conformari moribus, nihil contra revelata à Deo continere, Regijsque legibus non opponi, sicque de iure quod petit deberur, sicque Typis dari. Ita sentio in Conventu Regali Sanctæ Eulaliæ Barchinonensis Civitatis, die 8. Iunij, anno à salute mundi 1696. à descensu vero Virginis in hac Barch. Civ. ad fund. nostri Ordinis 477. (Apocal. cap. 2.) (Gen. cap. 37.)

Fr. FRANCISCVS FEMADES.

Die 21 Iunij 1696.
IMPRIMATVR
Rosal Vic. Gen. & Offic.

FACUL-

FACVLTAS ORDINIS.

FR. Iacobus Posa in Sac. Theologia Mag. Humilis Provincialis Provinciæ Aragooiæ Regij Ord. B. M. de Mercede Redemp. Cap. in Regnis Cathaloniæ, Aragoniæ, Navarræ, & Sardiniæ, &c. tenore præsentium facoltatem concedimus P. Præsentato Fr. Antonio Bernal del Cortal, vt Typis mandare possit opusculum coi titulus est *Cathalogus Magistrorum Generalium, &c.* inserendum in Bullario nostri Ordinis ab Ill. ac RR. D. D. Fr. Iosepho Linàs Archiepiscopo Tarraconen. Hispaniarum Primate compilato, & in lucem edito: attento quod plurium testimonio, & nostra inspectione nil in eo á recta ratione, fide, aot vera religione continetur dissonum. In quorum fidem has dedimus litteras nostra manu obsignatas, sigillo nostri officij munitas, & à nostro Secrerario referēdatas in hoc regali Conventu Barchinon. Die 4. Iulij 1696. & à Descensione BB. Virginis Mariæ ad nostri Ordinis Fundationem 478.

Fr. IACOBVS POSA PROVINCIALIS.

De mandato A. R. P. N. Provincialis.
Fr. Iosephus Garate in Theologia Præsentatus, & Secretarius.

PROTESTATIO SCRIPTORIS.

QVoniam plurimorum tum virorum, tum fęminarum nostri instituti io hoc volumine interseritor memoria, quorum Saoctitas vitæ, virtutes, miracula, aut martyria recensentut, caotumque sit Apostolicis constitutionibus, ne talia absque addito inscribantur: ideo Sanctæ Sedis humillima observantia profiteor, testatumque facio, quod Sanctitas, revelationes, miracula, aut martyria in hoc volumine inscripta præter ea, que à Sede Apostolica comprobata sunt in Canonizationibus Sanctorum, non exigunr, nec merentur indubiaṃ fidem, sed eam solum, quæ mere humanæ relationis historiæ, fallibilique narrationi debetur, exposcere; eaque solummodo mente, & intentione esse prolata, & conscripta. In qoorum fidem, &c.

ERRATA SIC CORRIGE DE CATHALOGO GEN.

Pagina.	Columna.	Linea.	Dicit.	Lege.
4	2	48	Concinens	Concinente.
4	2	64	Directorum	Directorem.
5	1	51	Frater	Fratre.
5	2	38	Obobris	Octobris.
6	1	vltima	compellebant	compellabant.
7	2	15	Redemptoris	Redemptores.
8	2	30	publica	publicas.
16	1	60	Mohemeranum	Mahometanum.
21	2	60	redempturi	redempturus.
33	1	51	Provinciales	Provincialis.
23	2	27	Conventos	Conventus.
34	2	33	Redemptiones	Redemptionis.
36	1	17	libidos	lividos.
37	2	21	Redemptionibus	Redemptionis.
37	2	36	statuit	statuitur.

IN BVLLARIO ERRATA CORRIGE.

Pagina.	Columna.	Linea.	Dicit.	Lege.
158	1	21	Iosephus	Philippus.
344	1	9	Ecceesias	Ecclesias.
354	1	36	14	13.
354	2	1	14	13.
405	1	36	perit	petijt.
128	2	36	Adrinano IV.	Adtiano VI.
366	1	56	Cardinales 13	Cardinales 43.
363	1	penult.	Sanctissius.	Sanctissimus.
363	2	38	Congregationionis	Congregationis.
363	1	16	Discalcatorum	Discalceatorum.

CATHA-

CATHALOGUS MAGISTRORVM GENERALIVM, SIMVL ET REDEMPTIONUM, REDEMPTORVM, MARTYRVM, ET REGALIVM PRIVILEGIORVM COELESTIS, AC REGALIS ORDINIS BEATISSIMÆ VIRGINIS MARIÆ DE MERCEDE, REDEMPTIONIS CAPTIVORVM, PER ILLORVM REGIMINA DISTRIBVTA MEMORIA.

§. I.

PRIMVS MAGISTER GENERALIS.

1 FAVSTAM mortalibus diem annuit verè Augustus mensis anni millesimi ducentesimi decimi octavi, dum Barchinonensium Oris vera Sacratioris effulsit Aurorę lux sedentibus in tenebris, & vmbra mortis. Dum cœlorum, inquam, Moderatrix, Captivorum ærumnas miserata, charissimi, simul ac clarissimi Filij Petri Nolasci super illas eiulatibus compulsa, serena fronte se conspiciendam dedit: visaque tribus, omni exceptione maioribus testibus, Sanctissimo nempè Pètro Nolasco, S. Raymundo de Pegnafort, ac Iacobo Primo Aragoniæ Rege, novi Redemptorum Ordinis fundamenta locavit, qui postea in immensam virtutum molem assurgeret. *Tu es Petrus*, ait Virgo, *& super hanc petram, ædificabo Religionem meam.*

Primus Magister Generalis S. Petrus Nolasco.

2 Primus ergo Magister Generalis fuit S. Parẽs, Patriarcha, Fũdator, ac institutor PETRVS NOLASCO, Barchinone à Beatissima Virgine electus, die decima Augusti, anni 1218. solemnitèr indutus, à Gregorio IX. confirmatus, natione Gallus Carcasonensis, patria Recaudensis; generis natura Principum propinquitate conspicuus, cœlestibus indicijs, Oraculisque propheticis Magnus prænuntiatus, sicut lilium inter spinas, inter Albigensium errorum tenebras impollutus, impollutisque Parentibus natus. Ingenitæ pietatis spicula effulsère in parvulo; fidei vigor charitatis in eo copulabatur ardore. Beatissimæ Virgini Mariæ addictissimus, eius visendę, hæreseosque fugiendę causa Montemserratum ire perrexit: vbi sanctioris vitæ præparans incrementa, assiduis precibus, vigilijs, cruentis flagellationibus, & ieiunijs, quorsum ad maiorem Dei gloriam, cursum arriperet à Beata Virgine impetrare meruit. Cuius nutu Barchinonam profectus, lingua eius inter Principes loquebatur sapientiam. Eius consuetudine plurimis ad melioris vitæ frugem adductis, vt latius lumen splendesceret, sæpius pedester peragravit Hispaniam. Qui ceu Paradisi Torrens tellurem fęcundans, multa hominum millia à vitijs ad virtutem, à peccatis ad pœnitentiam, ab infidelitate ad fidei lumen restituit. Regum iurgia sedavit, prophetię dono illustris multa, & loco, & tempore dissita pręnuntiavit.

3 Erga proximos, maximè sub iugo Sarracenorum opressos compatiens, copiosis paternæ hæreditatis consumptis opibus, plurimos, à

catenis ad sinum Matris Ecclesię Filios revocavit. Sed charitate pecuniæ superstite, mendicus pro mendicis factus, ingentes à populis, & Principibus collectas eleemosynas in captivorum Fratrum ereptionem expendit. Imparem suo reputans desiderio mortalium charitatem, divinam invehitur pro captivis exorare pietatem, tamdiùque anxius ianuas ad cœlestes pulsat, quousque compleri Mariano responso suã abundè cernit voluntatem.

4 Hinc primicerium candidatæ Religionis tenens, divini satagens ardoris extinguere sitim, novæ militiæ sedulus disquirit alumnos; eosque iucundius excipit Sacro Tyrocinio, quos in proximi dilectione prævidet ardentiores futuros. Cernit antiquus veternosus hostis hanc, contra suum Principatum, assurgere in Ecclesiæ Turmis militiam, callidaque machinãs adversus molimina, confluentium animos disturbare nititur; sed discretor spirituum, bellique potens Nolascus in apertum producit insidias, supernoque pollens in Acheronta Imperio in conflictus limine, terga vertente Satan, canit victoriam.

Redemptiones à P.N ante Ordinis fundatione factę.

5 Quoniam autem ab infantia creverat cum P. Nostro miseratio, sui præsagus instituti, ante Ordinis erectionem pluries munus Redēptoris obivit. Primam Redemptionem per annum 1213. Valentiæ perfecit, vbi erogata proprij patrimonij pecunia supra trecentos Captivos libertati restituit. Secundam paravit Redemptionem per annum 1214. quam Valentiæ gerens totidem extraxit Captivos, scilicet supra trecẽtos. Sed quoniam Maurorum propinquitate quotidie Nolascus Christianorum capturas, & miserandas apud Infideles audiebat opressiones, ære paterno consumpto, Alphonsum Castellæ Regem, aliosque Hispaniæ Dynastas adiens, ab ipsisque opimis donatus largitionibus, tertio Valentiam remeavit; vndè extractis vltra trecentis Captivis lętus Barchinonam redijt.

6 Quartam redimendo expeditionem facturus socium habuit V. Guillelmum Basium, qui paritèr Valentiam venientes plures redemerunt Captivos; sed alijs in fidei discrimine remanentibus, dolens Nolascus divinam exorat pro subsidio pietatem. Deus autem, qui Petri maximè iucundabatur charitatis ardore, monet sibi gratum fore, si pro Captivis venundetur. Concitus ergo Petrus pactionem exponit, factusque pro fratribus servus, Guillelmum cum trecentis remisit Captivis. Transmissa sedulo à Rege Iacobo pignoris pecunia, reduxque Barchinonæ Nolascus, circa annum 1217. Quintam parat Redemptionem, quàm Valentiæ agens 320. Captivos libertati restituit. Sextam in mense Septembris præfati anni, subsidio Berengariæ Castellæ Reginæ, apud insulas Baleares perficiens vltra trecentos Captivos eruit.

7 Supra sex præfatas à P. Nostro adhuc in sæculo Redemptiones aliæ duæ commemorantur, sed quot in eis liberati sint compertum non est. Horum veritas liquido constat testimonio, & instrumento publico, anni 1260. ad instantiam Religionis per Petrum Bages, Regium Notarium Barcinonæ, Idibus Maij confecto, vbi inter alia hæc annotantur inscripta: *Vexabatur anxiè pro Captivis; ad quos redimendos quinquies abijt Valentiam, & semel Maioricam; indè proprijs sumptibus trecentos ferme qualibet vice liberavit; bis autem adiutus fidelium eleemosynis eduxit quos potuit.* His temporibus supra 2000. eruit Captivos.

Redemptiones factæ à P. N. post Ordinis fundationem.

8 Post Ordinis Ortum per 31. annos quibus munus Generalis obivit, pluries per se ipsum opus Redemptionis exercuit. Primo, ad annum 1219. sociante sibi Fr. Bernardo Casolis, Valentiæ liberavit 158. Secundo, Algariæ anno 1220. liberavit 160. Tertio, anno 1222. commitante S. Raymundo Nonnato Tuneti redemit 218. Quarto, Valentiæ eodem anno, & socio redemit 209. Quinto, associante sibi Fratre Guillelmo à S. Romano, anno 1225. Algariæ redemir 219. Sexto, Valentiæ eodem anno eruit 192. Septimo, in Vandalia, anno 1243. redemit 188. Octavo, anno 1228. Valentiæ èruit 99. Nono, Granatæ, & Hispali anno 1248. redemit 204. Mansit semel in pignus Algariæ varijs cruciatibus tortus, & in vetusta cimba ad Mare deiectus cælesti subsidio Valentiam appulit.

S. Raymũdi Nõnati encomium.

9 Ab huius Occeani charitatis vastissimo sinu tot impetuosi progressi sunt rivuli, quos dilectione concepit pepeřitque Filios. Eorum primicerium obtimuit dignitate virtutis S. Raymundus Nonnatus, natione Gotholanus, patria Portellensis, qui vt gratię primordijs cursum superioris vitæ altius arriperet, præter communem naturæ legem, è mortuæ Matris dissecto latere prodijt. A pueritia solitudini studens, ruri vitam agens, cœlestium deditus contemplationi, Beatissimæ Virgini adeò charus, vt de post fętantes ab ea acceptus sit pascere gregem populi sui. Eius monitu S. Parentem Nolascum Barchinonam adijt, ab eoque, iam sui adventus præscio, habitu indutus, quam in eremo, è Cœlo hauserat sapientiam, in aperto eructavit. Cernens siquidem in eo Parens Nolascus solidioris virtutis nòn obscura specimina, magno animarum Zelo copulata, concionandi munus adhuc iuvenculo iniunxit. Miraculis doctrinam comprobans, innumeras peccatorum ad pœnitentiam, infidelium ad fidem animas Christo peperit.

Redemptiones ab eo factæ.

10 Pluries exercuit Redemptionis munus; nam præter expediriones duas in quibus est socius adscitus S. Parenti Nolasco, tres alias, vt primus Redemptor explevit; primam Valentiæ anno 1226. redemptis 140. Captivis; secundam Algariæ anno 1229. in qua 150. Captivos libertati restituit; tertiam Tuneti anno 1232. vbi, remissis in Hispaniam 228. Captivis, manens animarum Zelo fervens, ob Christi nominis promulgationem, & quamplurium Infidelium conversionem carceri mancipatus, varijs pœnis afflictus, & labijs sera ferrea perforatis, & clausis, crudele martyrium diù sustinuit. Indè extractus, & in Hispaniam deductus, Sanctitatis fama vbique terrarum notus, à Gregorio IX. in Sacrum exoptatus Collegium Murice, & Ostro donatur. Tandem clarus signis, miraculis gloriosus obdormivir in Domino, cuius corpus, Dei nutu, mulæ cecæ impositum in Sacellum S. Nicolai, vbi prima iecerat virtutis fundamenta, delarum, ibi constructo amplissimo Nostri Ordinis Cęnobio, frequenti populorum cõcursu summa colitur veneratione, quem varijs in dies fulgentem signis Benedictus XIII Sanctorum syllabo adscripsit. Vrbanus VIII. novo Officij cultu pro Nostro Ordine decoravit. Alexander VII. in Romano Martyrologio inscripsit. Clemens IX. sub Riru semiduplici ad libitum vniversæ dedit Ecclesiæ tribus lectionibus, & Oratione propria colendum. Innocentius XI. Ritu semiduplici, & duplici postea

Manet in pignus.

De eius Cultu Apostolica Oracula.

stea de præcepto ab omnibus honorari, & à nostro Ordine Ritu secundæ classis cum Octava, & semel in mense specialissimis Officio, & Missa, eius mirandas virtutes, vitam, & obitum decantantia, coli præcepit.

V. Fr. Raymundus Blanes Redemptor, & primus Martyr.

11 Prothomartyrem nostri Ordinis transmisit in Astra S. Parens Nolascus, V. Fratrem Raymundum de Blanes, vt præ se cognomine fert, Nobilem Gotholanum, Conventus Barchinonensis sobolem, qui Granatam redimendo directus, bonis expoliatus, constanter pro fide decertans variis telorum ictibus interemptus, victor migravit ad Dominum.

V. Fr. Iacobus à Soto Redemptor, & Martyr.

12 Fecunda Martyrum primæva Religionis sæcula venerabilem pepererunt Iacobum à Soto, Toletanum in Regio Barchinonensi Cœnobio Ordini natum, in Sacris Litteris versatissimum, egregium Verbi Divini Concionatorem, animarum zelo fervidum. Hic mirabilis vir cum Fratre Petro de Osca Celtibero Granatam Redempturus pergens anno 1237. è vinculis exoluit 173. Captivos. Qui lętus ad propria repetens à Mauris in via tentus, opprobrijsque vexatus sustinuit æquo animo, quousque Christum à Barbaris blasphemari audit, tunc zelatus pro Domino Deo suo acriter suscepit divini honoris partes tuendas, confutansque acutissimè Mahometi errores, néc cessarunt verba cum ventum fuisset ad verbera: cuius constantia furente impio Duce, in Castro recludi, varijs pœnis affici, siti, fameque torqueri iussum est; socioque ad Regem reclamante, Captivis ad Hispaniam directis, Iacobus in ergastulo vitam cum morte felici Martyrij laurea commutavit.

S. Serapion Redemptor, & Martyr.

13 Illustrissimi Martyris S. Serapionis, natione Angli lauream præsensit S. Magister Nolascus, cum enixè in Redemptorum adscribi Militia postulantem habitu Barchinone induit. Hic strenuus Christi Bellator de militia translatus in Militiam, soli superno Regi militare studens, eo brevi perfectionis appulit, vt iterato munere Redemptor fuerit proclamatus. Binas anno 1240. Redemptiones exercuit. Primam Murtiæ, socio Fr. Petro Castiliolo, vbi 98. comparavit Captivos. Secundam Algariæ, socio Fratre Berengario Vagnarijs, vbi extractis, & cum eo remissis 87. Captivis, deficiente pecunia, in pignus remansit. Qui tot animarum à semita salutis aberrantium tactus dolore cordis intrinsecus, fidem libere annuntians plurimos sacro fonte lustravit. Inde sibi parans Tyranni furorem, captus, flagris, plagisque concisus, ad extremum cruci affixus, & in ea membratim dissectus, illustri Martyrio meruit coronari.

VV. Fr. Raymundus à S. Victore, & Fr. Guillelmus à S. Leonardo Redēptores Martyrio coronantur.

14 VV. Fratres Raymundus à S. Victore, & Guillelmus à S. Leonardo Nobiles Galli, charitate fervidi ad annum 1242. Redemptores instituti, Algariam viam parantes, ventorum vi ad Beticæ Littora proiiciuntur: vbi Redemptionis munus exequi tentantes à Mauris propè Lorcam expoliati sunt. Sed qui pecuniam amisserant, charitatem non perdiderunt; indè ad animarum capturam sacra fundētes eloquia, plurimos ad Fidei agnitionem traxerunt Infideles: quare Militiæ Dux in furorem actus Mulæ carceri mancipandos, & ni Christum negent cruciandos, & interimendos tradit: ipsos autem liberius Iesum annuntiantes capitali sententia, datis ceruicibus, puniri iussit: itaque duæ funtDeo hostiæ gratissimæ in vnum libatę.

V. Fr. Petrus à S. Dionisio Redemptor Martyr occisus.

15 V. Fr. Petrus à S. Dionysio, natione Gallus, patria Narbonensis, vbi & habitu indutus in Sacra Theologia Parisiensis Doctor, & vtriusque Iuris Laurea, & Cathedra insignitus, post eximia virtutum specimina, anno 1247. sociante sibi Fr. Bernardo Pratensi redempturus Tunetum venit, qui eruitis ex servitute 209. Captivis, & per socium in Iberiam remissis, pro viginti pueris, & decem fœminis pignus remansit. Qui dum Captivis fratribus monita confert salutis à Barbaris iussu Mahometi Alicuri tentus, funibus per vicos, & plateas tractus, ad extremum illustre Martyrium capitis abscisione promeruit.

16 Nactus est item S. Parens Nolascus sennos, præter alios, quorum memoriam tempus abripuit, filios, qui dum muneri Redemptionis sedulo incumbunt, à Barbaris secreto occisi, sanguine de terra clamante, nequivit perfidia eorum memoriam penitus abolere.

Redemptiones sæctæ tempore primi Magistri à Fr. Guillelmo Bas.

17 V. Fr. Guillelmus Basius, de quo infra, tempore primi Magistri pluries munus Redemptoris obivit. Anno 1224. Valentiæ 233. Captivos libertati donavit. Anno 1228. cum Fratre Bernardo Corbaria Algariam versus navigio redempturus tendens à Mauris Balearibus expoliatus remittitur. Sed à Rege Iacobo, & Principibus novo pecuniæ subsidio stipatus, cum eodem Bernardo iterum navigans, Algariam appulit; vbi comparatis 229. Captivis, pro alijs decem in fidei periculo constitutis mansit Corbaria pignus, Basio cum 239. Captivis redeunte. Anno 1231. idem Basius cum Fratre Berengario Casano, ex Granatæ Regno 225. Captivos libertati restituit. Anno 1236. Algariæ eruit 228.

Fr. Petrus Amerio.

18 V. Fr. Petrus Amerio de quo plura inferius, anno 1230. Redemptor institutus Algariæ 148. redemit Captivos.

V Fr Bernardi Corbera elogium, & Redemptiones tēpore primi Magistri.

19 V. memoriæ virum Bernardum Corbariam, Barchinonensem, eiusdem Conventus, & Filium, & Priorem præterire non licet, quia animarum saluti sedulo incumbens, fidelissimus in vinea Domini Sabaoth cultor, fructus mirabiles verbo, & exemplo retulit; primitias in S. Armengaudi conversione, & in Sanctæ Mariæ de Socos spiritus directione. Redemptioni addictus, manēs Algariæ pignus, Captivos fovere, Mauros in Fide instruere, & sactis operibus vacare studens, mirum est quas pertulerit pro Domino contumēlias iniurias devoraverit, & tormenta. Qui directa à Magistro pignoris pecunia anno 1229. se, & 269. Christianos à Vinculis, & captivitate redemit. Tandem plenus dierum atque virtutum Barchinonæ patratis miraculis in pace quievit, cuius corpus post quatuor sæcula, è tumulo extractum mira gaudet incorruptione.

Fr. Berengarius Casano, & Fr. Dominicus Doso Redemptores.

20 Anno 1232. S. Parens Nolascus à Captivis Beticæ crudēli servitute oppresis expetitus, Redemptores direxit Fratrem Berengarium Casano, & Fratrem Dominicum Doso, viros posteritati commendabiles, per quos libertati restituit 189. Captivos.

Fr. Arnaldus de Pratis, & Fr. Bernard. de Tona.

21 Anno 1233. Fr. Arnaldus de Pratis, qui divina correptione de comato concionatore in Evangelicum, & frugiferum mutatus est, respondens opere verbo, simul cum Fr. Bernardo de Tona, Valentiam missus, 197. Captivos ad Hispaniam reduxit.

Fr. Petrus de Calidis R.

22 Anno 1236. Fr. Petrus de Calidis, Gotholanus, Doctor Theologus, doctrinæ fama

etiam

etiam apud exteros valde commendatus, cum Fr. Ioanne Laertio, Algariæ redemit 208. Captivos.

Fr. Alph. Menefes, & Fr. Dionysi Villaragut.

23 Anno 1239. Redemptores deputati sunt Fr. Alphonsus Menefes, Toletanus, & Fr. Dionysius Villaragut, instituti zelantissimi; ille Granatæ 213. Captivos, hic Xativæ 103. ex fervitute solverunt.

24 V. Fr. Petrus Formica, de quo infra anno 1238. Algerii liberavit. 120. Christianos.

Tempore huius S. Magistri liberati sunt 5104. quibus si accifcantur 2000. & amplius, quos adhuc fæcularis redemit, pluribusque alijs, quorum memoria tempus absumit, supra octo mille memorare licebit.

Pontificia indulta.

25 Præter vivæ vocis oraculũ, quo Honorius III. Religionem firmavit, vt cõpertũ est ex Regia Iacobi Epistola ad eum pro confirmatione directa, cuius transumptum in Barchinonensi deposito adinventum, etsi ob vetustatem, & tinearum lacerationẽ omnino legi non possit, hæc tamen verba demonstrat: *SS. Dño Honorio pedum oscula Beatorum: de Religione Militum, quàm è cælo descendente Virgine ::: cum tamen alia quam ::: regnlam. Datum Barchin. Idibus Augusti M.CCXVIII.* Gregorius IX. & Innocentius IV. Pontifices maximi suis per triplicem Bullam Apostolicis gratijs Ordinem favent, & muniunt.

Regis Iacob I. Aragonum Privileg.

26 Quot Iacobus Rex Ordinem nostrum cumulaverit favoribus sat ex ipsius munere compertum est; cum enim ipse Fundatoris partes egregiè expleverit, in nulla defuisse suæ munificentissimæ largitati censendum. Omnes ergo immunitates, indulta, privilegia, & exemptiones concessit, quibus Ordines Militares fruebantur, adiectis insuper his, quæ ad munus Redemptionis conferebant; quorum transumpta in longum esset recensere. In novis bello partis dominijs, prima Regis cura fuit Domos, prædia, & iura Nolasco ad sui Ordinis erigendos Conventus adiudicare. Extat publicum instrumentum datum Cæsaraugustę ab eodem Iacobo, decimo Kalendas Martij, anno 1262. quo confirmat donationes factas Valentiæ de Templo Maurorum, vulgo *Mezquita*, dominibus Mauri Abensiare cum locis, & terris adiacentibus. Idem Iacobus Virginis de Podio simulacrum, & terras loco confines eidem Nolasco qui per septem Stellas, è Cęlo labentes locum latibuli Sacræ Imaginis Cęlitus intellexit, donatione concessit; teste Beuterio.

Regis Navarræ Sãctii privilegia.

27 Sanctius Navarræ Rex, cognomento Fortis, operi Redemptionis, & indè Ordini nostro valdè devotus hæc, inter alia, in Regio inferit privilegio. *Grato animo quasi dicto Petro Nolasco Ministro Captivorum, vt ipse, vel sui fratres in nostro Regno nobiscum commorentur, & colligant eleemosinas pro redimendis Captivis, & quod omnia, quæ in nostro Regno nobiscum ad hoc opus collecta invenerint recipiant, ita vt deinceps illi soli iuxta suum institutum eleemosinas petant. Datis in Castro Tutele, die 7. Februarij, anno* 1231. Eodem anno, idem Rex Conventum nostrum Pampelonensem fundavit tribuens ei duos sotos, tres vineas, & Domum in prato iuxta fluvium Argu, & Molendinum iuxta pontem viæ ad Horeoyen.

Conventus Pampelonæ Fundatur.

28 Hisce charitatis facinoribus, hisque muneribus Ordine, & Ecclesia auctis, multisque in Hispania, & Gallia Monasterijs fundatis, Sanctissimisque legibus, & viris scientia, & virtute præclaris enutritis, vt totum se divinæ traderet contemplationi, Magisterij abdicavit munus anno 1249. decursis sui Regiminis sanctissimè expletis 31. annis. Exindè ergo ad annum vsque 1256. supernis delitijs, cœlicolarum frequenti contubernio, & divinis fruens charismatibus, maiori ex parte tempus solitudini dedit. Dei tandem, & Captivorum saucius amore, præfato anno media nocte vigiliæ nativitatis Fratres ad Redemptionem exortans, tunc datus est Celo, quando primus Redemptor natus est solo. Quem meritis illustrem, miraculis clarum, signisque gloriosum inter Sanctos ab eius cœlesti transitu in Ecclesia cultum Vrbanus VIII. Officio, & Missa decoravit. Alexander VII. in Martyrologio Romano apposuit, & eiusdem Festum, cum tribus Lectionibus, & Oratione proprijs, primum ab Ordine nostro, ab vniversa deindè Ecclesia semiduplex de præcepto recitari iussit. Clemens X. Ritu Duplici insignivit, ac Religioni nostræ semel in Hebdomada, die non impedito extra Adventum, & Quadragesimam recolendum concessit. Innocentius XI. Officio vndequaque peculiari cum Missa, vitæ Sanctitatem, virtutem, Redemptionis institutum, & mirabilia concinens. Fratribus, & Monialibus nostris indulsit. *Non vacavit Sedes.*

Pretiosa mors, & cultus S. P. N. Pet. Nolasco.

§. II.

SECUNDUS MAGISTER GENERALIS.

Fr. Gvillelmus Bas Secũdus M. Generalis.

1 SEcundus Magist. Generalis fuit V. Fr. GVILLELMVS BAS, Militaris Eques Gallus, in Captivos maximè compatiẽs, pro quibus plurima perpessus; Barchinonæ anno 1249. electus, ab Innocentio IV. confirmatus, prudentiæ maturitate Regibus, & Principibus quæsitus Consiliarius, à quibus varijs largitionibus, & privilegijs muneratus, pluribus extructis Monasterijs Ordinem valdè dilatatum, vt bonus pastor super gregem suum vigilans verbo, & exemplo sanctissimè moderatus est. Clarus virtute obijt Barchinonæ, anno 1269. vbi eius corpus tumulatum quiescit.

S. Petri Paschasij laudes, Redemp.

2 Tempore huius Magistri plures claruerunt virtute, & charitate Redemptores S. Petrus Paschasius, Valentinus natione, & eius Ecclesiæ Canonicus, Parisiensis Doctor, & Cathedrarius, Immaculatæ Beatæ Mariæ Conceptionis Princeps, acerrimusque propugnator, Mahometicæ superstitionis flagellum, Sacræ Scripturæ Thesaurus, præsagiente prophetico Spiritu S. Petro Nolasco conceptus, & nostro Ordini adscriptus in Conventu Valentino anno 1249. habitum induit; qui bona iam virtutum fruge decurus, brevi se præbuit cunctis exemplar, adeò vt Iacobus Rex in filij sui Sancij directorem, & Magistrum expetierit. Ad annum 1252. deputatus Redemptor, coacervatis, è fidelium pietate thesauris, Granatæ plurimos Captivos redemit. Episcopus titularis Grana-

Granatensis, apud Toletum, fundatum à se Monasterium regens, plures executus est Redemptiones; plures in Vandalia Conventus erexit. Episcopus Gienensis consecrarus quater Granatæ Redemptionem exercens 1494. eruit Captivos. A Mauris captus, & tetro carcere inclusus, eo quia plures traxit ad Fidem, in qua Captivos stabiliebat, ministrante Angelo plures composuit libros, tùm in Sectam Mahometi, tùm ad fidelium eruditionem, quos Clemens X. Die septima Septembris, anno 1672. sua auctoritate comprobavit. Missas à sua Diœcesi, pro sui libertate, pecunias pluries in suorum, & fœminarum libertatem convertens ad 9000. Captivos, è vinculis eruit. Tandem gloriosus Fidei antesignanus, ob eius propugnationem gladio transververatus Martyrij laurea decoratus est. Quem miraculis illustrem Clemens X. inter Sanctos ab Ecclesia veneratos sub Ritu semiduplici ab Ordine colendum, & in Martyrologio Romano decantandum asseruit. Innocentius XI. proprijs Lectionibus, & Oratione pro Hispaniæ ditione Ritu duplici ab omnibus celebrari, & ab Ordine propria Missa sub eodem Ritu iussit. Innoc. XII. 2. classis cum Octava cultum pro Ordine adiecit.

Martyriū, & cultus S. Petri Paschasij.

3 S. Petrus Armengaudus in Oppido Guardiæ Pratorum, apud Cathaloniam, Nobilissima Comitum Vrgellensium ortus stirpe, qui post elapsam in sæculo haud rectè adolescentiam, Ordini nostro adscriptus, in eoque novus Christi miles virtutum omnium stipatus munimine, quater redemptionem exercuit. Primo Algariæ, vbi Dux quindecim Fratrum, qui animarum zelo ad fidelium libertatem, & infidelium conversionem directi, in vnum conspiraverant, consumpta pecunia, omnibus, Petri hortatu, in pignus manere statuentibus 346. Captivos per eorum vnum Socium in Hispaniam remittit. In captivitate ergo constitutus Petrus, plurimos Mahometi errore deceptos ad lumē Fidei restituit; inter quos Regem Algariæ Almohazen Mahomat, qui postea Ordinis nostri verus Professor Fr. Petrus à Santa Maria nuncupatus est, sacro Fonte lustravit. Regrediente cum pignoris statuta pecunia Socio, cæteros, & insuper 580. eruit Captivos. Secundo directus est Buxiam Redemptor, anno 1266. verius 5293. vbi erutis è catenis in pignusq; pro 18. pueris in fide nutantibus remanens, 137. Christicolas ad Hispaniam cū Fratre Guillelmo Florentino transmisit. Mirum est quantum solatij Concaptivis Fratribus quotque animas infidelium Christo detulerit. Elapso interim pacti temporis pro redimendo pignore termino, nec adventaret cum pecunia Socius, Mahomericæ superstitionis damnatus contemptor, extra vrbem raptatus ligno suspenditur. Cumque post dies aliquot Fr. Guillelmus cum statuta pecunia adfuisset, & de Socij suspendio certior ad locum patibuli remeasset, lugensque accessisset, ipsum dicentem audivit: *Charissime frater ne fleveris: Ecce enim Sanctissimæ Virginis manibus sustentatus vivo, quæ mihi his diebus semper hilariter adfuit.* E ligno depositus in vrbem ingressus, cunctis mirantibus, & plerisque ad Fidem conversis, allata pecunia 26. Captivos redimens, Hispaniam repetijt; & Mundi plausus devitans, solitudini studens, soli Deo vacans, pluries in exctasim raptus Marianis fruebatur colloquijs. Memoransque suspendij dies aiebat Fratribus: *Nullos me reputo vixisse dies, præter paucos illos, quibus ligno suspensus Mundo putabar iam mortuus.* His Charismatibus abundans decennio vixit, obtorto collo, & vultu squallore marcido. Tandem sanctitatis fama, vbique notus, in his verbis: *Convertere anima mea in requiem tuam quia Dominus benefecit tibi*, & iterum subiungens: *Placebo Domino in regione vivorum*, Guardiæ Pratorum Montisalbi purissimam animam Christo redidit; quinto Kalendas Maij, anno 1304. Quem miraculis illustrem Innocentius XI. Sanctorum Cathalogo, & Romano Martyrologio inscribens à Diœcesi Tarraconensi sub Ritu duplici, & Ordine nostro cultu secundæ classis, cum Octava venerari præcepit.

S. Petri Armengaudi Redempt. & vitæ Epitome.

S. P. Armengaud. suspendiū

Mors, & cultus S. P. Armengaudij.

4 VV. Fratres Ferdinandus Perez Castellanus, & Ludovicus Blanc Gotholanus Redemptores instituti, ad annum 1250. ex portu Carthaginis, ad Africæ littora remeantes in manus incidunt Pyratarum infidelium; bonisque expoliati, & Christi Fidem abiurare iussi, ob eiusdem propugnationem crudeliter vexati, postrèmo pondere ad colla alligato in mari merguntur.

VV. FF. Ferdinādus Perez & Fr. Ludovicus Blanc Redemptores Martyrio afficiuntur.

5 Anno 1253. V. Fr. Theohaldus, Gallus natione, Vir omnium virtutum decore venustus, sociante sibi Fr. Ferdinando Portalegre, Tunetum veniens 129. Captivos libertati restituit. Sed cum duos alios, quos cuidam infideli promisserat redimendos, deficiente pecunia, emere non valuisset ab eo de fœdo crimine temerè accusatus, carceri traditur, indè eductus, etsi de innocentia certior iubet Præses, vt aut fidem neget, aut crudeli morte intereat: Sed Theobaldus in Iesu Christi confessione imperterritus perseverans in rogum iniectus, lapidibus, telisque percussus illustre Martyrium consumavit, mense Obobris præfati anni.

V. Fr. Theobaldus Redemptor, & Mart.

6 Anno 1257. VV. Fratres Ferdinandus Portalegre, Hispanus, & Elautherius Plati, Gallus Narbonensis, Algariam redimere navigantes, à Piratis tenti, post bonorum direptionem fidem negare tentantur, sed constanter pro fide certantes, ille sagittis confossus, hic data cervice interempti, & in mari sepulti sunt.

VV. Fr. Ferdinad. Portalegre, & Fr. Eleuther. Plati Redempt. Martyrea coronant.

7 Decorem potius virtute, quàm Nobilitate Ordini nostro præstitit V. Dñs. D. Sanctius Aragoniæ novissimus Regis Iacobi Filius, qui mundiales fugiens plausus, Clericali Militiæ adscriptus, Archipresbyter Cæsaraugustanus, & Abbas Vallisoletanus institutus pauperes habuit pinguium fructuum creditores. Sed ad altiorem anhelans perfectionem, in Regio D. Lazari, Cæsaraugustano Conventu, anno 1243. nostrum amplexus est institutum. Vbi omnibus Religiosi Viri virtutibus deditus, durum habuit, quod à Sorore Castellæ Regina exoptatus, solitudinis solatium linquere cogeretur. Hispalim ad Sororem veniens, in nullo à Religionis semita declinans, acceptis ab ea pecunijs Granatam petit, vbi 50. Captivos redimens, gaudens, quod sui instituti leges impleverit, regressus est. Toletana Sede Vacante adscitus Archipresul, dùm Sarracenos terram devastantes fugaturus invehitur, à suis relictus, & à Mauris comprehensus, in odium fidei, vt plerique volunt, gladio transfixus feliciter occubuit: Quem vt Martyrem venerandum censent plerique non obscuri nominis Authores.

V. Fr. D. Sanctius ab Aragonia.

Anno

M.G. cum Fr. Petro Quesada Red.

8 Anno 1258. Magister Generalis sociante sibi Fr. Petro Quesada, Granatæ redemit 180. manensque in pignus varijs pęnis afficitur, longoque tempore carcere, & inedia maceratur. Indè Regis Castellæ opera eductus; ad annum 1261. Socio Fr. Petro Valesio, Murtiæ redemit 213. Captivos.

Fr. Bernd. à S. Romano, & Fr. Iacobus à S. Laurēt. Red.

9 Eodem anno Fr. Bernardus à S. Romano, cum Fr. Iacobo à S. Laurentio, Comendatore Montispesulani Granatæ liberavit 199. Captivos, quos cum Socio Barchinonam remittens, mansit in partibus infidelium, vt Fratrum Captivorum saluti prospiceret. Anno sequenti, missis à Magistro subsidijs 202. Captivos è vinculis absolutos remisit.

Fr. Isidor. Velazquez, & Fr. Guillelmus Altavilla Red.

10 Anno 1263. Fr. Isidorus Velazquez, generis Nobilitate, sed potius charitate conspicuus, & Fr. Guillelmus Altavilla, Granatæ liberarunt 208. Captivos. Vnde tempore huius Magistri liberati sunt 12400. Captivi.

Fr. Ludovicus Gallo Red. Martyrio donatur.

11 Anno 1268, Fr. Ludovicus Gallo Vascus Marrochij Redemptionem perficiens manet in pignus, qui Fidei zelo fervens Mauris exorsus ab ipsis cruciatus tandem igni traditus Martyrij corona donatur.

12 Alexander, Vrbanus, & Clemens IV. pluribus Bullis Redemptioni oppitulantur, & Ordini.

Regum Privileg.

13 Iacobus I. Aragoniæ Rex, Privilegio dato Cæsaraugustæ, Idibus Iunij, anno 1251. concedit nobis Scutum Regale deferre, & quod bona nostra à nullo valeant detineri, impediri, gravari, aut pignorari, insuper quod bona Redemptionis ad nos attineant, neque in redimendo quisquam nobis molestiam inferre valeat. *Est transumptum in Curia Iustitiæ Aragonum, anno 1621.*

14 Idem Iacobus, Decreto dato Valentiæ 4. Idus Martij, anno 1254. concedit nobis, quod omnes sui Vassalli, cuiuscumque conditionis extiterint, possint legare, permutare, donare, tam donatione inter vivos, quam causa mortis, tàm per contractum, quàm per quamcumque vltimam voluntatem in favorem Religionis nostræ quæcumque bona, tàm mobilia, quàm immobilia, sive regia, sive non regia, non obstantibus conditionibus, ab eodem Rege in similibus apponi solitis, nec disp. fori 5. de rubrica de testamentis, & fori 6. de rubr. de non alienandis, nec similibus. Hoc Privilegium confirmavit idem Rex Decreto, dato Cæsaraugustæ 16. kalendas Octobris, anno 1256. & denuo concedit nobis Scutum suorum stemmatum, cruce desuper imposita gestare.

15 Alphonsus Castellæ Rex, cognomento Sapiens plura Magistro, & aliquibus Conventibus iura, bona, & possessiones attribuit, donatione facta die Iovis, prima Maij, anno 1253. *Vacavit Sedes, paucissimos dies.*

§. III.

TERTIVS MAGISTER GENERALIS.

Fr. Bernardus à S. Romano 3. M. Gen.

1 TErtius Magist. Generalis V. Fr. BERNARDVS à S. ROMANO, fervidus Redēptionis Atletha, animarum Zelātissimus, Militaris Eques, natione Gallus, Vicecomitis Bearnēsis Cognatus, Sætabis Commendator, Barchinonæ, anno Christi 1269. mense Decēbris electus, ab Episcopo Barchinonēsi Sedis Apostolicæ Delegato confirmatus, à Iacobo Rege, apud Philippum Regem Galliæ Orator, Religioni sanctissimè præfuit ad annum 1272. Obijt Barchinonæ, labente anno 3. sui Magisterij, Sanctitatis fama notus, vbi eius corpus tumulatum iacet.

V. Fr. Guillelmus Sagiano R. Martyriū passus

2 Sub ipso, anno 1270. V. Fr. Guillelmus Sagiano Italus, Valentinæ Domus Filius, Algariam redimendo pergens, à Mauris tentus, bonis expoliatus patibulo affigitur; sed his omnibus divina virtute superatis, tandem in rogum iniectus Martyrio coronatur.

Redemptiones hoc tempore peractæ.

Tempore huius Magistri septem sunt Redemptiones operatæ, in quibus per diversos Ordinis Fratres, quorum nomina priorum sepelivit incuria, quibus liberati sunt vltra 700. Captivi. *Vacavit Sedes, parvo intervallo.*

§. IV.

QVARTVS MAGISTER GENERALIS.

Fr. Petrus Amerio 4. M. Gen.

1 QVartus M. Generalis fuit V. P. Fr. PETRVS AMERIO, Militaris Eques Gotholanus, Fervidus, frequensque Redēptor Barchinonæ electus, anno 1272. à Gregorio X. cōfirmatus, Iacobi I. Aragonū Regis à Cōsilijs, ab ipsoque ad Alphonsū Castellæ Regem pro reconciliatione cum filio suo Sanctio, & ad Dionysium Portugalliæ pro coniugio cum Sancta Elisabetha legatus, discreta maturitate, & religioso zelo, novis compilatis Constitutionibus ad annum 1301. Ordinem pluribus Cęnobijs, & Regum Privilegijs mirifice auxit. Obijt Podij, die Veneris decima Iunij, labente sui regiminis anno 29. vitæ Sanctimonia commendatus, quem Sancti nomine communiter compellebant. Ibidem corpus eius decenter tumulatum iacet.

Fr. Arnaldus Liniberius, & Fr. Petrus de Haro R.

2 Fr. Arnaldus Liniberius, Vir bonus, & Sanctus, scientia, & prudentia præditus, quartus Barchinonæ Prior, cum Fr. Petro de Haro Marrochij, anno 1274. liberavit 156. Captivos.

3 Anno 1277. Magister Generalis cum duobus Socijs, præfatis nempè Liniberio, & Haro, Granatæ redemit 112. Captivos. Sed cum alios 20. in Fidei periculo constitutos sciret, pro ipsis remanere assumsit; quare remissis per Socios 132. apud Barbaros ludibrijs, colaphisque vexatus, insigne charitatis, & patientiæ exemplar evasit.

Fr. Dionysius à S. Mart. & Fr. Fulgēntius de Lara R.

4 Anno 1281. Fr. Dionysius de S. Martino pro Cathalonja Redemptor Tuneti, & Fr. Fulgen-

Fulgentius de Lara pro Caſtella Marrochij, ille 216. iſte 204. eruit Chriſticolas.

M. G. R.

5 Anno 1282. Magiſter Generalis, tranſmiſsis ad ſe Granatam pecunijs, ſe ipſum, & inſuper 268. Captivos libertati reſtituit.

Fr. Mart. de Agreda R.

6 Anno 1283. Fr. Fulgentius de Lara ex Caſtella, Vir ſanè pius, & Religioſus, & Fr. Martinus de Agreda ex Aragonia in Vandalia 129. redemerunt Captivos. Eodem anno 27. Captivi extracti ſunt, 7. ſcilicet per Comendatorem Ceſaraugnſtanum, à Podij Vicario 9. à Comendatore Gerundenſi 5. & à Tarraconenſi 6.

V. Fr. Petrus Camini R. & Mart.

7 Anno 1284. inſtitutus Redemptor V. Fr. Petrus Camini, natione Gallus, Vir omnium virtutum culturæ aprime deditus, qui & divinitùs ad noſtram profeſsionem vocatus fuit, Tunetum navigare arripuit; ſed à Piratis infidelibus captus, Bonis, ſimul ac veſtibus exutus, ad renes vſque in foveâ obrutus, ſcopus ſagittis, & acutis calamis datus eſt: cui, dum cælum intentis inter tormenta oculis patiens, devotuſque aſpiceret, lumina eruuntur. Ad extremum defeſsi in haſtiludio per totam noctem Barbari, gladio caput Sancto Viro abſcindunt, atque ita fçlici morte conſians Chriſti Confeſſor Martyrij palmam meruit obtinere. Eius corpus in mari ſepultum eſt.

8 Anno 1285. Comendatores Hiſpalis, & Cordubæ è Regno Marrochij 125. Captivos libertati donarunt

Fr Arnaldus Roſiniol R.

9 Religioſiſsimus Vir Fr. Arnaldus Roſiniol poſt ingentes labores, diſcrimina, & maris pericula ex Tuneti Regno liberavit 128. Chriſtianos pro Aragoniæ Provincia, anno ſcilicet 1286.

Fr. Iac. de Lara, & Fr. Leād. Nebri. R

10 Anno 1287. Fr. Iacobus de Lara Caſtellanus, & Fr. Leander Nebrixa Vandalus Granatæ redimunt 180. Captivos.

Fr. Emmanuel Alburquerque, & Fr. Arnald. Liniberi. R.

11 Anno 1289. Fr. Emanuel Alburquerque Eques Nobiliſsimus Pintianus, Luſitanus origine, & Fr. Arnaldus Liniberius pro Aragonia, & Caſtella in Africam redimere navigantes, ventorum vi valida tempeſtate ſuborta, in apertum ſubmerſionis devenerunt diſcrimen; quare Nautæ omnia navigij bona in mare dejicientes, etiam redemptionis pecuniam abjiciendam accipiunt. Tunc Redemptores de Captivorum diſpendio ingenti mçrore dolentes cœlum pulſant gemitibus. Vix ergo in æthera lumina levant, die quæ computabatur duodecimo kalendas Decembris præfati anni 1289. in aere ſupra cymbam aſpiciunt auxiliantem ſibi V. Sororem Mariam de Cervello, vulo del *Socors*, quæ adhuc agebat in humanis, apud Barchinonam commorans, quam benè, vt ipſi teſtati ſunt, Redemptores cognoverunt: quæ ad ipſos allocuta ait. *Fratres confortamini in Domino, & in potentia virtutis eius, quia in proximo erit vobis ſalus.* Hæc cum dixiſſet imperavit ventis, & mari, & facta eſt tranquilitas magna; ipſa vero diſparuit. Adimplevit tunc hæc Sanctiſsima Virgo Redemptricis munus, quæ tale ſuſceperat inſtitutum; induta enim Sacro noſtræ Religionis habitu Barchinonæ, & in eo expreſsè profeſſa, omnium virtutū decore conſpicua, præſertim erga Captivos, & in mari periclitantes valde

S. Mariç de Socos memorja.

miſericors, frequens habuit, adhuc vivens, ſubvenire; vndè vulgo nuncupata fuit B. Maria del Socors, ſive de auxilio: quæ aſsiduis vacans meditationibus, mirabiles extaſes, ſimul ac deſolationes paſſa, relictis ad myſticam cum Deo vnionem ſaluberrimis ſcriptis, miraculis aſsidue patratis, die 19. Septembris, anno 1290. puriſsimam animam Deo reddidit. Eius virtutum, & miraculorum fama permotus SS. Innocentius XII. eam inter Sanctos ab Eccleſia veneratos ſolemni Decreto aſſeruit, & ſub Ritu ſemiduplici Officio primum de communi Virginis, dein proprijs Lectionibus, & Oratione à noſtro Ordine celebrandam decrevit. Præfati autem Redemptoris tranquillo mari ad Marrochium venientes 126. erutos è catenis Fideles Barchinonam revocarunt.

Fr. Ægid. Marcus, & Fr. Iſid. Mag. R.

12 Anno 1292. Fr. Ægidius Marcus, & Fr. Iſidorus Martinez pro Caſtella, & Vandalia Redemptores in Bethicæ partibus liberarunt 113. Eodem anno Redemptores Galli à Mauris Piratis ſpoliati, & nudi dimiſsi ſunt.

V. Fr. Anton. Valeſius, & V. Fr. Mathias Marcus Red Martyrio afficiunt.

13 VV. Fratres Antonius Valeſius Ligur, & Mathias Marcus Toloſanus Tunetum exigua pecuniæ ſumma adventantes, & Captivos, quos redimere non poterant ſalutaribus monitis in fide ſtabilientes, à Mauris ſuſpicati exploratores in cuſtodia recluduntur; vnde poſtea extracti, Antonius pueris traditur lapidandus, qui elongato Martyrio ſacram Deo reddit animam. Mathiam vero extra Vrbem rapientes è rupe præcipitem volunt; quare quaſſato corpore integram Domino obtulit animam.

Fr. Diony. Romeus, & Fr Vincent. Pra. Red.

14 Anno 1295. Fr. Dionyſius Ronæus Gallus, & Fr. Vincentius Pratenſis, Gotholanus, magnis exhauſtis laboribus, Sardiniæ 97. Captivos libertate donarunt.

Fr Conradus, Fr. Domin. à S. Petro, & Fr. Petrus Alos Red.

15 Anno 1300. Fr. Conradus redemit 228. Eodem anno Fr. Dominicus à S. Petro, & Fr. Petrus de Alòs perpetuus Podij Vicarius Algariæ liberarunt 187. Captivos. Vnde tempore huius Magiſtri liberati ſunt 2316. Captivi.

16 Gregorius X. Ioannes XX. Nicolaus III. necnon Bonifacius VIII. per plures Bullas Redemptionis inſtitutum protegunt, Religionem fovent, & muniunt.

Regum privileg.

17 Iacobus II. Aragonum Rex ſuo regio diplomate dato Barchinonæ ſeptimo Kalendas Novembris, anno 1292. Monaſterium noſtrum Barchinonenſe, tamquam Regiam Capellam reedificari, fratreſque illius, vt Regios Capellanos regijs ſumptibus in cibo, veſtitu, & cæterijs neceſſarijs ſuſtentari præcipit, iniungens Theſaurario Regio, vt quoties de prædictis fuerit requiſitus, ea Fratribus miniſtrare teneatur.

18 Alphonſus III. Aragnnum Rex ſuis expreſsis Litteris, datis Barchinone 8. kalendas Iunij, anno 1296. Conventum Barchinonenſem liberum redit à ſolutione eorum iurium, quæ primitus ſolvere tenebatur Regio Fiſco.

19 Sanctius Caſtellæ IV. plurima noſtro Ordini, in huius Magiſtri tempore conceſsit privilegia, de quibus fit expreſſa mentio in privilegijs à Filio eius Ferdinando infra referendis.
Vacavit Sedes menſes 4. dies 10.

§. V.

QVINTVS MAGISTER GENERALIS.

Fr. Petrus Formica 5. M. G.

1 QVintus M. Generalis numerandus venit V. P. Fr. PETRVS FORMICA, Arago loci de Formiche, Diœcesis Turolensis, Vir commendabilis memoriæ dignus, sanctissimis præditus moribus, Clericus, siue Sacerdos, qui Barchinone electus fuit die 18. Octobris, anno 1301. dum Vicarius Podij Fr. Petrus de Alós inibi plures Fratres Laicos congregans ad electionem contra Ordinis statuta processit, in qua electus fuit Fr. Arnaldus Amer; sed dum hæc litigia Romæ geruntur, Petrus Formica virtutis fama clarus migrat è vita Barchinone 8. Kalend. Aprilis 1302. *Non vacauit Sedes.*

§. VI.

SEXTVS MAGISTER GENERALIS.

Fr. Arnal. Amer 6. M. G.

1 SExtus Mag. Generalis computatur Illustr. Vir Fr. ARNALDVS AMER, Gotholanus, Militaris Eques, Iacobi II. Aragonũ cõmissione Illerdēsis Licei restitutor, ab Aragoniæ ad Castellæ Regem Legatus, Podij, vt supra anno 1301. electus, à Bonifacio VIII. sententia interlocutoria confirmatus, instituti zelantissimus, maturitate, & virtute septennio Religionem gubernans, obijt, Podij anno 1308. vbi eius corpus tumulatum quiescit.

V. Fr. Guilelm. Novelus, R. & Martyr.

2 V. P. Fr. Guillelmus Novelus, Florentinus, ex inclita Familiâ ortus, Barchinonensis Conventus Soboles, Primus totius Ordinis Procurator Generalis Sacerdos, Algerij in pignus constitutus, ob Fidei Catholicæ defensionem Martyrio decoratur.

Alius item Redemptor fustibus crudeliter afflictus, per anni spatium ergastulo maceratur.

Redemptiones per actæ.

3 Anno 1304. Commendatores de Lorca, & Gienij ex Vandaliæ partibus à Sarracenis obtentis 109. Captivos eruerunt.

Fr. Domi. à S. Cruce.

4 Magister Generalis cum Fr. Dominico de Sancta Cruce, ex Granatæ Regno liberavit 223. Captivos.

Fr. Iacob. Narbonæ.

5 Anno 1306. Fr. Iacobus Narbonensis, Barchinonensis Domus Filius, Sanctimonia, & scientia præstans, in Civitate Bonæ, & alijs Infidelium partibus, plurima perpessus eruit 108. Captivos.

Fr. Petr. à S. Iacob.

6 Anno 1307. Fr. Petrus à S. Iacobo ex Navarra inferiori, Palatij S. Iacobi Filius Algariæ liberavit 150. Christicolas. Vnde tempore huius Magistri liberati sunt 590. Captivi.

Multiplici Bulla à Bonifacio VIII. & Clemente V. Redemptionis bona, & Magistri iurisdictio firmantur, & augentur. *Vacavit Sedes per aliquot dies.*

§. VII.

SEPTIMVS MAGISTER GENERALIS.

Fr. Arnal. Rosiniol 7. M. G.

1 SEptimus Magister Generalis, & vltimus Equitum Militarium fuit Religiosissimus Vir Fr. ARNALDVS ROSINIOL, Gotholanus, Valētię electus anno 1308. à Clemente V. confirmatus per novem annos Ordinem religiosissimè moderans ad annum 1317, die tertia Maij Valentiæ ingressus [illegible] viam vniversæ terræ; cuius corpus ibid tumulatum est.

V. Fr. Petrus à S. Hermano Red. Martyr. coron.

2 V. Fr. Petrus de S. Hermano, Sacerdos, Vir Deo deditus, virtute præstans, & linguarum dono non carens, pro Gallia, & Aragonia missus Redemptor, sociante sibi Fr. Simone Fernandez ad annum 1308. in Vandaliæ finibus 200. redemit Captivos, quos per Socium remittens, inibi remanere pro Captivorum solatio, & Fidei elegit dilatatione; cumque his sacris intentus operibus plurimum proficeret, insidiator humani generis Tyrannum Almeriæ Regulum in furorem concitans S. Virum Infideles plurimos Sacro Fonte lustrantem invadit: Quare comprehensus Petrus, aut Fidem negare, aut vim immanium subire cruciatuum compellitur; sed constans in Iesu Christi confessione, ignitis forcipibus per vias publicâ laceratus, stipiti alligatur; sagittis tandem confossus nobile ducens trophæum, evolavit ad superos. Eius corpus saxo ad collum alligato in profundum deiicitur.

V. Fr. Alexander Siculus R. Martyriũ subiit.

3 V. Alexander Siculus cognomine, & natione, cum Tunetum Redemptionis causa petijsset, zelo Religionis inflammatus, accutissimis rationibus Iudæum quemdam nomine Ismaelem, inter Mauros magni habitum, convertit ad Fidem. Re cognita, Tuneti Præses Alexandrum comprehendi iubet, & imperterritum Fidei præconem obaudiens, ardentem in rogum conijci imperat; vbi divinis intentus laudibus igne examinatus, & exanimatus hostia Deo placens cœlestibus inseritur.

Fr. Raym. Albert.

4 Anno 1312. V. P. Fr. Raymundus Alberti Barchinonæ Prior duas executus est in Africæ partibus Redemptiones, in queis liberavit 200. Captivos.

Fr. Alphi. del Rio.

Anno 1313. Fr. Alphonsus del Rio, cum duobus Socijs Granatæ redemit 258. Christicolas.

Fr. Guillel. Girald. R.

5 Anno 1314. Fr. Guillelmus Giraldi, Sacerdos, honestæ, & amabilis conversationis Vir

Vit Algariæ liberavit 120. Captivos; quos in Hispaniam per socium remittens, inibi remanens fidem palam annuntiabat, nec ab aliquo iniuriam passus, blandis enim, ac suavissimis verbis animos etiam duriores demulcebat, cumque plurimas animas Christo conciliasset, missis à Magistro pecunijs, & extractis 97. Captivis remeavit ad propria.

Alii duo Martyres. 6 Fr. Iacobus, & Adulphus à Mag. Generali Tunetum missi plures redemerunt, sed in regressu à Mauris Piratis capti, in Africam ducti pro Fide Catholica occisi sunt.

14. Redēp. oppignorati. 7 Studio Redemptionis, & animarum zelo 14. Religiosi, omnes fere ex Cathalonia, pauci ex Gallia, & Balearibus Algariam simul tendentes, deficiente pecunia, animas ponere pro fratribus non dubitarunt; quare in pignus reliquis remanentibus, Fr. Claudius Tonellas, eorũ Dux, charitate flagrans, vir pœnitentissimus, orationi assiduus Gallus Carcasonẽ. qui ter, & decies Redemptor 1450. captivos eruit (harum Redemptionum puto tempus erratum, qui Claudius, anno 1312. Cardinalis creatus est. Vid. in Bull.) cũ 346. Captivis Barchinonam repetiit anno 1318.

Fr. Claud. Portaceli. 8 Eodem anno idẽ Claudius Tonellas, seu de Porta Cœli Algariæ liberavit 317. Captivos. Vnde tempore huius Magistri liberati sunt 2000. Captivi. Clemens V. sua Bulla hunc vltimum Equitum M. Generalem confirmat.

Regum Privileg. 9 Ferdinandus Castellæ Rex Ordini nostro valde addictus statuit, quod bona, & legata pro redimendis Captivis in testamentis relicta nulli consignentur, nisi Fratribus nostri Ordinis, & insuper, quod nullus Iudex possit extrahere confugientes ad domos, seu Ecclesias nostras, & quod Fratres, aut Nuntij nostri, non teneantur de bonis redemptionis solvere gabellas, datia, aut impositiones, neque dictæ eleemosynæ, animalia, aut bona possint à custodibus viarum sequestrari, neque in alieno deposito collocari: insuper quod in fluminum traiectu non teneantur solvere portorium, vulgo *flete*, & denique sint ab omni solutione, & impositione immunes, datum Vallisoleti, die 7. Iunij, anno 1312.

10 Alphonsus Aragoniæ Infans Regio diplomate, dato Actemonti 8. kalendas Decembris, anno 1314. Religionem nostram, & omnia eius bona, vbique terrarum suo subiectarum dominio, Regio sub suo suscipit patrocinio. *Vacavit Sedes menses 6. dies 14.*

§. VIII.

OCTAVUS MAGISTER GENERALIS.

Fr. Raym. Albert. 8. M. G. 1 Octavus Magister Generalis, Equitibus militaribus Magistratu depulsis, fuit Venerabilissimus P. Fr. RAYMUNDUS ALBERTUS; Gotholanus Barchinonensis ortu, & habitu, Iuris vtriusque Doctor peritissimus, Comitum Rosilionensium consanguineus, fervens Redemptionis, & Fidei assertor, ad quam plurimos Iudæos acutissimis reduxit ratiociniis, Iacobi II. Aragonum Regis à Consilijs, à quo pro fœdere inter Reges Siciliæ, & Neapolis Legatus; dignus qui à Ioanne XXII. Ecclesiæ Cæsaraugustanæ gratiam Metropolis obtinuerit. Inter Galliæ, & Aragoniæ Reges Arbiter, à Ioanne XXII. de plenitudine potestatis Avenione, die 17. Novembris, anno 1317. electus, Ordinem novis compilatis constitutionibus, à præfato Pontifice confirmatis, anno II. sui Pontificatus, Breviario, Missali, & Cæremoniali pro nostro peculiari Ritu Typis excusso, varijsque Principum favoribus, vitæ sanctimonia, & integritate rexit, & auxit; tandem pluribus pro Fide, & Religione perfunctus laboribus, iniurijs, verberibus, & pœnis apud Infideles perpessis, Sanctitatis fama celebris, Valentiæ 14. Kal. Decembris, anno 1330. sui Magistratus 14. migravit ad Dominum. Eius corpus postea integrum repertum, & suavissimo fragrans odore ad Podij Monasterium translatum est, die 6. Iunij, anno 1334.

Redempt. peractæ. 2 Anno 1321. Fr. Iacobus Solerio Barchinonensis Monasterij Soboles, & Fr. Iacobus de Baga Tarraconensis Bonæ, Tuneti, & alijs Africæ partibus liberarunt 289. Captivos. Eodem anno Fr. Dionysius de Tona, & Fr. Iacobus Valesius pro Gallijs liberarunt Algariæ 215. Eodem anno Fr. Claudius Marrochij liberavit, & Hispalim reduxit 236. Captivos.

3 Anno 1323. Fr. Ioannes à S. Cruce, & Fr. Ægidius Hispalensis ex Granata, & Algezira liberarunt 267. Christianos.

V. Fr. Thomas Vives R. Martyrio donatus. 4 Anno 1324. V. Fr. Thomas Vives, Valentinus, Barchinonensis domus filius Tunetum redempturus appulit, vbi Fidei, & animarum ardore correptus Iesum Christum annunciare non veritus, à Sarracenis quinquemnio carcere concluditur, & bonis redemptionis expoliatur; sed cum eius constantia varie tentata in nullo à vera Religione flecti potuisset, lapidibus obrutus martyrio coronatus est.

5 Anno 1326. Redemptores pro Cathalonia, & Aragonia ex Africæ partibus liberarunt 118. Alter in pignus remansit. Anno sequenti Mag. Generalis Algariæ liberavit 200. Captivos. Anno 1328. Fr. Petrus de Cordova, apud Oran liberavit 84. Anno 1330. Fr. Laurentius à Pietate Algerij liberavit 121. Vnde tempore huius Magistri liberati sunt 1530. Captivi.

Regum privilegia 6 Ioannes XXII. tres edit constitutiones, quibus privilegia roborat, totumque Ordinem perpetuo Sacerdotibus gubernandum assignat.

7 Iacobus II. Aragonum Rex Privilegio, dato Tarraconæ 6. Idus Martij, anno 1319. nos, bona nostra, & Redemptionis sub speciali guidatico mari, terraque constituit. *Est transumptum in Curia Iustitia Aragonum. Vacavit Sedes paucissimos dies.*

§. IX.
NONVS MAGISTER GENERALIS.

Fr. Berengarius Cantul 9. M. G.

1 Nonus Magister Generalis fuit V. Fr. BERENGARIVS CANTVL, natione Gotholanus, patria. & habitu Barchinonensis, regio sanguine satus, Montispesulani Princeps, Theologiæ Doctor, Barchinone Prior, inibi mense Decembri, anno 1330. electus, à Ioanne XXII. confirmatus. Ab Alphonso Quarto Aragonum ad Robertum Neapolis Regem Orator. A Clemente VI. electus Episcopus Barchinonensis. Religionem per 13. annos mirabili mansuetudine, zelo, & prudentia rexit. Obijt Barchinonæ, die 2. Decembris, anno 1343. eius corpus in Capella S. Eligii tumulatum quiescit.

Redempt. peractæ.

2 Anno 1331. Fr. Alphonsus Limia, nobili genere ortus, Præsulis Compostellani consanguineus, Conventus Vallisoletani proles cum Fr. Ludovico à Pietate Granatæ liberavit 207. Captivos.

Duodecim Fratr. Redemptores martyriū passi

3 Fr. Ioannes Hispalensis plurimis laboribus superatis, & iniuriis perpessis Granatæ redemit 108. Captivos, anno 1333. Sequenti anno duodecim Fratres Algariam redempturi ingressi, cum Captivos 124. è vinculis absolvissent, pro Christi Fide, quam ferventer annuntiabant omnes cruciati sunt.

4 Decem alias redemptiones Mag. Generalis, usque ad annum 1338. direxit, quibus per varios Fratres ex diversis Sarracenorum dominijs liberavit 911. Captivos.

5 Anno 1341. Fr. Iacobus Sanz, & Fr. Simon Orignath pro Aragonia, & Gallia, ex Africæ partibus liberarunt 190. Anno 1343. Fr. Ioannes Luca I. V. Doctor Algariæ liberavit 124. Vnde tempore huius Magistri liberati sunt 1654. Captivi.

6 Benedictus XII. & Clemens VI. bino diplomate Religioni, & Redeptioni prospiciūt.

Reg. Priv.

7 Alphonsus IV. Aragonum Rex privilegio dato Valentiæ, Idibus Decembris, anno 1335. omnia bona nostra sub regia protectione constituit, prohibens ne quispiam nostris perniciem paret, nec nostra bona sibi assumere, aut retinere valeat. Idem Alphonsus donatione facta Barchinonæ 10. kal. Decembr. anno 1335. concessit irrevocabiliter Religioni nostræ ius patronatus, & Ecclesiam loci de Bonoaere.

8 Petrus Quartus Aragonum Rex decreto facto Illerdæ 17. kalendas Iulij, anno 1336. confirmat donationem præfatam loci, & Ecclesiæ de Bonoaere Calaritanæ, statuens vt in ea sex Religiosi Presbyteri Missas quotidie celebrent, & pro ipsius Regis prosperitate orationes fundant.

9 Alphonsus Castellæ Rex confirmat privilegium, datum Matriti in favorem nostri Ordinis erga munus Redemptionis privative nobis incumbens, & præcipit nequis Fratres in munere redemptionis perturbet, sub gravibus pœnis. *Vacavit Sedes dies 28.*

§. X.
DECIMVS MAGISTER GENERALIS.

Fr. Vincentius Riera 10. M. G.

1 Decimus Mag. Generalis RR. P. Fr. VINCENTIVS RIERA, Gotholanus Barchinonensis ortu, & habitu Doctor Theologus, anno salutis 1343. vltima die Decembris Barchinonæ electus, à Clemente VI. confirmatus, legatione ad Sanctißimum pro Petto Aragoniæ fungens, Vir egregius sapientia, & prudentia pollens, biennio Ordini zelantißime præfuit. Obiit die 25. Martii, anno 1345. virtutum fama commendatus.

Redempt. operatæ.

2 Fr. Paulus de Lara genere illustris, sed virtute clarior pro Castellæ Provincia Granatæ 209. eruit Captivos. Fr. Guillelmus Lort pro sua Galliæ Provincia in Africæ partibus liberavit 120. Christianos. Vnde tempore huius Magistri liberati sunt 329. Captivi.

3 Clemens VI. quatuor Bullis libertates corroborat, ad Captivorum miserationem allicit, premia largitate proponit. *Vacavit Sedes menses duos, dies 29.*

§. XI.
VNDECIMVS MAGISTER GENERALIS.

Fr. Dominicus Serrano 11. M. G.

1 Vndecimus Magister Generalis insignis Academiarum Parisiensis, & Montispesulanæ I. V. Doctor, & Cathedrarius Fr. DOMINICVS SERRANO in Gallia ortus, anno 1345. die 23. Iunij Barchinonæ electus, à Clemente VI. confirmatus Ordinem triennio cordatißime rexit, pluribus adauctum Philosophiæ, & Theologiæ musæis. Obijt Montispesulani, die 9. Iulij, anno 1348. Cardinalis creatur à Clemente VI.

Redempt. peractæ.

2 Anno 1345. F. Ludovicus à Santa Maria Gallus, & Fr. Dominicus à Perpiniano Balearis pro Galliæ, & Aragoniæ Provincijs, ex Africæ partibus liberarunt 153. Captivos.

3 Anno 1346. V. Fr. Guillelmus Florentinus Algariæ liberavit 100. Christianos. Eodem tempore Fr. Alphonsus de Lara. & Fr. Andreas Ximenez pro Castella, & Vandalia ex Granatæ Regno liberarunt 128. Captivos. Et anno 1348. Fr. Petrus a Barchinona Algerij redemit 140. Vnde tempore huius Magistri liberati sunt 521. Captivi.

V. Fr. Guillelm. Sāz, R. martyr. fubiī.

4 V. Fr. Guillelmus Sanctius Valentinus, filius Conventus Podij, post peractam Granatæ redemptionem, dum Captivos sanctißimis verbis ad Dei amorem inflamaret, à Mauris despectus, quod Iesum extolleret, ardentius Sanctißimum eius nomen exaltans, Mahometique exprobrans errores, pugnis, pedibusque calcatus, lapidibus contusus, adhuc semianimis Christum prædicans, extracta lingua, & dissecto capite martyr occubuit. Eius corpus canibus obiectum divina gratia servatur illæsum.

5 Clemens VI. duplici constitutione Fratres nostros à Quæstorum nomine redit alienos, gratias iterat. *Vacavit Sedes pluribus mensibus.*

DVODE-

XII.

DVODECIMVS MAGISTER GENERALIS.

Fr. Pōtius Barelis M. G. 12.

1 Dvodecimus Magist. Generalis Nobilissimus, ac Egregius I. V. Doctor, & Cathedrarius Parisiensis Fr. PONTIVS BARELIS Gallus, patria Tolosanus, vbi & habitu nostro indutus, Perpiniani Commendator, anno 1349. Montispessulani electus, à Clemente VI. confirmatur; Petri Quarti Aragonum Regis Consiliarius, illiusque & Valentini Regni pacificator, fęderis Autor, eiusdem insuper apud Normandiæ Ducem Orator, Religionem regulari disciplina, Monasterijs, & Ecclesijs à fundamentis extructis, & instauratis, sacra supellectili adauctam per annos quindecim strenue gubernavit. Vocatus Avenionem ab Innocentio VI. super rebus Regis Francorum, ab Eduardo Angliæ Rege capti, cætui interfuit; paulò post clarus meritis, & fama illustris obiit Arlosæ in Gallia, die 10. Octobris, anno 1364. eius corpus Tolosæ depositum, inde Perpinianum translatum est.

Redempt hoc tēpore factæ.

2 Anno 1349. Fr. Paulus Ægidius Gotholanus, pro sua Provincia Redemptor Buxiæ, & aliis Africæ partibus 104. redemit Captivos. Eodem anno Fr. Alphonsus Burgensis, & Fr. Simon Pontius pro Castella, & Vandalia ex Civitate Heracleæ, & alijs Bethicæ partibus 237. eruit Christicolas.

3 Anno 1352. Fr. Bononatus Colono, Commendator de Tarraga cum suo Socio ex Africę partibus liberatos Tarraconam traduxit 220. Eodem anno Magister Generalis, ex Granatæ Regno liberavit 60. Anno 1353. Fr. Philippus Clarus, & Fr. Isidorus de Cordova, Hispalenses pro Castella, & Vandalia, ex Regno Marrochii, & Tetuani eruerunt 180.

4 Anno 1354. Fr. Guillelmus Queralta pro Aragonia, & Valentia liberavit 80. Anno 1356. Fr. Simon de Haro pro Castella redempturus pergens pluribus perpessis laboribus, & mortis discrimini sæpius expositus bonis expoliatur. Postea fidelium eleemosynis stipe collecta Granatæ 93. Captivi redempti sunt.

5 Anno 1398. Fr. Berengarius Assisius pro Aragonia, Fr. Petrus Ximenez pro Castella, & Fr. Ludovicus Alesius pro Gallia ex partibus Hispaniæ à Saracenis possessis 358. Captivos libertati donarunt. Anno 1360. Fr. Dionysius Amalius, & Fr. Petrus Sanz, ille Gallus, hic verò Gotholanus ex Africæ partibus liberarunt 130. Anno 1361. Fr. Dominicus Serrano Algariæ liberavit 100. Captivos. Commendatores Hispalis, & Cordubæ, anno 1362. ex Bethicæ partibus liberarunt 78. Captivos.

V. Fr. Iacobus à Iudæis occiditur.

6 In idem tempus V. Fr. Iacobus Valentinus ex Valentiæ Civitate cum Socio Fr. Petro Gallo Algerium redempturus accedens 53. eruit Captivos, sed in Synagoga Iudæorum Christum annuntians, ab illis pugnis, fustibus, & lapidibus contusus martyrium duxit; Socius vero cum Sacrum Corpus obtinere non valuisset, cum Captivis ad Hispaniam reversus est.

V. Fr. Petrus à S. Maria, R. martyrio coronatur.

7 V. Fr. Petrus Gallus cognomine, & natione, vocatus in Ordine Petrus à S. Maria, Cæsaraugustani Conventus Sobolcs, Tuneti, quod plures Infideles ad Christum convertit, & eorum vitia libere increpat, pueris illudendus, & occidendus traditur: qui constanter inter verbera, & fustes, avulsis capillis, & quassatis membris Fidem exaltans per vrbem raptatus, ad extremum igni traditus animam Deo reddit.

VV. Fr. Petrus à S. Maria, & Fr. Simon de Lara RR. Mart. afficiūtur

8 VV. Fr. Petrus à S. Maria Pintianus, & Fr. Simon de Haro, seu Lara Bethicus Redemptores instituti ex Africæ partibus 130. Captivis redemptis, dum ad propria remeant à Mauris Piratis tenti, post verbera, & ludibria in mari merguntur. Tempore huius Magistri liberati sunt 1623. Captivi.

Alij a. Martyres.

9 Anno 1362. duo Fratres iuxta Maioricam, à Piratis capti, in fidej confessione constantes in mari merguntur.

10 Innocentius VI. eiusque Cardinalis Legatus binno rescripto redemptioni oppitulantur.

Reg. Priv.

11 Petrus Quartus Aragonum Rex, regio suo diplomate præcipit, nequis audeat Fratres nostros in Regno Valentiæ à fidelium eleemosynis pro Captivis deterrere. Datum Barchinonæ, die 4. Maij, anno 1354. *Est transumtum in Curia Iustitia Aragonum, anno 1621.*

12 Idem Rex decreto expedito Valentiæ, die 21. Ianuarij, anno 1353. præcipit Iustitijs, & Iuratis, & ceteris Officialibus regijs locorum, vt adsint, & opem ferant nobis, & nuntijs nostris diebus Festis, & consuetis, dum fit eleemosyna pro Captivis. *Est transumptum in Curia Iustitia Aragonum, anno 1621.*

13 Idem Petrus Privilegio dato anno 1354. die 27. Aprilis confirmat privilegium Iacobi I. datum anno 1256. *Est transumptum in Curia Iustitia Aragonum.*

14 Idem Petrus suis litteris datis Valentiæ, die 11. Ianuarij, anno 1358. exposcit à Summo Pontifice ne permittat Ordinem nostrum alteri vniri, nec regium stemma, seu scutum deferere, vtpote quia apud Reges Aragoniæ sit ius patronatus illius. *Vacavit Sedes aliquibus mensibus.*

§. XIII.

DECIMVS TERTIVS MAGISTER GENERALIS.

Fr. Nicolaus Perez M. G. 13.

1 Decimus tertius Magister Generalis eruditissimus decretorum Dr. & Oscensis Cathedrarius: nobilis vir Fr. NICOLAVS PEREZ Valentinus, electus, anno 1365. ab Vrbano V. per Bullam speciale in Bullario adducendā. Perpetuus Podii Moderator, Ioannis I. Aragonum Regis Consiliarius, per 36. annos, & amplius Ordinis Ma-

gisterium gessit. Obiit Valentiæ, die 17. Martii, anno 1401. ibid. tumulatur.

Redempt. eius tempore factæ

2 Anno 1366. Fr. Ludovicus Concisus Algariæ liberavit 88. Captivos. Anno 1377. Fr. Franciscus Matienzo, pro Castella, & Vandalia ex locis in Hispania à Sarracenis possessis liberavit 185. Captivos. Anno 1380. Fr. Christophorus Soler, Vir valde bonus, & charitate plenus pro Aragonia ex Oran liberavit 198. Captivos.

3 Anno 1381. Fr. Alphonsus Burgensis, nobilis genere, Toletani Monasterii proles, Eximius in Theologia Magister, & egregius Concionator, cum Fr. Ioanne Medina pro Castella in Barbarorum Hispaniæ finibus liberavit 259. Captivos.

4 Anno 1383. Fr. Arnaldus Pontius Algerii liberavit 48. Christianos. Idem anno 1386 Tuneti 89. Captivos redemit. Anno 1387. Fr. Dominicus à S. Laurentio, & Fr. Ioannes Miranda, aliàs de Sevilla, pro omnibus Ordinis Conventibus liberarunt 309. Captivos. Anno 1393. Redemptores Fratres quorum nomina non referuntur in nostris Annalibus ad Redemptionem navigantes, in mari demersi, vel à Mauris capti, & occisi sunt.

5 Fr. Laurentius de Castro Vandalus, & Fr. Paulus Gomez Castellanus pro Castella, & Vandalia, ex Marrochii Regno liberarunt 229. Captivos. Anno 1388. Redemptores pro Gallia, & Aragonia Algerii liberarunt 128. Captivos.

6 Anno 1390. Fr. Damianus de Portu, vitæ integritate, & doctrina celebris, in sacris litteris eruditus, & Fr. Ægidius Dalmasia subtilis Theologus, & acumine præstans ex Africæ partibus liberarunt 136. Captivos. Anno 1400. Fr. Bernardus Plano Gallus, Vicarius Provincialis Franciæ, & Fr. Arnaldus Darcenchs juris Pontificii doctissimus, & ingenio eminenti valdè clarus ex Civitate Buxiæ liberarunt 128. Captivos.

V. Fr. Petrus Beteta, R. martyr occub.

7 V. Fr. Petrus Beteta Castellanus, patriâ Conchensis, Barchinonensis Conventus filius Almeriæ Redemptionem exercens, Christum à Mauris despectum dolens, nimio zelo ipsum in effigie, quam secum asportabat, demonstrans, & exaltans; manibus, pedibusque præcisis, ac tandem multiplici toto corpore concisus ictu martyr migravit ad Dominum.

V. Fr. Arnaldus Arenchs, Martyr.

8 V. Fr. Arnaldus Arenchs Manresæ, vt plures tenent, natus, habitu Barchinonæ indutus, virtutibus spectabilis Redemptor, cum Fr. Iulio Pons Granatam profectus 23. Captivos nobilitate decoros magno pretio redimens anno 1394. pro alijs tribus in fide infirmis pignus remansit; cum autem Socius diutius pacto tardaret, Barbarus Dominus, Reguli permissu, Arnaldum pugnis, & ictibus percussum, & catenis onustum carceri tradit. Dum verò Arnaldus patienter sustinens Christum invocaret, furens Maurus fidem negare minis compellere nititur: sed cum frustra tempus tereret, quinimo ferventius Christum prædicaret Arnaldus, fuste capite contuso martyr occubuit. Tempore huius Magistri liberati sunt 1849. Captivi.

9 Vrbanus V. & Vrbanus VI. Gregorius XI. Pseudepapa Clemens VII. & Benedictus XIII. redemptionem protegunt, roborant, & immunitatibus constabiliunt.

Reg. Priv.

10 Petrus Quartus Aragonum Rex, privilegio dato Barchinonæ, die 25. Septembris, anno 1366. prohibet ne quis, præter Fratres nostros, ad opus redemptionis eleemosynas accipiat, præcipitque regijs Officialibus, quod nobis opem ferant, & auxilium. Ibidem die sequenti novo decreto nobis indulsit, vt Conventus nostros, quos extra muros locorum habemus posimus intra menia transferre.

11 Insuper sententia data Barchinonæ in Regio Consilio, die 26. Augusti, anno 1370. prohibetur Bernardo Parato, Presbytero Baleari erectio Congregationis pro redimendis Captivis.

12 Idem Petrus privilegio dato Cæsaraugustæ, die 15. Novembris, anno 1381. nobis concedit eleemosynas petere, & Syndicos nominare pro Redemptione Captivorum, non obstante contradictione Fratrum S. Antonii, SS. Trinitatis, nec aliarum quarumcumque personarum.

13 Idem Petrus privilegio dato Dertusæ, die 4. Decembris, anno 1382. Magistro Ordinis de Montesa severe præcipit ne Fratres nostros ab eleemosynis pro Captivis deterreat, & omnes à se perceptas sub gravibus pœnis nobis restituat.

14 Ioannes I. Aragonum Rex privilegio dato Barchinonæ, die 10. Februarij 1388. constituit, & declarat nos à solutione decimarum exemptos. *Vt cuius Privilegij, & Bullæ IV. Gregory XI. Garcias Archiepiscopus Cæsaraugustanus decimarum Apostolicus Generalis Collector declaravit nos à solutione decimarũ exemptos sententia data Cæsaraugustæ 26. Maij anno 1338.*

15 Ioannes I. Aragoniæ Rex privilegio dato Barchinonæ, die 10. Aprilis, anno 1388. concedit nobis privative eleemosynas pro Captivis accipere, revocans omnia privilegia Ordini SS. Trinitatis concessa, & decernens, quod hoc nostrum privilegium revocari non valeat, nisi citato, & audito Magistro Generali nostri Ordinis, & tandem nos à decimarum solutione reddit immunes. *Est transumptum in Curia Iustitia Aragonum.*

16 Idem Rex, Montisoni, die 4. Maij, anno 1389. præcipit ne vagabundi specie Captivorum possint, absque expresso testimonio, eleemosynas petere, nec pro se, nec pro suis consanguineis. *Est transumptum in Curia Iustitia Aragonum.*

17 Idem lege lata in loco de Aytona, die 3. Maij, anno 1391. concedit, quod soli nostri Ordinis Fratres, non autem Fratres SS. Trinitatis possint pro redemptione Captivorum eleemosynas petere.

18 Idem decreto dato Perpiniani, die 14. Februarij, anno 1396. confirmat privilegium Iacobi I. anno 1256. concessum, & præcipit nobis dari speciale guidaticum. *Est transumptum in Curia Iustitia Aragonum.*

19 Martinus Aragoniæ Rex privilegio dato Cæsaraugustæ, die 27. Octobris, anno 1399. concedit nobis posse palam prædicare, capsellas in Ecclesijs, saculos in furnis, & molendinis, & Procuratores vbique apponere, & nominare pro Redemptione Captivorum, & in hoc ministerio laborantes commensales suos appellat, & præcipit ne ab aliquo molestiam accipiant, ac tandem Religionem nostram sub suo regio suscipit patrocinio. *Est transumptum in Curia Iustitia Aragonum.*

20 Henricus II. Castellæ Rex decreto dato Burgis, die 25. Maij, anno 1372. præcipit sub

sub gravibus pęnis omnibus regijs Officialibus, vt observari faciant privilegia nostro Ordini à suis prædecessoribus concessa pro eleemosynis, & ministerio Redemptionis.

21 Idem Henricus amplissimo privilegio dato Vallisoleti, die 25. Maij, anno 1373. præcipit, ne quis Fratres nostros cogat solvere gabellas, aut aliam quamlibet impositionem de bonis redemptionis. Insuper quod omnia bona incerta (vulgo Mostrencos) redemptioni consignentur. Et quod de bonis Captivorum, quę secum afferunt, dum veniunt ex captivitate non faciant gabellas solvere; & quod omnia legata pro redimendis Captivis Fratribus nostris tribuantur. Item quod de bonis, & animalibus Redemptionis non debeat extorqueri *peaje, passaje, hervaje, ni ronda, Castelleria, assadura, almoxarisfazgo, dehesa, cañada, ni otro derecho de barca, ni puente*. Ac tandem quod Fratribus nostris dentur gratis hospicia.

22 Ioannes I. Castellæ Rex, decreto facto in Comitijs, Burgis celebratis, die 10. Augusti, anno 1379. confirmat præfatum Henrici privilegium, & insuper statuit, quod si quis damnum nobis intulerit, in duplo restituat. *Vacavit Sedes duos menses, dies 28.*

§. XIV.

DECIMVS QVARTVS MAGISTER GENERALIS.

Fr. Iacob. Thaust M. G. 14.

1 Decimus quartus Mag. Generalis V. P. Fr. IACOBVS THAVST, Valentinus Podii Commendator, & perpetuus Vicarius, die 13. Iunij, anno 1401. Barchinonæ electus, à Benedicto XIII. confirmatus, Martini Aragonum Regis Consiliarius, specialisque Capellanus, Vigil Ordinis Pastor, quem per annos quatuor sanctissimè gubernavit. Obijt Valentiæ, die 28. Augusti, anno 1405. Ita fervens divino amore, vt Maurus nobilis nomine Mahamed Abdala, qui forte eum animam agentem vidit, divina inspirante gratia, fide illuminatus salutare baptismi suscepit lavacrum.

Redempt. eius tempore factę

2 Fr. Ioannes Verdegalio, anno 1401. ex CivitateOran 99. eduxit Captivos. Anno 1402. Fr. Ioannes Herrera, & Fr. Bernardus Arenas pro Castella, & Gallia ex Regnis Fesi, & Marochij 258. Captivos libertate donarunt. Anno 1403. Fr. Lucas de Toró Castellanus, virtute præstans, charitate fervens, cum Socio 118. Captivos Marrochii liberatos Hispalim reduxit incolumes.

3 Anno 1404. Fr. Gilbertus Vincentius, & Fr. Nicolsus de Mendoza, pro Aragonia, & Castella ex finibus Hispaniæ à Sarracenis obtensis 198. liberarunt Captivos. Eodem anno Fr. Antonius Blanes, & Fr. Petrus Sorellas pro Aragonia, & Valentia in Regnis Oran, Mostagan, & Algariæ 200. liberarunt Captivos. Vnde têpore huius Magistri liberati sũt 873. Captivi.

4 Benedictus Pseudo decimus tertius vnico diplomate institutum decorat.

Reg. Priv.

5 Martinus Aragonum Rex privilegio, dato Barchinonæ, die 18. Ianuarij, anno 1401. Conventui nostro Maioricarum indulget, vt Commendator possit in quovis loco Insulæ Procuratorem eligere pro eleemosynis redemptionis, cuius vacinum secundum locum in Ecclesiis obtineat.

6 Idem eodem anno, die 10. Augusti, & 27. Septembris Conventum Barchinonę sub regio suscipit patrocinio, Fratresque nostros Regios instituit Capellanos, & Basilicam Regiam Sanctæ Agathæ Ordini perpetuo attribuit cum omnibus suis iuribus, quam donationem, Alphonsus V. ratam habuit, & confirmavit Martinus V. anno sui Pontificatus 7.

7 Idem Martinus Rex privilegio dato Cęsaraugustæ, die 29. Ianuarij, anno 1402. statuit quod solis Fratribus nostris, exclusis Fratribus Sanctissimæ Trinitatis, competat eleemosynas, & legata pro redimendis Captivis accipere, non obstantibus quibuscumque.

8 Idem Rex eodem anno, die 21. Iunij Valentiæ confirmavit privilegium Ioannis Regis, concedens, quod tempore belli, & pacis possint Fratres nostri emere Captivos Infideles, vt eos pro fidelibus Captivis permutent. *Vacavit Sedes menses septem, dies 18.*

§. XV.

DECIMVS QVINTVS MAGISTER GENERALIS.

Fr. Antonius Caxal, M. G. 15.

1 Decimus quintus Magist. Generalis ter Venerabilis Fr. ANTONIVS CAXAL Gotholanus Tarraconensis, Barchinonensis domus filius, & Prior, Theologus Salmantinus Doctor, Sacrorum Bibliorum Interpres, & Cathedrarius: in vtroque iure apprimè versatus, Barchinonæ electus, die 14. Martij, anno 1406. à Benedicto Pseudo XIII. cõfirmatus, Aragoniæ Regũ Consiliarius, Martini ad Catherinam Castellæ Reginam, & Ferdinandi, item Aragonum Regis ad Sigismundum Imperatorem Legatus, pro Ecclesiæ vnione ab ipsis Regibus ad Benedictum Papam, & ab eo murnatim ad ipsos sępius Orator. Ac demũ ab Alphonso V. Aragonũ Rege ad OEcumenicam Constantiensem Synodum deputatus Pater in eo conscriptus, vnus è duodecim Iudicibus pro Antipapæ depositione, Religioni mirifice præfuit per annos vndecim, à Concilio præfato electus Episcopus Lugdunensis, omnium luctu, Obijt Constantiæ, & in Ecclesia S. Dominici, assistentibus Imperatore Sigismundo, Ecclesiæ Prælatis, Principibus, & Regiis Legatis bonorificentissime tumulatus est.

Concilio Constantiensi interfuit.

V. Fr. Iustinus, R. martyrio coronatur

2 V. P. Fr. Iustinus Parisijs natus, Doctor Parisiensis, & Cathedrarius, Valentinæ domus filius Granatam redempturus missus, non longe ab ea bonis expoliatur; cumque Christi nomen blasphemari non ferret, in eius laudibus maxillis confractis, dentibus avulsis, Sanctissimum Iesu

Iesu nomen balbutiens, fune ad collum alligato raptatus, & arbori suspensus animã Deo redidit.

V. Fr. Guillel. Loar. pro fide vexatus.

3 V. Fr. Guillelmus Loarre, Vallisoletani Monasterij soboles, Oscensis Theologię Cathedrarius, ingenij acumine valde præstans, Granatæ 60. eruit Captivos. Postea in fide instructos duos baptizavit Equites Mauros, quod cum Regi Iuzepho delatum esset, Guillelmum carceri recludendum tradit, vbi inedia, & verberibus maceratus plures consumpsit annos. Rebus postea compositis liber emissus, Valli soleti solitudini, contemplationi, cæterisque virtutibus deditus, sanctitatis fama clarus migravit ad Dominum.

4 Anno 1408. Fr. Bernardus de Verdunio, Fr. Dionysius dè Agreda, & Fr. Michael Toribius pro omnibus Ordinis Conventibus Tuneti, & alijs Africæ partibus liberarunt 303. Captivos. Anno 1411. Fr. Petrus Cathalani eximius concionator, Vir omnium virtutum decore conspicuus ex Africæ partibus liberavit 140. Captivos. Per hæc tempora, huius Magistri opera aliæ quinque peractæ sunt Redemptiones per diversas Ordinis Provincias, quibus liberati sunt 897. Captivi. Itaque tempore huius Magistri, è vinculis absoluti sunt 1400. Christicolæ.

Collegiũ Salmanticẽsium fundatur.

5 Opera, & directione huius præclarissimi Magistri magnum Religio decorem suscepit, & incrementum, pluribus in locis Monasteria, vel innovata, vel primitus erecta fuere. Vnum pro mille Salmanticense VeræcrucianumCollegium, Doctoribus, & Cathedrarijs illius numquam satis proclamati Athenæi quotidie abundans; expetito de cælo a Iudæis, inibi Synagogam colentibus, signo per Crucis multiplicia signa, è cælo labentia, & eorum vestibus inèxcutibiliter affixa, celebre Veræcrucis nomenclatura. A S. Ioanne Iofre Gilabert Valentino fundatum, qui moderatis sanctissime Montisalbi, Podij, & Valentiæ Commendis, totus verbi Dei deditus proclamator, ingentes vbique animarum fruges in horrea Domini invexit. Nosocomium pro pueris expositis, & phreneticis percelebre Valentiæ fundavit. Sancto Vincentio Ferrario in prædicatione Socius, patrato præfato nostri Collegij Salmanticensis signo, & Iudæorum Synagoga in Ecclesiam, seu Collegium nostrum consecrata, de instante morte certior, Podium regressus, & ante Virginis Mariæ, quam imis visceribus diligebat, insigne simulacrum orans, ipso adventus sui die, flexis genibus in his verbis: *Lætatus sum in his, quæ dicta sunt mihi in domum Domini ibimus*, purissimam efflavit animam, cunctis fratribus nimiò dolore, & admiratione correptis. Ad cuius tumulum plura sunt patrata miracula, duo mortui ad vitam redierunt, & corpus eius ibidem honorifico sepulcro conditum ad hæc vsque tempora incorruptum perseverat. In eodem Collegio publice, in erecto altari sub eius invocatione, colitur.

S. Ioannis Gilabert Commẽdatur.

6 Huius scientiarum fęcundissimi seminarij fructus vberrimos collegit Religio nostra: concurrentibus enim inibi ex omnibus fere Ordinis Provincijs, discendi gratia, fratribus, sapientissimi prodiere viri. Plurimos tum sanctitudine, tum scientia commendabiles enumerare, esset in longum abire. Eos tantum obiter percurram, qui vel in eodem Collegio habitum suscepere, vel in ea percelebri Academia magisterium publicum implevere.

V. Fr. Ioãnes Gran.

7 Primatum obtinuit V. P. Fr. Ioannes de Granada, domus Vallisoleti fausta soboles, juris Canonici in Salm. Vniversitate Doctor, Regum Granatæ filius, Castellę perpetuus Provincialis. Martyrium subiit Granatæ iussu cognati sui Mahomat Abenalda anno 1428. *v. inf.*

Em. Card Salazar.

8 Eminentissimus D. D. Fr. Petrus Salazar S. R. E. Cardinalis, de quo in Bull. in eodem Collegio nostrum cucullum induit.

Ill. D. Fr. Alphons. Pimentel. sac. pag.

9 Ante erectũ Collegium Ill. ac RR. D. D. Fr. Alphonsus Pimentel Sacræ Scripturæ in eadem Academia Cathedrarius, Alphonso XI. Castellæ Regi Consiliarius, & Ecclesiastes, Episcopus Mirobrigensis extitit, de quo in Bull. Obijt anno 1355. ætatis 59. cum per annos 6. integerrime munus Episcopale expleverit.

D. Fr. Gabriel à S Maria.

10 Ill. ac V. D. D. Fr. Gabriel de S. Maria, ejusdem Collegij præclara soboles, & Prælatus, Vniversitatis Doctor, & vespertinus Theologiæ Cathedrarius, Caroli V. Concionator, & Consiliarius, Archiepiscopus Pisanus. Obijt in sua Sede, anno 1450. ætatis 68.

D. Fr. Ferdin. Carvajal, & Ribera.

11 Ill. ac RR. D. D. Fr. Ferdinandus Carvajal; & Ribera Salmantinus clara stirpe, eiusdem Vniversitatis Theologiæ Doctor, Archiepiscopus S. Dominici Indiarum Primas de quo plura infra in Bull. ejusdem Collegij filius, & Doctor maximisque redditibus, & vtensilibus locupletator extitit.

D. Fr. Didacus de Muros.

12 In eodem Collegio nostrum amplexus est institutum Ill. D. D. Fr. Didacus de Muros, & in eadem Salmanticensi Academia Cathedrã Sac. Pag. obtinuit, Regius Concionator, ab Henrico IV. Castellæ ad Paulum II. & à Ferdinando, & Elisabetha ad Sixtum IV. & Regem Neapolis Legatus, Abbas S. Iusti de Toxos, & S. Mariæ de Sobrado, Episcopus tandem Mirobrigen. scientia, & virtutes commendatus obijt die 9. Decembris, anno 1492. ætatis 90.

D. Fr. Balthasar Benavente.

13 Ill. ac RR. D. D. Fr. Balthasar Benavente Salmantinus ortu, & habitu, ac eius Collegij Alumnus, Magister, & Rector, Episcopus de Potenza virtutibus, & meritis cumulatus obiit, vid. in Bull.

D. Fr. Alphõs. Vazquez.

14 Ejusdem Domus extitit soboles Ill. D. D. Fr. Alphonsus Vazquez de Miranda Abbas S. Anastasiæ, qui ad Ecclesiam Mirobrigen. electus Antistes renuit, de eo vide in Bull. obiit die 17. Ianuarij, anno 1661. ætatis 75.

D. Fr. Frãcis. Zumel

15 RR. P. M. Fr. Franciscus Zumel, de quo numquam satis, vide tamen infra, ejusdem Collegii soboles, Alumnus Lector, Regens, & Doctor extitit. In eadem Vniversitâte Decanus, & in Cathedra Philosophiæ moralis jubilatus, obiit ibid. anno 1607.

DD. P. Fr. Franciscus Maldon.

16 In eodem Collegio adscriptus est nostris RR. P. M. Fr. Franciscus Maldonado, Salmantinæ Nobilitatis germen, Vir industrius, & in omni disciplina versatissimus, de quo vide infr. in eius Generalatu.

M. Fr. Ferdin. Leon.

17 A. R. P. M. Fr. Ferdinandus Leon Vlisiponensis, à Sertoriano Lycæo Salmantinum adveniens, nostro Ordini in eodem Collegio adscitus, in Theologia laureatus, Cathedras Philosophiæ, Scoti, & S. Thomæ omnium acclamatione promeruit, ingenio subtilissimus, ejusdemCollegij Rector, in omni disciplinarum genere versatissimus. Obiit ibid. die 4. Septembris anno 1644. ætatis 48.

P. M. Fr Ioann. Solis.

18 A. R. P. M. Fr. Ioannes de Solis Salmantinus, præclara Familia ortus, ejusdem Collegij filius, Collega, & Magister, in Artibus, & Theo-

logia

logia Laureatus, in eodem Lycæo Cathedras Summularum, Logicæ, S. Thomæ, & Durandi obtinuit, postea in Philosophiæ Moralis Cathedra Iubilatus, obiit ibid. ingenij præstantia, & litteris commendatus.

19 Præter hos, quos Religioni nostræ, & cælo peperit Verecruciana Domus Heroes, alios ejusdem Athænei nutrivit Magistros.

Ill. Fr. Gaspar de Torres. 20 Ill. ac RR. D. D. Fr. Gaspar de Torres ejusdem Collegij Alumnus, Magister, & Rector extitit, Castellæ Provincialis, Matritense Cœnobium, & Collegium complutense erexit, in Artibus, & Theologia Mag. Scoti, S. Thomæ, Durandi, ac Philosophiæ naturalis, in qua jubilationem explevit, Cathedras ingenti plausu moderatus est. Philippo II. Consiliarius, & ab eo ad Concilium Trident. deputatus Theologus, & Principi Carolo Magister institutus, Episcopus Medauren. & Archiepiscopus S. Dominici ipsum Collegium valde juribus, & fabrica auxit. Obijt Hispali anno 1583. die . . nuarij, ætatis septuagenarius.

Ill. Fr. Iosephus Gonzalez. 21 In eadem Domo Collega, Lector, & Rector Ill. ac RR. D. D. Fr. Iosephus Gonzalez, ejusdem Vniversitatis Theologiæ Magister Cathedras Theologiæ moralis, Scoti, S. Thomæ, Durandi, Philosophiæ moralis, vespertinam, & primariam summa omnium acclamatione, & Auditorum profectu decurrit, Episcopus Mirobrigen. primum, Plasentinus dein assumptus est: de quo vide plura in Bull.

M. Fr. Petrus Merino. 22 V. & R. P. M. Fr. Petrus Merino Castellæ Provincialis in eadem Salmanticensi Academia virtutibus, & sapientia prælucens, in Artibus, & Theologia M. Cathedras Scoti, S. Thomæ, & vespertinam Theologiæ moderatus, & in Philosophia morali jubilatione expleta, eiusdem Vniversitatis Decanus, electus Episcopus Vallisoletanus apud Indos, renuit amore virtutis: in eodem Collegio Sacristiam, & Fratrum Sepulchrum extruxit. Obijt die 11. Decembris, anno 1649. ætatis 73. de eo vide in Bull.

M. Fr. Dominic à S. Ioann. del Pie del Puerto. 23 V. & R. P. M. Fr. Dominicus à S. Ioanne del Pie del Puerto Gallus ab eadem Salmanticensi Vniversitate, anno 1517. exoratus, Parisiensem liquit, & in Salmantina M. in Artibus, & Theologia laureatus, virtutum decore, & sapientiæ specimine veneratus Cathedras S. Thomæ, Durandi, & Philosophiæ naturalis, in qua jubilatus est, summo promeruit plausu, Vniversitatis Vicecancellarius, plura scripsit. Obijt ibid. anno 1540.

D. Fr. Didacus de Prado. 24 Ill. ac RR. D. D. Fr. Didacus de Prado, & Marmol, Matritensis Conventus Sobolles, ejusdem Collegij Alumnus, Lector, Regeos, & Rector, in eadem Academia M. in Artibus, & Theologia, Cathedras Scoti, S. Thomæ, & Philosophiæ moralis egregie decurrit, Archiepiscopus Brinden. Obijt die 19. Aprilis anno 1658. ætatis 44. de quo vide in Bull.

M. Fr. Gaspar de los Reyes. 25 A. R. P. M. Fr. Gaspar de los Reyes ingenio subtilissimus, obedientia præstans, ac virtute commendabilis, Toletanæ Domus filius, ejusdem Collegij Alumnus, Lector, & Rector, in eadem Vniversitate in Artibus, & Theologia laureatus per 42. annos Cathedras Artium, S. Thomæ, Durandi, Logicæ, Philosophiæ naturalis, & Sac. Paginæ moderatus, in primaria Theologiæ jubilatus, Provinciarum Galliæ Gen. Visitator, tandem senio, virtutibus, & doctrina venerandus obijt Salmanticæ, die 20. Septembris, anno 1655. ætatis octogenarius.

M. Fr. Bartholom. Anento. 26 A. R. P. M. Fr. Bartholomæus Anento, Arago, loci de Villa-Nova de Xiloca, ingenio peregrinus, habitu Cæsaraugustanus, consumatus in brevi explevit tempora multa, ejusdem Collegij Alumnus, & Lector, Iuvenculus adhuc ad Cathedras Antagonista (vix attigerat 18. ætatis annum) omnium stupore perlegeas, increpans, & respondens à Supremo Castellæ Senatu, ni obstaret ætas, judicatus est ad suffragium merito primus, quod & idem Senatus ipsi per Epistolam ejus acumen extollentem, præter solitum, significavit. Postea M. in Artibus, & Theologia institutus, primariam eloquentiæ, & Philosophiæ Cathedras obtinuit, verbi Divini celebratissimus proclamator, animarum ad culmen perfectionis dexterrimus ductor, humanis, & divinis litteris aprime excultus, indolis suavitate omnium oculis amabilis, nescio qua vi animos alliciens, & in sui rapiens amorem, sibi austerus pœnitentiæ rigore, in contemplatione assiduus, à Principibus magni habitus, & quæsitus Consiliarius (testis sum ocularis) tandem præpropera morte, die 21. Septembris, anno 1679. ætatis 33. in his verbis: *Ne recorderis peccata mea Domine.* Spiritum exhalavit Salmanticæ.

M. Fr. Petrus Machado. 27 A. R. P. M. Fr. Petrus Machado sui ævi celebratissimus Theologus, in Mathematicis perdoctus, Græci, Hæbraici, & Caldaici sermonis peritissimus, Castellæ Provincialis, plurium librorum Scriptor, vnus tamen prælodatus fuit, in eadem Vniversitate Theologiæ M. Philosophiæ naturalis Cathedrarius incredibili Auditorum concursu, & profectu omnium plausu Magisterium duxit. Obijt Burgijs virtutibus, & sapientia commendatus anno 1602.

M. Fr. Ioannes Garcia. 28 A. R. P. M. Fr. Ioannes Garcia, alumnus, Lector, & pluries ejusdem Collegij Rector acumine præstans, exemplaris, & observantissimæ vitæ commendatus, in eadem Vniversitate Theologiæ Doctor Philosophiæ, ac Theologiæ Cathedras obtinuit, & Proprietarius in summularum lectione jubilationem explevit, ejusdem Collegij amplificator, & reparator, Provinciarũ Peruanensium Vicarius Gen. tandem Salmanticam rediens obijt ibid.

M. Fr. Petrus de Salazar. 29 A. R. P. M. Fr. Petrus de Salazar Castellæ Provincialis, ingenij dexteritate, & eruditione conspicuus, divinis, & humanis literis optime excultus, in Sacra Theologia egregius, græco, hebraico, & chaldaico Idiomate non ignarus, in Religione magni habitus in eadem Vniversitate Cathedrarius, Obijt anno 1570.

M. Fr. Alphonsus Mathias. 30 A. R. P. M. Fr. Alphonsus Mathias in Theologia eiusdem Athenæi Magister, & in omni disciplina aprime versatus Cathedram Hæbraicæ linguæ ibidem obtinuit, in qua sicut in latina, græca, & caldaica mira eruditione pollebat, vitæ austeritate rigidus, & omni virtutis fruge dives, obijt.

M. Fr. Gregorius Accisso. 31 Sapientissimus sui ævi, & in omni scientia celebratus M. R. P. Fr. Gregorius de Accisso, egregius Aristotelis commentator, vt ejus testantur opera, ejusdem Academiæ in Artibus, & Theologia Magister, Cathedras Logicæ, Philosophiæ naturalis, & Theologiæ vespertinam adeptus, innumeros habuit Auditores. Nullum fuit scientiarum genus, in quo non esset exacte versatus; ob ejus in medicina præstantiã, expetentibus pluribus Hispaniæ Principibus,

pibus,

pibus, Sedes Apostolica illius ipsi praxim indulsit, qua plures morti addictos judicio Medicorum sanitati restituit, & inter eos Marchionem de los Velez, ad quem Granatam accersitus est.

M. Fr. Fräcifcus del Aguila. 32 R.P.M.Fr. Franciscus del Aguila, ejusdem Domus Collega, Lector, & Rector, atque in eadem Academia Theologiæ Magister, Cathedram Philosophiæ in ea docuit; morte tamen præventus ad alias non sedit. Obijt ibid. die 16. Octobris, anno 1651. ætatis 44.

M. Fr. Ioännes Bapt. Candanedo. 33 R.P.M.Fr. Ioannes Baptista de Candanedo, ejusdem Collegij Magister, & in ipsa Academia in Theologia laureatus Cathedram Theologiæ S. Thomæ moderatus est. Obijt ibid. dum è sacro devote peracto cellam regreditur, die 18. Martij, anno 1670.

M. Fr. Didacus à Villavicêcio. 34 R. P. M. Fr. Didacus de Villavicencio Vandalus Xerezensis, Conventus Matritensis filius, ejusdem Collegij Alumnus, & Lector, de Claustro Vniversitatis, & eiusdem in Theologia Doctor, dum in agone ad Cathedras contendit, obiit immature Matriti, die 28. Octobris 1667. ætatis 32.

M. Fr. Petrus Benavente. 35 R. P. M. Fr. Petrus de Benavente ipsius Collegij Scholaris, Magister, & Rector, in eadem Vniversitate Theologiæ Doctor, dum ad minervalē pro Cathedris palestram accingitur, virtutis, & prudentiæ, clarique ingenio celebratus, obijt ibid. die 17. Septembris, anno 1676. ætatis 31.

M. Fr. Hierony. Matute. 36 Ejusdem Salmantini Lycæi ex nostris Doctor in Theologia extitit R. P. M. Fr. Hieronymus Matute, in qua Cathedram Durandi obtinuit, & in eodem Collegio Alumnus effloruit.

MM. Fr. Mich. Burgos, & Fr. Ioannes Prado. 37 R.P.M.Fr. Michael de Burgos, & R.P. M. Fr. Ioannes de Prado in eadem Vniversitate in Theologia floruerunt Magistri, Cathedrasque ejusdem facultatis obtinuere.

M. Fr. Fräcisc. Solis. 38 Ad præsens ad maiora præcinctus R.P. M. Fr. Franciscus Solis Vandalus Conventus Malacitani Soboles, ejusdem Collegij Alumnus, & Lector, in eadem Vniversitate Theologiæ Magister post Philosophiæ decursā regentiæ Cathedra, nunc in proprietate possidet, cuius ingenij, & litterarum præstantia, atque in rebus Vniversitatis, quibus pluries addictus est, gerendis dexteritas satis superque liquet, nec tamen decet ipsum pudore afficere, ideo laudandam remitto post consumationem.

M. Fr. Iosephus Castilla. 39 R. P. M. Fr. Iosephus Castillo, loci de Torrejoncillo Castellanæ Provinciæ filius, optimis dotibus muneratus, eiusdem Collegij Scholaris, Lector, & ad præsens Rector in eadem Academia Theologiæ laureatus Cathedram Philosophiæ naturalis, & Artium in regentia decurrit: nunc ad altiora paratus, maiora in [illegible]incrementa posteris conscribenda promittit.

M. Fr. Iosē. Interiā de Ayala. 40 R.P.M.Fr. Ioannes Interian de Ayala Matritensis ortu, & habitu, divinis, & humanis litteris optime instructus, ejusdem extitit Domus Collega, & Magister, nunc vero in eadem Vniversitate Theologiæ laurea decorus Artium Cathedram perlegit; nobis interim certam, vita comite, maiorum spem ingerens virtutis, & scientiæ progressuum.

Regum Privilegia. 41 Benedictus XIII. quinque nostrum Ordinem diplomatibus iterata bonorum possessione constituit, & spiritualibus donis remunerat.

42 Ferdinandus I. Aragoniæ Rex privilegio dato Barchinonæ, die 23. Ianuarij, anno 1413. omnia suorum Prædecessorum privilegia Ordini nostro concessa exprefse confirmat. *Vacavit Sedes menses sex, dies 9.*

§. XVI.

DECIMUS SEXTUS MAGISTER GENERALIS.

Fr. Bernardus Plano M.G. 16. 1 Decimus sextus Magist. Generalis V. Fr. BERNARDUS DE PLANO, natione Gallus Vasco, Tolosani Conventus proles, in Decretis Baccallaureus, Commendator Perpiniani, & ejus Ecclesiæ extructor, die 3. Novembris, anno 1417. Barchinonæ electus, à Martino V. die 7. Ianuarij confirmatus Constantiæ, Ordinem biennio magno Religionis zelo rexit. Obijt Perpiniani, die 12. Ianuarij, anno 1419. sanctitatis fama commendatus, ibidem sepelitur.

Redemptiones eius tempore factæ. 2 Anno 1418. Fr. Dionysius Mendoza, & Fr. Severinus Marrochii liberarunt 104. Captivos. Non multo post idem Severinus cum Fr. Ferdinando de Pazos Fesi redimit 140. Anno sequenti idem V. Severinus, Nobilis Gallus, Parisiensis Doctor, in Theologia consūmatus, Perpiniani Conventus inclyta Proles, cum Fr. Ioanne à S. Laurentio Algariæ 140. redemptis Captivis, sapientem in lege Mohemetanum, vulgo *Alfaqui* ad fidem traxit, & baptisma, sed cum iam vela ventis darent, amore Patriæ sapiens ille insipiens retrectans, nec S. Redemptoris suasionibus allectus remanere optabat; auditas Severini suasiones Maurus quidam Regulo defert, cuius jussu comprehensus, constansque in IesuChristi confessione perseverās morti damnatus, ad supplicium eductus, varijs pœnis laceratus, & stipiti affixus martyrium consumavit.

V. Fr. Severin. Gallus mart. ducit.

3 Fr. Dominicus Dueñas Castellæ, & Lusitaniæ Redemptor ex locis Vandaliæ à Sarracenis possessis 109. eruit Captivos, anno 1418. Anno sequenti Fr. Raymundus de Rupe Commendator Montispessulani, & Fr. Martinus de Liso Vicarius perpetuus Montisfloreti, ex Civitatæ Buxiæ, & alijs Africæ partibus liberarunt 237. Captivos. Per id tempus Mag. Generalis, adscitis duobus Socijs Fr. Guillelmo Tandi, Commendatore Valentiæ, & Fr. Petro Tornamira Cæsaraugustano, Granatæ supra 212. eruit Christianos. Fr. Antonius Dulan Algerij liberavit 88. Vnde tempore huius Magistri liberati sunt 1030. Captivi.

Fr. Ioanē Españā à Mauris occisus. 4 Anno 1418. Fr. Ioannes España Capellanus Exercitus Regis Alphonsi sub D. Petro de Moncada contra Algariæ Saracenos, cum pręiret IesumChristum prædicans, ipsum in effigie exaltans, iaculo confossus interijt.

5 Martinus V. vnica Bulla Magistrum confirmat. *Vacavit Sedes mensis 2. dies 27.*

DECIMUS

§. XVII.

DECIMVS SEPTIMVS MAGISTER GENERALIS.

Fr. Iacobus Aymerich M.G. 17.

1 Decimus septimus M. Generalis V. Fr. IACOBVS AYMERICH Gottolanus, Barchinonensis habitu, & ortu, & eiusdem Conventus, Prior, die 8. Aprilis, anno 1419. Barchinonæ electus, à Martino V. confirmatus, Alphonsi V. Aragoniæ ad Ioannem Castellæ II. Legatus. Ordinem decennio mira concordia, & regulari observantia moderatus est. Virtutum fruge optime munitus, obijt Valentiæ hora à se prænuntiata, die 23. Decembris, anno 1428. eius corpus ibidem sepelitur.

VV. Fr. Ioãnes de Luna, & Fr. Bernardus Rebolledo Martyres coronantur.

2 Anno 1422. V. Fr. Ioannes de Luna Arago, & Fr. Bernardus Rebolledo Castellanus ad redimendum navigantes, à Pirata Masiliensi, nomine Boto capti, post bonorum rapinam fustes, & verbera ita crudelia patiuntur, vt nudi dimissi in Portu Marsiliæ ab hæretico nequam, brebi animas Deo dederint; hinc iratus Alphõsus V. Aragonum Masiliam invasit, & depopulatam succendit flammis.

VV. Fr. Ioannes Granata, & Fr. Petrus Malasang Martyrium excipiant.

3 V.P.M. Fr. Ioannes à Granata, Ismaelis Saraceni, huius nominis Primi Granatensis Regis Nepos, patria Toletanus, Sacrorum Canonum Salmanticensis Doctor, Vallis-Oletanæ domus proles, & Commendator, Castellæ Provincialis, & V. Fr. Petrus Malasang, Illerdæ natus, Cæsaraugustani Conventus filius, ad invicem divina revelatione noti, pro Aragonia, & Castella instituti Redemptores Granatæ cõprehensi, & tenebricoso inclusi ergastulo, post bonorum direptionem, aut fidem negare, aut turpissimam oppetere necem eis optio datur; at illi læti, quod pro Dei honore mori sors ipsis obtigerit, mutuo cõgratulati, mortem pro Christo constanter se subditos respondent: quare per vias publicas adducti, plebis convitijs, & ludibrijs agitati, Ioanni manus, pedesque præciduntur, arundines toto configuntur corpore, ac tandem capitis obtuncatione illustre peregit martyrium; Petrus vero signum ad sagittas positus in fidei confessione animam Deo redidit, anno 1426.

V. Fr. Guillelmus Sanz Martyrij fugebit.

4 Ad hæc tempora V. Fr. Guillelmus Sanz Valentinus, & eiusdem Conventus Commendator, post peractam Granatæ redemptionem, in regressu à Mauris in via tentus, multiplici vexatione afflictus, ob Iesum, quem invocans prædicabat, extracta lingua, & mẽbratim concisus canibus objicitur, à quibus divina virtute servatur illæsus; itaq; Martyrij laurea evolavit in astra.

V. Fr. Petrus Perpiñan R. martyrio donatur.

5 V. P. Fr. Petrus Perpiñan, Narbonensis Commendator Granatæ, huius Magistri tempore, ob Catholicæ Fidei defensionem multipliciter vexatus, bonisque redemptionis orbatus, ad extremum inter tormenta fœlici morte vitam consumavit.

6 Anno 1423. Fr. Petrus de Valladolid pro Castellæ, & Lusitania, & Fr. Antonius de Acrimonte pro Aragonia 222. liberarunt Captivos. Anno 1428. Fr. Antonius de Acrimonte, Fr. Petrus de Montefangoso, & Fr. Lupus de Sacra pro Aragonia, & Gallia Granatæ liberarunt 309. Captivos. Itaque tempore huius Magistri liberati sunt 531. Captivi.

7 Martinus V. octuplici constitutione Religionis, & Captivorum privilegia, iura, & bona tuetur.

Reg. Priv.

8 Alphonsus V. Aragoniæ Rex suo diplomate dato Cesaraugustæ die 14. Martij, anno 1425. confirmat omnia privilegia à suis Progenitoribus Ordini nostro concessa, ne alius, præter Fratres nostros eleemosynas pro Captivis accipiat.

9 Idem suo decreto facto Barchinonæ, die 17. Iulij, anno 1417. prohibet Fratribus Sanctissimæ Trinitatis ne eleemosynas pro redimendis Captivis accipiant, præcipiens Prælatis Ecclesiásticis, ne talia permittant, & suis ministris, quod præfatos delinquentes capiant, & ad se puniendos remittant. *Vacavit Sedes menses duos, dies 24.*

§. XVIII.

DECIMVS OCTAVVS MAGISTER GENERALIS.

Fr. Antonius Dulan M. G. 18.

1 Decimus octavus Mag. Generalis Fr. ANTONIVS DVLAN Turolensis, celebris in vtroque iure Doctor Turonensis, Birchinonæ Prior, & ibidem anno 1429. die 13. Martij, favore Regis Alphonsi, & Fr. Natalis Gaver, amore pacis, renuntiatione electus, ab Eminentissimo Domino D. Petro Fuxo Cardinali à Latere Legato, Martini V. authoritate confirmatus, Ordinem minus acurate per 12. annos rexit, ad annum scilicet 1441. in quo à Concilio Basiliensi, die 6. Aprilis, & ab Episcopo Oximensi, commissione Eugenij IV. die 29. Maij ab officio fuit depositus. Obijt tandem religiose, de ambitu dominandi pœnitudine affectus.

VV. Fr. Ioannes de Iosa, & Fr. Beltrãdus del Mas Martyres coronantur.

2 Anno 1430. Fr. Ioannes de Iosa, & Fr. Beltrandus del Mas in Conventu de Arguines iuxta Segorvicen. habitantes, cum Mauros, lantrunculos Ecclesiam diripientes sanctis verbis increpant ab ipsis trucidati sunt.

3 Anno 1429. Fr. Garsias Meneses, insignis Theologiæ Doctor, egregius Concionator, Ioannis III. Castellæ Regis familiaris, & Capellanus, sociante sibi Fr. Petro Martinez pro Castella ex terris in Hispania à Mauris possesis liberarunt 197. Christianos.

VV. Fr. Ioannes Iober, & Fr. Petrus Escriba martyrio afficiuntur.

4 Anno 1430. V. Fr. Ioannes Iober Gottolanus, & V. Fr. Petrus Escriba Valentinus Tuneti redemptis 124. Captivis, dum revertuntur à Piratis capti, eorum in Captivos impietatem condemnantes, maximis lacessiti pœnis, tandem ad ligna ligati, sagittisque confossi animas egerunt.

V. Fr. Hieronymus

5 Anno 1431. V. Fr. Hieronymus de Pra-

de Fratis martyriū patitur. tis Gottolanus, Captivorum amantissimus, vir simplex, ac timens Deum, & recedens à malo in navim conscendens redemptionem in Africa peracturus, ventorum vi ad Tuneti littora appulit; vbi à militibus Boferriz Regis captus, bonis expoliatus, fidei abiurandæ mandatum constanter despiciens, arbori alligatus, sagittisque confixus martyrij cursum periecit.

6 Anno 1436. Fr. Natalis Gaver Barchinonæ Prior è captivitate redemit 123. Captivos. Anno 1439. Fr. Laurentius Company pro Aragonia liberavit 220. Christianos. Anno 1440. Fr. Franciscus de Toro, & Fr. Didacus Cervantes pro Castella servidi Redemptores duabus expeditionibus in Africa, & Hispania liberarunt 443. Captivos. Itaque tempore huius Magistri liberati sunt 1107. Captivi. Anno 1437. Fr. Franciscus, & Fr. Iacobus Gottolani, Fr. Sanctius Lusitanus, Fr. Ioannes, & Fr. Alphonsus Castellani, & Fr. Dionysius Gallus, cum ad Capitulum Acremontem pergerent, à Mauris Valentiæ Capti, & Marochium ducti, pro fidei defensione crucibus affixi interierunt.

Sex Fratres martyrio coronantur.

7 Eugenius IV. & Concilium Basiliense quinque Bullis privilegia Ordinis fulciunt.

8 Alphonsus V. Aragonum Rex suo decreto, dato in nemore Vandriæ præcipit suis ministris, ne Fratres nostros ab eleemosynis Redemptionis exturbent, nec Laicos, aut alias quascumque Personas tales eleemosynas permittant accipere. Dat. vbi sup. die 20. anno 1431.

9 Idem Alphonsus privilegio dato Gayetæ, die 20. Octobris, anno 1436. concedit Ordini nostro, vt in quovis loco suæ ditionis possit Monasteria erigere, Ecclesias acceptare, eleemosynas, & legata pro Redemptione accipere, quæ omnia executores testamentorum teneantur nostris Fratribus consignare. *Est transumptum in Curia Iustitia Aragonum.* *Reg. Priv.*

10 Ioannes II. Castellæ Rex suis patentibus litteris datis Vallos-Oleti, die 20. Maij, anno 1438. omnia suorum Prædecessorum Ordini nostro indulta privilegia expresse confirmat, suis mandans ministris, vt ea sub gravibus pœnis faciant observari. *Vacavit Sedes.*

§. XIX.

DECIMVS NONVS MAGISTER GENERALIS.

Fr. Petrus de Huete M.G.19.

1 Decimus nonus Mag. Generalis numeratur egregius vir Frater PETRVS DE HVETE optensis nativitate, & habitu, theologorum sui ævi facile Princeps, Guadalfaræ Commendator, ab Episcopo Oximensi, Eugenij IV. a Latere Legato, anno 1441. die 27. Maij electus, Ioannis II. & Henrici IV. Castellæ Regum magni habitus Concionator, & Capellanus, zelantissimus Redemptionis assertor, apud Castellæ Coronam Provincias nimio zelo moderatus est per annos 20. Obiit diebus, & meritis cumulatus anno 1461. Magisterio plene apud M. Gaver remanente.

2 Anno 1446. Fr. Ludovicus Sarmiento, & Bartholomeus de Segovia pro Castella Marrochij, & Fesi liberarunt 129. Captivos. Anno 1450. Fr. Alphonsus Valverde, & Fr. Dominicus de Sevilla pro eadem Castellę Corona Marrochij è vinculis extraxerunt 124. Anno 1456. Fr. Christophorus Solis Algariæ liberavit 95. Captivos. Itaque tempore huius Magistri pro Castellæ Corona liberati sunt 348. Captivi.

Redempt. eius tempore à Castella peractæ.

Reg. Priv.

3 Ioannes II. Castellellæ Rex privilegio dato apud Villam de Navarrete, die 4. Septembris, anno 1448. concedit Conventui nostro Lucronensi, quod soli Fratres nostri in Diœcesi Calagurritana possint eleemosynas Redemptionis exigere capsellas in Ecclesijs apponere, & quod omnia bona inibi à Fratribus Sanctissimæ Trinitatis pro redemptione percepta ab eis auferantur, & Fratribus nostris consignentur.

4 Idem Ioannes indulto dato Vallos-Oleti, die 4. Iulij, anno 1449. concedit Ordini nostro, quod privative obtineat pro redemtione Captivorum eleemosynas, & legata locis incertis relicta, quintam partem bonorum decedentium ab intestato, omnia bona incerta, *id est mostrencos*, & bona eorum, qui decedunt absque hærede; & tandem confirmat omnia privilegia à suis Prioribus nobis indulta. Hoc idem privilegium confirmatum est ab eodem Rege, & subscriptum ab omnibus Episcopis, & dominis locorum vtriusque Castellæ, die 20. Augusti eiusdem anni.

5 Henricus IV. Castellę Rex decreto facto Palentiæ, die 8. Ianuarij, anno 1457. præfatum Patris sui Ioannis abunde confirmat privilegium. *Non vacavit Sedes.*

§. XX.

VIGESIMVS MAGISTER GENERALIS.

Fr. Natalis Gaver M.G.20.

1 Vigesimus Mag. Generalis Venerabilissimus M. Fr. NATALIS GAVER natione Gottolanus, Barchinonensis Vrbis, & Monasterij filius, & Prior in Concilio Basiliensi, die 6. Aprilis, anno 1441. electus, ab Eugenio IV. confirmatus anno 1444. die 8. Octobris: primum à Provincijs Hispaniæ Tarraconensis, & Galliæ, postea à toto Ordine admissus, divinæ gloriæ, & salutis animarum studiosissimus, regularis disciplinæ rigidus cultor, amplificator assiduus, carnium, & vini vsu ab adolescentia sibi interdicto, & alijs macerationibus valde austerus; Annalium Ordinis, & aliorum opusculorum sedulus Author; Religionem per annos 33. sanctissime gubernans: Obijt Barchinonæ sanctitatis fama celebris, anno 1474. eius corpus ibidem iacet gloriosa memoria tumulatum.

Anno

Redempt. eiuſdem tempore factæ.

2 Anno 1441. Fr. Guillelmus Caminis Alguerij redemptionem perficiens 122. eruit Captivos.

V. Fr. Petrus Boſet Martyr.

3 Anno 1442. V. Fr. Laurentius Company, & V. Fr. Petrus Boſſet Gallus, apud Numidiam liberatis 87. Captivis, in regreſſu ventorum vi ad Tuneti oras depulſi, & ab Infidelibus capti carceri mancipantur, vbi Laurentius 16. ferme duræ captivitatis conſumpſit annos, Petrus autem vir charitate ardens, Sacris litteris, & Theologia ſapientiſsimus anno decimo captivitatis ſuæ, cum quadam die cum Mauris ſapientibus de Religione diſceptaret, eorum improbitatem, & vitia obiurgans ipſis maxime infenſus, duriori cuſtodiæ ſiti, & fame interimendus traditur, vbi ſquallore confectus ad annum 1452. puriſsimum Domino redidit ſpiritũ.

4 Laurentius autem Company blanda ſua, & amabili conſuetudine Regi Tuneti charus factus, & libere per Civitatem divagandi facultate obtenta, Captivos omni charitatis proſequebatur officio, interim miſsis à Magiſtro pecunijs, & Regis liberalitate plures rédemit Captivos, nam anno 1445. liberavit 118. & anno 1451. eruit 83. Captivos.

5 Anno 1445. Fr. Franciſcus Iafer Commendator Olivetanus pro Aragonia liberavit 14. Captivos. Anno ſequenti Fr. Ioannes Perez Algariæ liberavit 124. Anno 1447. Mag. Generalis in eadem Algariæ Civitate 146. Captivos exolvit. Anno 1449. Fr. Andreas Pellizer, & Fr. Ioannes Prunera pro Cathalonia Almeriæ liberarunt 22.

6 Anno 1462. Fr. Laurentius Company è captivitate redux Algariæ liberavit 300. Captivos. Eodem anno diſcretus vir Fr. Gregorius Cors, in Sacra pagina licentiatus pro Aragonia ex Africæ partibus liberavit 194. Eodem anno Fr. Chriſtophorus Solis, & Fr. Alphonſus Pererus pro Caſtella, ex dominijs Maurorum Hiſpaniæ liberarunt 186. Anno 1469. Fr. Dominicus Molinar, & Fr. Gaſpar de Salamanca ex Granatæ Regno pro Caſtella liberarunt 293. Anno 1471. Fr. Iacobus Lopez liberavit Algariæ 80. Eodem anno Fr. Ludovicus Becofeu, & Fr. Iacobus de Luna pro Aragonia in Africæ partibus liberarunt 213. Eodem anno pro Sicilia Fr. Franciſcus de Barthulono liberavit 300. Vnde tempore huius Magiſtri liberati ſunt 2002. Captivi.

7 Duo Fratres Baleares Valentiam cum alijs Chriſtianis navigantes, prope eam à Piratis Infidelibus tenti ſunt; ſed dum pœnarum timore quidam Chriſtiani ſe fidem negaturos promitterent, dolentes Fratres noſtri efficaciſſimis verbis, ita ipſos in fide ſolidarunt, vt pro ea mori non dubitarint, quod ſuſpendio ex pedibus, & in mari demerſione factum eſt: inde in Sanctos Fratres, qui ſibi prædam præripuerant, furentes Barbari, eos varijs pœnis affectos, extracta lingua, & membratim conciſos interimunt, anno 1448.

8 Anno 1450. quatuor Fratres Caſtellani Ægidius, Ludovicus, Paulus, & Ioannes à Mauris Granatę diverſis diebus capti, Feſum remiſsi, ibi Fidem Chriſti libere prædicantes, extractis linguis, manibuſque præciſis, poſtremo decollati ſunt.

9 Anno 1451. Fr. Petrus Gotholanus Algariæ Captivus, quia Chriſtianum paratum obrare fidem corroborat, in ergaſtulo ſiti, & fame maceratus interijt.

10 Anno 1453. duo Redemptores Tuneto cum Captivis redemptis regredientes poſt maris pericula ingentia tolerata, in manus veniunt Piratarum Infidelium, à quibus fidem negare iuſsi, fortiter pro ipſa dimicantes pugnis calcibuſque crudeliter contuſi, ſemivivi in mari Chriſtum laudantes projiciuntur.

11 Anno 1470. Fr. Lucius de Saboia eiuſdem nationis, Carcaſonenſis Conventus filius à Mauris captus, Tuneti varijs cruciatur pœnis, inde in Ægiptum ductus ſexdecim immanis captivitatis pertulit annos; poſtremo Conſtantinopoli probatus miles pro Chriſto, quem in ore, & corde geſtabat, fideles in fide confirmans, pluribus tormentis ſuperatis, decollatus eſt.

12 Antipapa Felix V. Eugenius IV. Nicolaus V. Calixtus III. Pius, & Paulus II. & Sixtus IV. 24. Bullis Ordinem, & redemptionem defendunt, & Conventum B. Mariæ de Conjo honorant.

13 Alphonſus V. Aragonum privilegio dato apud Abbatiam Frãghien in Tuſcia die 20. Maij, anno 1448. decernit quod omnia legata, tam perpetua, quàm temporalia pro incertis Captivis relicta, Fratribus noſtris, ſicut eleemoſynæ, conſignentur, ita vt nullus alius ea exigere valeat, & inſuper quod vacinum Redemptionis omnibus alijs præferatur. *Eſt tranſumptum in Curia Iuſtitia Aragonum anno 1621.*

14 D. Ioannes Navarræ 3. & 2. Aragoniæ locum tenens Fratris ſui Alphonſi, privilegio dato Barchinonæ, die 15. Martij, anno 1458. concedit omnia privilegia Alphonſi Fratris ſui, & confirmat omnia à ſuis prædeceſſoribus indulta. *Eſt tranſumptum in Curia Iuſtitia Aragonum.*

15 Regina Maria locumtenens Mariti ſui Alphonſi privilegio dato Valentiæ die 30. Iunij, anno 1443. tribuit ius Religioni noſtræ repetendi omnia bona redemptionis ab eis, qui ea acceperint.

16 Ioannes II. Aragoniæ privilegio dato Barchinonæ, die 10. Ianuarij, anno 1459. confirmat decretum Ioannis I. contra Confratres S. Helmi, Bernardum Patato, & Patres Trinitarios, præcipiens, ne quis, præſter Fratres noſtros, bona, & eleemoſynas pro Captivis accipiat. *Eſt tranſumptum in Curia Iuſtitia Aragonum.*

17 Idem Ioannes indulto dato Barchinonæ, die 1. Februarij, anno 1460. præcipit Miniſtris ſuis, vt obſervari faciant ſtatuta à Ferdinando Patre, & Alphonſo Fratre ſuo, ne Confratres S. Helmi, nec quiſquam alius, præter Frater noſtros, bona redemptionis acquirat, ſub pœnis eodem anno, die 7. Maij ſtatutis, & tandem declarat ſe eſſe conſervatorem, Protectorem, & defenſorem Religionis noſtræ.

18 Idem Ioannes decreto facto apud Villam de Figueras, die 5. Februarij, anno 1462. Conventibus Pampelonenſi, & Sangoſano cõcedit facultatem petendi eleemoſynas pro redemptione Captivorum in omni ſua ditione, & ſub ſua recipit Fratres noſtros tutela. Sub hoc Magiſtro acquiſitum eſt officio Mag. Generalis dominium loci de Algar, & Eſcales in Regno Valentiæ cum omnibus Baronis immunitatibus, & pręeminentijs. *Vacavit Sedes, brebi intervallo.*

XXI.

VIGESIMVS PRIMVS MAG. GENERALIS.

Fr. Laurētius Compani M. G. 21.

1 Vigesimus primus Mag. Generalis V. Dei Servus Fr. LAVRENTIVS COMPANI Sancti nomine frequenter appellatus, natione Valentinus, patria, habitu, & professione Podiensis, flagrantissimus, frequensque Captivorum Redemptor, Tobias alter per sexdecim annos Captivorum consolator, roborator, & Pater, fidei, inter vitæ discrimina propugnaculum, miraculorum assiduus patrator, nam & cæco Mauro corporis, & animę visum restituit. Dœmonum fugator, nam & Regis Tuneti filiam à nefario eripuit spiritu. Infidelibus etiam magni habitus, qui & à Rege eorum ad Alphonsum Aragoniæ legatus extiterit, quem cum duabus vxoribus, & octo filijs ad fidem traxisse ferunt. Valentiæ anno 1474. electus, à Sixto IV. confirmatus quinquennio Ordinem sanctissimé gubernavit. Vigilijs ergo, ieiunijs, & alijs corporis macerationibus attenuatus, divinæque deditus contemplationi, prædicto mortis die, in fine anni 1479. ad cælestia vocatus, Spiritum Deo reddidit Valentiæ. Eius corpus ad hæc sæcula incorruptum perseverat, translatum ad Podij Ecclesiam.

Redemptiones tempore factę.

2 Anno 1477. Fr. Ioannes Rodriguez pro Castella, & Fr. Petrus Teruel pro Aragonia ex Africæ partibus liberarunt 180. Captivos. Anno 1478. Fr. Georgius la Puerta Commendator Cæsaraugustanus, vir valde eminens, qui ab Aragoniæ Regno ad Ferdinandum Regem Granatam legatione potitus, & Fr. Ludovicus de los Rios Commendator Illerdæ pro Aragonia liberarunt 56. Captivos. Vnde tempore huius Magistri Autorum incuria solum memorātur redempti 236. Captivi, fas enim non est credere, ardentissimam huius Magistri in Captivos charitatem hoc paucissimo numero contineri.

3 Sixtus IV. quinque Bullis antiqua Ordinis apostolica, & regalia indulta corroborat, & nova impertit.

Reg. Priv.

4 Ioannes II. Aragoniæ, die 5. Septembris, anno 1477. in favorem nostrum revocat privilegium, & sententiam, quam, inaudito nostro Procuratore, obtinuerant Fatres Sāctissimę Trinitatis, & prohibet ne illi, nec alius quisquam, pręter Fratres nostros possint eleemosynas pro redimendis Captivis exigere, legata acceptare, & reliqua pro hoc munere bona recipere. Patremque se nostræ Religionis, suis stēmatibus insignitæ, iucunde commemorat.

5 Idem Ioannes suis expressis litteris, datis Barchinonæ, die 9. Maij, anno 1476. præcipie Domino Lupo Ximenez de Vrrea Siciliç Protegi, vt contra attentatum Archiepiscopi Panormitani faciat, ne privilegia à se, & suis Prioribus nostro Ordini concessa, infringantur, dicens se offensum, quod præfatus Archiepiscopus à nostris Fratribus eleemosynas redemptionis extosserit, & ab illis deterruerit.

6 Ferdinandus Catholicus Aragoniæ Rex privilegio dato Cæsaraugustæ die 9. Iulij, anno 1479. confirmat præfata Ioannis privilegia, data die 10. Ianuarij, anno 1459. & die 5. Septembris anno 1477.

7 Magdalena Navarræ Regina, & Gubernatrix suo mandato, dato Pampelonæ, die 16. Decembris, anno 1479. Conventus nostros Navarræ sub suo suscipit patrocinio, & præcipit, ne quis, præter Fratres nostros bona, & eleemosynas pro Captivis acquirat. *Vacavit Sedes duobus mensibus.*

§. XXII.

VIGESIMVS SECVNDVS MAG. GENERALIS.

Fr. Antonius Morell M. G. 22.

1 Vigesimus secundus M. Generalis celeberrimus vtriusq; Iuris Doctor Fr. ANTONIVS MORELL Gotholanus, patria Tarraconensis, Podij Commendator, in hebraico, greco, & latino sermone optime eruditus, Barchinonæ die 35. Februarij, anno 1480. electus, à Sixto IV. confirmatus, magisterium per annos 12. inculpabiliter implevit. Obijt Tolosæ, die 15. Iunij, anno 1492. vbi eius corpus tumulo illatum est.

VV. Fr. Ioannes Zorroza, & Fr. Ioānes de Huete R. martyrio decorantur.

2 V. P. Fr. Ioannes Zorroza in pago eiusdē cognominis, apud Parrochiam S. Vincentij de Abando, ex antiqua Zorrozanorum familia in Cantabria natus, Burcenensis Cœnobij filius, & V. P. Fr. Ioannes de Huete Optensis Oppidi, & Conventus Soboles, liberatis in Granatæ Regno 120. Captivis, & in oras Christianas missis, se Bastitaniam, ad prosequenda redemptionis munia, contulerunt, vbi dum æternæ Christianorum, & Infidelium saluti sedulo invigilant, Civitatis Præfectus in rabiem actus, quod nostri Alhaman expugnassent, in Sanctos Redemptores furorem effundens, ipsos carceri mancipandos tradit; minisque à Religione terrere tentans, cum constantes in fidei confessione prospiceret, duris flagellis, siti, ac fame torqueri iubet, sed cum omnia divina virtute superassent, per vias publicas compedibus, catenisque constricti educuntur, puerorum insultantium ictibus quassantur; ac tandem extra Vrbem adducti, lapidum erepitantium agmine obruti illustre martyrium perfecerunt, initio mensis Maij, anno 1482. eorum corpora à Christianis sublata in vicino colle sepulta sunt, vbi nocturnis splendoribus, & duobus fonticulis miraculose manantibus, varijsque langoribus medentibus, qui vsque adhuc fontes Sanctorum compellantur, Deus Servorum suorum sanctitatem testatam facere dignatur. Posthac, dum V. Ioannis Zorroza imago depicta per paternos lares ad præfatam S. Vincentij Ecclesiam defertur,

cir-

circumfusam splendore columbam (cuius generis ales à multis retro seculis ea circum loca non est visa) ex eadem natali domo evolasse plures conspexerunt.

4 Anno 1483. Fr. Ioannes Barthulono iuvenis, sed scientia, & prudentia maturus, missus à Magistro Barthulono Panormi Priore, & Episcopo Veriensi, pro Italiæ Provincia ex Africæ partibus liberavit 49. Captivos. Anno 1487. Magister Fr. Gaspar Buguerre pro Castella liberavit 269. Anno 1488. alij Redemptores pro Castella ex Biaziæ Civitate liberarunt 96. Captivos.

5 Anno 1475. Fr. Iacobus de la Mata pro Aragonia Marrochij liberavit 158. Captivos. Duæ Redemptiones direptæ sunt à Pyratis, altera anno 1478. & alia anno 1480. Anno 1483. Fr. Antonius à Petra apud Oran liberavit 80. Christianos. Et anno 1486. Fr. Raymundus del Foso Marrochij liberavit 140. Captivos. Vnde tempore huius Magistri liberati sunt 912. Captivos.

Duæ Redemptiones diripiuntur.

6 Anno 1492. Fr. Arnaldus Sierra Valentinus, Sætabis filius, & Commendator, cum alijs 30. Religiosis è Capitulo Generali Barchinone revertentes à Mauris Valētinis capti, Tunetum deferuntur, vbi tentata eorum fides constans enituit, & occasione accepta quod eorum captores suspendio pœnam Valentiæ luerunt, in carcere conclusi siti, & fame necantur.

V. Fr. Arnald. Sierra cū alijs 30. Fratribus martyrio afficitur.

7 Eodem anno V. P. Fr. Ioannes Infante, Vicarius Conventus Cordubensis, Capellanus, & Vicarius Navalis primæ expeditionis factæ à Christophoro Colon apud Indos primus visus Sacerdos primum Deo obtulit sacrum; Constat testimonio authentico per Rodericum Escobedo, Scribam Regium eiusdem expeditionis facto die 11. Octobris præfati anni 1492.

8 Sixtus IV. & Innocentius VIII. quintuplici Bulla Redemptionis patrocinātur subsidijs.

9 Ferdinandus Catholicus Aragonum Rex suo decreto, dato Turiasonæ die 21. Februarij anno 1484. confirmat præfata Ioannis Prædecessoris privilegia, & ius privativum contra Patres Trinitarios eleemosynas, & bona Redemptionis colligendi nobis concedit. *Est transumptum in Curia Iustitiæ Aragonum anno 1621. Vacavit Sedes menses duos, dies 23.*

§. XXIII.

VIGESIMUS TERTIUS MAG. GENERALIS.

1 Vigesimus tertius Magister Generalis nobilissimus, ac V. P. Fr. IOANNES VRGEL Gotholanus, patria, & habitu Barchinonensis, egregius Theologiæ Doctor, Barchinonæ electus die 8. Septembris anno 1492. ab Alexandro VI. confirmatus, Monasteriorum extructor, sacra supellectili amplificator. Ordinem magno virtutum incremento per annos 21. solertissimè gubernavit. Obijt Barchinonæ die 26. Augusti anno 1513. Eius corpus ibidem sub Ara Maxima decenter tumulatum requiescit.

2 Fr. Dominicus de Avila, in Theologia Magister, & Fr. Melchior à Paze, in eadem Baccalaureus, pro Castella, & Bethica ex Marrochij Regno liberarunt 126. Captivos. Anno 1507. Fr. Ildephonsus Valdes, & Fr. Isidorus Azevedo pro eisdem Castellæ, & Bethicę Provincijs Marrochij liberarunt 186. Captivos. Anno 1500. Fr. Raymundus del Foso Algerij liberavit 80. Eodem anno Fr. Laurentius Gasca Siculus Panormi oriundus ex Tuneto liberavit 36. Aliæ duę Redemptiones tempore huius Magistri operatæ sunt, in quibus ad minus liberati sunt 150. Vndè tempore hûius Magistri liberati sunt 578.

Redemptiones hoc tempore peractæ.

3 V. P. Fr. Ioannes Solorçano ex Oppido de Aguilar del Campo apud Castellam Christophoro Colon Comes, & Consiliarius in Indiarum apertione, primus Insulæ de la Cuba fidei Vexillum invexit, vbi pluribus extructis Monasterijs, Indisque quamplurimis sacro fonte lustratis, glorioso fine quievit.

4 Anno 1493. V. P. M. Fr. Iacobus Perez Valentinus, Conventus Sætabensis filius, Visitator Generalis Italiæ, & Sardiniæ, cum, expleto hoc munere, Hispaniam repeteret, sociante sibi Fr. Alphio Panormitano, Conventus Sanctæ Anæ filio, à Mauris Piratis comprehensus, vterque Constantinopolim ducitur; vbi longa carceris maceratione, & quotidianis tormentis à fide deterreri tentantur; sed constanter in eius confessione, pluresque Christicolas in ea firmantes, capitali sententia damnantur, nudiq; per vicos, & plateas deducti, Iesum mira animi alacritate prædicantes, lignis infixi, martyrij lauream promeruerunt.

VV. Fr. Iacobus Perez, & Fr. Alphius martyrio decorantur.

5 Non multò post ad hos redimendos Fratres, inscius de martyrio missus est V. Fr. Otho à Tolosa, eiusdem Civitatis, & Conventus soboles, Vicecomitis Narbonensis frater, Reginæ Navarræ Patruus, & Francorum Regum sanguine coniunctissimus, vir omnium virtutum decore exornatus, Constantinopolim advenit; quod vbi rescivit Baiacetus Secundus, Turcarum Imperator, eum vinculis constringi iubet; monitus autem quod de Regia Gallorum esset stirpe, de carcere ad se Othonem trahi specie iubet honoris; quem cum de suæ nobilitatis silentio quærulus alloqueretur, respondet Otho: Sæculi nobilitatem, pro Christi servitute, quæ sola est vera nobilitas, abieci: Ergo nobilis ego non sum (ait Baiacetus) qui Christum non novi? Ita (ait Otho) quinimò dæmonij servi sunt omnes, qui Mahométi mendacijs consenserunt: cumque multa alia pro Dei honore fervens eructasset, offensus Baiacetus in carcerem restitui, & secreto interimendum disponit; quod propinato veneno perfecerunt satellites; itaque invictus Christi miles penetravit in sancta.

V. Fr. Otho à Tolosa Mart.

6 Anno 1498. Fr. Theobaldus Anglus, cum socio, cuius nomen scriptum est in libro vitæ, ad Africæ partes redempturi pergens, in via tenti, & spoliati, & ad loca remota ducti, carcere conclusi, nisi fidem negent, mortem subituri minantur; at illi mortem pro Christo exoptantes, Theobaldus igne, socius sagittis interijt.

VV. Fr. Theobaldus, & Socius martyrio necantur.

7 Fr. Mathias Malavetino Algariæ pro Christo

V. Fr. Mathias Ma-

Iavetino Martyr coronatur. Christo multis superatis tormentis, tandem è monte præceps agonem fœliciter consummavit.

8 Alexander VI. Iulius II. Leo X. cum Apostolicæ Cameræ Auditore vndecim constitutionibus Ordinem,& Redemptionem protegunt, & gratiarum concessione cumulant.

9 Ferdinandus Catholicus privilegio dato Barcinone die 5. Ianuarij anno 1493. derogat privilegio Patrum Sanctissimæ Trinitatis, tanquam surreptitiè obtento, ne possint bona, & eleemosynas pro Captivis accipere. *Est transumptum in Curia Iustitie Aragonum.*

10 Idem Ferdinandus privilegio dato Hispali die 14. Aprilis anno 1511. præcipit ne Cruciata extorqueat à nostris Fratribus responsionem, aut impositionem aliquam,& omnia ab eis ex bonis Redemptionis accepta restituere.

11 Idem Ferdinandus cum Elisabetha coniuge omnia nostra privilegia, præsertim pro Vandaliæ, & Castellæ Provincijs confirmavit, decreto dato Hispali die 20. Maij anno 1500. ad instantiam Provincialis A.R.P.Fr. Antonij de Valladolid, viri nimio zelo, charitate, prudentia, scientia, & virtute prædi ti,Regis Catholici Consiliarij, cuius commissione plures Hispaniæ Ecclesias visitavit:qui passim ob eximiam charitatem Pauperum Pater compellabatur. *Vacavit Sedes tribus mensibus.*

§. XXIV.

VIGESIMVS QVARTVS MAG. GENERALIS.

Fr. Iacob. la Mata M.G.24.

1 Vigesimus quartus Mag.Generalis V.P.Fr.IACOBVS LAVRENTIVS DE LA MATA,Arago, loci de la Mata,Convētus S. Mariæ de Oliveto proles,insignis TheologiæDoctor,& Cathedrarius Oscensis, Domino Alphonso Aragoniæ Regis filio, & Antistiti Cæsaraugustano aprime charus, & à Confessionibus,à quo suæ vltimæ voluntatis executor testamentarius institutus,Monasteriorum amplificator,anno 1513. die 24. Novembris Barcinone electus, à Leone X. confirmatus, sexennio Magisterium solerter implevit pluribus Conventibus ædificatis. Obijt in præfato Oliveti Conventu die 7. Iunij anno 1519. vbi tumulatus iacet.

Redemptiones hoc tempore operatæ.

2 Fr. Augustinus de Aguilar Algariæ 200. redemit Captivos. Anno 1513.Fr.Mathias Oscensis, & Fr. Franciscus Torrellas pro Aragonia ex Africæ partibus liberarunt 112. Captivos. Anno 1516. Fr. Ioannes Lupus in Theologia Magister, & Primarius Sertorianæ Academiæ, Oscensis Commendator, & Fr. Arnaldus de Duce Gallus Redemptores de potestate Saracenorum liberarunt 158.

3 Anno 1517. Fr. Petrus Orihuela Algerij liberavit 100. Captivos. Eodem anno Fr. Antonius Cisneros, & Fr. Matthæus Cordova pro Castella,& Vandalia ex Marrochij Regno liberarunt 109. Anno 1518. Fr. Andreas Torres, & Fr.Dominicus Sanz liberarunt 80. F. Ioannes Lupus secundam paravit Redemptionem,qua liberavit 70. Captivos. Itaque tempore huius Mag. liberati sunt 829. Captivi.

V.P.Fr. Bartholomæus Olmedo.

4 V.P.Fr.Bartholomæus Olmedo ex Provincia Castellæ à D.D. Ferdinando Cortes in sui exoptatus Confessorem ad Indorum conversionem ad oras Mexicanas appulit,brevique linguæ peritus mirum est quot animarum millia ad sacrum expiaverit Baptisma: iurgia à Narvaez tentata, vtpotè in fidei dispendium,& Caroli Imperatoris inobsequium strenua fronte retundit, & illius ruinæ vaticinio comminatus est. Ab omnibus vir sanctus,& prophetico pollens spiritu celebratus, novis extructis Monasterijs, & sanctissime moderatis obdormivit in Domino. De eo meminere Scriptores, tum exteri, tum domestici laudibus prosequentes, virumque sanctum acclamantes.

5 Leo X. 4. Bullis,gratijs, & indulgentijs maximis Ordinem fœcundat.

Regū privilegia.

6 Regina Ioanna cum filio Carolo Quinto privilegio dato Cæsaraugustæ, die 30. Septembris anno 1518.confirmat omnia privilegia nostro Ordini concessa, & speciatim à Ioanne I. anno 1388. & à Ferd. 1511. ex certa scientia, deliberate, & consulto.

7 Eadem Abulæ, die 14.Octobris eiusdem anni confirmat omnia privilegia pro Regnis Castellæ nostro Ordini erga bona Redemptionis concessa.

§. XXV.

VIGESIMVS QVINTVS MAG. GENERALIS.

Fr.Iacob. à S.Laurētio M. G. 25.

1 Vigesimus quintus Magister Generalis V.Fr. IACOBVS A S. LAVRENTIO, vt tradunt nostri, Gotholanus, vir zelo fervens, & sapientia præditus, anno 1519. Barcinone Magisterio insignitus, à Leone X. confirmatus. Obijt bono regimine, & virtutum laude commendatus ad annum 1522. quo tempore nullam invenimus peractam Redemptionem.

2 Leo X. & Adrianus VI. tribus Bullis Religioni favent.

Regū privilegia.

3 Carolus V. cum matre Ioanna, privilegio dato Papelonæ die 4. Octobris anno 1520. monet Prælatos Ecclesiasticos, & præcipit Regijs Ministris, ne alios, præter Fratres nostros permittant eleemosynas pro Captivis accaptare, & quod nostra, à suis prædecessoribus concessa privilegia observari faciant.

VIGESI-

§. XXVI.

VIGESIMUS SEXTUS MAGISTER GENERALIS.

Fr. Bened. Safont M. G.26.

1 Vigesimus sextus Magister Generalis V. P. Fr. BENEDICTUS SAFONT, Gotholanus Barchinonensis, eiusdem Conventus Prior, clarus Philosophus, insignisque Theologus, die 20. Augusti anno 1522. in Magisterium suffectus, ab Adriano VI. confirmatus, per 13. annos ipsum exactissime administrans, & acerrime eius authoritatem, & Religionem propugnans, obijt Barchinone die 20. Augusti anno 1535. cuius corpus sub Ara maxima peculiari sepulchro iacet tumulatum.

Redemptiones per actę.

2 Anno 1523. Fr. Ioannes de la Peña Algariæ liberavit 104. Captivos. Anno 1524. Fr. Ioannes Lopez, & Fr. Hieronymus Perez pro omnibus Provincijs Algariæ liberarunt 600. Anno 1525. idem Fr. Hieronymus Perez insignis in Theologia Magister, & Cathedrarius Valentinus, primus Societatis Iesu Magister à S. Francisco Borgia apud Gandiam institutus cum Fr. Dominico Claveria, & Fr. Augustino Molinar, Conventus Cæsaraugustani eximio amplificatore, filio, & Commendatore perpetuo, pro Aragonia, Valentia, & Cathalonia ex Africæ partibus liberavi 234. Captivos.

3 Anno 1526. Fr. Nathalis del Puig Algariæ liberavit 80. Anno 1527. Fr. Martinus Sandoval, & Fr. Ludovicus Andrada pro Castella ex Africæ partibus liberarunt 160. Anno 1532. Fr. Dominicus Alvarado, & Fr. Michael Heredia pro Castella, & Vandalia, ex Feso, & Portu Tetuani liberarunt 139. Anno 1534. Fr. Dionysius Semorensis, Gallus, in Theologia insignis Magister, vitæ sanctimonia speciosus, & Fr. Matthæus Roca pro Aragonia, Valentia, & Cathalonia Algariæ liberarunt 109. Anno 1535. Fr. Ioannes Iribas, Tubalæ Commendator pro Aragonia cum socio Redemptore pro Castella Algariæ liberavit 300. Captivos. Itaque tempore huius Magistri liberati sunt 1726. Captivi.

F. Michael Orenes.

4 V. P. Fr. Michael Orenes, Optensis habitu, & ortu cum pluribus alijs Fratribus adscitus debellatoribus Regni Peruani primus Christi miles fidei vexillum in illo Regno levavit, pluribusque pro fide perpessis laboribus, Monasterijsque constructis, illustri fine quievit. Posthac M. Fr. Franciscus Bobadilla ad annū 1534. à Rege missus, Limanam erexit Provinciam.

Fr. Fracis. Bobadilla.

5 Adrianus VI. & Clemens VII. Redemptioni, & Ordini decem Bullis liberaliter prospiciunt, gratijs specialibus Redemptioni faventes.

Reg. Priv.

6 Carolus Quintus cum Regina Ioanna, privilegio dato Montisioni die 30. Augusti anno 1533. confirmat privilegium Ioannis, datum die 4. Maij anno 1389. & Alphonsi V. datum die 20. Augusti anno 1431. ne quis, præter nostros Fratres eleemosynas Redemptionis accipiat. *Est transumptum in Curia Iustitiæ Aragonum, die 16. Iulij anno 1622.*

7 Idem Carolus decreto dato Hispali die 11. Maij anno 1526. concedit Fratres nostros ad Indos transfretare, Conventus antea erectos apud Indos confirmat, & de novo erigendos concedit.

8 Franciscus Primus Gallorum Rex Regio diplomate, dato Parisijs die 8. Ianuarij anno 1527. certior factus quod Patres SS. Trinitatis Fratres nostros in Galliæ ditione exturbare ab eleemosynis Redemptionis dolosé, & falsis delationibus intéderent, præcipit ne quis audeat Fratres nostros à præfatis impedire, & quod valuas omnium Ecclesiarum reseratas habeant, vt populis opus Redemptionis exponant; & tandem nos sub Regio suscipit patrocinio. *Vacavit Sedes menses duos, dies 22.*

§. XXVII.

VIGESIMUS SEPTIMUS MAG. GENERALIS.

Fr. Petrus Sorel M. G.27.

1 Vigesimus septimus Magister Generalis fuit V. P. Fr. PETRUS SOREL, Gotholanus Barchinonensis, & eiusdem Conventus Prior, die 11. Novembris anno 1535. Barchinone electus, à Paulo III. confirmatus, Religionem per vndecim annos inculpabili morum conversatione direxit, obijt Barchinone die 10. Februarij anno 1546. vbi iacet tumulatus.

Redemptiones eius tempore factæ.

2 Anno 1537. Fr. Ioannes à S. Ioanne Gallus, ortu, & habitu Narbonensis, in Theologia Magister cum socio pro Aragonia Algerij, & alijs Africæ partibus liberavit 300. Captivos. Anno 1539. Fr. Garsias Meneses vir valde pius pro Castella ex Regno Fesi, & Portu Tetuani liberavit 89. Eodem anno Fr. Dionysius Bertran pro Aragonia, & Gallia Algerij liberavit 88. Captivos.

3 Anno 1543. Fr. Gabriel de Andrada, & Fr. Isidorus Hispalensis plurimis exhaustis laboribus, opprobria, & ludibria passi, pro Castella ex Portu Tetuani liberarunt 126. Anno 1546. R. & V. P. Fr. Ioannes Paulus de Vultagio, Panormi Prior, & Fr. Ioannes Segura, post vincula, ingentiaque vitæ discrimina ex Africæ partibus pro Italiæ Provincia liberarunt 88. Captivos. Itaque tempore huius Magistri liberati sunt 691. Captivi.

VV. Frs. Thomas Neapolis, & Fr. Antonius Tramullers ab Hæreticis martyrio afficiūtur.

4 VV. FF. Thomas Neapolitanus eiusdem Civitatis, & Antonius Tremullers Gallus, Tolosanus habitu, & ortu, & eiusdem Vniversitatis Theologiæ Doctor, ad annum 1540. contra Hæreticos, vulgò *Hugonotes*, nimio fidei zelo invecti, accutissimis rationibus eos redarguentes, ipsis maxime exosi plurima perpessi, iuxta Montempesulanum ab eis occisi sunt varijs pugionum ictibus puncti.

5 Paulus III. vnica Bulla Magisterū cōfirmat,

VIGESI-

XXVIII.

VIGESIMVS OCTAVVS MAG. GENERALIS.

Fr. Michel Puig.

1 VIgesimus octavus Magister Generalis V. & eruditissimus Sacrorum Canonum Prolyta Fr. MICHAEL PVIG, sive de PODIO, Barchinonensis,& eiusdem Conventus filius,& Prior, die 2. Maij anno 1546. electus, à Paulo III. confirmatus, egregius Ordinis, Redēptionisque Zelator, per 22. annos Magisteriū duxit: vitæ exemplaris moribus commendatus, obijt Barchinone die 22. Novembris anno 1567. vbi eius corpus honorificè sepelitur.

V. Fr. Ioā. Vallejo en comium.

2 V.P.Fr. Ioannes Vallejo nobilis Montanus Castellanus, patria Menensis, inter cæteras virtutum dotes, silentio, solitudine, & clausura mirabilis,pœnitentia rigidus, virginitate illibatus, vitæ candore conspicuus, suæ mortis prenuntiator, quam Vallis-Oleti obivit, cuius corpus,non solum post tres annos incorruptū, ac palpabile repertum est, sed ad digiti pedis incisionem sanguineo fluxit licore, Redemptor pro Castella, cum Fr. Antonio Martinez, Commendatore Cazorlæ pro Vandalia ingenti pecuniarum summa ex Africæ partibus liberārunt 500. Captivos.

Redemp. peractæ.

3 Anno 1550. Fr. Ioannes Calvo pro Aragonia Algerij liberavit 52. Anno 1551. Fr. Hieronymus Bastan, Navarrus, Algerij liberavit 144. Anno 1556. Fr. Fortunius Esparza pro Aragonia, Fr. Mathias Papiol pro Cathalonia, Fr. Antonius Martinez pro Castella, & insignis Magister Penchonata pro Gallia ex Africæ partibus liberarunt 474. Captivos.

4 Subsequentibus annis præfati Fr. Mathias Papiol, & Fr. Antonius Martinez pro Aragoniæ Corona Algerij liberarunt 417. Captivos,& inter eos quatuor Moniales S. Francisci, quæ Callarim ad sui Conventus reformationem navigantes à Pyratis captæ sunt. In residuo huius Magistri tempore aliæ sunt peractæ Redemptiones, quibus, vt per computa Captivorum constat, redempti sunt 755. Captivi. Et duo Redemptores martyrio affecti memorantur. Vnde tempore huius Magistri liberati sunt 2342. Captivi.

Duo Redemptores martyrio affeciū tur.

5 Anno 1552. V.P.Fr. Ioannes de Salazar Bethicus,Xerezij natus, & habitu indutus,egregius ore,& opere Concionator,vitæ candore,& sanctimonia clarus,postquam in Regna Peruana ad Indorum conversionem, quam latissimè peregit,innumeris fecro fonte lustratis, pluribusque extructis Ordinis Cœnobijs: dum inter concionandum in quodam Pago gubernationis Civitatis de Assumptione Indos Idolatras de fœdis eorum vitijs severe obiurgat, ab ipsis è suggestu deiectus, sagittis,telisque cōfossus, Sacræ fidei, proprio sanguine, reddidit testimonium: ferì autem Indij, assatum Martyris corpus comedentes, subitò, effusis per latera visceribus,interierunt.

V. Fr. Ioā. de Salazar martyriū patitur.

6 V. P. Fr. Christophorus Albarran Bethicus,filius Conventus Villæ-Garciæ ad Indos Peruanos transmissus, pluribus populis ad fidem Christi perductis, & Provincijs nimio zelo, & immensis laboribus peragratis, Templis, Monasterijsque extructis; dum Barbaros Indos de polifæmio, alijsque inconrinentiæ vitijs obiurgat, ipsis exosus factus,ab eis iaculis confossus Martyr occubuit. Indi autem ferales corpus in rogum injiciunt, vt assatum deglutirent; sed adveniente subitò de Cœlo nube corpus in aera sublatum evanuit ab oculis eorum. Eo miraculo commoti, flagitij pœnitentes, veniam à Deo exorabant; & ecce Beatissimus Martyr in aere vivus apparens, Crucem in manibus gestans,ab vltimis,quæ in concionando protulerat verbis,sermonem texens, ipsos ad fidei lavacrum, & pœnitentiam adduxit. Quod apparitionis miraculum crebro, & vsque ad præsens perseverat. Accidit hoc S. viri martyrium ad annum 1554.

V.P.Christophorus Albarran martyrio coronatur

7 V. P. Fr. Ioannes de Vargas, Vandalus, Xerezij de la Frontera, ortu,habitu,& professione filius, virtutibus omnibus apprimè instructus, morum suavitate, etiam Barbaris adeò gratus, ad Indorum conversionem missus,supra maris vortices sicco vestigio, dum iamiam omnes perituri in maris periculo deslebant, traiecit. Mirum est quot animas tum infidelium, tum peccatorum Iesu Christo cōciliaverit;mortis pericula despiciens in Montana iuxta Civitatem Panamensem, vt Indos rebelles ad fidem firmaret secedens, apud ipsos longam traxit moram mirabili ipsorum profectu, & plurium populorum conversione; sed dum Petrus de Vrsua strenuus Dux militibus stipatus super præfatos Indos repēte irruisset,pluresque trucidasset: reliqui in rabiem versi furorem suum in Sanctum virum effundunt, ipsumque sagittis confosum, quibus licet toto corpore confixus, nec prædicationem intermisit, nec aspectum, Deo sic favente, mutavit; ad extremum fune ad collum alligatū ad arborem suspendūt, vbi 30. diebus solis nimio calori expositus,nullam passus est corruptionem, quinimò suavissimo fragrans odore ad Conventum Panamensem allatum corpus, pia fidelium veneratione; multis clarum miraculis cultum est. Accidit huius S. Viri martyrium ad annum 1556.

V. Fr. Ioā. de Vargas ab Indijs trucidatur.

8 Anno 1567. apud Galliam cum Hæretici Vgonotes in Catholicos desævirent, Templa, & Monasteria diabolico furore vastantes, & eos, qui pro Romani Pontificis authoritate decertabant acerbissma morte interimentes, Fratribus nostris, qui invicta constantia Romanæ Sedis,& Catholicę Fidei partes susceperant, felici sorte donavit Dominus, vt 315. illustri martyrij laurea coronati fuerint. In Cahors Civitate funditus evertunt Hæretici percelebre Monasterium, in quo supra 50. occidūt Fratres. Eodem furore Convētum de Altaripa devastant,morte peremptis 38. Religiosis. Similiter & antiquissimum, ac percelebre Carcasonense Cœnobium à SS. Patriarcha nostro erectum, vbi 14. Fratres, fugientibus cæteris, trucidarunt. Item destructo Malævillæ Conventu 50. Fratres forti animo pro fide certantes crudeli martyrio interimunt. Necnon & Conventum Villæ de Riscla, vbi 20. Fratres nudos statuentes crudeli vulnere saucios, & ligatos dimittunt, qui omnes in fidei confessione animas Domino rediderunt. Insuper Montem-Pesulanum Cœnobium, illustribus fabrica, redditi-

Martyres 315 Ordinis nostri ab Hæreticis Galliæ occisi.

redditibus, poſſeſsionibus, & antiquitate primum evertentes 69. Fratres Conventuales, proceſsionaliter obviam procedentes, quibus Commendator V.P.Fr.Ludovicus Puell Crucem in manu geſtans præibat fidem exaltans, crudeliter occiderunt. Inde Conventum Beſierenſem aggredientes, trucidatis 20. Fratribus, ſacris Imaginibus conculcatis, & combuſtis, funditus diruunt. Poſtremò Collegium antiquum Pariſienſem invadunt, quod igne devaſtantes tres Fratres, reliqui enim ſe fugæ madarunt, lethali vulnere ſauciant. Ex his autem, qui à præfatis Conventibus, furorem Hæreticorum devitâtes, aufugeraot, in diverſis Galliæ partibus 48. Fratres ad manus inimicorum venientes, diverſo mortis genere per id tempus necati ſunt.

9 Iulius III. Paulus, & Pius IV. cum Cardinali Raynutio decem Bullis Redemptioni, & Ordini oppitulantur.

10 Henricus Secundus Gallorum Rex Regio ſuo diplomate, dato Pariſiis die 21. Ianuarij 1552. confirmat privilegia noſtro Ordini à ſuis prædeceſſoribus conceſſa, præcipuè erga eleemoſynas Redemptionis.

Reg. Priv.

11 Philippus Secundus Hiſpaniarum Rex privilegio dato Valentiæ die 18. Aprilis anno 1564. confirmat omnia privilegia nobis conceſſa, & præcipuè à Regina Ioanna, & Carolo Quinto.

12 Idem Philippus privilegio dato Valiſ-Oleti die 18. Maij anno 1559. confirmat omnia privilegia Ordini noſtro à ſuis Maioribus indulta, & tribuit facultatem proſequendi fundationem Conventus noſtri Peruani.

13 Franciſcus Secundus Galliæ Rex privilegio dato Fontibellaqueo die 13. Iulij anno 1560. concedit nobis facultatem bona, & eleemoſynas pro Captivis accéptandi, hortaturque Prælatos Eccleſiaſticos, vt opem nobis ferant, & præcipit ſuis Miniſtris, vt præſtent opportunum auxilium.

14 Carolus Nonus Galliæ Rex privilegio dato Toloſæ die 20. Februarij anno 1565. cōfirmat omnia, & ſingula privilegia, libertates, franquiſias, exemptiones, conceſsiones, & facultates retrò à Galliæ Regibus, & præſertim à ſuo Patre Franciſco impertita, & eximit à iure extinctionis omnia prædia, domos, & poſſeſsiones noſtras. *Vacavit Sedes menſes duos.*

§. XXIX.

VIGESIMVS NONVS MAG. GENERALIS.

1 VIgeſimus nonus Magiſter Generalis V. ac Doctiſsimus P. Fr. MATHIAS PAPIOL Gotholanus Barchinonenſis, eiuſdem Conventus proles, & Prior, fervens Captivorum Redemptor, optimis moribus, & Religionis zelo inſignis, Barchinonæ die 20. Ianuarij anno 1568. vltimus ex Magiſtris perpetuis electus, ante adeptam confirmationem obijt Cæſarauguſtæ die 28. Iulij eiuſdem anni, vbi corpus eius tumulatum eſt. *Vacavit Sedes per annos ſex, & amplius, quo tempore.*

P.Fr. Mathias Papiol M. G.29.

2 M. Fr. Rodericus de Arze, ~~Vandalus~~ *Castella.* Provincialis, Toletanus Theologiæ Cathedrarius, eximius Concionator, frequenſque Redemptor, anno 1573. ex Africæ partibus pro Caſtella liberavit 560. Captivos. Per eadem tempora Redemptores pro Aragonia liberarunt 102. Vnde præfato tempore liberati ſunt 662. Captivi.

3 Pius V. duplici Bulla Monialium Hiſpalenſium noſtri Ordinis inſtitutionem obſirmat, Religionis bona vendicat, & noſtra nobis reſtitui iubet.

§. XXX.

TRICESIMVS MAG. GENERALIS.

1 TRigeſimus Magiſter Generalis V. Senex Fr. FRANCISCVS DE TORRES Valentinus, Elchenſis, vitę candore, & ſapientię dotibus venerandus, Valentiæ Provincialis, primus ad ſexennium concordia Guadalfaxarę electus die 14. Novembris anno 1574. à Gregorio XIII. confirmatus, obijt Cæſarauguſtæ anno ſequenti, die 29. Septembris, vitæ integritate commendatus.

V.F. Frāciſcus de Torres M. G.30.

2 Anno 1575. Fr. Rodericus de Arze, & Fr. Antonius de Valdepeñas pro Caſtella liberarunt 150. Captivos. Gregorius XIII. ſuper Canonica Capituli Generalis electione vnica Bulla decernit. *Vacavit Sedes per vnum menſem.*

§. XXXI.

TRICESIMVS PRIMVS MAG. GENERALIS.

1 TRigeſimus primus Magiſter Generalis fuit nobiliſsimus æquè, ac eruditiſsimus vir Fr. FRANCISCVS MALDONADO, Salmanticenſis origine, & habitu, die 10. Iunij anno 1576. Cæſarauguſtæ electus, à Gregorio XIII. confirmatus, Ordinem ſexennio magna integritate, prudentia, & zelo adminiſtravit. Poſthac pluribus annis religiosè vivens, Matriti ſancto fine quievit, vbi tumulatus iacet.

F. Frāciſc. Maldonado M.G. 31.

2 Anno 1577. Fr. Gregorius Ongai Commendator Pampelonenſis, & Fr. Georgius del

Olivar, Celtiber, pro Aragoniæ Provincia Algerij liberarunt 106. Captivos, quos per socium remittens Georgius del Olivar mansit per 13. menses in captivitate; Tanta erga miseros Captivos charitate, tantoque fidei ardore, vt ipsi Captivi ad Romanum Pontificem, & ad Regem Catholicum missis litteris, enixè deprecaverint, vt Georgium liberum non ad Hispaniam venire, sed apud se remanere facerent. Plures inter Captivos vinculis exolvit, bis ad flammas damnatur, tandem ad nos restitutus sanctissimè obijt.

F. Ludov. Matienzo commendatio.

3 M.Fr. Rodericus de Arze, Toletanus, Theologiæ Cathedrarius, Palatij de Arze in Navarra filius, & Fr. Ludovicus Matienzo pro Castella ex Africæ partibus liberarunt 220. Captivos; Manet in pignus Matienzo, qui quadriennali captivitate maceratus, dura custodia, siti, & fame ad extremum afflictus fuit. Tandem virtutibus, & meritis cumulatus obijt Lucroni, prædicto mortis die. *Vacavit Sedes ad annum* 1587. Quo tempore præfatus Magister Fr. Rodericus de Arze, & Fr. Martinus Percheta ex Africæ partibus liberarũt 98. Captivos. Itaque hoc tempore liberati sunt 424. Captivi.

4 Gregorius XIII. & Sixtus V. quatuor præstant diplomata, & spiritualibus nos cumulant favoribus, Generalem confirmant, & Capitulum Generale intermedium constituunt.

Reg. Priv.

5 Philippus Secundus privilegio dato in Monasterio S. Laurentij Regij die 26. Septembris anno 1576. derogat privilegia Ordinis SS. Trinitatis, quibus intendebat hic Ordo in Corona Aragoniæ eleemosynas, & legata pro Redemptione percipere. *Est transumptum in Curia Iustitiæ Aragonum, die 16. Iuly anno 1622.*

6 Idem decreto dato in Pardo die 25. Octobris anno 1576. præcipit observari gratias, & exemptiones à suis prædecessoribus concessas.

7 Cæsaraugustæ die 7. Aprilis anno 1578. voce præconia publicè mandatur observari nobis omnia privilegia, à Regibus Aragoniæ concessa, & indulta facta Procuratoribus Redemptionis.

8 Idem Philippus litteris datis apud Medellin præcipit Proregi Valentiæ, ne permittat ibi publicari Redemptionem, quam Patres SS. Trinitatis Algerij perficere tendebant.

9 Idem die 4. Decembris anno 1585. apud Binefar decernit observari Syndicis Redemptionis privilegia à Regibus Aragoniæ cõcessa. *Est transumptum in Curia Iustitiæ Aragonum, die 16. Iuly anno 1622.*

§. XXXII.

TRIGESIMVS SECVNDVS MAG. GENERALIS.

F. Frãcisc. de Salazar M.G.32.

1 Trigesimus secundus Mag. Generalis nobilis, ac observantissimus P.Fr. FRANCISCVS DE SALAZAR, Celtiber, patria Cæsaraugustanus, & eiusdem Conventus soboles, Regi Catholico valdè gratus, cui in commitijs Regni fideliter Montisoni adfuit, Aragoniæ Provincialis, Cæsaraugustæ die 23. Maij anno 1587. electus, à Sixto V. confirmatus, Ordinem, novis editis constitutionibus, mirabili ditavit incremento, Indiarum Provinciis primus Vicarios Generales direxit, Sancti Adriani Diaconiam Romano nostro Conventui impetravit; alijsque facinoribus zelantis animi septennium magna Religionis vtilitate implevit. Tandem meritis cumulatus circa annum 1600. obijt Cæsaraugustæ, & in Capella B. MARIÆ de Misericordia, suæ stirpis patronatu, tumulatur.

Redemp. peractæ.

2 Anno 1587. Fr. Ioannes de Sancto Simia, Commendator Granatæ, & Fr. Franciscus de Ver., Commendator Malacitanus, in Regnis Fesi, & Marrochij liberarũt 134. Captivos. Anno 1589. Fr. Natalis Sylvester, Commendator Bilbilitanus, & Fr. Matthæus Benedicto, Commẽdator Turiasonensis pro Aragonia Algerij liberarunt 131. Anno 1592. Fr. Balthasar de Paz, & Fr. Hieronymus Martel pro Castella, & Bethica ex Africæ partibus liberarunt 242. Captivos. Itaque tempore huius Magistri liberati sunt 507. Captivi.

V.Fr. Balthasar Velazquez à Mauris occiditur.

3 V.P.Fr. Balthasar Velazquez, Xerezij de la Frontera apud Vandaliam anno 1565. natus, adolescens optimis moribus imbutus, in nostro eiusdem Civitatis Convẽtu Religioni adscriptus est: mira in eo virtus eluxit, Cõpluti Sacræ Theologiæ curriculis expletis, Cæsaraugustam ad Generalẽ Mag. super non levis momenti negotia accessit, inde regrediens non longe ab ea, iuxta locum, vulgò *la Muela*, irruit super eum, & sexdecim Christicolas, Maurorum Aragoniæ rebellium armata turma, qui Sanctissimum IESV nomen convitijs agitates, Christianos diris parant vrgere supplicijs. Balthasar autem Dei, & animarum zelo fervens, ipsos ad patientiam, & mortem pro Christo subeundam adhortatur, quare in ipsum furentes inimici iterato iaculi ictu lethaliter sauciant; ipse autem alta voce cœlum suspiciens ait: Testes mihi sint Angeli Dei, testes & vniversæ gentes, quod pro gloria Domini mei Iesu Christi gaudens vitam profundò: his dictis exanguis ad terram procidit. Barbari autem reliquos Christianos mortiferis vulneribus transfigentes fugæ se mandarunt. Fr. Balthasar veró repens socios ad Sacramentalem confessionem, adhuc vivos, hortatur; quibus auditis, & ritè absolutione expiatis è duobus lignis Crucem componens, & arbori flexis genibus inhærens Hymnis, & Psalmis, alijsque intentus Divinis Canticis Cygnus sacer animam exhalavit. Eius corpus ab incolis in præfatum locum de la Muela delatum honorificè sepelitur. Evenit hoc S. Viri martyrium mense Septembris anno 1588.

4 Sixtus V. & Clemens VIII. novem constitutionibus cum alia Hispaniarum Nuntij munificè concessis, gratias roborant, & accrescunt, absolutio generalis in Ordine confirmat.

Reg. Priv.

5 Philippus Secundus litteris datis Matriti, die 11. Maij 1591. præcipit suis Ministris, vt observari faciant in Regnis Coronæ Aragoniæ privilegia Syndicis, & Procuratoribus Redemptionis concessa. *Non vacat Sedes.*

TRIGE-

§. XXXIII.

TRIGESIMUS TERTIUS MAG. GENERALIS.

Fr. Franciscus Zumel M.G. 33.

1 TRigesimus tertius Magister Generalis sapientiæ pelagus, celeberrimus Magister Fr. FRANCISCVS ZVMEL, Palentinus à Pintia, Athenæi Salmanticensis Doctor, Decanus, & Cathedrarius, Veræ-Cruciani Collegij soboles,& instaurator, Collegiorum Maiorum Salmanticensium regia authoritate Visitator, pro Ecclesię vnione contra Venetos dexter Athleta, Bilbili die 5.Iunij anno 1593. electus, à Clemente VIII. confirmatus, à quo,& Bullam sui in Ecclesiæ defensionem zelantis animi, & studij laudatoriam, necnon, & dona remuneratoria promeruit:sexennio singulari prudentia, & zelo Ordinem rexit. Obijt Salmanticę bono virtutum odore de se relicto, & scriptis, pluribusque voluminibus prelo datis, immortalis sapientiæ gloria decorus.

Redemptiones peractæ.

2 Anno 1593. Fr. Mathias Cuellar, Castellæ Provincialis, & Fr. Hieronymus Martel pro Caste la,& Vandalia liberarunt ex Africæ partibus 208. Captivos. Anno 1598. Fr. Ioannes Negron pro Castella,Fr.Matthæus Benedicto pro Aragonia, & Fr. Hieronymus Martel pro Vandalia Algerij liberarunt 260. Captivos. Vnde tempore huius Magistri liberati sunt 468. Captivi.

F. Ludov. de la Peña, & omnes Conventuales Valdiviæ martyrio intecimuntur.

3 V. P. Fr. Ludovicus de la Peña, Giennensis, apud Chilensem Provinciam in Conventu Valdiviæ Commendator, cum intempesta nocte Barbari Indi in Conventum irruerent, convocatis Fratribus ad Ecclesiam accedens, Sacram Synaxim, ne ab inimicis conculcaretur,sumpsit; sed cum adhuc pixidem haberet in manibus, accedens iniqua coniuratorum turma, omnes Fratres flexis genibus orantes trucidant; Commendatore autem, quem sumpsisse Sacram Eucharistiam noverunt, è medio discecto, avulso corde, quod dentibus inhumane laniarunt, crudeli morte interepto, Templum incendunt, vbi sacra corpora concremata sunt.

4 Clemens VIII. duplici Bulla constitutiones sancit, & Generalium comitiorum celebritatem plenaria honorat indulgentia.

Reg. Priv.

5 Philippus Secundus litteris datis in Pardo die 28. Octobris anno 1595. præcipit Aragoniæ Pro-Regi,vt observari faciat privilegia nostro Ordini concessa cum iure privativo accipiendi legata, & eleemosynas pro Redemptione.

§. XXXIV.

TRIGESIMVS QVARTVS MAG. GENERALIS.

Fr. Petrus Balaguer M.G.34.

1 TRigesimus quartus Mag. Generalis observátissimus P.Fr.PETRVS BALAGVER, Valentinus, patria Elchensis, Aragoniæ Provincialis, æquè annorum, ac sensuum canitie Venerabilis, litteris, virtute,& rerum agendarum dexteritate commendatus. Die 29. Maij anno 1599. electus Vallis-Oleti, à Clemente VIII. confirmatus. Obijt Matriti eodem anno die 8. Decembris. Clemens VIII. acta confirmat. *Vacavit Sedes per sex menses.*

§. XXXV.

TRIGESIMVS QVINTVS MAG.GENERALIS.

F. Fráciscus Medina M.G.36.

1 TRigesimus quintus Mag. Generalis Religiosissimus, ac observátissimus P.M.Fr. FRANCISCVS MEDINA, Toletanus, semel, atque iterum Castellæ Provincialis, in vigilia Penthecostes anno 1600. Valentiæ electus, sed male moratorum quærelis,ad Hispaniarũ Nuntium delatis,ab eo suspensus, posteà per sententiam diffinitivam depositus, quam Clemens VIII. confirmavit. Toleti patientiæ, & mansuetudinis norma, à terrenarum cura alienus vitam finivit. *Vacavit Sedes ad biennium.*

V.F.Ioan. Bernal memoria.

2 Quo tempore anno scilicet 1601. Venerabilis P.Ioannes Bernal, Arago,Carignenæ natus, Hispalensis Cœnobij filius,Vandaliæ Provincialis,Theologiæ Doctissimus,fervens, Regiusque Concionator, virtutum omnium decore, maxime animarum zelo insignis,in oratione assiduus, in corporis maceratione supra vires rigidus, ardens fidei zelo Redemptor, mortis discrimina, crudeliaque apud Barbaros passus cum Fr.Lupo de Ribas in Africæ partibus liberavit 166. Captivos. Obijt Hispali eodem anno, contracta ex Maurorum sævitia infirmitate die 18. Novembris, mirabilia Domino in eius morte patrante, nam ad eius habitus contactum mulier sanguinis fluxu sanatur, & publicus resipiscit peccator. Vestes,ac etiam digitos à concurrentis populi devotione nullus defendere valuit. Iacet Hispali speciali sepulchro conditus.

Redemptiones.

3 Clemens VIII.quintuplici Bulla de Provinciarum,& Religiosorum bonis,ac de Absolutionis Generalis forma, & communicatione con-

constituit, plenariam Confratribus largitur indulgentiam.

Reg. Priv. 4 Philippus Tertius Hispaniarum Rex privilegio dato Matriti die 7. Septembris anno 1600. confirmat provisionem Pro-Regis Aragoniæ, factam die 8. Septembris anno 1586. super iure privativo acceptandi eleemosynas, & legata Redemptionis. *Est transumptum in Curia Iustitia Aragonum die 16. Iuly anno 1622.*

5 Henricus Quartus Gallorum Rex suo privilegio dato Parisijs die 20. Iulij anno 1602. confirmat omnia privilegia à suis Prædecessoribus nostro Ordini concessa, mandans ministris, vt ea observari faciant.

§. XXXVI.

TRIGESIMVS SEXTVS MAGISTER GENERALIS.

Fr. Alphõ. Monroi M.G.36.

1 Trigesimus sextus Magister Generalis prudentissimus vir Fr. ALPHONSVS MONROY, Hispalensis origine, & habitu, Peruani Regni Provinciarum Pater, Vandaliæ Provincialis, die 26. Augusti anno 1602. ab Hispaniarum Nuntio Sedis Apostolicæ Legato speciali facultate electus, & ab Ordine admissus, à Clemente VIII. confirmatus, Religionis constans zelator, Recollectionis Excalceatorum nostri Ordinis erector, quam anno 1603. instituit. Præfuit ad annum 1609. Tandem die 19. Augusti anno 1614. Hispali, cuius Conventum magnificè ampliavit, sancto fine quievit.

Redemp. peractæ. 2 Anno 1604. PP. Præsentati Fr. Ioannes de Villoria, & Fr. Hieronymus Martel pro Castella, & Bethica ex Africæ partibus liberarunt 154. Captivos. Eodem anno pro Aragoniæ Provincia V.P.M. Fr. Dominicus Vsabiaga, Bilbilitanus, & eiusdem Conventus filius, Aragoniæ Provincialis, vir omnium virtutum decore venustus, mirabilium, vt fert communis populorum traditio, frequens patrator, cuius corpus ad hæc vsque sæcula incorruptum perseverat in Conventu Villæ de Vncastillo, quod à fundamentis erexit, cum M. Fr. Ioanne Baptista Grau Valentiæ Diffinitore, Algerij liberavit 104. Captivos.

V. Fr. Dominici V. saviaga cõmendatio.

3 Anno 1607. M. Fr. Mathias Cuellar pro Castella, & Præsentatus Fr. Ioannes Gutierrez del Texo pro Vandalia ex Regnis Fessi, & Marrochij liberarunt 196. Captivos. Anno 1609. P. Præsentatus Fr. Petrus de Medina, Curiæ Regis Generalis Procurator, pro Castella, & M. Fr. Gaspar Nuñez pro Vandalia ex Africæ partibus liberarunt 132. Captivos. Itaque tempore huius Magistri liberati sunt 586. Captivi.

V. Fr. Petrus Avendaño martyrio donatur.

4 V.P. Fr. Petrus de Avendaño, Bethicus, cum per Galliam anno 1606. Romam progreditur, hospes in domum cuiusdam Hæretici Vgonistarum divertit; cumque de Religione texeretur sermo, & Petrus hospitem aberrantem animadverteret, ipsum, præ nimio fidei zelo sacris admonitionibus ad viam salutis deducere tentat; inde circumstantes cum domino hospitij in furorem accensi magno impetu sanctum virum convitijs, & vulneribus invadunt: ipse autem flexis genibus Symbolum fidei alta voce promens, etsi mortiferis plagia saucius, nullam mutationem est passus, quousque Symbolum explevit; quo finito, purissimam Deo tradidit animam.

5 Clemens VIII. & Paulus V. 23. diplomatibus Ordinis incremento prospiciunt, Reformationi Excalceatorum consulunt, & Prioris Barchinonensis iura tuentur.

Reg. Priv. 6 Philippus Tertius privilegio dato Segobricæ die 8. Augusti, anno 1609. confirmat omnia privilegia à suis Prædecessoribus, præcipuè à Philippo Secundo Ordini nostro concessa. *Non vacat Sedes.*

§. XXXVII.

TRIGESIMVS SEPTIMVS MAG. GENERALIS.

Fr. Philippus Guimeran M. Gen. 37.

1 Trigesimus septimus M. Generalis nobilissimus, doctus, ac honestissimus Magister Fr. PHILIPPVS GVIMERAN Valentinus, patria Guimeranensis, Tarraconensis Cathedrarius, Canonicus Lectoralis Dertusensis, Valentiæ Provincialis, Guadalfajaræ anno 1609. electus à Paulo V. confirmatur, laudabiliter, & pacifice ordinem sexenio rexit, prædicatione, scriptis prælo datis, & vitæ exemplo collustravit. A Philippo III. anno 1616. in Iaccensem Episcopatum assumptus, & Valentiæ eodem anno mense Octobris consecratus, prænuntiato mortis tempore ibidem obijt die 24. Ianuarij anno 1617. ibique sepultus speciali tumulo iacet.

Redempt. peractæ. 2 P. Præsentatus Fr. Petrus Medina, & Magister Fr. Gaspar Nuñez anno 1612. pro Castella, & Bethica Redemptores ex Regnis Fessi, Marrochij, & Tetuani 160. Captivos libertati donarunt. Magister Fr. Isidorus Valcazar Pincianæ Academiæ M. Præsentatus F. Thomas Sãz pro Valentia, Præsentatus Fr. Ioannes Cabero pro Aragonia, & Fr. Ginesius de Arrieta pro Vandalia anno 1615. ex Regnis Fessi, & Marrochij liberarunt 258. Captivos. Itaque tempore huius Magistri liberati sunt 418. Captivi.

Fr. Petrus Romero, & Fr. Ferdinandus incapie.

3 V.P. Fr. Petrus Romero Castellanus Limani Conventus filius, & Fr. Ferdinandus de Incapie, etiam Castellanus Provinciam Smaragdorum in Peruano Regno cum eius Rege ad annum 1610. ad Catholicam Fidem Sacrum Baptisma, & ditionem Regis Catholici adducunt. Et vt aliqui tenent martyrio affecti sunt. Paulus V. super Fratrum decedentium bonis vnica constitutione decernit.

Regum privilegia

4 Serenissima Maria de Medicis Galliarũ Regina gubernatrix Parisiense Collegium erigit, ac suo diplomate firmat. *Non vacat Sedes.*

TRIGE-

§. XXXVIII.

TRIGESIMVS OCTAVUS MAG. GENERALIS.

Fr. Franciscus Ribera M.G. 38.

1 TRigesimus octavus Mag. Generalis præstātissimus vir Fr. FRANCISCVS Ribera Castellanus, patria Complutensis, Conventus Matritensis soboles, Novæ Hispaniæ Provinciarum Pater, Castellæ Provincialis die 15. Iunij, anno 1615. Bilbili electus à Paulo V. confirmatus Ordinem ad an. 1618. mira dexteritate, & indolis suavitate gubernavit; Episcopus Guadalsajarensis in Nova Hispania, ac postea Mechoacanensis consecratus, senio, & virtute venerandus obijt die 2. Septembris anno 1638.

Redempt. peractæ.

2 Anno 1617. Magister Fr. Petrus Ortiz de Luyando, divinis, & humanis litteris optime excultus, hebraici, & græci sermonis non ignarus, qui pro fidei veritate contra legisperitum Iudæum plures subijt coram Mauris, fœlicissime triumphans, concertationes, & Magister Fr. Ioannes à Sancto Iacobo pro Castella, & Vandalia ex Regnis Fesi, & Marrochij liberarunt 152. Captivos. Anno 1618. ijdem Patres ex Tetuano liberarunt 140. itaque tempore huius Magistri liberati sunt 292. Captivi.

3 Paulus V. septuplici Bulla cum alia Cardinalis Protectoris Beatissimæ Virginis de Mercede venerationem, & cultum proprio adauget officio, statuta decernit, Provincias multiplicat, Capitulum Generale intermedium abolet, & Regis Catholici comendatitijs litteris privilegia munit, & nova concedit.

Regū privilegia.

4 Philippus III. litteris datis Vallis-Oleti die 20. Iunij anno 1615. præcipit observari iura nostra, & præcipue privativum recipiendi bona, & eleemosynas pro Captivis. *Non vacavit.*

§. XXXIX.

TRIGESIMVS NONVS MAG. GENERALIS.

Fr. Ambr. Machin. M.G. 39.

1 TRigesimus nonus Mag. Generalis eruditissimus M. Fr. AMBROSIVS MACHIN de AQVENA Sardius Alguerensis, Callaritanæ domus filius, plurium voluminum Auctor, Prior Barchinonensis, Aragoniæ Exprovincialis, die 2. Iunij anno 1618. Guadalfaxaræ electus à Paulo V. confirmatus, Religionem concorditer moderans, à Philippo III. anno 1621. electus Episcopus Alguerensis, ac postea à Philippo IV. Callaritanæ Ecclesiæ anno 1626. præfectus, Sardiniæ, & Corsicæ Primas, anno ætatis 60. obijt an. 1640. boni Pastoris nomine clarus. Eius corpus in sua Cathedrali Ecclesia honorifice sepelitur.

Redemptiones peractæ.

2 Anno 1620. Mag. Fr. Vincentius Serrano Comendator Turiasonensis Sanctæ Inquisitionis Qualificator plurimis perpessis ludibrijs, & in ventre fustibus contusus Algariæ redemit 121. Captivos.

3 Paulus V. & Gregorius XV. cum Cardinali Protectore, & Hispaniarum Nuntio octo constitutionibus Monialium nostrarū de Alarcon erectionem firmat, concordiam cum Excalceatis statuit, indulta roborat, & plenaria ditat Indulgentia.

Regum Privilegia

4 Ludovicus XIII. Privilegio dato ad Sanctum Germanum die 1. Augusti anno 1618 confirmat iura acquisita Conventui nostro Parisiensi, & omnia privilegia à suis Prædecessoribus Ordini nostro concessa.

5 Philippus IV. Hispaniarum Rex Privilegio dato in domo de Aranjuez, die 17. Aprilis anno 1622. confirmat privilegia à Rege Martino die 27. Ianuarii, & die 10. Augusti anno 1402 Ordini nostro concessa. Hoc tempore facta est concordia cum Excalceatis nostris super iura iurisdictionis. *Vacavit Sedes.*

§. XL.

QVADRAGESIMVS MAGISTER GENERALIS.

Fr. Gaspar Prieto M. G. 40.

1 QVadragesimus Mag. Generalis celeberrimus sanè, ac observantissimus vir Mag. Fr. GASPAR PRIETO Castellanus, patria, & habitu Burgensis, Castellæ Provincialis, die 14. Maij anno 1622. Cæsaraugustæ electus, à Gregorio XV. confirmatus, Religioni sanctissimè præfuit ad annum 1626. Episcopus Alguerensis electus, ab Vrbano VIII. confirmatus, Sardiniæ Prorex, Supremus Militiæ Præfectus, in Comitijs Generalibus Sardiniæ Præses optimo munere bellica, civilia, & Ecclesiastica gessit negotia, Ecclesiarum munificus reparator, orationi assiduus, vigilijs, & corporis macerationibus ad mortem vsque cilicijs cruentatus, Ecclesiasticæ immunitatis indefessus assertor, pacis amantissimus, in pauperes profussus. Ecclesiæ Helnensi tandem Præfectus omnium mærore, & pauperum lachrimis obijt Perpiniani die 30. Octobris anno 1637. Vbi honorifico sepulcro sepelitur, annotatis eius virtutū facinoribus percelebri epitaphio. *Vacavit Sedes.*

Redempt. peractæ.

2 Mag. Fr. Franciscus de Venavides, & Mag. Fr. Gaspar Nuñez pro Castella, & Vandalia, è Regno Fesi liberarunt 122. Captivos.

Fr. Alphōsi Gomez de Encinas Mar-tyris memoria.

3 Venerabilis P. Præsentatus Fr. Alphonsus Gomez de Encinas Castellanus Loci de Cuellar Diœcesis Segobiensis Vallis-Oletanæ domus filius, cum in Insula Punæ Provinciæ Quitensis

tensis Parrochum ageret magno animarum fidei zelo, Piratarum Olandiç clasis ad eam Insulã appulit sub Chermitio nequisimo hæretico, à quo captus, & de Fide interrogatus, se Catholicum, & Sacerdotem quotidie Missæ Sacrificium, Dei gratia, celebrantem asseruit. Quibus permoti fidei inimici Sacrosanctum Missæ Sacrificium abhorrentes, Sanctum Sacerdotem in fidei Mysteriorum confessione obfirmatum dissecto pectore, extractisque visceribus trucidant, qui gratijs Deo persolutis, invocato dulcisimo IESV nomine, ovibusque suis ferveri exhortatione in fide stabilitis purissimum emisit spiritũ die 23. Iunij anno 1624. Aggressores autem patrati sceleris pœnas luerunt, nam eodem die cum in Ecclesiam ad eam profanandam irruerent, vix ingresi, templum de repente irruit super eos, qui omnes infœlicem oppetierunt mortem.

4 Vrbanus VIII. trino diplomate Sancti Raymundi Nonnati festum cum Officio, & Missa instituit, Religionis privilegia vallat.

5 Philippus IV. privilegio dato Matriti, die 20. Augusti anno 1622. confirmat privilegia Ordini nostro concessa, præcipuè à Philippo III. die 8. Augusti anno 1609. & à Philippo II. anno 1564. Ferdinando Catholico anno 1511. Ioanne II. anno 1459. & 1477. *Est trãsumptum in Curia Iustitia Aragonum.*

Regum Privileg.

6 Idem eodem anno, & die concedit, quod Fratres nostri in Corona Aragoniç privativè percipiant omnia legata, & eleemosynas pro Captivis, etiamsi legata sint Patribus Sanctissimæ Trinitatis. *Et transumptum in Curia Iustitia Aragonum.*

7 Supremus Aragoniæ Senatus die 12. Septembris anno 1624. confirmat in iudicio contradictorin privilegium præsatum, & silentium perpetuum iniungit Patribus Sanctisimæ Trinitatis. *Est transumptum in Curia Iustitia Aragonum.*

§. XLI.

QUADRAGESIMUS PRIMUS MAG. GENERALIS

Fr. Ioãnes Cebrian M.G.41.

1 QVadragesimus primus Mag. Generalis, nobilis, eximius, & magni consilij vir Magist. Fr. IOANNES CEBRIAN CELTIBER, patria Peralensis in Terolensi Diœcesi, Olivetani Monasterij Soboles, Comitum de Fonclara Pattuus, Sacræ Inquisitionis Qualificator, Barchinonæ Prior, Aragoniæ Provincialis, die 22. Maij anno 1627. Toleti electus, ab Vrb. VIII. confirmatus, Ordinem ad annum 1632. ita direxit, vt pristinæ observantiæ restitutor monasticæ diciplinæ maximum contulerit incrementum, novis editis constitutionibus: litterarum amantissimus gymnasia auxit; A Rege Catholico die 6. Ianuarij præfati anni Episcopus Albarracinensis institutus, dein Terolensi Ecclesiæ Præpositus, ad extremum Cęsaraugustanus Mitthareu, per annos 30. Pontificale munus summa integritate gesit; in pauperes ita profussus vt anno 1651. vna die centummillia argenteorum pondera in eorum sublevationem contulerit, Ecclesiasticæ libertatis Achilles, Regij status Senatus Consiliarius, Aragoniæ Prorex, ac summus militiæ Dux, Principi Balthasari aprime charus, cuius corpus proprijs expensis Cæsaraugusta ad S. Laurentij Regij Regum sepulcrum magno duxit apparatu, Collegij S. P. N. Petri Nolasci Cæsaraugustani erector. Obijt Cæsaraugustæ meritis, & diebus cummulatus die 27. Decembris, anno 1662. & in Conventu Capuccinarum, quem maximis ditavit muneribus, honorifico sepulcro tummulatus iacet.

Collegij Valentini fundatio.

TEmpore huius Magistri plurimum suscepit Religio incrementum: Cœnobia instaurata, & viris eminentibus locupletata sunt. Collegium Valentinum incepit anno 1629. vbi cũ virtute sapientia, & cum Religione maxime succrevit doctrina. Testatum id faciunt quam plurimi, qui in Theologia, ac philosophia laureati erudiendæ iuventuti in percelebri Valentino licæo, Cathedris obtentis, præpositi sunt.

Cathedragij ex nostris Vniversitatis Valentiæ.

Primatum merito tenet A. R. P. Mag. Fr. Hieronymus Perez Valentinus ortu, & habitu, totius nostri Ordinis Vicarius Generalis, vir eruditissimus, & in omnium scientiarum cultura percelebris: testantur eius opera, quorum prælo duo data sunt, scilicet in 1. p. D. Thomæ vnum, Valentiæ anno 1548. alterum, cui titulus Menochium R. P. Fr. Hieronymi Perez Ordinis S. Mariæ de Mercede, Neapoli impressum. Dignus qui à S. Francisco de Borgia exoptatus sit primus Societatis Iesv in Collegio Gandiæ Magister, prout cum pluribus refert P. Ribadeneyra eiusdem Societatis. Hic igitur eximius vndequaque vir, zelantissimus instituti nostri operator, & Redemptor in Valentina Academia laureatus, Theologiæ Decanus, Artium, & eiusdem Theologiæ Cathedras magno decurrit plausu, atque Auditorum profectu.

M. Fr. Hieronymus Perez.

R. P. M. Fr. Thomas de Tarrega, & R. P. M. Fr. Vincentius Boil in eadem Vniversitate laurati plures obtinuerunt Cathedras, easque ingenij peregerunt laude. Horum meminit Reverendis. Salmeron.

M. F. Thomas de Tarrega, M. Vincentius Boil.

R. P. M. Fr. Antonius Gralla Valentini Conventus, & Civitatis præclara Soboles. Verecruciani Salmantini Collegij Alumnus, & sapientissimi Mag. Zumel discipulus, hebraici, græci, latini, & arabici sermonis peritissimus, Philosophiæ, ac Theologiæ celebratus Magister, virtutis amantisimus, animarum ad culmen perfectionis tendentium dexterrimus, expertus, & zelantisimus ductor, in contemplatione assiduus, verbi Divini accensus proclamator, qui varios, & cœlesti refertos doctrina concionum libros conscripsit, in eodem Valentino Atheneo per 12. annos Cathedras Philosophiæ perlegit. Eiusdem Provinciæ vigilantissimus Præsul, obijt Sanctitatis fama commendatus die à se prænuntiato.

M. Fr. Antonius Gralla.

R. P. M. Fr Paulus Cenedo in eadem Vrbe Valentiæ natus, & in nostro illius Cœnobio habitu indutus, prius Tarraconensis, posteà Valentinus Doctor, & Cathedrarius Philosophiæ Magisterium aprime duxit.

M. F. Paulus Cenedo.

Eiusdem Academiæ Doctorem, & Philosophiæ

M. F. Iose-

phas Sanchia. sophiæ Cathedrarium ingenij acumine, & copia dicendi percelebrem novimus Ill. ac RR. D. D. Fr. Iosephum Sanchia, Archiepiscopum postea Tarraconen. de quo iufra, tempore sui Generalatus.

M. F. Ioannes Nolascus Rison. A. R. P. M. Fr. Ioannes Nolascus Rison Valentiæ ortus, & inibi nostro adscitus instituto, eiusque zelantissimus cultor, Valentiæ Provincialis, semel atque iterum pro eadem Provincia Generalis Diffinitor, atque pro Reverendissimo P. N. M. Generali Procurator, ac Regni Valentini Deputatus, egregius verbi Dei, ac ferVidus Preco, Synodalis Valentinæ Diœcesis, ac Vniversitatis in Theologia, & Philosophia Examinator, virtutis amantissimus, eiusdem Lycæi in Artibus, & Theologia laureatus, in Cathedra metaphysicæ singulari acclamatione explevit iubilationem: cuius quidem, quia adhuc in humanis agit, encomia silétio prætereût, promenda post consummationem: & si satis, superque clamitent eius opera prælo data.

M. Fr. Ioannes Aparicio. R. P. M. Fr. Ioannes Aparicio apud Villam de Enguera in eodem Regno natus, & Valentini Conventus Soboles, eiusdem Vniversitatis in Artibus Magister, & in Theologia Doctor, & Examinator, Philosophiæ, ac Mathematicarum Cathedrarius, ac in lectione Theologiæ Iubilatus, quam per 27. curriculos communi acclamatione decurrit. Conventuum de Orihuela, Segorve, & Valentiæ Commendator, ac eiusdem Collegij Rector, Valentinus Synodalis Examinator, in Sacris litteris versatissimus, græci, & hebraici sermonis optime excultus, virtute, & singulari modestia, atque Religionis observantia commendatus, dum hæc inscribuntur subitanea, sed non improvisa morte die 26. Aprilis præsentis anni 1696. diem clausit extremum omnium mærore prosecutus.

M. Fr. Matthæus Vernia. R. P. M. Fr. Matthæus Vernia ortu, & habitu Segorvicensis eiusdem Provinciæ Secretarius, Diffinitor, atque Elector Generalis, Valentini Conventus Commendator, ac Studiorum Regens, & eiusdem Collegij Rector, & egregia fabrica Auctor, & locupletator, Valentinæ Diœcesis Synodalis Examinator, in eadem Academia in artibus, & Theologia laureatus, & Examinator, Cathedras Philosophiæ semel, atque iterum obtinuit, nunc autem perpetuam Theologicæ consecutus, acuminis præstantia, & dicendi copia præclarus, ampliora nobis in futurum promittit virtutis, & sapientiæ specimina.

M. Fr. Romulus Merega. R. P. M. Fr. Romulus Merega in Valentia natus, & ibidem nostro indutus cuculla, fervidus, & subtilis ad Cathedras Antagonista, in Philosophia laureatus, eiusdem Lycei grecæ linguæ Cathedram impresẽtiarum decurrit: in quo miranda acumi[n]is, & litterarum præstantia, omnimodæ dotis congerie adstipulata, maiorum nobis suggerunt incrementorum, & laudis argumenti fiduciam.

Redemptio peracta. 2 Anno 1628. R. P. M. Fr. Ioannes Cavero Arago Montanus, Loci de Linàs Aragoniæ Provincialis cum M. Fr. Francisco Galindo pro Castella, & Fr. Michaele Miralles pro Valentia Algetij libertavi 250. Captivos: cui, cum in pignus mansisset, in odium fidei, quam ipse profitebatur, omnes sunt dentes durissimo lapide confracti, qui posteà admirabili patientia ad plures vixit annos, quos mors Deo Sacra consecuta est Cæsaraugustæ, vbi iacet tumulatus.

F. Ioannis Cavero memoria.

V. F. Ioan. Iraizoz. 3 Merito inter Redemptores numerandus venit V. P. Fr. Ioannes Iraizoz Pampelonensis, qui vt præfatum Mag. Cavero redimeret, Algeriam adveniens, cum Captivum Christicolam ad mortem damnatum, ne à fide deficeret, roborasset, à Mauris comprehensus, & igni damnatus, dum nudus ad stipitem ligatus, igne circumposito combureretur, à Turca misericorde ære redemptus est; posteà semiustulatus Bilbili Commendator, prædicto mortis die, tanta Sanctitatis fama obijt, vt corpus eius per tres dies, vt fidelium devotioni fieret satis, inhumatum permanserit.

4 Anno 1630. M. Fr. Franciscus Dathia Commendator Parisiensis cum Socijs pro Galliç Provincia in Regno Sale liberavit 50. Captivos. Itaque tempore huius Mag. liberati sunt 300. Captivi.

5 Vrbanus VIII. duodeno rescripto SS. Protoparentem Nolascum ampliori specialis festi, & Officij, ac Missæ honore decorat, saluberrimas Ordini leges indicit, eius propagationi consulit, statuta, & indulta tuetur, fulcit, adauget, Sacra Regularium Congregatio Procuratoris Romanæ Curiæ, & Vicarij Generalis iura tuetur.

§. XLII.

QVADRAGESIMVS SECVNDVS MAG. GENER.

Fr. Didac. Serrano. M. G. 42. 1 Quadragesimus secundus M. Generalis Religiosissimus vir Fr. DIDACVS SERRANO. Bethicus, Patria Chillonensis, Granatensis Conventus filius, eiusque profusus locupletator. Vandaliæ Provincialis die 4. Septembris anno 1632. Barchinonæ, vbi infirmariam erexit, electus, ab Vrbano VIII. confirmatus, Ordinem ad annum 1636. virtutum exemplo vigilans Pastor moderatus est: A Philippo IV, Ecclesiæ primum Celsonensi, postea Segorvicensi anno 1639. ac demum Guadicensi Prefectus, comissis gregibus salutariter invigilans, obijt Sanctitatis nomine clarus. Eius corpus in Conventu Granatensi honoricè tumulatum quiescit.

V. F. Ioannis Molina Com[m]datio. 2 V. P. M. Fr Ioannes Molina, Arago Loci de Carenas Bilbilitani Conventus Soboles, Cæsaraugustæ Comendator, Aragoniæ Provincialis, vitæ austeritate rigidus, prophetiæ dono non carens, admirabiles, frequen tesque in cõtemplatione extases passus, miraculis adhuc vivens illustris, cuius vitam mors consecuta est pretiosa, cœlestibus fulgoribus ad eius cellam in eius obitu descendentibus, quod Patres Frãciscani dum è matutinis media nocte persolutis egrederentur, se vidisse testati sunt. Evenit huius viri transitus Cæsaraugustæ die 19. Decembris inter primam, & secundam horam nocturnam anno 1652. Iacet in Capella Sancti Ecce-Homo vna cum corpore V. Domnæ Franciscæ Carvi, Darocensis, admirandæ vitæ, & patientiæ fœminæ, cuius ipse spiritum rexerat. Hic ergo V. vir per varia discrimina miraculose devicta Tuneti redemit 113. Captivos, quos Ro-

Redemptiones peractæ.

mam

mam ad Sanctissimum, qui eos summa excepit gratulatione, & favor bus cumulavit, deduxit.

3 Eodem anno P.M.Fr.Didacus de Velasco pro Castella, & Præsentatus Fr.Gabriel Mesia pro Vandalia ex Africæ partibus liberarunt 117.Captivos. Anno 1635. præfatus Mag.Velasco, & Mag.Fr.Balthasar Figueroa pro eisdem Provincijs ex Portu Tetuani liberarunt 93.Captivos.Itaque tempore huius Magistri liberati sunt 323.Captivi.

4 Vrbanus VIII. quinque Bullis Mag.Generalis iurisdictionem protegit, ei Excalceatos subjicit.Sacra Rota Rectorem nostrum Complutensem in munere Conservatoris Vniversitatis, & Collegij maioris tuetur.

§. XLIII.

QVADRAGESIMVS TERTIVS MAG. GENER.

Fr.Dalmatius Sierra M.G.43.

1 Quadragesimus tertius Mag. Generalis Venerabibis Fr. DALMATIVS SIERRA Gotholanus Barchinonensis, Aragoniæ Provincialis, anno Domini 1636. die 10. Maij Murtiæ electus, ab Vrbano VIII. confirmatus, Religionem Sexenio ad annum 1642. mirifice rexit, & auxit, dum Gotholonia dirissimis bellis, & rebellione agitata sub iugo Galliæ gemebat Regis Catholici partes fideliter agens Barchinonæ religiosissimè obijt, in eo Conventu à se valde ampliato, imò penè à fundamentis erecto tumulatus quiescit.

Redempt. peractæ.

2 Anno 1639.V.P.M.Fr.Ioannes Molina, actualis Aragoniæ Provincialis cum Mag. Fr. Michaele Miralles pro Aragonia liberavit Algerij 114. Captivos. Anno 1640. Mag. Fr.Iosephus de Toledo virturibus, & senio venerandus, nostrique instituti quinquies in Paganorum partes suscepta expeditione zelantissimus pro Castella, & Præsentatus Fr. Sebastianus Mirabal pro Bethica Tuetani liberarunt 219.Captivos.Itaque tempore huius Mag. liberati sunt 333.Captivi.

3 Vrbanus VIII. vndecim constitutionibus plura indulget, pro Magistri authoritate super Excalceatos decernit, gratias, & favores adauget.

§. XLIV.

QVADRAGESIMVS QVARTVS MAG.GENER.

Fr.Marcus Salmeron M.G.44.

1 Quadragesimus quartus Mag.Generalis excelsus animo vir Fr. MARCVS SALMERON Castellanus, Patria Bondiensis, Optensis Cœnobij filius, Castellæ Provincialis, anno 1642.die 7.Iunij Bilbili electus, ab Vrbano VIII. confirmatus, mira sapientia, & dexteritate regimen ad annum 1648. duxit. Quatuor voluminibus prælo datis ipsius sapientiam, facundiam, atque in diversis litteris præstantiam annuentibus, nobis relictis, obijt Matriti totius Hispaniæ mœrore die 21. Ianuarij ætatis anno 60. A Philippo IV. cui maxime charus, & Concionator, cuiusq; partes in Regni Valetiæ Comitijs, quibus vti Baro interfuit fidelisime gessit, electus Episcopus Truxillensis Regni Peruani, eius corpus ad Optense Cœnobium, quod ipse maxime ampliaverat, translatum, in Sacello Divi Ioseph ab ipso constructo conditum est.

Redempt. peractæ.

2 Anno 1644. P.M. Fr. Franciscus Faure, P.Præsent. Fr.Franciscus Faisan, & P.Fr.Sebastianus Brugiere pro Gallia Algerij liberarunt 152. Captivos. Remansit Brugiere in pignus per decem annos, qui multa mala passus Concaptivos omni pietatis officio prosequebatur.

3 M.Fr. Iosephus, Toledo, & Præsent. Fr. Matthæus Triviño pro Castella, & Vandalia, anno 1645. Tetuani liberarunt 210. Captivos. Anno 1646. V. P. M. Fr. Cosmas Abadia vitæ austeritate sibi durus, animarum, fælix ductor, orationi assiduus, dono discutiendi conscientias, & peccatores reducendi aprimè pollens, pro Cathalonia Algerij liberavit 50. Captivos. Itaque tempore huius Magistri liberati sunt 412. Captivi.

4 Vrbanus VIII. & Innocentius X. duplici Bulla Magistrum confirmat, & Excalceatos sub eo in munere Redemptionis continet.

Regum privilegia

5 Ludovicus XIII. Gallorum Rex contra instantias Patrum SS. Trinitatis Regio diplomate dato Parisijs die 5. Augusti anno 1644. confirmat decretum Concilij Galliæ eodem anno; & de die 6.Augusti anni 1638.& decernit quod in Civitate Parisiensi, & in Provincijs Britaniæ, Occitaniæ, Aquitaniæ, Navarræ, Inglosinæ, Xantoniæ, Cadurcum, & Gallo Provinciæ liberè, & soli Fratres nostri, exclusis Patribus Trinitarijs, possint quæstus facere, & eleemosynas pro Redemptione colligere.

§. XLV.

QVADRAGESIMVS QVINTVS MAG.GENER.

Fr.Antonius Garuz M.G. 45.

1 Quadragesimus quintus Magister Generalis V. & candore vitæ immaculatus Fr. ANTONIVS GARVZ Celtiber, Barbastrensis, & eius Conventus filius, Hoscensis Doctor, & Cathedrarius, Aragoniæ Provincialis, die 30. Maij, anno 1648. Opti electus, ab Innocentio X. confirmatus, Choro assiduus, contemplationi crebrius

brius intentus, Ordinem mira suavitate, & exemplo ad annum 1651. direxit, Barbastrensi Cœnobium illustri ditavit fabrica. Obijt Matriti mense Septembris præfati anni, quarto sui Magistratus progrediente. Eius virginale corpus tractabile, & perinde ac animatum flexile (quod vidimus testamur) cœlestem efflans odorem in sacello Virginis de Remedijs tumulatur, postea ad Fratrum commune sepulcrum translatum est.

Redemptiones. 2 Anno 1648. Mag. Fr. Ioannes Fonseca Castellæ Exprovincialis, Supremi fidei Senatus Censor, & P. Præsentatus Fr. Matthæus Trivisio cum Patribus Fr. Iosepho ab Spiritu Sancto, & Fr. Dominico Sanctorum Excalceatis, pro Castella, & Vandalia ex Tetuano liberarunt 325. Captivos. Eodem anno Magister Fr. Andreas Ruiz Navarrus, & Fr. Alphonsus Ramon pro Aragonia, & Valentia Algerij liberarunt 115. Captivos. Anno 1651. Magister Fr. Iosephus Toledo, & Magister Fr. Antonius Vigo cum Patribus Fr. Adriano à Matre Dei, & Fr. Ioanne à Sancto Isidoro Excalceatis, pro Castella, & Vandalia Algerij liberarunt 240. Itaque tempore huius Magistri liberati sunt 590. Captivi. Innocentius X. præfatum Magistrum confirmat. *Vacavit Sedes.*

Regum Privileg. 3 Ludovicus XIV. Gallorum Rex suo decreto dato Compiennæ mense Iunio anno 1650. confirmat decreta Regij Concilij emanata anno 1638. & 1644. & concedit Syndicis Redemptionis exemptionem ab omnibus officijs, & oneribus Reipublicæ, hospitio militum, &c.

§. XLVI.

QVADRAGESIMVS SEXTVS MAG. GENERALIS.

Fr. Alphõsus Sotomaior M. G. 46. 1 QVadragesimus sextus Mag. Generalis benignissimus Fr. ALPHONSVS SOTOMAIOR Bethicus, patria Carmonensis, Hispalensis domus filius, Vandaliæ Provincialis, anno 1652. die 30. Ianuarij Barbastri electus ab Innocentio X. confirmatus, Magistratum gessit ad annum 1657. egregia morum comitate, prudentia, pace, & regularis disciplinæ documento laudabilem, litterarum amantissimus, cuius ope in lucem edita sunt comentaria in tertiam partem Divi Thomæ Magistri Fratris Ioannis Prudentio, & opera Magistri Saavedra de Conceptione. Romani Conventus Ecclesiam reædificavit, & Barchinonensis ædificium auxit, à Philippo IV. Archiepiscopus Arborensis, dein Episcopus Barchinonensis electus, vbi morum suavitate, animarum zelo, in pauperes misericors, in afflictos compatiens, omnique virtutũ genere illustris Civium, & plebis in Deum provocavit affectum. Pro animabus Purgatorij quotidianam populo orationem instituit, vt nocturno tempore, signo dato, preces pro defunctis fiant. Qui mos in totam Cathaloniæ Provinciam ad hæc inolevit tẽpora. Senio, & virtutibus venerandus obijt Barchinonæ mense Iunio anno 1682. Sanctitatis fama, signisque coruscus, sepelitur in sua Sede.

2 P. Præsentatus Fr. Franciscus Faysan, & Fr. Serapio Gilot, pro Gallijs ab anno 1651. vsque ad 1658. in diversis Africæ partibus liberarunt 132. Captivos. Reverendus P. Mag. Fr. Ignatius Vidondo fidei propositionum Censor, in Romana Curia Procurator Generalis, & Præsentatus Fr. Gaspar Elteve anno 1654. pro Aragonia, & Valentia Algariæ liberarunt 82. Captivos. Anno 1655. Mag. Fr. Ioannes Fonseca Castellæ Provincialis, & Præsentatus Fr. Franciscus Rosas pro Vandalia, & Castella liberarunt 302. Captivos. Itaque tempore huius Mag. liberati sunt 516. Captivi.

3 Innocentius X. & Alexander VII. Sacræque Rituum Congregatio 13. Bullis, & duplici decreto Ordinis integritati consulunt. Cultus Sancti Raymundi celebrior evadit, eius, & Sanctissimi Patriarchæ in Martyrologio annuntiatur solemnitas, contra Patres Trinitarios decernitur, & de incorrigibilium expulsione providetur. *Vacavit Sedes.*

§. XLVII.

QVADRAGESIMVS SEPTIMVS MAG. GENER.

Fr Martinus Allue M.G. 1 QVadragesimus septimus M. Generalis eruditus Mag. Fr. MARTINVS ALLVE Arago, Ponzanensis in Oicensi Diœcesi, Collegij Oscensis Soboles, Aragoniæ Provinciales, die 1. Ianuarij, anno 1658. Murtiæ electus, ab Alexandro VII. confirmatus præfuit per quinque mẽses, & 9. dies, sublata nobis cordati, & religiosi regiminis spe, in huius viri sapientia, mansuetudine, prudentia, & religioso zelo promissa. Obijt Cæsaraugustæ 9. Iunij præfati anni, vbi corpus eius honorifice tumulatur. Alexan. VII. vnico rescripto Magistrum confirmat. *Vacavit Sedes menses 4. dies 6.*

§. XLVIII.

QVADRAGESIMVS OCTAVVS MAG. GENER.

Fr. Ioãnes Afsensio M.G. 48. 1 QVadragesimus octavus Mag. Generalis præstantissimus vir M. Fr. IOANNES ASENSIO Bethicus, patria, habitu, & professione Galpensis, consumatus Theologus, facundus Concionator, in rebus agendis celebratæ dexteritatis acumine

mine pollens, Regius pro Conceptione Theologus, Vandaliæ Provincialis, Oscæ omnium calculis anno 1658. die 15. Octobris electus, ab Alexandro VII. confirmatus, creditæ Religioni, sapientia, prudentia, mansuetudine, novis compilatis constitutionibus, vigil Pastor vitæ candore, & virtutum exemplo mirabiliter præfuit, & profuit ad annum 1664. A Carolo II. Lucensi primum, dein Abulensi Ecclesiæ, licet invitus sufficitur, ovium amore Burgensem renuit Archiepiscopatum; sed eius sapientiæ integritatis, & prudentiæ rumore Hispaniam implente, ab Innocentio XI. cui apprime charus, & à quo laudibus prosecutus Generalem Hispaniæ gubernationem, etsi reluctans, iubetur assumere, quam quinquennio summa populi, & Magnatum, acclamatione, & regnorum vtilitate gerens, mundi cupiens plausus, curasque declinare suam Giennensem, cui præfectus fuerat, Ecclesiam adire iteratis precibus à Rege impetravit, vbi vigilantissimi Pastoris munus implendo, omnium virtutum intentus operibus vixit ad annum 1692. Obijt Giennij ovium lachrimis prosecutus, in sua Sede sepelitur.

Redemp peractæ.

2 Anno 1660. Mag. Fr. Antonius Vigo Bethicus eruditione, & probitate conspicuus, plurium librorum Author, Limensis Episcopus, Sedis Apostolicæ authoritate successor deputatus, & Præsentatus Fr. Didacus de Orozco cum PP. Fr. Antonio à Sacramento, & Fr. Laurentio à S. Stephano Excalceatis, pro Castella, & Vandalia Algerij liberarunt 379. Captivos. Manet in pignus Mag. Vigo, plures ærumnas, & vulnera pro Dei honore passus. Eodem anno Fr. Michael Garisoain Navarrus, Procurator Cæsaraugustanus à Mag. missus præfatum Mag. Vigo, & 27. extraxit Captivos.

3 Anno 1661. R.P.M. Fr. Iacobus Castellar Gotholanus, litteris, & virtute præstans, fidei propositionum Censor, semel, & iterum totius Ordinis Vicarius Generalis, cum Præsentato Fr. Michaele Garisoain, & Mag. Fr. Gaspare Esteve pro Aragoniæ & Valentiæ Provincijs Algerij liberavit 146. Captivos. Mansit in pignus Mag. Castellar per 14. menses pro 4. pueris in fide imbellibus, & quodam Religioso, qui iamiam fidem abiurare cogebatur. Obijt postea Turiasone sanctitatis fama commendatus, ibidem eius corpus sepelitur.

4 Anno 1662. Mag. Fr. Michael Avuri P. Provinciæ, & Mag. Fr. Petrus Recaudon pro Gallia Algerij liberarunt 92. Captivos. Anno 1664. P. Mag. Fr. Gabriel Gomez de Losada, & Præsent. Fr. Ioannes Bustamante cum Patre Fr. Ioanne à S. Maria, & Fr. Alphonso à Cruce pro Castella, & Bethica Algerij liberarunt 261. Captivos; itaque tempore huius Mag. liberati sunt 905. Captivi.

5 Alexander VII. & Sacræ Rituum, & Regularium Congregationes sex Bullis, & quinque decretis Ordinis decori prospiciunt, S. Petri Nolasci cultus novis Lectionibus, Evangelijs, & Orationibus Ritu semiduplici pro tota exurgit Ecclesia.

Reg. Priv.

6 Ludovicus XIV. Galliæ Rex Chenesiensis Conventus fundationem confirmat.

7 Philippus IV. Hispaniarum Rex anno 1660. confirmat pactionem inter nostros, & Trinitarios Valentiæ, ne ipsi vtantur titulo Redemptorum. *Est transumptum in Curia Instituta Aragonum.*

8 Idem eodem anno præcipit Marchioni de Mortara Proregi Cathaloniæ ne permittat Patres Trinitarios, nec alios quosvis processiones Redemptiones celebrare. *Est transumptum in Curia Institia Aragonum.*

9 Supremus Aragoniæ Senatus sententia data die 2. Aprilis anno 1659. confirmat sententiam à se emanatam anno 1624. & statuit observari iura nostra contra Patres Trinitarios in Corona Aragoniæ, ipsisque silentium indicit perpetuum. *Est transumptum in Curia Institia Aragonum.*

§. XLIX.

QVADRAGESIMVS NONVS MAG. GENERALIS.

Fr. Iosephus Sanchiz M.G. 49.

1 Quadragesimus nonus Mag. Generalis solertissimus P. Mag. Fr. Iosephus Sanchiz Valentinus, patria Almucafensis, egregius Concionator, Valentinæ Academiæ Doctor, & Philosophiæ Cathedrarius, Valentiæ Provincialis, propositionum fidei Censor, die 18. Octobris anno 1664. Granatæ electus ab Alexandro VII. cõfirmatus Ordinem sexenio prudenter, pacificè, & celanter ad annum 1670. moderatus est. Cõventum Barchinonensem ampliavit, Podij magnifica ditavit frbrica. A Rege Catholico in Segorvigensem, ac postea in Tarraconensem Hispaniæ Primatem præsulatum assumptus, pauperum Pater, Ecclesiarum nitor, & Prælatis norma datus est. Obijt religiosissime Tarraconæ, die 26. Martij anno 1694. sepelitur in sua Sede.

Redempt. peractæ.

2 Anno 1666. & 1667. & 1669. Redemptores pro Gallia diversis transmissionibus ex Africæ partibus liberarunt 172. Captivos. Anno 1667. Mag. Fr. Gabriel Gomez de Losada pro Castella, & Præsentatus Fr. Ioannes Luquet Tellado pro Vandalia Algerij liberarunt 213. Captivos. Et Sanctissimum Christi simulacrum, quod in nostro Matritensi Cœnobio summa colitur veneratione.

3 Anno 1668. R.P.M. Fr. Ioannes Arque Vicarius Generalis Italiæ, Aragoniæ Provincialis, egregius Concionator, vir corde magnanimus, & magnæ authoritatis pro Aragonia, & Reverendus P. Mag. Fr. Thomas Pichon Sancti Officij Qualificator, Valentiæ Provincialis, & instituti zelantissimus, & Pater Præsentatus Fr. Franciscus Peradaltas post Barchinonen. Prior, ac totius Ordinis Gen. Vicarius, pro Cathalonia Algerij liberarunt 112. Captivos. Mansit in pignus Mag. Peradaltas. Anno 1669. Pater Præsentatus Fr. Franciscus Tineo, & Pater Ginesius Mesgares cum Fr. Gabriele à Sanctissimo Sacramento, & Fr. Antonio à Sancto Serapio pro Castella, & Vandalia ex Africæ partibus liberarunt 200. Captivos, & præfatum Cathaloniæ Redẽptorem. Itaque tempore huius Mag. liberati sunt 697. Captivi.

4 Alexander VII. Clemens IX. & X. cum

Sacra Rituum Congregatione tribus Bullis, & quatuor Decretis Sancti Raymundi cultum nouis Lectionibus, Oratione, & Ritu ſemiduplici ad libitum pro tota Eccleſia concedunt. Sancti Petri Paſchaſij cultum immemorabilem aſſerunt, Confraternitatum inſtitutionem firmant, & gratias ſpirituales adaugent. *Non vacat Sedes.*

§. L.

QVINQVAGESIMVS MAGISTER GENER.

Eminẽt. D. D. Fr. Petrus Salazar M. G. 50.

1 QVinquageſimus Mag. Generalis, re, & munere Eminentiſſimus Dominus Fr. PETRVS SALAZAR, Bethicus, Malacitanus, Veræ-Cruciani Salmanticenſis Collegij ſoboles, & Collega, Supremæ Inquiſitionis Qualificator, egregius, Regiuſque Concionator, Podij die 18. Octobris anno 1670. electus, à Clemente X. confirmatus, Religionem ſumma æquitate, integritate, & zelo per ſexennium moderatus eſt. Opera S. Petri Paſchaſij typis mandauit. Epiſcopus Salmanticenſis, deinde Cordubenſis electus, nunc in ampliſsimo Cardinalium Collegio murice fulgens, & oſtro à SS. Innocentio XI. adſcriptus die 2. Septembris anno 1686. Toti fulget Eccleſię, gloriamque Matris adauget.

Redempt. peractæ.

2 Anno 1671. P. Præſentatus Fr. Antonius Audoire pro Gallia Tuneti redemit 48. Captiuos. Anno 1674. M. Fr. Laurentius Maiers Caramuel, Epiſcopus poſtea Caſtellamarenſis, & Gaetanus, eximius, vt eius opera typis mandata teſtantur, Concionator, & P. Præſentatus Fr. Gineſius Melgares Caleeati cum Patribus Fratre Bernardo à Ieſu Maria, & Fr. Auguſtino à Sancta Maria Excalceatis pro Caſtella, & Bethica Algerij liberarunt 520. Itaque tempore huius Magiſtri liberati ſunt 620. Captiui.

3 Clemens X. cum Sacris Rituum, & Regularium Congregationibus 14. Bullis, & 8. decretis ſplendorem Religioni noſtræ conferũt. S. Petri Nolaſco cultus ſub ritu duplici vniverſę Eccleſiæ mandatur. S. Petrus Paſchaſius in Martyrologio, externo nudatus habitu, inſcribitur. Omnium Sanctorum Ordinis feſtum aſſurgit, Congregatio Pariſienſis firmatur, & ſpirituales abundant gratiæ. *Non vacavit Sedes.*

§. LI.

QVINQVAGESIMVS PRIMVS MAG. GENER.

M. Fr. Sebaſtianus de Velaſco M. G. 51

1 QVinquageſimus primus Magiſt. Generalis eximius M. Fr. SEBASTIANVS DE VELASCO, Nauarrus, Pampelonenſis, & eiuſdem Conventus filius, Gallię Viſitator, Aragoniæ Provincialis, vir induſtrius, & amabilis converſationis, die 18. Octobris anno 1676. Guadalſaxaræ electus, à Clemente X. confirmatus, præfuit pacificè, & cordatiſsimè ad annum 1682. Obijt Pampelonæ, cuius Conventum illuſtri fabrica, redditibus, & ſacra ſupellectili ditavit, die 25. Iulij præfati anni, & ibidem magnò honore tumulatur.

2 Anno 1676. R. P. M. Fr. Petrus Recaudon cum ſocio Fr. Blaſio Lartigue pro Gallia ex Africæ partibus liberarunt 103. Captiuos. Anno 1678. R. P. M. Michael Maiers Caramuel, Regius Concionator, Novæ Hiſpaniæ Provinciarum Pater, & Caſtellæ Provincialis, P. Præſentatus Fr. Franciſcus Tineo, & P. Præſent. Fr. Gineſius Melgares cum PP. Fr. Ioſepho à SS. Trinitate, & Fr. Auguſtino à S. Maria Excalceatis pro Caſtella, & Vandalia Algerij liberarunt 450. Captiuos.

Redempt. peractæ.

3 Anno 1681. R. P. M. Fr. Thomas Pichon, P. Præſent. Fr. Ioãnes Antonius Liori, & P. Præſent. Fr. Franciſcus Peradaltas, poſteà Barchinonæ Prior, & totius Ordinis Generalis Vicarius, pro Valentiæ, & Aragoniæ Provincijs Algerij liberarunt 153. Captivos. Anno 1682. P. Præſent. Fr. Franciſcus Tineo, Fr. Ioannes Philippus del Ribero, & P. Præſent. Fr. Gineſius Melgares cum PP. Fr. Ioanne à S. Thoma, & Fr. Alphonſo à S. Laurentio Excalceatis, pro Caſtella, & Bethica Algerij liberarunt 446. Captivos. Itaque tempore huius Magiſtri liberati ſunt 1152. Captivi.

4 Innocentius XI. in nos munificus cum Sacra Rituum Congregatione, & Cardinali Protectore 8. Bullis, & 20. decratis Beatiſsimę Virginis de Mercede feſtum novis oratione, lectionibus, & 8. Reſp. rituque duplici pro vniverſa Hiſpaniæ ditione condecorat, S. P. Nolaſcum Compatronum Maioricæ deſignat, S. Raymundum Nonnatum primo ſemiduplici, deindè duplici ritu pro tota Eccleſia celebrari iubet, S. Petro Paſchaſio duplex concedit officiũ, quod pro 4. Hiſpaniæ propagat Eccleſijs, ſolemni DefunctorumOrdinis officio invigilat, Beatorum Ordinis Canonizationi providet, indulgentiarum ſummarium roborat, & confirmat, Moniales à regularis diſciplinæ laxatione præſervat, Tertiarios, & Pizochas Ordinis approbat, & indulgentiarum theſauros effundit.

5 Supremum Aragoniæ Conſilium contra Patres Sanctiſsimæ Trinitatis ius privativum Redemptionis in Aragonię Corona nobis corroborat. *Vacavit Sedes per tres menſes.*

§. LII.

QVINQVAGESIMVS SECVNDVS MAG. GEN.

M. Fr. Fräcisc. Antonius de Issasi M. G. 52.

1 Qvinquagesimus secundus Mag. Generalis nobilissimus naturæ,& artis dotibus M.Fr. FRANCISCVS ANTONIVS DE ISSASI, Matritensis nativitate, & habitu, vbertate dicendi,& copia fandi acclamatissimus, Regiusq; Concionator, Castellæ bis Provincialis, Oscæ die 23. Octobris anno 1682. electus,ab Innocentio XI. confirmatus, Ordinem triennio sapientiæ splendore,prudentiæ maturitate, & observantissima integritate collustravit, mansuetudine amabilis, mititate laudatus, animarum saluti vigil, Religionis zelo fervens, Matritensi, & Romano Monasterijs auctis, eius decori, contra libidos impugnatores edito opusculo, cui titulus: *Crisol del desengaño*, consulens, Regi Cathnlico apprime charus, officijs Sanctorum Ordinis typis mandatis, communi luctu obijt Matriti die 23. Octobris anno 1685. vbi honorificè tumulatur.

Redemp. peractæ.

Anno 1682. R.P.M.Fr.Ignatius Monel, & R. P.Fr.Bernardus Mege pro Congregatione, & Provincia Galliæ in diversis Africæ partibus liberarunt 100.Captivos. Anno 1686. mense Martio R.P.M.Fr. Michael Maiers Caramuel, socio Fr.Antonio Garcia de Candenas, & P. Præsent. Fr.Balthasar Vazquez, Cordubæ Cõmendator, cum PP. Fr.Iosepho,& Ioanne à SS. Trinitate Excalceatis, Algerij liberarunt 421. Captivos.Itaque tempore huius Magistri, & eius Sede vacante liberati sunt 421.Captivi.

3 Innocentius XI. per geminam Bullam, & 22. decreta cum Sacra Rituum Congregatione Ordinem, nostrosque Cœlicolas amphori cultus incremento decorat, singulari officio, & Missa Dominam nostram de Mercede venerari iubet, qualibet feria 3. non impedita recitando, & in Martyrologio eius festum cantari decemit.S.P.N. speciali Missa,& Octavario officium exornat; S. Raymundum Nonnatum singulis mensibus proprijs officio,& lectionibus, & S.Petrum Pascnasium pro Hispania proprijs item oratione,& à nobis Missa propria coli mandat. S.Petri Armengaudi immemorialem cultum ennũtiat, & plurium Beatorum Ordinis Canonizationi intendit. *Vacat Sedes per 7. menses, & 8. diebus.*

§. LIII.

QVINQVAGESIMVS TERTIVS MAG. GEN.

P. M. Fr. Iosephus Linàs M. G. 53.

1 Qvinquagesimus tertius Magister Generalis animi magnitudine Alexander, æqui, bonique custos P.M. Fr.IOSEPHVS LINAS, Celtiber, Montanus,patria Brotensis, naturæ splendore, & artis dotibus apprimè clarus, Cæsaraugustani Monasterij fausta proles, Supremi Fidei Senatus, & à secretioribus eius Censor, subtilis Theologus, Procurator Generalis in Vrbe, & Italiæ Generalis Vicarius, Aragoniæ Provinci alis,Opti die 1.Iunij anno 1686.communi acclamatione electus, ab Innocentio XI. confirmatus,Ordinis incremento totis decumbens viribus,regularem disciplinam,novis compilatis constitutionibus,à Sede Apostolica confirmatis, salubriter adauxit.Divino cultui, & nitori Conventuum maximè addictus,ingentes in reædificandis,& sustinendis pluribus summas impendit:Cæsaraugustanum egregio edificio à fundamentis extructo, Novitiatu innovato, Sacristia eleganti artificio erecta, multiplici,& pretiosa aurea,argentea,& serica supellectili ditata, Infirmaria noviter instituta, pluribusque redditibus, & vtensilibus locupletata, Bibliotheca ædificio,& librorum multitudine,& præstantia omnium spectatione mirabili, possessionibus,& ingentibus redditibus magnificè ampliavit. Romanum S.Adriani percelebri ditavit fabrica: Collegia item Complutense, & Cæsaraugustanum elegãti exornavit ædificio. Alexandro VIII. Pont.Max.valdè charus,& familiaris: plurima ad Ordinis incrementum à Sede Apostolica impetravit indulta. In pauperes effusus,infirmis præcorditer compatiens, sibi pauperrimus, nulla ex parte aliorum deficiens necessitatibus,nunquam ita iucundus,quam dum eorum subsidio largiter provides, studiorum zelantissimus, quæ, potissimis assumptis ingenio viris, proprio ære,& ope in Doctoratus, & Cathedras suffectis,miro,omnium acclamatione,incremento vigent. Opera posthuma Mag. Prudentio in lucem edidit; eiusque ope,labore, ac sumptibus hoc prælo mandãdũmOpus, collectis Apostolicis Bullis,Regijs privilegijs, Redemptionibus,& Viris,qui in eis, & sanctitate floruerunt ab exordio Religionis, posteritati paratur, & inscribitur. Tot,tantaque in toto Ordine incrementa lucratus est, vt perpetuus in Magisterio exoptaretur. Sanctorum Cathalogo plures nostros Cœlicolas impetravit inscribi. Ad maiora natus à Rege Catholico in Tarraconensem Hispaniarum Primatem Militarcham electus, ab Innocentio XII. confirmatus, ovium exoptatus amore regit fœliciter; vivat æterno.

Redempt. peractæ.

2 Anno 1690. R.P.M.Fr.Thomas Vasieté,Provinciæ Pater,& R.P.M.Fr. Ioannes Iust, Commendator Tolosanus,pro antiqua Galliæ Provincia in Africæ partibus liberarunt 114. Captivos.Eodem anno P. Præsent. Fr. Carolus Piquet, & Fr.Bernardus Monel pro Congregatione Parisiensi ex Africa liberarunt 38.

3 Anno 1691.P.M.Fr.Franciscus Neyla, Sacri fidei Senatus Censor, Hispaniarum Nuntij Theologus,Examinator Synodalis, & Doctor Cæsaraugustanus,Diffinitor Generalis pro Aragonia,& R.P.M.Fr.Iacobus Posa, Barchinonæ Prior,ac post Aragoniæ Provincialis pro

Catha-

Cathalonia,& P.M.Fr.Ioſephus Zapater, Podij Commendator,pro Valentia Algerij liberarunt 82.Captivos.

4 Eodem anno P.M.Fr.Franciſcus Ledeſma, Commendator Matritenſis,ſocio P.M.Fr. Bartholomæo Gago, & P.M.Fr. Didacus à S. Iacobo, Xerecenſis Commendator, ſocio P.Fr. Alphonſo Bonilla,cum PP. Fr. Gaſpare à Sancto Auguſtino, & Fr.Franciſco à S. Thadeo Excalceatis,Algarię liberarunt 560. Captivos. Itaque tempore huius Magiſtri liberati ſunt 794.Captivi.

5 Innocentius XI. ſui erga nos amor's non oblitus, quatuor diplomatibus, totidemq; decretis cum Sacra Rituum Congregatione inſtituit feſtū S.Petri Armengaudi martyris,&Martyrologio inſcribit,ſub ritu duplici 2. claſsis cum octava proprijs oratione, & lectionibus; Tarraconenſi Diœceſi tradit celebrandum. S. Raymundum de Pegnafor. Confundatorem noſtrum ſub eodem ritu Ordini indulget, ſicut S.Paulinum ſub ritu duplici.

6 Maximus vndique Alexander VIII.noſtræ Religionis adhuc Pontifex Protector, trino diplomate gratias effundit. theſaurophilazium pijſsima prodigalitate mari maximo gratiarum aperit,egregias Cōfratrum perennare iubet indulgentias. SS.Inſtitutricis noſtræ celebritatem pro vniverſa Gallia ad preces Regis illius annuit.

7 Innocentius XII. S. Mariam de Socos primam Ordinis Monialem inter Cœlites cultu immemorabili declarat, plenaria indulgentia Capituli Generalis exornat celebritatem, conſtitutioneſque Ordinis ſuo diplomate roborat,& confirmat.

8 Carolus Secundus Hiſpaniarum Rex Regio ſuo diplomate dato Matriti die anno omnia noſtro Ordini à ſuis Prædeceſſoribus indulta privilegia latiſsimè confirmat.

Reg. Priv.

Idem,privilegio dato Matriti die 28.Decembris anno 1688. confirmat privilegia Syndicis Redemptionibus in Inſula Baleari hactenus conceſſa. *Non vacat Sedes.*

§. LIV.

QVINQVAGESIMVS QVARTVS MAG. GEN.

M.Fr.Ioānes Antonius de Velaſco M.G.54.

1 QVinquageſimus quartus Magiſter Generalis zelantiſsimus, ac prudentiſsimus M. F.IOANNES ANTONIVS DE VELASCO Caſtellanus, patria,& habitu Matritenſis,egregius Concionator, ſubtiliſque Theologus,Novæ Hiſpaniæ Provinciarum Pater , pro Immaculata Deiparę Conceptione Regius Aſſertor, Caſtellæ Provincialis, Oſcæ die 25. Maij anno 1692. omnium calculis electus,ab Innocentio XII.confirmatus, Religionis zelo fervens, cordatique regiminis, ac pientiſsimi Paſtoris, omnium oculis amabilis, abundè partes explendo,virtutum omnium ſpecimine, æquitatis integritate clarus in præſenti gubernat,ad maiora natus; vivat fœliciter.

Innocentius XII. & Sacra Rituum Congregatio vnico Reſcripto, & ſextuplici decreto Magiſtrum Generalem confirmat, Cultus Beatiſsimæ Matris noſtræ MARIÆ de Mercede pro vniverſa excreſcit Eccleſia S. Maria de Socos proprijs lectionibus, & oratione colitur, S.Petrus Paſchaſius ſub 2. claſsis cum octava Ritu ab Ordine celebrari ſtatuit.

INDEX BVLLARVM, SEV CONSTITVTIONVM, ET in eis contentorum.

NICO-

PSEVDO-

PSEUDO-CLEMENS VII. habet Bullas 4.

PSEVDO-BENEDICTVS XIII. habet Bullas 6.

EVGENIVS IV. habet Bullas 7.

CONCILIVM BASILIENSE habet Bullas 3.

NICOLAVS V. habet Bullas 8.

CALLIXTVS III. habet Bullas 8.

PIVS II. habet Bullas 3.

PAVLVS II. habet Bullas 3.

Tertia,

GREGORIVS XV. habet Bullas 7.

VRBANVS VIII. habet Bullas 31.

Vige-

INNOCENTIVS X. habet Bullas 8. Decreta 2.

ALEXANDER VII. habet Bullas 18. & Decreta 8.

Dec.

Decima

INNO-

CATHA-

CATHALOGVS BVLLARVM

A SVMMIS PONTIFICIBVS, TVM A SANCTÆ SEDIS A LATERE LEGATIS, ET CARDINALIBVS, TVM ETIAM A SACRIS CONGREGATIONIBVS REGALI, AC MILITARI ORDINI

BEATISSIMÆ VIRGINIS MARIÆ DE MERCEDE, REDEMPTIONIS CAPTIVORVM,

A FOELICIS RECORDATIONIS

GREGORIO IX. AD SS. INNOCENT. XII.

CONCESSARVM.

GREGORIVS IX.

De Civitate Anagniæ in Provincia Campaniæ, Vgolinus antea dictus Tristemij de Comitibus Signiæ Filius, Episcopus Ostiensis, & Veliternus; Innocentij III. Nepos. Creatus Romę 13. Kalend. Coronatus ad S. Petrum 5. Kalend. Aprilis anno Domini 1227. Creavit Cardinales 13. & ex nostro Ordine Cardinalem vnum, & Episcopos duos. Vixit annos 14. menses 5. dies 10. Obijt Romæ 11. Kalendas Septembris, anno 1241. Corpus eius in Basilica Sancti Petri sepultum est.

QVONIAM ab hoc SS. Pontifice nostram Religionem novimus cõfirmatam, operęprętium duxi, ea, quæ pro illius confirmatione acta adinveni, etsi temporum iniuria lacerata, in medium proferre. Postquam ergo Barchinonę Sacer Ordo noster fundatus est, Rex idem Iacobus S. Raymundum de Pegnafort Perusium ad SS. pro confirmatione missit; vbi cum ocularis testis virgineam, pro tanti operis constructione, Domino Papæ revelationem exposuisset; simulque redemptiones à Parẽte nostro comparatæ, fama buccinante, in Sacra sonuissent Curia, quid in pio suæ Sanctitatis corde fervoris in nostrum incaluerit institutum idem Raymundus S. Parenti nostro Petro Nolasco per epistolã indicavit, thenoris, qui sequitur.

Cùm Virginis Sanctissimę pręclarę Religionis stabilimentum peterem ad aures suę sanctitatis, tua in hac Redemptione gesta, mi Pater venerande, venerunt, & stupefactus in opere de tam magno facinore attonitus fere nescivit proferre sermonem, sed lacrymabundus hęc de se promebat verba: O admiranda Religio, quę tanta illustrata est fundatrice! O à toto Orbe terrarum laudanda Fũ-

datio, cui famulata est Mater Salvatoris! O vir charitate fervidus, qui dum sollicitatur ardore incliuat Cælos, & Deiparā alloquitur! O certè Divina opera, qua adhuc dum in via sunt, à Deo laudantur, & eorum laus, & gloria à Maria annuntiatur, qua Cælo aperto fundatur! Quibus verbis à me cōfirmabitur? Taceat lingua, & Cælum indicet modum, qui tanta fundat.

¶ *Habetur in nostro Archivo Barchinonensi in vitâ S. Raymundi de Peguafort, scripta anno 1323. in codicibus manuscriptis, ex ipsis originalibus cōpilatis, à quibus plura folia temporum iniuria detraxit.*

GREGORII IX.

BVLLA VNICA.

Sancto Petro Nolasco Magistro Generali.

COMPENDIVM.

Confirmatę Religioni nostra Regulam S. Augustini profitendam tradit.

GREGORIVS EPISCOPVS, Servus servorum Dei. Dilectis Filijs Magistro, & Fratribus Domus Sanctę Eulaliæ Barchinon. Salutem, & Apostolicam Benedictionem.

Edita die 17. Ianuarij 1235.

Devotionis vestræ precibus inclinati, præsentium vobis Authoritate cōcedimus, vt cum nondum aliqua sit à vobis Regula ex Religionibus approbatis assumpta, Beati Augustini positis Ordinem ptofiteri. Dat. Perusij decimo sexto Kalendas Februarij, Pontificatus Nostri anno octavo.

Hęc bulla adducitur, inter alios, à M. Fr. Bernardo de Vargas tom. 1. Chron. lib. 1. cap. 18. qui multos cum per annos Romę commoraretur Apostolicas Thecas evolvit, vnde plura, & verissima Bullarum, & Breuium transumpta deprompsit. Ponitur à Cherubino in Bullario Romano tom. 1. Constit. 9. habetur in veteri nostro authentico Bullario, fol. 1. quam authenticavit Gregorius XI. infra Constit. 6.

D. Fr. Bernard. Mōteagudo Episcopus Cæsaraugustanus.

CReavit Episcopū Cæsaraugustanum ex nostro Ordine D. Fr. Bernardum Monteagudo ad annum 1236. Regalis Conventus S. Lazari eiusdem Civitatis sobolem, virū scientiarum nitore, & virtutum specimine commendabilé, cuius effigies in Camera Palatij Archiepiscopalis inter eius Ecclesiæ Antistites inspicitur. Obijt ibidem, & in sua Sede tumulatur.

S. Raimūdus Nonnatus creatus Cardinalis.

Idem Gregorius ad annum 1237. mense Decembris Cardinalem creavit titulo S. Eustachij S. Raymundum Nonnatum Regalis Conventus Barchinon. sobolem, de quo plura supra. *Testatur Ecclesia in eius Officio, & adducitur à Chacon in Cathalogo Cardinalium.*

D. F. Simō Ximenez Episcopus Albarracinen. & Segorbicen.

Idem Pontifex ad annum 1238. creavit Episcopum Albarracinen. in Regno Valentiæ, & Segorbicen. in Regno Aragoniæ, D. Fr. Simonem Ximenez Regalis Conventus nostri Barchinonensis filium, qui obijt anno 1241. sepelitur in sua Sede.

GREGORIO IX. qui obijt anno 1241. succedit

COELESTINVS IV.

Provincia Insuber, patria Mediolanensis, de Familia Castilionea, Gaufridus Castilioneus antea dictus. Creatus Romæ 9. Kalendas Octobris 1241. Vixit dies 12. Obijt 8. Idus Octobris, eodem anno, sepelitur in Basilica Principis Apostolorum. Nullum diploma authent. inveni.

COELESTINO IV. qui obijt anno 1241. succedit

INNOCENTIVS IV.

Italus ex Civitate Genuę in Provincia Ligurię, Sinibaldus antea dictus, ex Nobilissima Fliscorum Lavanię Comitum Gente Vgone, seu Vbizone Prognatus S.R.E. Presbyter Cardinalis Tit. S. Laurentij in Lucina, creatus Anagniæ die 24. Iunij, coronatus ibidem die 29. eiusdem, anno 1243. Sedit annos 11. menses 5. dies 14. Creavit Cardinales 23. & ex nostro Ordine Episcopum vnum: obijt die 7. Decembris anno 1254. Neapoli, in cuius Cathedrali Ecclesia sepelitur.

INNOCENTII IV.

CONSTITVTIO I.

Primo Magistro Generali Sancto Petro Nolasco.

COMPENDIVM.

Varia Privilegia, & gratias Ordini nostro indulget, & eum sub Apostolico suscipit patrocinio.

Edita a D. 1245.

INNOCENCIVS EPISCOPVS, Servus servorum Dei. Magistro Hospitalis Sanctæ Eulaliæ, eiusque Fratribus, tam pręsentibus, quàm futuris Regularem vitam professis in perpetuum.

Religiosam vitam eligentibus Apostolicum convenit adesse pręsidium, ne fortè cuiuslibet temeritatis incursus, aut eos à proposito revocet, aut robur (quod absit) Sacræ Religionis infringat.

Ea

Sub Apostolica protectione suscipitur nostra Religio.

1 Ea propter, dilecti in Domino Filij, vestris iustis postulationibus clementer annuimus, & Hospitale Sanctę Eulaliæ Barchinonen. Diœcesis. in quo pto Redimendis Captivis de manibus Paganorum Divino vacatis obsequio, sub Beati Petri, & nostra protectione suscipimus, & pręsentis scripti patrocinio communimus.

Perpetuo sub Regula S. Augustini Ordo permaneat.

2 In primis siquidem statuentes, vt Ordo Canonicus, qui secundum Deum, & Beati Augustini Regulam in eodem Hospitali constitutus esse dignoscitur, perpetuis ibidem temporibus inviolabiliter observetur.

Cõfirmat possessionem Domorũ, Ecclesiarum, & possessionũ omnium, expressis Cõventibus nominatim.

3 Præterea quascumque possessiones, quæcumque bona idem Hospitale iustè, & canonicè possidet, aut in futurum concessione Pontificum, largitione Regum, vel Principum, oblatione fidelium, seu alijs iustis modis, prǫstante Domino, poterit adipisci, firma vobis, vestrisque successoribus, & illibata permaneant; in quibus hæc proprijs duximus experimenda vocabulis; locum ipsum, in quo præfatum Hospitale situm est, cum omnibus pertinentijs suis. Ecclesiam Sancti Dominici. Parochialem Ecclesiam Sanctę Mariæ in Podio, & domos, terras, & vineas, quas habetis in Civitate, & Diœcesi Valentina. Domos, terras, & vineas, quas habetis in Civitate, & Diœcesi Maioricarum. Domos, terras, & vineas, quas habetis in Diœcesi Gerundensi. Domos, & vineas, quas habetis in Civitate, & Diœcesi Barchinonensi. Domos, & terras, quas habetis in Villa de Perpiniano Elnensis Diœcesis. Domos, quas habetis in Civitate, & Diœcesi Narbonensi. Domos, quas habetis in Civitate Tarraconensi, & in Territorio Guardię de Pratis Tarraconen. Archiepiscopatus. Ecclesiam Sanctæ Mariæ de Pratis. Domos, vineas, & terras, & domus vnius molendini medietatem, quas habetis in Civitate, & Diœcesi Illerdensi. Domos, quas habetis in Civitate, & Diœcesi Tottosensi. Domos, & vineas, quas habetis in Civitate, & Diœcesi Cæsaraugustensi. Ecclesiam Sanctæ Mariæ de Sartion. Domos, terras, & vineas, quas habetis Calaraiuvij. Domos, terras, & vineas, quas habetis in Civitate Daniæ, cum pratis, tettis, vineis, nemoribus, vsuagijs, & pascuis in bosco, & plano in aquis, & molendinis, in vijs, & semitis, & omnibus alijs libertatibus, & immunitatibus suis.

Tempore Protoparentis nostri D. Petri Nolasci plura erant constructa Cœnobia.

A Decima rum nos eximit solutione.

4 Sanè novalium vestrorum, quæ proprijs manibus, aut sumptibus colitis, de quibus aliquis hactenùs non percepit, sive de vestrorum animalium nutrimentis nullus à vobis exigere decimas, vel extorquere præsumat.

Habitũ petentes possumus admittere.

5 Liceat quoque vobis Clericos, vel laicos liberos, & absolutos è sæculo fugientes ad conversionem recipere, & eos absque contradictione aliqua retinere.

Transitus Fratrũ nostrorum ad alios Ordines (Carthusiano excepto) etiam de Magistri Generalis licentia prohibetur à Calixto III Bull. 6.

6 Prohibemus insupèr, vt nulli Fratrum vestrorum, post factam in Hospitali vestro professionem, fas sit, sine Magistri sui licentia, de eodem loco, nisi arctioris Religionis obtentu, discedere; discedentem verò absque communi litterarum vestrarum cautione nullus audeat retinere.

Tempore interdicti possumus Divina Officia ianuis clausis recitare.

7 Cùm autem generale interdictum terræ fuerit, liceat vobis, clausis ianuis, exclusis excommunicatis, & interdictis, non pulsatis campanis, suppressa voce Divina Officia celebrare, dummodò causam non dederitis interdicto.

Oleũ Sanctum, & Chrisma nobis conferãt Episcopi.

8 Chrisma verò, Oleum sanctum, consecrationes Altarium, ordinationes Clericorum, qui ad Ordines fuerint promovendi, à Diœcesano suscipietis Episcopo, siquidém Catholicus fuerit, gratiam, & communionem Sacrosanctæ Romanæ Sedis habuerit, & ea vobis voluerit sine pravitate aliqua exhibere.

Intra nostros terminos prohibet fundari Cõventus.

9 Prohibemus insupér, vt infrà fines Parochiæ vestræ nullus, sine assensu Diœcesani Episcopi, & vestro, Capellam, seu Oratorium de novo construere audeat, salvis Privilegijs Pontificum Romanorum.

Novas exactiones nõ tenemur solvere.

10 Ad hæc novas, & indebitas exactiones ab Archiepiscopis, Episcopis, Archidiaconis, seu Decanis, alijsque omnibus Ecclesiasticis, sæcularibusvè personis á vobis omninò fieri prohibemus.

In Ecclesijs nostris quosvis sepelire possimus.

11 Sepulruram quoque ipsius loci liberam esse decernimus, vt eorum devotioni, & extremæ voluntati, qui se illic sepeliri deliberaverint, nisi excommunicati, vel interdicti sint, aut etiam publici vsutarij, nullus obsistat, salva tamen iustitia illarum Ecclesiarum, à quibus mortuorum corpora assumuntur.

Decimas, & Iura nobis debita repetere possimus.

12 Decimas prætereá, & possessiones ad ius Ecclesiarum vestrarum spectantes, quæ à laicis detinentut, redimendi, & legitimé liberandi de manibus eorum, & ad Ecclesias, ad quas pertinent revocandi, libera sit vobis de nostra authoritate facultas.

Decedẽte M. Generali, nullus præponatur, nisi à Fratribus electus.

13 Obeunte verò te nunc eiusdem loci Magistro, vel ruorum quolibet successorum, nullus ibi qualibet subreptionis astutia, seu violentia præponatur, nisi quem Fratres communi consensu, vel Fratrum maior pars consilij sanioris, secundum Deum, & B. Augustini Regulam providerint eligendum.

Rapinas, incendia,

14 Paci quoque, & tranquilitati vestræ

& alia damna à Domibus nostris avertit.

vestræ parerna in posterum solicitudine providere volentes, authoritate Apostolica prohibemus, vt infrà clausuras Locorum, seu Grangiarum vestrarum, nullus rapinam, seu furtum facere, ignem apponere, sanguinem fundere, hominem temerè capere, vel interficere, seu violentiam audeat exercere.

Ab anno 1218 Honorius III. Gregorius IX. & Cœlestinus IV. aliqua specialia nostro Ordini indulgera Privilegia.

15 Prætereà omnes libertates, & immunitates à Prædecessoribus nostris Romanis Pontificibus Hospitali vestro concessas, necnon libertates, & exemptiones sæcularium exactionum à Regibus, & Principibus, vel alijs Fidelibus rationabiliter vobis indultas authoritate Apostolica confirmamus, & præsentis scripti Privilegio communimus.

Cōstat ex illis ver. bis A Prædecessoribus nostris Romanis Pontificibus.

16 Decernimus ergo, vt nulli omninò hominum liceat præfatum Hospitale temerè perturbare, aut eius possessiones auferre, vel ablatas retinère, minuere, seu quibuslibet vexationibus fatigare: sed omnia integra conserventur, illis, pro quorum gubernatione, ac sustentatione concessa sunt, vsibus omnimodis profutura, salva Sedis Apostolicę authoritate, & Diœcesanorum Episcoporum Canonicá iustitia.

Concessa vni Conventui alijs conceduntur. Rodriguez in qq. regul. tit. t. q 15. art 18 Miranda tom. 2 q 46 art. 7.

Omnia nostra nobis privative servari iubet. Pœnæ in contravenientes huic Constitutioni.

17 Si qua igitur in futurum Ecclesiastica, sæcularisvé persona hanc nostræ Constirutionis paginam, sciens, contra eam temerè venire tentaverit, secundò, tertióve commonita, nisi reatum suum congrua satisfactione correxerit, potestatis, honorisque sui careat dignitate, reamque se Divino iudicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat, & à Sacramentis, & Sacratissimo Corpore, & Sanguine Dei, & Domini Redemptoris nostri IESVCHRISTI aliena fiat, atque in extremo examine districtæ subjaceat vltioni; cunctis autem eidem loco sua jura servantibus sit pax Domini nostri IESVCHRISTI, quatenùs, & hìc fructum bonæ actionis percipiant, & apud districtum judicem prœmia æternæ pacis inveniant. Amen.

Ego Innocentius Catholicæ Ecclesiæ Episcopus subscripsi.
Ego Otto Portuensis, & S. Rufinæ Eipscopus subcripsi.
Ego Petrus Albanensis Episcopus subscripsi.
Ego Guillelmus Sabinensis Episcopus subscripsi.
Ego Otto Tusculanensis Episcopus subscripsi.
Ego Petrus Tituli S. Marceli Presbyter Cardinalis subscripsi.
Ego Fr. Guillelmus Basilicæ Duodecim Apostolorum subscripsi.
Ego Fr. Ioannes Tituli S. Laurentij in Lucina Presbyter Cardinalis subscripsi.
Ego Fr. Hugo Tituli S. Sabinæ Presbyter Cardinalis subscripsi.
Ego Ægidius Sanctorum Cosmæ, & Damiani Diac. Cardinalis subscripsi.
Ego Petrus S. Georgij ad Velum Aureum Diac. Cardinalis subscripsi.
Ego Ioannes S. Nicolai in Carcere Tulliano Diac. Cardinalis scripsi.
Ego Guillelmus S. Eustachij Diac. Cardinalis subscripsi.

Dat. Lugduni per manum Magistri Marini Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Vicecancellarij 2. Non. Aprilis, Indictione 3. Incarnationis Dominicæ ann. 1245. Pontificatus verò SS. D. N. Innocentij Papæ IV. ann. 2.

¶ *Bulla ista summatim refertur à Magistro Vargas supra ad annum 1245. habetur in antiquo authentico Bullario, cuius transumpta in Matritensi, & Barchinonensi Archivis authentica servantur.*

SVB INNOCENTIO IV.

CONSTITVTIO II.

Primo Magistro Generali Sancto Petro Nolasco.

COMPENDIVM.

Præpositus, & Capitulum Ecclesiæ Celsonensis in Cathalonia conferunt Religioni nostræ Ecclesiam S. Nicolai, quò miraculosè appulit Corpus Sancti Raymundi Nonnati.

VNiversis hominibus pateat, quod Nos Gueraldus, Dei gratia, Cœlsonen. Præpositus, & omnis conventus eiusdem per Nos, & per omnes successores nostros præsentes, & futuros authoritate præsentis paginę damus, & cōcedimus semper Fratri Petro Nolasco Ministro Ordinis Captivorū, & vobis Fratri Bertrando eiusdem Ordinis gerētes vices dicti Fr. Petri Nolasco in Diœcesi. Vrgelen. & omnibus Fratribus eiusdem Ordinis Ecclesiam S. Nicolai, quæ est sita intra terminos Cāstri de Mediano, & omnem locum, & omnem constructionem, quę est, & situm, vt construere possitis quæ Ecclesia est, & locus ille in Parochia Ecclesię de Potrell, quā Ecclesiam, & locum, cū omnibus suis terminis, & pertinentijs Ecclesię, & omnibus iuribus suis damus, & concedimus Vobis Fr. Petro Ministro, & dicto Fr. Bertrando, & vestris successoribus præsentibus, & venturis, vt ea omnia prędicta, & singula, habeatis, & teneatis, & possideatis semper in pace: excepta cura animarum, & sepulturarum, quę spectat ad ius Ecclesię de Portello, salva, & retenta tamen vobis, & successoribus vestris sepultura Fratrum vestrorum, & fami-

Ecclesia S. Nicolai vbi puerulus prima virtutum fundamēta iecit S. Raymundus Ordini ad eius cultū cōsignatur.

familiarium, & Nuntiorum vestrorum nunc, & semper, & vos, & successores vestri semper faciatis pro hac occasione, & donatione Nobis, & Successoribus nostris duas libras ceræ in festo Sãctæ Resurrectionis Dñi inexcusabilitér annuarim semper. Actum est hoc sexto Idus Iunij anno Dñi M.CCXLV.

Ego Gueraldus Calsonen. Præpositus subscribo.
Ego Ben. de Beliana Prior subscribo.
Ego B. de Rata subscribo.
Ego P. de Mirabal, Camerarius subscribo.
Ego Petrus de Conchis subscribo.
Ego B. de Pampa Eccl̃a Calsonen. Sacrista subscribo.
Ego C. Gueraldus Cellarius subscribo.
Ego P. de Condus subscribo.
Ego G. de Kanalda firmo. Bug. de Font Presbyter, qui hæc scripsit, & hoc signũ ✠ apposuit B. N. de Vila de Canibus, qui hoc translatum fidelitér fecit, & hoc signum ✠ apposuit cum litteris suprapositis.

Habetur transumptum authenticum in nostro Conventu S. Raymundi Nonnati; originale perquire in Archivo Episcopali Calsonensi.

INNOCENTII IV.

CONSTITVTIO III.

Primo Magistro Generali Sancto Petro Nolasco.

COMPENDIVM.

Plures gratias, & indulgentias porrigentibus manus adiutrices ad opus Redemptionis, & nostris Hospitibus indulget.

Edita à D. 1245. ab Incarnatione Domini, à Nativitate vero 1246.

INNOCENTIVS EPISCOPVS, Servus servorum Dei. Vniversis Christi Fidelibus, ad quos litteræ istæ pervenerint, salutem, & Apostolicam Benedictionem.

Exordium.

Si, iuxta Sapientis sententiam, inter tempus seminandi discernimus, & metendi, seminare debemus in terris, quod cum multiplicato fructu colligere debeamus in Cœlis, facientes nobis de mammona iniquitatis amicos, qui, cum defecerimus, in ęterna tabernacula nos admittant. Sic enim thesaurizamus nobis thesauros in Cœlo, vbi scilicet fures non effodiunt, nec furantur. Sic terrena in cœlestia, & transitoria in ęterna fœlici commercio commutamus.

Eccl cap 3 v 1. — Luc. c. 16. v. 9. — Luc c. 12 v. 33. Matth. c. 6. v 20.

1 Licèt autem indigentibus vniversis aperire teneamur viscera charitatis, illis tamen specialiùs, & abundantiùs quodammodo liberalitatis debemus gratiam exhibere, qui cum sint pauperes spiritu, sponte subeunt onera paupertatis, vt pauperibus possint copiosiùs subvenire, dum tanquam nihil habentes, & omnia possidentes, velut penuriam pati, & abundare didicerint: abundant pauperibus, sibi egent, & in se aliorum egestatem assumunt, vt ex indigentia liberali, liberaliùs ministrent hospitibus, & egenis.

Instituti nostri copiosum encomiũ. — Sicut egentes multos autem locupletantes. 2. Corinth. c. 6. v. 10.

2 Hoc veró, quamvis multi laudabilitèr exequantur, illi tamen student laudabilius adimplere, qui hospitalitati vacantes, non solùm recipiunt hospites, sed & trahunt, illud prophetícum exequentes: *Frange esurienti panem tuum, & egenos, vagosque induc in domum tuam: cum videris nudum, operi eum, & carnem tuam ne despexeris.* Hi enim, cùm pascunt esurientes, sitientes potant, colligunt hospites, nudos vestiunt, & non solùm infirmos visitant, sed eorum in se infirmitates assumunt, ministrant in carcere positis, & quibus in infirmitate participant, communicant in sepultura defunctis, illa omnia exequuntur, propter quę Dominus in vltimo districtionis examine temuneraturum se bonos, & malos asserit puniturum.

Isai. c. 58. v 7. — Septem corporalia Miser. Opera à nobis exercita. — Matth. c. 25.

3 Cùm igitur dilecti filij Magister, & Fratres Hospitalis S. Eulaliæ Barchinonen. Diœcesis, Ordinis S. Augustini, in quo pro redimendis Captivis de manibus Paganorum Divino vacant obsequio, ad hoc totis viribus elaborent, vt vndique confluentium egenorum, pariter, & ægrotorum necessitatibus se exponant, monemus Vniversitatem vestram, & hortamur in Domino, & in remissionem vobis iniungimus peccatorum, quatenùs, vt coöperatores fitis operum pietatis, accedentes ad vos eorum nuntios benignè recipere, ac honesté tractare curetis, eis grata subsidia, & pias eleemosynas conferentes, vt quod pauperibus cõtuleritis per manus eorum in terris, vobis per manus pauperum thesaurizetis in Cœlis, cum Apostolo sentientes: *Quoniam qui parce seminat, parce & metet, & qui seminat in benedictionibus de benedictionibus & metet, vitam ęternam.*

Religio nostra ideo S. Augustini dicitur, quia eius Regulam profitetur. — Hortatur Fideles, vt nos benignè recipiant, & pro Captivis subsidia conferant. — 2. Corint. c 9 v 6.

4 Nos enim de Omnipotentis Dei misericordia, & Beatorũ Petri, & Pauli Apostolorum eius authoritate, ac ea, quam Dominus nobis indulsit, potestate confisi, illis omnibus, qui de facultatibus suis, ipsis subvenerint, & in tam sancta fraternitate statuerint se Collegas, eisque beneficia præstiterint, annuatim septimã partem iniunctæ pœnitẽtiæ relaxamus, authoritate Apostolica statuentes, vt his, qui eorum fraternitatem assumpserint, si Ecclesiæ ad quas

Confratér nitates à Religionis fundatione. Confratribus Redẽptioni subvenientibus annuatim septimam partẽ pœnitentiæ debitæ indulget.

quas pertinent fuerint interdictę, ipsosque mori contigerit, nisi excommunicati, vel nominatim interdicti fuerint, aut etiam publici vsurarij, sepultura Ecclesiastica non negetur.

Recipientes nos in opere Redemptionis sub suo suscipit patrocinio, & so adventu nostro interdictum suspendit.

5 Receptores quoque fraternitatis, & collectorum ipsorum, salvo iure Dominorum suorum, sub B. Petri, & nostra protectione suscipimus; statuentes, vt si qui fratrum ipsorum, qui ad easdem fraternitates missi fuerint, vel collectas, in quamlibet Civitatem, Castellū, vel Vicum interdictum advenerit, in eorum iucundo adventu semel aperiātur Ecclesię annuatim, & excommunicatis, & nominatim interdictis ejectis, Divina Officia ibi celebrentur, vt super eleemosynis acquirendis verbum exhortationis ad populum proponatur, salva in omnibus supradictis declaratione Concilij Generalis. *Date igitur eleemosynam, vt omnia munda sint vobis: quoniam eleemosyna á morte liberat, & ipsa est quę purgat peccata, & facit invenire vitam ęternam: quia sicut aqua ignem ardentem extinguit, sic eleemosyna peccato resistit.* Dat. Lugduni Idibus Ianuarij, Pontificatus nostri anno tertio.

Hoc Generale Conciliū de quo frequentem in antiquis bullis Pontifices mētionē faciunt est iuxta subjectā materiā Cōcilium Lateranense IV. & Vniversale XII. anno Christi 1215. Innoc. III. Præside.

Luc. c. 14. v. 41. Iob. c. 12. v. 19. Eccl c. 3. v. 9.

Hęc Bulla Compendio refertur á M. Fr. Bernardo de Vargas supra cap. 24. ad annum 1246. pag. 78. & integrè in authentico veteri Bullario, Bulla 2. Innoc. IV. fol. 6. diversaque illius transumpta authentica in Archivis Generalibus Matriti, & Barchinonę Conventuum inveniuntur.

D. P. à 3. die 13. Ianuarij. Fr. Bernardus de Olivella Episcopus Dertusen. creatur.

HIc Pontifex creavit Episcopū Dertusensem in Cathalonia D. Fr. Bernardum de Olivella, Regalis Conventus nostri Barchinon. sobolem ad annū 1254. qui posteá ad Tarraconen. Hispaniarum Primatem Sedem coöptatus fuit.

INNOCENTIO IV. qui obijt anno Domini 1254. succedit

ALEXANDER IV.

Ex Civitate Anagniæ, Raynaldus anteà vocatus, Philippi ex Comitibus Signiæ filius, Episcopus Cardinalis Ostiensis, & Veliternus. Creatus Neapoli 8. Kalendas Ianuarij, anno salutis 1254. Vixit annos 6. menses 5. dies 5. Creavit Cardinalem 1. Obijt Viterbij anno Domini 1261. 8. Kalend. Iunij, & in Ecclesia Cathedrali Sancti Laurentij sepultus fuit.

ALEXANDRI IV.

CONSTITVTIO I.

Secundo M. Generali Venerabili Guillelmo Bas.

COMPENDIVM.

Quotidie per vnum mensem subvenientibus vnum annum, & quadraginta dies de iniunctis pœnitentijs indulget, peccataque oblita, & venialia, Parentum offensas, vota fracta, & transgressionem iuramentorum.

ALEXANDER EPISCOPVS, Servus servorum Dei. Vniversis Christi Fidelibus, ad quos litteræ istæ pervenerint, salutem, & Apostolicam Benedictionē. Quoniam, vt ait Apostolus, omnes stabimus ante Tribunal Christi recepturi, prout in corpore gessimus, sive bonum fuerit, sive malum, oportet nos diem messionis extremæ misericordię operibus prævenire, ac æternorum intuitu seminare in terris, quod, reddente Domino, cum multiplicato fructu recolligere debeamus in Cœlis, firmam spem, fiduciamque tenentes, quoniam qui parce seminat, parce & metet, & qui seminat in Benedictionibus de Benedictionibus & metet vitam ęternam.

Edita anno 1255.

Ad Rom. c. 14. v. 10. & 2. Corint. c. 5. v. 10.

Ad Cor. 2. c. 9. v. 6.

1 Sané dilecti filij Magister, & Fratres Domus Sanctæ Eulàlię Barchinonensis Diœcesis, Ordinis S. Augustini, NOVI SVB TEMPORE GRATIÆ MACHABÆI, abnegātes sæcularia desideria, & propria relinquentes, tollentes Crucem suam Dominum sunt secuti, diligentes proximos suos, sicut se ipsos, præceptum Apostolicum attendentes: quia non solúm eleemosynas, quas à Christi fidelibus colligunt, in Redemptionem expendunt latissimè Captivorum, sed etiam proprias animas pro fratribus ponere non formidant, per quod Christianissima in diversis partibus dignoscitur vtilitas, in Ecclesiaque præeminent, cum inter cætera pietatis opera, quibus regnum cœleste

Pulcherrima nostri Ordinis commendatio.

leste adipiscitur: *Redemptio Captivorum à Deo, & à Sacris Canonibus ineffabiliter commendatur; quoniam pro ipsorum redemptione res Eeelesiasticas alienare iubemur, & etiam personas proprias, si nesse fuerit, exponere debemus.* Si ergo personas proprias, quanto magis temporalia, vt ea possimus in Cœlestia fœlici comercio commutare?

Vasa, & res Ecclesiæ pro Redemptione Captivorum oppignorari, ac vendi possunt & debent iuxta lsācimus 17. cap de Sacrosanct. Eccles. D. Greg. cap. & Sacror. 14. c. Sac. 15. c. Sicut omnino 16. D. Ambrosiu c. aurum habet 70. 12. q. 1. 161.

2 Er cum præ multitudine expensarum, quę ipsis pro refectione pauperum peregrinorum, & necessitatibus infirmorum imminent faciendæ, & pręcipué pro liberatione Captivorum de manibus Paganorum, proprię ipsis non suppetant facultates, vndé, vt perfecté per pręd ictos Frattes viscera charitaris aperiantur latissimé pauperibus, & Captivis, ipsis est fidelium suffragium opportunum, pręsertim cum pro Redemptione eorum, de bonis suis sint tātúm attenuati, quód sine magno iuvamine fidelium non possunt de suo censu providere pauperibus, & Captivis; idcircó vniversitatem vestram rogamus, & monemus in Domino, in remissionem vobis peccatorum iniungentes, quatenús eisdem Fratribus, vel eorum Nuntijs, cúm ad vos accesserint, ad subvētionem eorum huiusmodi grata pietatis subsidia impendatis, vt per hæc, & alia bona, quę, Domino inspirāte, feceriris, ad ęternæ fœlicitatis possitis gaudia pervenire.

Cur tot in captivitatem ducti nec redēpti? Melius fuerat vt vasa vivētiū servares, quam metallorum. Et paucis interiectis: Ornatus Sacramétorum Redemptio Captivorū est.

3 Nos enim de Omnipotentis Dei misericordia, ac Beatorum Apostolorum Petri, & Pauli, cuius authoritate confisi sumus, omnibus veré pœnitentibus, & confessis, qui de bonis, sibi à Deo collatis, fratribus subvenerint memoratis, per vnicum mensem singulis diebus vnum annum, & quadraginta dies de iniunctis sibi pœnitentijs misericordités relaxamus, & peccata oblita, & venialia cum generali confessione, offensas pattum, & matrum sine manuum iniectione, transgressionem fidei, & iuramentorum, in quibus proximus non lęditur, vota fracta, si ad ea nō redierint, penitús indulgemus. Datis Neapoli 5. Idus Aprilis, Pontificatus nostri anno 1.

Ordo noster abinitio ob Captivorū Redemptionem suis opibus atenuatus iuxta illud 2. Cor. cap. 8. v. 9. Propter vos egenus factus est, cum esset dives, vt illius inopia vos divites essetis.

Benefactoribus quotidie per vnū mensem vnū annum, & 40 dies indulgentiæ cōcedit.

D. P. à 5. die 9. Aprilis.

Bullam istam expendit Mag. Vargas tom. 1. Chronic. lib. 1. cap. 26. pag. 87. & 88. & affert etiam Angelus Maria Cherubinus in Bullario Romano Lugduni impresso tom. 4. Constit. 1. in Appendice authentica Apostoliearum Constitutionum, Ordini nostro à diversis Summis Pontificibus eoneessarum, collecta, & edita zelo, cura, & solicitudine Illustrissimi, ae Reverendissimi D[illegible] D. Fr. Gabrielis Adarço de S[illegible]nder Hispani, Castellani, ex Opp[illegible] [illegible]atritensi, eiusq; Cœnobij filij, Catholicę Maiestatis Eeclesiastę, Episcopi Vegevanensis primùm, Archiepiscopi posteá Hydruntini ex eodem Ordine nostro assumpti, viri litteris, & virtutibus spectatissimi; extat item authentica in varijs transumptis apud Generalia Matritensis, & Barchinonensis Domorum Archiva, & antiquo Bullario Bulla 1. Alex. IV. fol. 7. à tergo.

ALEXANDRI IV.

CONSTITVTIO II.

Secundo Mag. Generali Venerabili P. Fr. Guillelmo Bas.

COMPENDIVM.

Plurima, & magna nostro Ordini, & Redemptionis Benefactoribus, & Confratribus gratias, & Privilegia concedit.

ALEXANDER EPISCOPVS, Servus servorum Dei, Venerabilibus Fratribus Archiepiscopis, Episcopis, dilectis filijs Abbatibus, Prioribus, Decanis, Archidiaconis, & alijs Ecclesiarū Pręlatis, ad quos litterę istæ pervenerint, salutem, & Apostolicam benedictionem.

Edita an. 1255.

1 Cúm dilectis filijs Frattibus Hospitalis S. Eulalię Barchinonensis, & Captivorum fuerit à Prędecessoribus nostris indultū, & à nobis postmodum confirmatum, vt semel in anno recipiantur in Ecclesijs ad eleemosynas colligendas, quidam autem vestrum, avaritię ardore succensi, Confratrias suas Confratrijs illorum eadem die in ipsorum adventu pręponunt· & sic Frarres ipsi confusi, aut nihil ex indé, aut modicum consequuntur.

Avaritiā quorundā increpat, qui Confratrias suas Redemptioni præponunt cōtra Apostolicū decreta.

2 Quia igitur hoc est indecens, & in contemptum Dei, & Ecclesię Romanę redundat, Prędecessorum nostrorum vestigijs inhęrentes, Vniversitat. vestrę per Apostolica rescripta pręcipiendo mandamus, quod, cum Fratres ipsi ad loca vestra pro eleemosynis accesserint colligendis, benigné recipiatis, & honesté tractetis, eosdem ipsos in Ecclesijs vestris admonère populum, & eleemosynas libentér quęrere permittatis, Confratrias vestras, quas facere potestis quotidie, ipsorum Confratrijs, quę semel in anno fiunt, nullatenús pręponentes: ne occasione illarum eleemosynę pauperum Christi depereant, & impediantur opera pietatis.

Præcipit omnino mus oere Redemptionis benignè suscipi, & cæteris eleemosynis prægoni.

3 Sané quoniam ab eisdem nostris Prędecessoribus est statutum, & à Nobis confirmatum, vt nemo excommunicet Fratres ipsos, vel eorum Oratoria interdicat, sine mandato Sedis Apostolicæ

Nos excommunicari, aut Ecclesias nostras interdici prohibet.

licæ speciali, præsentium vobis authoritate præcipimus, vt ipsos excommunicare, aut eorum Ecclesias interdicere nullatenùs præsumatis.

Violentiã nobis inferentes puniri iubet. Radix omnium malorum est cupiditas. 1. ad Tim. c. 6. v. 10. Nostrorũ Cœnobiorum invasio bonorum directio.

4 De Parochianis autem vestris, qui domos eorum invadunt per violentiam, vel infringunt, aut indebitis molestijs opprimunt Fratres ipsos, & tam deposita, quam res diripiunt eorũdem, cum ex indé querimoniam deposuerint coram vobis, tam districtam eis iustitiam faciatis, & iura eorum defendere, & manutenere curetis, quod ipsi ad Nos pro defectu iustitiæ sæpè recurrere non cogantur: sed nos sollicitudinem; & obedientiam vostram debeamus meritó commendare, vosque beneficiorum, quæ in ista domo pauperibus fiunt, participes existatis.

Nullus accedentes ad Nos prohibere possit.

5 Præterea liberas, & absolutas personas, quæ se domui illorum in sanitate, vel infirmitate tradiderint, liberé, ac sine molestiä recipi permittatis ab eis, nec ipsos super hoc possitis aliquatenùs impedire, seu molestare.

Fratres extra claustra decedentes tenentur gratis à Parochis sepeliri.

Conciliũ Tribur sub Formoso Papa an 893 cap 16.

Mortuo non prohibeas gratiam Eccl 7. 37. Quid mortuos pretio sepeliri, nisi terra terram vendere gratiã Dei vænalem facere? Domini est terra, non hominis.

6 Illud autem non mediocritér movet nos, nec modicum Ecclesiæ derogat honestati, quod quidam vestrum, contra Constitutionem SS. PP. in Concilio Triburiensi editam, Fratrum ipsorum corpora, cum decedunt, nolunt sine pretio sepelire. Vndé quia tam prava exactio non est aliquatenùs toleranda, in obedientiæ vobis virtute præcipimus, vt nullo modo à Fratribus ipsis, vel alijs pro sepultura quidquam exigere, vel accipere, nisi quod spontanea decedentium liberalitas, vel Parentum devotio vobis contulerit, attentetis; sed absque vllo pretio sepeliatis corpora mortuorum. Et si quis hoc vlteriús attentaverit, taliter animadvertatis in eum, quod similia non præsumat.

Decimas non teneamur solvere. Innoc. IV B. 1. & 2.

7 Ad hæc præsentium vobis authoritate præcipimus, ne ab eis, cõtra thenorem Privilegiorum Apostolicę Sedis, de nutrimentis animalium suorum, sive de ipsis animalibus decimas exigere præsumatis.

Teneãtur Ordinarij Ecclesias nostras benedicere.

8 Cúm autem Oratoria, vel Cæmeteria, secundum quod eis est beneficium Privilegiorum Ecclesiæ Romanæ concessum, duxerint construenda, vos Fratres Archiepiscopi, & Episcopi eis pro se, ac familia sua tantúm Oratoria dedicare, ac Cæmeteria benedicere procuretis: nec aliquis vestrum contra thenorem Privilegiorum ipsorum id impedire audeat aliquatenús, vel turbare.

Diœcesanos monet, vt Fratres nostros Apostatas capiãt, & ad Habitum cõpellant.

9 De cætero quoque Fratres præfati Hospitalis S. Eulaliæ Barchinonensis, & Captivorum, in vestris Episcoparibus cõstitutos, qui Crucem, & suum Habitum deponentes per illecebras simul, & vitiorum abrupta vagantur, & illos etiam, qui Prioribus suis conrumaces, & rebelles existunt, & Baiulias detinent contra voluntarem ipsorum, moneatis instanter, & pro vestri officij debito compellatis, vt Habitum depositum reassumentes, in obedientia Prælatorum suorum devoté, ac humiliter perseverent, & Baiulias, sive alia officia per violentiam nullo modo detinere præsumant. Quicumque autem mandatorum extiterint contemptores, excommunicationis eos sententia percellatis, quam faciatis vsque ad satisfactionem condignam inviolabiliter observari.

Concil. Trid. sess. 25 de Regularib. c. 14. de supplicio Religiosi publicè delinquẽtis.

Benefãctoribus Confratribus septimam partem iniũctæ pœnitentiæ relaxat.

10 Præterea quicumque de facultatibus sibi collatis à Deo Fratribus subvenire sæpè dictis, & in tam sancta fraternitate statuerint se collegas, eisque beneficia persolverint, annuatim eis, de BB. Apostolorum Petri, & Pauli authoritate confisi, septimam partem iniunctæ pœnitentiæ relaxamus.

Domus Barchinõ. venerabilis nominatur. Cõfratres tempore interdictĩ in nostris Ecclesijs sepelire possimus.

11 Apostolica quoque authoritate, ob reverentiam illius Venerabilis Domus statuimus, vt his, qui eorum fraternitatem assumpserint, si forté Ecclesiæ, ad quas pertinent, fuerint à Divinis Officijs interdictæ, ipsosque mori contigerit, sepultura Ecclesiastica non negetur, nisi publici vsurarij, aut excommunicati, vel nominatim fuerint interdicti.

Et si à Pãrochis sepeliri maliciosè impediũtur.

12 Volumus autem, vt liceat eis Confratres, seu quos Ecclesiarum Prælati apud Ecclesias suas malitiosé non permiserint sepeliri, nisi excommunicati, vel nominatim fuerint interdicti, aut etiam publici vsurarij, ad Ecclesiam Hospitalis tumulandos deferre, & oblationes tam pro eis, quam pro alijs, qui in eorum Cæmeterijs requiescunt, exhibitas sine alieni iuris præiudicio retinere: hoc etiam addito, vt receptores Fraternitatis eiusdem, seu etiam collectorum, salvo iure dominorum suorum, sub B. Petri, & nostra protectione consistant.

Ecclesiæ interdictę in publicatione eleemosynæ Redemptionis aperiantur.

13 Adijcimus insupér, vt, si qui eorumdem Fratrum, qui ad easdem Fraternitates missi fuerint, vel collectas, in quamlibet Civitatem, Castellum, vel Vicum advenerint, si forté locus ille à Divinis Officijs fuerit interdictus, in eorum iucundo adventu semel aperiantur Ecclesiæ annuatim, & excommunicatis, & nominatim interdictis eiectis, Divina ibi Officia celebrentur, salva in omnibus supradictis declaratione Concilij Generalis.

Hæc Cõstitutio publicetur á Parochis.

14 Ad maiorem quoque nostræ mercedis cumulum nihilominús vobis mandando præcipimus, quatenús hãc nostram Cõstitutionem per Parochias vestras

vestras nuntiari proprijs litteris faciatis.

Clerici Redemptoribus inservire volentes permittãtur, nec Beneficijs privẽtur.

15 Mandamus etiam, vt si qui de Clericis Ecclesiarum vestrarum præfati Hospitalis Fratribus cum licentia Prælati, & Capituli sui sponté, ac gratis per annum, vel biennium decreverint deservire, nequaquam impediantur, ac interim sua beneficia non amittant.

Eleemosyna Redẽptionis omnibus alijs præferatur.

16 Prçtereá mandamus vobis, quatenús vniversis Capitulis vestræ iurisdictioni subiectis firmitér iniungatis, quód si forte eadem die, & hora diversorum locorum Quæstores simul cum prædictis Fratribus in Ecclesijs suis convenerint, ne propter Quæstorum congregationem impediri possit negotium Captivorum, memotatos Fratres omnibus alijs præferant, ita quod die illa, qua ipsi accesserint, eleemosynas petituri, nullum alium conquæstorum antea receprum, vel postea venturum in Ecclesijs suis loqui Populo permittãt, exceptis Quæstoribus nostris Ecclesiæ Romanæ, si fuerint destinati, Dat. Neapoli 5. Idus Aprilis, Pontificatus nostri anno 1.

Bullam hanc compendifactam affert Magister Vargas sup. ad ann. 1255. pag. 88. inveniturque in authentico Ordinis antiquo Bullario huius Pontif. b. 3. fol. 11. à tergo, & varia eius authentica trãsumpta in Generalibus Archivis Matritensi, & Barchinonensi custodiuntur.

ALEXANDRI IV.

CONSTITVTIO III.

Secundo Mag. Generali Venerabili P. Fr. Guillelmo Bas.

COMPENDIVM.

Redemptioni obsistentes severis pęnis, faventes favoribus afficit.

Edita an. 1255.

ALEXANDER EPISCOPVS, Servus servorũ Dei. Venerabilibus Fratribus Archiepiscopis, & Episcopis, & dilectis filijs Abbatibus, Prioribus, Decanis, Archidiaconis, & alijs Ecclesiarum Prçlatis, ad quos literæ istæ pervenerinr Salutem, & Apostolicam benedictionem.

Exordium

1 Quærelam gravem recepimus dilectorum filiorum Fratrum Ordinis S. Augustini Sanctæ Eulaliæ Barchinonẽsis, & Captivorum, quam præ magnitudine culpæ, & pauperum dispendio dissimularç, nec volumus, ncc debemus.

2 Proposuerunt siquidem iam dicti Fratres, quod, cum pro Confratrijs, & eleemosynis pauperum requirèndis, iuxta consuetudinem suam, authorirate Apostolica confirmatam, ad Ecclesias quorumdam Presbyterotum accedunt eos recipere nolunt, &, quod gravius est, ipsos Fratres ab Ecclesijs eijcere non verentur; cum deberent ipsos benignè ac patienter audire, & Parochianos suos ad conferendam pauperibus eleemosynam atdentius exhortari.

Adversarios patitur ab Exordio Sãcta Captivorũ Redemptio.

3 Accedit ad hoc, quod ijdem Presbyteri quamdam partem eleemosynarum pauperum exigunt impudenter; &, vt possint extorquete, quod quçrunt, Parochianis suis reclamãtibus, pauperum obsequium impedire pro suæ voluntatis arbitrio non formidant.

Avaritia in sacrariora quęque invehitur.

4 Vnde, quia tantum prędictorum Fratrum gravamen, & pauperum dispendium clausis non debemus oculis pertransire, quibus ex debito Pastotalis officij patrocinium tenemur contra hominum insolentiam impartiri, vniversitati vestræ per Apostolica Scripra mãdamus, atque prçcipimus, quatenus vniversis Presbyteris vestræ potestati subiectis, sub pœna privationis officij, & beneficij iniungatis, vt prædictos Fratres in Ecclesijs suis ad opus Captivorũ prædicare, & eleemosynas quærere, iuxta quod eis Sedes Apostolica indulsit, sine qualibet contradictione permittant, salva moderatione Concilij Generalis, neque ab eis aliquid exigere, & extorquere præsumant.

Ecclesiæ Prælatis præcipit, vt adversãtes operi redẽptionis severe corripiant. In omnibus Ecclesijs possimus redẽptionem publicare, & eleemosynas quęrere.

5 Si autẽ de iam dictis Presbyteris ad audiẽtiam vestrã quçrela pervenerit, in transgressores prçcepti nostri, iuxta modum culpæ taliter vindicetis, quod eos suæ temeritaris pœniteat, & fratres pro defectu iustitiæ non cogantur ad præsentiam nostram laborate.

Puniantur contra facientes.

6 Pervenit prçterea ad audientiam nostram, quod siquando Parochiani vestri præfatis Fratribus de rebus suis quidquam in testamẽto relinquunt, hæredes illorum, vel illi, qui res illas penès se habent, ipsum legatum eis solvere contradicunt, qui gravem culpæ maculam contrahunt, & non mediocriter oculos Divinę Maiestatis offendunr: Quia ea quę Sanctis Dei Ecclesijs, & Viris Religioni, ac honestati deditis in testamento legantur, detinere præsumunt.

Legata redẽptionis nobis relicta.

Gravis culpa legata Redẽptionis retinere.

7 Vniversitati vestræ per Apostolica Scripta præcipiendo mãdamus, quatenùs, siquando prædicti Fratres apud vos quærimoniam, exinde deposuerint, illos, quos vobis nominaverint, si vobis ita esse constiterit, moneatis ardentius, & districtius compellatis, vt ea, quæ prædictis Fratribus sunr in testamento legata, remoto appellationis obstaculo, sine malitiosa dilatione, absque diminu-

Ea legata nobis cõsignari iubet.

tione persolvant, vel in præsentia vestra, appellatione remota, exhibeant iustitię complementum; quod si monitis vestris parere contempserint, eos, appellatione cessante, vsque ad condignam satisfactionem excommunicationis vinculo adstriogatis.

Clericis, qui operi redemptionis auxilium prebent defectusin horis officij relaxat.

8 Nos autem de Omnipotentis Dei Misericordia, ac BB. Petri, & Pauli Apostolorum authoritate confisi, omnibus Prælatis, & aliis Clericis, qui iam dictis Fratribus, vel eorum Nuntijs cōsilium, vel auxilium præbuerint, quidquid in horis debitis dimiserint, cum Generali confessione misericorditer relaxamus.

P. s. Compostellanæ Ecclesiæ dedit vt 7. Cardinales Sacerdotes Romanæ amplitudinis instar haberet, quibus, eiusdemque Ecclesiæ Episcopis vnā quadragenā, apud Hispanos magni habitam, quoties in ara maxime Divina peragerent concessit. Hic duodecies multiplicatā cuilibet nostro benefactori indulget in præsentiarum Alex.

9 Preterea quadragenas duodecim Cardinalium, & trium Patriarcharum, & Archiepiscopi Sancti Iacobi omnibus benefactoribus prędicti Ordinis generaliter Confirmamus. Datis Neapoli 5. Idus Aprilis, Pontif. Nostri anno primo.

Hanc bullam adducit M. Vargas ad ann. 1255. p. 89. & Cherubinus in Bullario Romano, impresso Lugduni tom. 4. in Appendice, Constit. 2. habetur authentica in varijs transumptis Matriti, & Barchinon. & in antiquo Ordinis Bullario, fol. 13.

ALEXANDRI IV.

CONSTITVTIO IV.

Secundo Mag. Generali Venerabili Guillelmo Bas.

COMPENDIVM.

Concedit, quod in domibus nostris Oratoria, & Cameteria ad nostrum vsum erigere valeamus.

Edita an. 1255. Exordium

ALEXANDER EPISCOPVS, Servus servorum Dei. Dilectis Filijs Magistro, & Fratribus Hospitalis Sanctæ Eulaliæ Ordinis Sancti Augustini Barchinonen. Diœcesis, Salutem, & Apostolicam benedictionem.

Oratoria in domibus nostris habere concedit.

1 Vestris petitionibus benignum impertientes assensum, vt in vestris domibus, sine alieni iuris præiudicio, Oratoria ædificare, & Cæmeteria ad opus Fratrum vestrorum dūtaxat habere possitis, authoritate vobis præsentium indulgemus. Nullus ergo omninò hominum audeat hanc paginam nostræ concessionis infringere, vel ei ausu temerario contraire: Si quis autem hæc attentare præsumpserit, indignationem Omnipotentis Dei, & BB. Petri, & Pauli Apostolorum eius se noverit incursurum. Datt. Anagniæ 4. Nonas Septembris Pontific. anno primo.

In adversantes mi-natur.

Transumptum authenticum huius Bullæ habetur apud nostrum Barcinonense Archivum: de qua parum nostri Auctores meminere.

ALEXANDRI IV.

CONSTITVTIO V.

Secundo Mag. Generali Venerabili Guillelmo Bas.

COMPENDIVM.

Redemptionis Confratribus Spiritualia indulta, & in suis Ecclesÿs tempore interdicti sepulturā concedit. Nos hospitantibus Apostolica Sedes obumbrat, quotannis in adventu nostro Ecclesias interdictas aperit, vt Divina Officia, & Redemptio celebrentur.

Edita an. 1255.

ALEXANDER EPISCOPVS, Servus servorum Dei. Vniversis Christi fidelibus ad quos litterę istę pervenerint, Salutem, & Apostolicam benedictionem. Si iuxta Sententiam Sapientis, inter tempus seminandi discernimus, & metendi, seminare debemus in terris, quod cum multiplicato fructu recolligere debeamus in Cœlis; facientes nobis de Mammona iniquitatis amicos, qui, cum defecerimus, in æterna tabernacula nos admitant: sic enim thesaurizamus nobis thesauros in Cœlis, vbi fures non effodiunt, nec furantur: sic terrena in Cęlestia, & transitoria in æterna fœlici comercio commuramus.

Luc. 16. 9. Luc 12. 13 Matth. 6. 20.

Ad eleemosynam suadet.

Nostrum institutū dilaudat.

1 Licet autem indigentibus Vniversis aperire teneamur viscera charitatis, illis tamen specialius, & abundantius quodammodo liberalitatis debemus gratiam exhibere, qui, cum sint pauperes spiritu, spontè subeunt onera paupertatis, vt pauperibus possint copiosius subvenire, dum tamquam nihil habentes, & omnia possidentes, velut penuriam pati, & abundare didicerint; abundant pauperibus, sibi egent, & in se aliorum egestatem assumunt, vt ex indigentia liberali, liberalius ministrent hospitibus, & egenis.

2 Hoc verò, quamvis multi laudabiliter exequantur; illi tamen student laudabilius adimplere, qui hospitalitati vacantes, non solum recipiunt hospites, sed & trahunt, illud propheticum exequentes: *Frange esurienti panem tuum, & egenos, vagosque induc in domum tuam: Cum videris nudum operi eum, & carnem tuam ne despexeris.* Hi enim, cum pascunt esurientes, sitientes potant, colligunt hospites, nudos vestiunt, & non solùm infirmos visitant, sed eorum in se infirmitates assumunt; mi-

Isaiæ 58 7.

Septē corporalis misericordiæ opera

ministrant in carcere positis, & quibus in infirmitate participant, communicant in sepultura defunctis, illa omnia exequuntur, propter quæ Dominus in vltimo districtionis examine remunerarurum se bonos, & malos asserit punirurum.

à nobis exerceri cõmemorat.

3 Cùm igitur dilecti filij Magister, & Fratres hospitalis Sanctę Eulalię Barchinon. Diœcesis, Ordinis Sancti Augustini, inquo pro Redimendis Captivis de manibus Paganorum Divino vacant obsequio, ad hoc totis viribus elaborent, vt vndique confluentium egenorum, pariter & ægrorum necessitatibus se exponant, monemus Vniversitatem vestram, & hortamur in Domino, & in remissionem vobis iniungimus peccatorum, quatenus, vt cooperarores sitis operum pietatis, accedentes ad vos eorum Nuntios benigne recipere, ac honeste tractare curetis, eis grata subsidia, & pias eleemosynas conferentes; vt quod pauperibus contuleritis per manus eorum in terris, vobis per manus pauperum thesaurizetis in Cœlis, cum Apostolo sentientes: Quoniam *qui parce seminat, parce & metet, & qui seminat in benedictionibus, de benedictionibus & metet vitã ęternã.*

Vt nobis opprtulêtur fideles excitat ad opus redemptionis.

Peccata tua eleemosynis redime, & iniquitates tuas miseri. cordiis pauperum Dan. 4. v. 4

2. Chorint 9. 6.

4 Nos ad instar fœlicis recordationis Innocentij Papæ Prædecessoris nostri, de Omnipotentis Dei Misericordia, & BB. Petri, & Pauli Apostolorum eius authoritate, ac ea, quam nobis Dominus indulsit, potestare confisi, omnibus, qui de facultatibus suis ipsis subvenerint, & in tam Sancta fraternitate statuerint se collegas, eisque beneficia præstiterint, annuatim septimam partem iniunctæ pœnitentiæ relaxamus: authoritate Apostolica statuentes, vt his, qui eorum fraternitatem assumpserint, si Ecclesiæ, ad quas pertinent, fuerint interdictæ, ipsosque mori contigerit, nisi excommunicati, vel nominatim interdicti fuerint, aut etiam publici vsurarij, sepultura Ecclesiastica non negetur.

Innocẽ. 4. Bul. 2.

Septimam partẽ iniunctæ pœnitentiæ benefactoribus redemptionis dimittit.

5 Receptores quoque Fraternitatis, & collectorum ipsorum, salvo iure dominorum suorum, sub B. Petri, & nostra protectione suscipimus: statuentes, vt si quis Fratrum ipsorum, qui ad easdem Fraternitates missi fuerint, vel collectas, in quamliber Civitatem, Castellum, vel vicum interdictum advenerint, in eorum iucundo adventu, semel aperiantur Ecclesiæ annuatim, & excõmunicatis, & nominatim interdictis eiectis, Divina Officia ibi celebrentur, vt super eleemosynis acquirendis verbũ exhortationis ad populum proponatur, salva in omnibus supradictis declaratione Concilij Generalis. *Date igitur eleemosynam, & omnia munda sint vobis: Quoniam eleemosyna à morte liberat, & ipsa est, quę purgat peccata, & facit invenire vitam æternam*: quia sicut aqua ignem ardentem extinguit, sic eleemosyna peccato resistit. Datis Anagniæ 2. Nonas Septembris, Pontificatus nostri anno 1.

Recipientesoos sub apostolica suscipit protectione.

Interdictum tollit ad redẽptionis promulgationem.

Quã grata Ecclesię Redemptio.

Luc 11. 41. Tobie 12. 9 Eccl 3. 33

Huius Bullæ meminit M. Vargas loco supra. Diversa illius transumpta authentica in generalibus Matriten. & Barchinonen. Archivis servantur, & habetur in veteri authentico Bullario, fol. 9.

ALEXANDRI IV.

CONSTITVTIO VI.

Secundo Mag. Generali Venerabili P. Fr. Guillelmo Bas.

COMPENDIVM.

Plurima, & ingentia Confratribus benefactoribus Redemptionis Privilegia, & favores concedit.

ALEXANDER EPISCOPUS, Servus servorum Dei. Venerabilibus Fratribus Archiepiscopis, Episcopis, ac dilectis filijs Abbatibus, Prioribus, Decanis, Archidiaconis, Archipresbyteris, cæterisque Ecclesiarum Rectoribus, & omnibus alijs, ad quos litteræ istæ pervenerint, salutem, & Apostolicam Benedictionem. Provt scriptura testatur, particeps mercedis efficitur, qui bonorum operum se constituit adiutorem, & vbi maiores sunt necessitates, ibi maiora suffragia debent ministrari: quia magna necessitas magnum requirit auxilium.

Edita anno 1258.

Exordiũ

1 Cùm igitur Magister, & Fratres B. MARIÆ de Mercede, aliàs S. Eulaliæ Barchinonen. Diœcesis, Ordinis S. Augustini pro Redemptione fratrum nostrorum Captivorum Christianorũ totis viribus elaborent, transeundo ad partes vltramarinas pro afflictis Captivis Christianis in manibus inimicorum Fidei Christianæ captis, & derentis: & cúm dicti Fratres pro dictis Captivis redimendis corpora sua mortis periculo subiicere non formident, videntes dictos Captivos duris, & diversis tormẽtis afflictos, & cruciatos, & cũ pro prædictis pauperibus Captivis redimendis, qui à Paganis captivantur, Altissimo permittente, ipsisque ab huiusmodi captivitate liberandis, Divino eos adiuvante auxilio, continuò totis viribus elaborent: attendentes itaque, quòd ad ea exercenda, propter diversarum onera expensarum, proprię facultates non suppetant: & ad id opus tam pium, & laudabile peragendum

Ab initiô Fratres nostri B. Mariæ de Mercede, nuncupati.

Maiorem hac dilectionem nemo habet, vt anima suam ponat quis pro amicis suis Ioan. 5. v. 13.

Ex propriis nostra Religio Captivos redimit. Memento vinctorum tamquam simul vincti. Ad Hebr. 13. Gratis nobis litteras ad eleemosynã Redemptionis Ordinis cõcedant.

eleemosynæ Fidelium sint plurimum opportunæ, Vniversitatem vestrã monemus, & per Apostolica scripta districtè præcipiendo mandamus in virtute Sanctæ Obedientiæ, quatenùs, cum Fratres dicti Ordinis B. MARIÆ de Mercede, aut eorum Nuntij ad vos accesserint, & ab ipsis fuerits requisiti, litteras vestras convocatorias, gratiosas, favorabiles, & beniguas pro petendis à Christi Fidelibus eleemosynis, & ad sustentationem præmissorum liberaliter concedatis, ad finem vt Fratrum prædictorum pro Redemptione Captivorũ iam cœpta negotia promptiùs exequantur.

Ecclesiarũ Rectoribus nos benignè recipere, & populũ convocare ad conciones Redemptionis præcipit.

2 Et vos Abbates, Priores, Decani, & alij Religiosi exempti, & non exempti, & alij Ecclesiarum Rectores, Presbyteri, Curati, & non Curati, prædictos Fratres, & eorum Nuntios in Ecclesijs, & locis vestris benignè recipiatis, & à vestris subditis recipi, & audiri faciatis, & eisdem secundum statum, & honestatem ipsorum necessaria ministretis, quia ipsi libentèr omnes ad eorum domos venièctes recipiunt, provt in multis probavimus, & experientia manifestat: & omnes, & singulos Parochianos vestros canonicè moneatis ostiatim, & nominatim convocando, & nominando sub pœna Apostolica omnibus diebus, & horis, quibus per dictos Fratres, & eorum Nuntios fuerint requisiti, ad Ecclesiam conveniant præsens mandatum Apostolicum personaliter audituri.

Hospicio liberaliter excipiantur audiãtur prædicantes, aliã tur indigentes.

Interdictũ in publicatione eleemosynæ Redemptionis tollit.

3 Inter cætera volumus, & iubemus, quód eum dicti Fratres, vel eorum Nuntij ad Ecclesias aliquas interdictas advenerint, quód illa die tantum, quantum suam quæstam fecerint, provt Sedes Apostolica eis indulsit, Ecclesiæ aperiantur, & Campanæ pulsentur, & ibidem, apertis ianuis, Divina Officia celebrentur solemnitèr, & corpora mortuorum ibidem Ecclesiasticæ tradantur sepulturæ, nisi nominatim fuerint excommunicati, vel interdicti, seu etiã publici vsurarij: ipsosque Fratres, Procuratores, vel Nuntios spectãtes, spectatione pacifica infra Missarum solemnia donec, & quousque præsens mandatum Apostolicum in locis, vbi verbum Divinum est prædicari consuetum, fuerit substantialitèr declaratum: quia isti non sunt quæstores, sed Religiosi sacrum Habitum portantes, quare ipsos præ cæteris volumus anteferri.

Nuntij Redemptionis Quæstores nõ sunt.

Plurima benefacto rum privilegia. Pro qualibet eleemosyna

4 Nos enim de Omnipotentis Dei misericordia, & Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum eius, authoritate confisi, singulis diebus pro qualibet eleemosyna vnum annum, & quadraginta dies, de iniunctis sibi pœnitentijs misericorditèr in Domino relaxamus: adhuc etiam in Dedicatione, & Statione Sanctæ Matris Ecclesiæ, & in peregrinatione Terræ Sanctæ, omnes benefactores huius pij operis facimus participes, & consortes in æternum.

mosyna Redemp. tionisfacta annum, & 40. dies Indulg. concedit.

5 Sacerdoribus veró, & Clericis, tam Religiosis, quám sæcularibus, qui huiusmodi negotium expediverint cũ effectu, manusque charitatis ad exemplum aliorum porrexerint adiutrices, quidquid de Divinis Officiis, & Horis Canonicis dicere omisserint, per gratiam Sancti Spiritus misericorditèr in Domino indulgemus.

In Sacris constitutos qui manus adiutrices Redemptioni porrigunt ab ommissis in Officij recitatione absolvit.

6 Remittimusque omnia vota, dispensando tamen cum dictis Fratribus, aut eorum Nuntijs pro Redemptione Captivorum, inspecta tamen qualitate voti, & possibilitate personæ à dictis votis totaliter absolvantur, exceptis votis Castitatis, Religionis, & Ierosolymitano.

Votorum dispensationem indulget in favorem Redemptionis.

7 Et etiam peccata venialia, & oblita, offensas parrum, & matrum sine manuum iniectione violenta, iuramenta falsa sine damno alterius, pœnitentias per impossibilitatem non factas, vsuras, rapinas, & omnia malé acquisita, nisi sciant euius sint, si mittantur huic sancto operi, sint à nobis absoluti.

Res malæ partæ cõponuntur.

8 Prætereã remittimus omnia festa Sanctorum, malé celebrata: & ad humilem supplicationem dictorũ Magistri, & Fratrum dictæ Redemptionis attendentes, provt percipimus, quod cum dicti Fideles Christiani incarcerati diebus Dominicis, & Festis quiescere deberent, dicti maledicti Sarraceni, dictos Captivos arare, fodere, & laborare faciunt, plus quam alijs diebus, & hoc pro despectu, & vituperio Nominis, & Passionis Domini nostri IESVCHRISTI, omnem offensam dierum Dominicorum, & Festivitatum annualium, misericorditèr in Domino relaxamus.

Miseri Captivi diebus festis duius affligũtur.

Quibus fractio festorum remittitur.

9 Insupér volumus, & de gratia speciali concedimus pro animarum remedio salutari, quod si quis Fidelis Catholicus aurum, vel argẽtum, aut aliud charitatis subsidiũ donaverit, vel secũdum qualitatem suã trãsmiserit, dictus benefactor possit sibi eligere Confessorem idoneum, qui authoritate nostra Apostolica ipsum absolvat, & de commissis sibi iniungar pœnitentiam salutarem, exceptis casibus, pro quibus Sedes Apostolica meritó esset consulenda: & si dictus benefactor infrá annum moriatur, dum tamen sit in statu gratiæ infra dictum terminum, seu in morte veré pœnitens, & confessus, & cor-

Facultas ad idonei Confessoris electionem.

Indulgentia plenaria in mortis articulo.

corde contritus, ab omnibus peccatis suis authoritate nostra Apostolica permaneat plenariè absolutus.

10 Inhibemus insuper sub pœna Canonica, ne quis dictis Fratribus, vel eorum Nuntijs præsens mandatum nostrum Apostolicum secum portantibus, in aliquo iniuriam præsumat. Villas autem, Castra, seu Ecclesias, in quibus fractio, seu iniuriatio facta fuerit, aut mandatum nostrum Apostolicum fuerit impeditum, seu etiam perturbatum quoquo modo, aut eorum bona detenta præter eorum voluntatem, Ecclesiastico supponimus interdicto; & illis qui laboraverint pro commodo, & vtilitate huius pij operis sit pax, & benedictio Domini nostri IESVCHRISTI, & propter hoc recipiant in hoc mundo corporibus augmentũ, & animabus vitam æternam: & in omnibus Sacrificijs, & Missis, quæ, Deo propitio fient, & celebrabũtur in toto Põtificatu Romæ, & in membris eius omnes benefactores huiusmodi Sanctæ Redemptionis volumus fieri participes, & consortes in æternum. Dat. Perusij 5. Nonas Maij, Põtificatus nostri anno 4.

Nullus Frater nostri officia tur iniurijs, neque in suo Ministerio impediatur, aliàs sit eorum locus interdictus.

De omnibus Sacrificijs, quæ in tota fiunt Ecclesia participes redit benefactores.

Hanc Bullam refert Mag. Vargas cap. 27. pag. 91. Cherub. in Bull. impresso Lugduni tom. 4. eam confirmat Calixtus III. constit. 3. & Sixtus IV. constit. 2. infra, & plures alij Pontifices. Extat in nostro Bull. antiquo.

D P à 4. die 3. Maij.

ALEXANDRO IV, qui obijt anno Domini 1261. succedit

VRBANVS IV.

Gallus ex Civitate Trecentij, Iacobus Pantaleo anteà vocatus, Patriarcha Ierosolymitanus, creatus Viterbij 4. Kalendas Septembris anno salutis 1261. Vixit annos 3. menses 1. dies 4. Creavit Cardinales 14. & ex nostro Ordine Archiepiscopum, & Episcopum infr. Obijt Perusiæ anno Domini 1264. 6. Nonas Octobris: ibidem in Ecclesia Cathedrali S. Laurentij sepultus est.

VRBANI IV.

CONSTITVTIO I.

Secundo M. Generali Venerabili Guillelmo Bas.

COMPENDIVM.

Iniuriam refert nostris Fratribus à Iudicibus laicis irrogatam. Religiosi nostri Ordinis iam professi succedere possunt in hæreditatibus, & bonis temporalibus, non minus quam si in sæculo permansissent.

VRBANVS EPISCOPVS, Servus servorum Dei. Dilectis filijs Magistro, & Fratribus Ordinis Sanctæ MARIÆ de Mercede, sub regula S. Augustini, salutem, & Apostolicam Benedictionem.

Edita an. 1262.

1 Cùm ex parte vestra propositum nobis fuerit, quod nonnulli Iudices laici, dicentes vos mundo renuntiasse, à successionibus temporalium excludere nitebantur: super quo, ne contingat domos vestras aliquod incurrere nocumentum, humiliter supplicastis, vt congruum remedium diligentiæ paternæ adhibere curaremus.

2 Nos devotionis vestræ precibus inclinati, authoritate præsentium vobis indulgemus, vt possessiones, terras, & alia bona tam mobilia, quàm immobilia, in quibus personæ Fratrum ad Monasteria vestra è sæculo fugientium, & Professionem facientium, si in sæculo permanerent, successissent, licitè possitis repetere, ac retinere, vel vendere; pretiumque in vestram vtilitatem convertere, prout melius vobis videbitur expedire.

Monachos reti nere iura sanguinis, cognationis, prio ritatis in gradu ætatis, & familia, l. vltim. §. t. c. de Episcop. & Cleric. c. 18. q. 1. c. vbi 19. q. 3 Recepta communiter imò posse succedere in maiorã ratibus nisi institutio, aut instituentis voluntas refragetur docet plurabus citatis N. Freitas in Scholiis ad hanc Bull. fol. 19.

3 Nulli ergo omninò hominum liceat hanc paginam nostræ concessionis, & declarationis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem Omnipotentis Dei, & Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum eius, se noverit incursurum. Dat. Viterbij 10. Kalendas Aprilis, Pontificatus nostri anno 1.

Extat hæc Bulla apud Cherub. in Bullar. Rom. Lugduni impresso tom. 4. in Appendice authentica, Constit. 4. & in antiquo Ordinis nostri Bullario authenticato huius Pontific. Bull. 2. fol. 18. à tergo.

Ita concessit Ordini Prædicatorũ Clem. IV. B 2. & Nicol. III. Benedictinis B 2 & Cœlest. Eugen. IV B. 7. D P à 1. die 23. Martij.

VRBANI IV.

CONSTITVTIO II.

Secundo Mag. Generali Venerabili Guillelmo Bas.

COMPENDIVM.

Eadem concedit, quæ in Bulla prima Innocentius IV. pluraque insuper Monasteria, domos, terras, possessiones, & bona proprijs expressa nominibus noviter adepta, pariter cum antiquis sub Apostolica protectione suscipit, & à decimarum solutione eximit.

VRBANVS EPISCOPVS, Servus servorum Dei. Dilectis filijs Magistro Hospitalis Sanctæ Eulaliæ, eiusque Fratribus tam præsẽtibus, quam futuris regularem vitã professis in per-

Edita ab Incarn. an. 1262. à nativ. 1263.

pe-

petuum. Religiosam vitam eligentibus Apostolicam cōvenit adesse præsidium, ne fortè cuiuslibet temeritatis incursus, aut eos à proposito revocet, aut robur (quod absit) Sacræ Religionis infringat.

Ordo noster sub Apostolica protectione suscipitur

1 Ea propter, dilecti in Domino filij, vestris iustis postulationibus libentèr annuimus, & Hospitale Sanctæ Eulaliæ Barcinonensis Diœcesis, in quo pro redimendo Captivos de manibus Paganorum Divino vacaris obsequio, ad instar fel. rec. Innocentij Pontif. IV. Prædecessoris nostri, sub B. Petri, & nostra protectione suscipimus, & præseotis scripti parrocinio communimus.

Sub regula S. Augustini perpetuo perseveret.

2 In primis siquidem statuentes, vt ordo Canonicus, qui secundum Deum, & B. Augustini regulam in eodem Hospitali institutus esse dignoscitur, perpetuis ibidem temporibus inviolabilitèr observetur.

Cōfirmat possessionem Conventuum, & bonorum specialim, & nominatim expressorum

3 Prætereà quascumquè possessiones, quæcumque bona idem Hospitale impræsentiarum iustè, & canonicè possidet, aut in futurum concessione Pontificum, largitione Regum, vel Principum, oblatione fidelium, seu alijs iustis modis, præstante Domino, poterit adipisci, firma vobis, vestrisque successoribus, & illibata permaneant: in quibus hęc proprijs duximus exprimenda vocabulis. Locum ipsum, in quo prefatum Hospitale situm est cum omnibus pertinentijs suis, Parochialem Ecclesiam S. MARIÆ in Podio. Domos terras, & vineas, quas habetis in Civitate, & Diœcesi Valētię. Domos, terras, & vineas, quas habetis in Civitate, & Diœcesi Maioricarum. Domos, terras, & vineas, quas habetis in Diœcesi Gerundensi. Domos, terras, & vineas, quas habetis in Civitate, & Diœcesi Barchinonensi. Domos, terras, & vineas, quas habetis in Villa Perpiniaoi, Elnensis Diœcesis. Domos, quas habetis in Civitate, & Diœcesi Narbonensi. Domos, quas habetis in Civitate Tarraconensi, & in territorio Guardiæ de Pratis, cum domibus, vineis, terris, & pertinentijs suis. Domos, quas habetis in Civitate, & Diœcesi Illerdensi. Domos, quas habetis in Civitate, & Diœcesi Tortosensi. Domos, & vineas, quas habetis in Civitate, & Diœcesi Cęsaraugustensi. Ecclesiam S. MARIÆ de Sarrion Domos, terras, & vineas, quas habetis in Civitate Calatayuvensi. Domos, terras, & vineas, quas habetis in Villa Danię. Domos, quas habetis in Civitate Oscensi: Ecclesiam S. MARIÆ de Rivo Arganorum, cū pertinentijs suis; Ecclesiam Sanctæ Eulaliæ, sitam in Monte Pesulano, in loco, qui Purganiel vulgariter appellatur, cum domibus, terris, vineis, possessionibus, & pertinentijs suis. Ecclesiam S. Thomæ, sitam in Civitate Tortosensi, cum omnibus pertinentijs suis. Ecclesiam S. Eulaliæ, sitam in Civitate Hispalensi, cum terris, vineis, & omnibus Olivetis, & omnibus pertinentijs suis. Ecclesiam S. Eulaliæ in Civitate Cordubensi, cum domibus, terris, vineis, & omnibus pertinentijs suis. Ecclesiam S. MARIÆ de Olivario, cum domibus, terris, vineis, possessionibus, & omnibus pertineotijs suis. Ecclesiam Sancti Michaelis de Monte, cū terris, vineis, possessionibus, & omnibus pertinentijs suis. Ecclesiam Sanctæ MARIÆ, sitā in Civitate Barchinonensi, cum omnibus pertinentijs suis. Ecclesiam S. Dominici, sitam in Civitate Valentina, cum omnibus pertinentijs suis. Domos, terras, & vineas, quas in Civitate Tolosensi, & in Castro, quod Altaripa dicitur obtinetis. Domos, quas in Carcasonensi habetis Civitate. Domos, terras, vineas, & possessiones, quas in Civitate Oscensi, & in Villa, quæ Sessa dicitur, obtinetis. Domos, terras, vineas, possessiones, quas in Castris, & Villis, quæ Burriana, Xariva, Algar, Rafalinarca, Rafalcet, Gandia, Consentaoea, Segorb, Mula, Arriona, Almaza, & Beter vulgariter appellantur. Domos, terras, & vineas, quas habetis in Civitate Conchensi. Domos, terras, vineas, & molendioa, cum aquarum decursibus, & omoibus pertinentijs eorundem, quæ habetis in Villa, quæ dicitur Sarrio. Terras, & vineas, quas habetis in Civitate Illerdensi. Domos, terras, vineas, & possessiones, quas habetis in Villis, quæ Teruel, & Daroca dicuntur. Ecclesiam Sancti Bartholomęi, quam habetis in Villa, quæ dicitur Castellio de Ampurias, cuoi domibus, terris, vineis, & pertinentijs suis. Domos, quas habetis in Civitate Vicensi. Domos, terras, & vineas, quas in Villa, quæ Mombagha dicirur obtinetis, cum pratis, terris, vineis, nemoribus, vsuagijs, & pasquis in bosco, & plano, in aquis, & moleodinis, in vijs, & semitis, & omnibus alijs libertatibus, & immunitatibus suis.

Decimas solvere nō tenemur.

4 Sanè novalium vestrorum, quæ proprijs manibus, aut sumptibus colitis, de quibus aliquis hactenùs, non percepit, sive de vestrorum animalium nutrimentis nullus à vobis decimas exigere, aut extorquere præsumat.

Ad nostrū habitum venientes possimus recipere.

5 Liceat quoque vobis Clericos, vel Laicos liberos, & absolutos, à sæculo fugientes ad conversionem recipere, & eos absque contradictione aliqua retinere.

Ad alium Ordinem transire

6 Prohibemus insupèr, vt nulli Fratrum vestrorum, post factam in Capitulo,

prohibetur.

lo vestro professionem fas sit, sine Magistri sui licentia, de eodem loco, nisi arctioris Religionis obtentu, discedere: discedentem vero absque communi litterarum vestrarum cautione, nullus audeat retinere.

Tempore Interdicti ianuis clausis celebrare possimus.

7 Cùm autem generale interdictum terræ fuerit, liceat vobis, clausis ianuis, interdictis, & excommunicatis exclusis, non pulsatis Campanis, suppressa voce Divina Officia celebrare, dummodò causam non dederitis Interdicto.

Oleum, & Chrisma à Diœcesanis nobis impêdatur.

8 Chrisma verò, Oleum Sanctum, Cõsecrationes Altarium, seu Basilicarũ, Ordinationes eorum, qui ad Ordines fuerint promovendi à Diœcesanis suscipietis Episcopis, si Catholici fuerint, & gratiam, & communionem Sacrosanctæ Romanæ Ecclesiæ habuerint, & ea voluerint sine pravitate aliqua exhibere.

Nullus Oratoriũ, aut Capellam intra fines Parochię nostrę erigere valeat.

9 Prohibemus insupèr, vt infra fines Parochiæ vestræ nullus, sine assensu Diœcesanorum Episcoporum, & vestro, Capellam, seu Oratorium de novo construere audeat, salvis Privilegijs Pontificum Romanorum.

10 Ad hæc novas, & indebitas exactiones ab Archiepiscopis, Episcopis, Archidiaconis, Decanis, alijsque omnibus Ecclesiasticis, secularibusvè personis à vobis omninò fieri prohibemus.

Volentes sepeliri in nostris Ecclesijs nullus prohibeat.

11 Sepulturam quoque ipsius loci liberam esse decernimus, vt eorum devotioni, vel extremæ voluntati, qui se illìc sepeliri deliberaverint, nisi fortè excommunicati, vel interdicti sint, aut etiam publici vsurarij, nullus obsistat, salva tamen iustitia illarum Ecclesiarum, à quibus mortuorum corpora assumuntur.

Decimas repetere à nostris debitoribus possimus.

12 Decimas prætereà, & possessiones ad Ius Ecclesiarum vestrarũ spectantes, quæ à laicis retinentur, redimendi, & legitimè liberãdi de manibus eorum libera sit vobis de nostra authoritate facultas.

Decedente Magistro, nullus nisi electus à Fratribus Officium assumat.

13 Obeunte verò re nunc eiusdem loci Magistro, vel tuorum quolibet successorum, nullus ibi, qualibet subreptionis astutia, seu violentia præponatur, nisi quem Fratres communi consensu, vel Fratrum maior pars consilij sanioris, secundum Deum, & B. Augustini regulam, providerint eligendum.

Nullus violentiã nobis, aut nostris rebus inferre audeat.

14 Paci quoque, & tranquillitati vestræ paterna solicitudine in posterum providere volentes, authoritate Apostolica prohibemus, vt infra clausuras locorum, seu grangiarum vestrarum nullus rapinam, seu furtum facere, ignem apponere, sanguinem fundere, hominem temerè capere, vel interficere, seu violentiam audeat exercere.

Pontificũ, & Regum nobis cõcessa confirmat Privilegia.

15 Prætereà omnes libertates, & Immunitates, à Prædecessoribus nostris Romanis Pontificibus Hospitali vestro concessas, nec non libertates, & exemptiones secularium exactionum, à Regibus, & Principibus, vel alijs fidelibus rationabiliter vobis indultas authoritate Apostolica confirmamus, & præsentis scripti privilegio communimus.

Rebus, & possessionibus nostris firmitatẽ adauget.

16 Decernimus ergo, vt nulli omninò hominum liceat, præfatum Hospitale temerè perturbare, aut eius possessiones auferre, vel ablatas retinere, minuere, seu quibuslibet prætextibus, & rationibus fatigare; sed omnia integra conserventur, eorum, pro quorum gubernatione concessa sunt, vsibus omnimodis profutura, salva Sedis Apostolicæ authoritate, & Diœcesanorum Episcoporum canonica iurisdictione.

Pœnas in adversantes huic constitutioni statuit.

17 Siqua igitur in futurum Ecclesiastica, sive secularis persona hanc nostrę Constitutionis paginam, sciens contra eam temerè venire tentaverit, secũdò, tertiòve commonita, nisi reatum suum congrua satisfactione correxerit, potestatis, honorisque sui dignitate careat, reamque se divino iudicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat; & à SS. Corpore, & Sanguine Dei, & Domini Redemptoris nostri IESV-CHRISTI aliena fiat, atque in extremo examine districtæ subiaceat vltioni; cunctis autem eidem loco sua iura servantibus sit pax Domini Nostri IESV-CHRISTI; quatenùs, & hìc fructum bonæ actionis percipiant, & apud districtum Iudicem præmia æternæ pacis inveniant. Amen. Dat. apud Vrbem Veterem per manum Magistri Michaelis de Tolosa S.R.E. Vice-Cancellarij quinto decimo Kalendas Februarij, Indictione sexta, Incarnationis Dominicę, anno millesimo, ducentesimo sexagesimo secũdo. Pontif. verò Domini Vrbani Pontif. IV. anno secundo.

Bullam istam autenthicavit Callixtus infr. Constit. Incip. Ex Apostolica Sedis, & de illa facit mentionem Clem. IV. Constit. 2. Habetur in vetteri Bull.

VRBANI IV.

CONSTITVTIO III.

Secundo Magistro Generali Venerabili Guillelmo Bas.

Confirmat omnia Privilegia Ordini nostro à suis Prædecessoribus, Regibus, & Principibus concessa.

Plures Gratias, & Indulgentias laicis, Habitum nostrum in sæculo gestan-

stanribus, & cum eo morienribus, vel in mortis articulo saltem dictum Habirum petendi intentionem habentibus, noviter elargirur.

Edita die 25. Martij 1265.

Daris Viterbij octavo Kalend. Aprilis, Pontificatus sui, anno secundo.

Bulla huius non reperitur exemplar, de ea tamen mentionem faciunt M. Generalis Fr. Natalis Gaver, in Comp. Bullar. ad tempus huius Pontificis, Iacobus Tenza in Compend. Indulg. cap. 2. fol. 33. M. Fr. Petrus Cyar Cesaraugustanus, & eiusdem Conventus filius acutissimus Theologia, & acuratissimus historia scriptor. in explicat. Conc. 3.

V. D. Fr. Sanctius ab Aragonia Archiepiscopus Toletanus.

CReavit ex nostro Ordine ad annum 1262. Archiepiscopum Toletanum D. Fr. Sanctium ab Aragonia Iacobi Regis Fundatoris nostri filium, & Habiru Cæsaraugustanum; cui, quia tunc vigesimum non excesserat annum, Adiutorē adhibuir ex nostro item Ordine S. Petrum Paschasium, quem Granatensis Ecclesię in titulo Episcopum creavit: ipse vero Sanctius ad annum 1268. Sacerdos consecratus Archiepiscopale munus obivit, interim SS. Coadiutor Petrus Paschasius Gienensi Ecclesię in proprietate præficitur: *De his plura sup.*

S. Petrus Paschasius Episcopus Granaten. & Gienen.

VRBANO IV. qui obijt anno 1264. succedit

CLEMENS IV.

Guido Grossus anteà vocatus, Episcopus Sabinus Patre Fulgodio, in Galliæ Narbonensis vico S. Ægidij ortus ad Rhodani ripam. Creatus Perusij Nonis Febr. anno salutis 1265. Coronatus Viterbij 8. Kalend. Martij. Creavit Cardinalem vnum. Sedit annos 3. menses 9. dies 25. Obijt Viterbij anno 1268. 3. Kalend. Decembris, & sepultus est in Ecclesia S. Mariæ ad gradus.

CLEMENTIS IV.

CONSTITVTIO I.

Secundò Magistro Generali Venerabili Guillelmo Bas.

REligione nostra, eiusque Divino Instituro mulris laudibus comendaris, Prædecessorum vestigijs insistendo, multa Privilegia, & Grarias benefactoribus Ordinis nostri, ad Magistri Generalis supplicationem indulget.

Concedit his, qui de suis facultatibus Fratribus nostris pia dona contulerint, vt possint eligere Confessarium idoneum, qui eos corde contritos, & ore confessos authoritate Apostolica ab omnibus peccaris suis semel in vita, & in mortis articulo quoties contriti fuerint, absolvat.

Sic hæc eleemosyna pro animabus patris, & matris oblata fuerit, relaxat omnem pœnam, quam post lucem huius sæculi pro peccatis parerentur. Dar. Viterbij Nonis Augusti, Pontificatus, sui anno primo.

5. Augusti an. 1265.

Hanc Bullam sic summatim refert Magister Vargas tom. 1. Chronice, lib. 1. cap. 28. fol. 95.

CLEMENTIS IV.

CONSTITVTIO II.

Secundo Magistro Generali Venerabili Guillelmo Bas.

COMPENDIVM.

Nostris Confratribus manus adiutrices porrigentibus, septimam pœnitentia partem indulget, & in Ecclesijs, ad quas pertinent, si interdicta sint, sepulturam. Redemptionis Ministrorum receptores Apostolico fovet patrocinio: in illorum adventu, vt Divina peragantur Officia, & Indulgentiarum publicatio, concioque habeatur ad populum, semel annuatim interdicta Templa reserari concedit.

Edita an. 1267.

CLEMENS EPISCOPVS, Servus servorum Dei. Vniversis Christi fidelibus, ad quos litteræ istæ pervenerint, Salutem, & Apostolicam benedictionem.

1 Si, iuxta sententiam sapientis inter tempus seminandi discernimus, & metendi, seminare debemus in terris, quod cum multiplicato fructu recolligere debeamus in Cœlis, facientes nobis de mãmona iniquitatis amicos, qui, cū defecerimus, in æterna tabernacula nos admittant: Sic enim thesaurizamus nobis thesauros in Cœlis, vbi fures non effodiunt, nec furantur: Sic terrena in Cœlestia, & transitoria in æterna fœlici commercio commutamus.

Luc. ca. 16. v. 9.

Luc. ca. 12. v. 33. Matth. ca. 6. v. 20.

2 Licèt autem indigentibus vniversis aperire teneamur viscera charitatis, illis tamen specialiùs, & abundantiùs quodammodo debemus liberalitatis gratiam exhibere, qui, cum sint pauperes spiritu, spontè subeunt onera paupertatis, vt pauperibus possint copiosiùs subvenire, dum tamquam nihil habentes, & omnia possidentes, volunt penuriam pati, & abundantiam habere. Vnde dum abundant pauperibus sibi egent,

Fratres nostri spontanea egestatis patiūtur incommoda vt inopum cōmoditati provideant.

egent, & in se aliurum egestatem assumunt, vt ex indigentia liberalius ministrent hospitibus, & egenis.

3 Hoc verò, quamvis multi laudabiliter exequantur, illi tamen student laudabiliùs adimplere, qui hospitalitati vacantes, non solùm suscipiunt hospites, sed & trahunt illud propheticum exequentes: *Frange esurienti panē tuum, & egenos, vagosque induc in domum tuā, Cum videris nudum, operi eum, & carnem tuam ne despexeris.* Hi enim cum pascunt esurientes, sitientes potant, colligunt hospites, nudos vestiunt, & non solùm infirmos visitāt, sed eorū in se infirmitates assumunt, ministrant in carcere positis, & quibus in infirmitate participant, communicant in sepultura defunctis, illa omnia exequuntur, propter quæ Dominus in vltimo districtionis examine remuneraturum se bonos, & malos asserit puniturum.

Isai.ca.58. v.7.

Septēplicis corporalis misericordię exercitatio.

Matth.25.

4 Cùm igitur dilecti filij Magister, & Fratres Hospitalis Sāctę Eulalię Barchinon. Ordinis Sancti Augustini, in quo pro Redimendis Captivis de manibus Paganorum Divinis vacant obsequiis, ad hoc totis vitibus, elaborent, vt vndique confluentium egenorum, pariter, & ægrorum necessitatibus se exponant, monemus Vniversitatem vestram, & hortamur in Domino, ac in remissionem vobis iniungimus peccatorum, quatenùs, vt coöperatores sitis operum pietatis, accedentes ad vos eorum Nuntios, dummodò non sint Quęstuarij, in Ecclesijs vestris benignè recipere, ad indulgentias sibi concessas à Sede Apostolica exponendas, curetis, eisdem subsidia, & pias eleemosynas conferentes, vt, quod paupetibus contuleritis per manus eorum in terris, vobis per manum pauperum thesautizetis in Cœlis, cum Apostolo sentientes: *Quoniam qui parce seminat, parce & metet: & qui seminat in benedictionibus, de benedictionibus & metet, vitam ęternam.*

Hortatur fideles ad eleemosynā redēptionis.

Nos recipiad indulgētias publicandas iubet.

Ad Cor.2. c.9. v.6.

5 Nos enim de Omniporentis Dei misericordia, & Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum eius, & ea, quam nobis Dominus indulsit, potestate confisi, omnibus, qui de facultatibus suis congruè ipsis subvenerint, & in tam sancta Fraternitate statuerint se Collegas, eisque beneficia porrexerint annuatim, dummodò de peccatis suis verè contriti fuerint, & confessi, ad instar fœlicis recordationis Innocentij, Alexandri, & Vrbani Prędecessorum nostrorum Romanorum Pontificum, septimam partem iniunctę pœnitentię relaxamus: authoritate Apostolica statuentes, vt his, qui eorum Fraternitatem assumpserint, si Ecclesiæ, ad quas pertinent, fuerint interdictę, ipsosque mori contigerit, nisi excommunicati, vel nominatim interdicti fuerint, aut etiam publici vsurarij, sepultura Ecclesiastica non negetur.

Septimam pœnitentiæ partē Cōfratribus, & Redemptioni succurrentibus concedit.

Possint Cōfratres tempore interdicti in nostris Ecclesiis sepeliri.

6 Receptores quoque Fraternitatis, & collectorum ipsorum, salvò iure dominorum suorum, sub Beati Petri, & nostra protectione suscipimus: statuentes, vt si qui Fratrum ipsorum, qui ad easdem Fraternitates missi fuerint, vel collectas, in quamlibet Civitatem, Castellum, vel Vicum interdictum advenerint, in eorum iucundo adventu semel aperiantur Ecclesię, atque exclusis excommunicatis, & nominatim interdictis eiectis, Divina ibi Officia celebrentur, vt verbo Divino per locorum Diœcesanos, aut ipsarum Ecclesiarum Rectores, vel eosdem Fratres, dummodò idonei, & bonę opinionis existant, prędicta indulgentia exponatur, salva in omnibus supradictis declaratione Concilij Generalis: *Date igitur eleemosynam, vt omnia munda sint vobis: quoniam eleemosyna à morte liberat, & illa est quę purgat peccata, & facit invenire vitam ęternam.: quia sicut aqua extinguit ignem ardentem, sic eleemosyna peccato resistit.* Dat. Viterbij 3. Nonas Novembris, Pontificatus nostri anno 3.

Recipientes nos sub Apostolica protectione suscipit, & in adventu publicatio nis eleemosynæ Redemptionis interdictum suspendit.

Luc. c. 11. v.41. Tobiæ c. 12 v.9. Eccl c.3. v.33.

Bullę istius meminit Mag. Vargas supra pag. 96. & habetur authentica in transumpto apud Archivum Matritense, necnon in antiquo Bull. fol. 23. eam authenticavit Martinus V. & alij Successores, prout infrà.

CLEMENTIS IV.

CONSTITVTIO III.

Secundo Mag. Generali Venerabili P. Fr. Guillelmo Bas.

COMPENDIVM.

Ad instar Innocentij IV. Bulla prima, & Vrbani IV. Bulla 2. Ordinem nostrum sub Apostolica protectione suscipit: Denuò concedit omnia indulta, immunitates, & gratias in dictis Diplomatibus contenta: Antiqua, recentiaque Cœnobia, domos, terras, possessiones, & bona, proprys enunntiata vocabulis, similiter confirmat, Pontificumque, & Regum sua authoritate munit Privilegia.

CLEMENS EPISCOPVS, Servus servorum Dei. Dilectis filijs Magistro Hospitalis S. Eulaliæ, eiusque Fratribus tam præsentibus, quàm futuris regularem vitam professis in perpetuum. Religiosam vitam eligentibus Apostolicum convenit adesse præsidium

Edita à In carnatione 1267. Nativit. 1268.

Exordium

sidium, ne fortè cuiuslibet temeritatis incursus, aut eos à proposito revocet, aut robur (quod absit) Sacrę Religionis infringat.

1 Ea propter, dilecti in Domino filij, vestris iustis postulationibus clementer annuimus, & Hospitale Sanctæ Eulaliæ Barchinonen. Diœcesis, in quo pro redimendis Captivis de manibus Paganorum, Divino vacatis obsequio, ad instar fœl. rec. Innocentij IV. & Vrbani IV. Romanorum Pontificum Prędecessorum nostrorum, sub B. Petri, & nostra protectione suscipimus, & præsentis scripti Privilegio communimus.

Nostra Religio sub Apostolico patrocinio suscipitur

2 In primis siquidem statuentes, vt ordo Canonicus, qui secundum Deum, & B. Augustini regulam in eodem Hospitali institutus esse dignoscitur, perpetuis ibidem temporibus inviolabiliter observetur.

B. Augustini Regulam observet.

3 Præterea quascumque possessiones, quæcumque bona idem Hospitale impræsentiarum iustè, ac canonicè possider, aut in futurum concessione Pontificum, largitione Regum, vel Principum, oblatione Fidelium, seu alijs iustis modis, præstante Domino, poterit adipisci, firma vobis, vestrisque successoribus, & illibata permaneant, in quibus hæc proprijs duximus exprimenda vocabulis. Locum Ipsum, in quo præfatum Hospitale situm est, cum omnibus pertinentijs suis. Parochialem Ecclesiam Sanctę MARIÆ in Podio. Domos, terras, & vineas, quas habetis in Civitate, & Diœcesi Valentina. Domos, terras, & vineas, quas habetis in Civitate, & Diœcesi Maioricarum. Domos, terras, & vineas, quas habetis in Diœcesi Gerundensi. Domos, terras, & vineas, quas habetis in Civitate, & Diœcesi Barchinonen. Domos, & terras, quas habetis in Villa Perpiniani, Elnensis Diœcesis. Domos quas habetis in Civitate, & Diœcesi Narbonensi. Domos, quas habetis in Civitate Tarraconensi, & in territorio Guardię de Pratis, Tarraconensis Diœcesis, & Ecclesiam Sanctę MARIÆ de Pratis, cum domibus, vineis, & pertinentijs suis. Domos, quas habetis in Civitate, & Diœcesi Illerdensi. Domos, quas habetis in Civitate, & Diœcesi Tortosensi. Ecclesiam Sanctæ MARIÆ de Olivat, Cęsaraugustanensis Diœcesis, cum terris, domibus, vineis, & omnibus pertinentijs suis: & domos, & vineas, quas habetis in Civitate, & Diœcesi Cęsaraugustensi. Ecclesiam Sãctę MARIÆ de Sarrion. Domos, terras, & vineas, quas habetis in Calatayud. Domos, terras, & vineas, quas habetis in Villa Daniæ, in Civitate Oscensi. Ecclesiam Sanctę MARIÆ cum Hospitali, domibus, terris, vineis, & omnibus pertinentijs suis; & domos, quas habetis ibidem in Diœcesi Oscensi: Ecclesiam Sanctę MARIÆ de Mon-Florir, cum terris, vineis, domibus, & cæteris pertinentijs suis. Ecclesiam Sanctę MARIÆ de Rivo Arganorum, cum omnibus pertinentijs suis. Ecclesiam Sanctę Eulaliæ sitam in Monte Pesulano in loco, qui Purganiel vulgariter appellatur, cum domibus, terris, vineis, possessionibus, & omnibus pertinentijs suis. Ecclesiam Sancti Thomæ sitam in Civitate Tortosensi, cum omnibus pertinentijs suis. Ecclesiam Sanctę Eulaliæ sitam in Civitate Hispalensi, cum terris, & vineis, omnibus olivetis, & omnibus pertinentijs suis. Domũ Sanctæ Eulalię in Civitate Cordubensi, cum domibus, terris, vineis, & omnibus pertinentijs suis. Ecclesiam Sanctę MARIÆ de Olivario, cum domibus, terris, vineis, possessionibus, & omnibus pertinentijs suis. Ecclesiam Sãcti Michaelis de Mõte, cum terris, vineis, possessionibus, & omnibus pertinentijs suis. Ecclesiam S. MARIÆ sitam in Civitate Barcinonen. cum omnibus pertinentijs suis. Ecclesiam Sancti Dominici sitam in Civitate Valentina, cum omnibus pertinentijs suis. Domos, terras, & vineas, & possessiones, quas in Civitate Tolosana, & in Castro, quod Altatipa dicitur, obtinetis. Ecclesiam Sanctæ Eulaliæ sitam extra muros Civitatis eiusdem, cum domibus, terris, vineis, possessionibus, & omnibus pertinentijs suis. In Diœcesi Cartaginẽsi Sanctę Eulalię de Murcia, & Sanctę Eulalię de Lorca. Ecclesias, cum domibus, terris, vineis, & possessionibus, & omnibus pertinentijs earumdem. Ecclesiam Sanctæ Eulalię sitam in Diœcesi Cęsaranensi, propè muros Villafrancæ, cum domibus, vineis, terris, possessionibos, & omnibus pertinentijs suis. Domos, quas in Carcasonensi Civitate habetis. Domos, terras, vineas, & possessiones, quas in Civitate Oscensi, & Villa, quę Sessa dicitur, obtinetis. Domos, terras, vineas, & possessiones, quas in Castris, & Villis, quę Burriana, Xativa, Algar, Rasalinarca, Rafalcet, Gandia, Consentanea, Segorb, Mula, Artiona, Hanaca, & Veter vulgaritér appellantur. Domos, terras, & vineas, quas habetis in Civitate Cõchensi. Domos, terras, vineas, & molendina, cum aquarum decursibus, & omnibus pertinentijs eorumdem, quæ habetis in Villa, quę dicitur Sarrion. Terras, & vineas, quas habetis in Civitate Illerdensi. Terras, vineas, & possessiones, quas habetis in Villis, quæ Teruel, & Daroca dicuntur. Ecclesiã Sãcti Bartholomæi, quam habetis in Villa, quę dicitur Castellio de Empurijs, cum domibus, terris, vineis,

Conventuum Ecclesiarum ac possessionum totius Ordinis proprijs expressarum nominibus cõfirmat obtẽtionem.

Pleraque Ordinis nostri Cœnobia ex Decreto Congregationis habitæ sub P. N. S. Petro Nolasco die 1. Maij ann. 1235. & 1244 Barchinone Titulo S. Eulaliæ fuerũt insignita, in honorem eiusdem Virginis, cuius in Ecclesia Religio nostra fundata est.

neis, & omnibus pertinentijs suis. Domos, quas habetis in Civitate Vicensi. Domos, terras, & vineas, quas in Villa, quæ dicitur Mombagha obtinetis, cum pratis, terris, vineis, nemoribus, vsuagijs, & pascuis in bosco, & plano, in aquis, & molendinis, in vijs, & semitis, & omnibus alijs libertatibus, & immunitatibus suis.

Exemptio à decimis.

4 Sané novalium vestrorum, quæ proprijs manibus, aut sumptibus colitis, de quibus aliquis hactenús non percepit, sive de vestrorum animalium nutrimentis nullus à vobis decimas exigere, vel extorquere præsumat.

Facultas admitten di ad nostrum Ordinem.

5 Liceat quoque vobis Clericos, vel laicos liberos, & absolutos, à sæculo fugientes ad cōversionem recipere, & eos absque contradictione aliqua retinere.

Prohibetur exitus à nostra Religione.

6 Prohibemus insupér, vt nulli Fratrum vestrorum, post factā in Hospitali vestro professionem, fas sit, sine Magistri sui licentia de eodem loco, nisi arctioris Religionis obtentu, discedere; discedentem veró absque cōmuni litterarum vestrarum cautione nullus audeat retinere.

Facultas celebrādi tempore interdicti.

7 Cúm autem generale interdictum terræ fuerit, liceat vobis, clausis ianuis, interdictis, & excommunicatis exclusis, non pulsatis Campanis, suppressa voce Divina Officia celebrare, dummodó causam non dederitis interdicto.

Quæ nobis Diœcesani tenētur conferre.

8 Chrisma veró, oleum Sanctum, Consecrationes Altarium, seu Basilicarum, & ordinationes Clericorum, qui ad Ordines fuerint promovēdi, á Diœcesano suscipietis Episcopo, siquidem Catholicus fuerit, gratiam, & communionem Sacrosanctæ Romanę Sedis habuerit, & ea vobis voluerit, sine pravitate aliqua exhibere.

Intra nostri Ordinis Templorum fines nulla alia ædificanda.

9 Prohibemus insupér, vt infrá fines Parochiæ vestræ nullus, sine assensu Diœcesani Episcopi, & vestro, Capellam, seu Oratorium construere audeat, salvis Privilegijs Romanorū Pōtificum.

Exemptio à novis exactionibus.

10 Ad hæc novas, & indebitas exactiones ab Archiepiscopis, Episcopis, Archidiaconis, seu Decanis, alijsque Ecclesiasticis, sæcularibusvé personis à vobis omninò fieri prohibemus.

Facultas sepeliēdi Fideles.

11 Sepulturam quoque ipsius loci liberam esse decernimus, vt eorum devotioni, & extremæ voluntari, qui se illic sepeliri deliveraverint, nisi forté excommunicari, vel interdicti sint, aut etiam publici vsurarij, nullus obsistat, salva tamen iustitia illarum Ecclesiarum, à quibus mortuorum corpora assumuntur.

Decimæ, & possessiones Ecclesiarum nostrarū à sæcularibus revocandæ.

12 Decimas prætereá, & possessiones ad ius Ecclesiarum vestrarum spectantes, quæ à laicis detinentur, redimendi, & legitimé liberandi de manibus eorum, & ad Ecclesias, ad quas pertinent, revocandi libera sit vobis de nostra authoritate facultas.

Ad nos spectat Magistri Generalis creatio.

13 Obeunte veró te nunc eiusdem loci Magistro, vel tuorum quolibet successorum, nullus inibi qualibet subreptionis astutia, seu violentia præponatur, nisi quem Fratres communi consensu, vel Fratrum maior pars consilij sanioris secundum Deum, & B. Augustini regulam providerint eligendum.

Locorum nostrorū interdicitur pertur batio, & conceditur immunitas.

14 Paci quoque, & tranquilitati vestræ paterna in posterum solicitudine providere volentes, authoritate Apostolica providemus, vt infrá clausuras locorum, seu grangiarum vestrarum, nullus rapinam, seu furtum facere, ignem apponere, sanguinem fundere, hominem temeré capere, vel interficere, seu violentiam audeat exercere.

Privilegia confirmātur.

15 Prætereá omnes libertates, & immunitates, à Prædecessoribus nostris Romanis Pontificibus Hospitali vestro concessas, nec non libertates, & exemptiones sæcularium exactionum, à Regibus, & Principibus, vel alijs fidelibus rationabilitér vobis indultas authoritate Apostolica confirmamus, & præsentis scripti Privilegio communimus.

Prohibetur corū transgressio.

16 Decernimus ergo, vt nulli omninó hominum liceat, præfatum Hospitale temeré perturbare, aut eius possessiones auferre, vel ablatas retinere, minuere, seu quibuslibet vexationibus fatigare: sed omnia integra conservētur, eorum, pro quorum gubernatione, & sustentatione concessa sunt, vsibus omnimodis profutura, salva Sedis Apostolicæ authoritate, & Diœcesanorū Episcoporum canonica iustitia.

Pœna iis transgressores, & benedictio in fautores huius constitutionis.

17 Siqua igitur in futurum Ecclesiastica, sæcularisvé persona hanc nostræ Constitutionis paginam sciens cōtra eam temeré venire tentaverit, secundó, tertióve commonita, nisi reatum suum congrua satisfactione correxerit, potestatis, honorisque sui dignitate careat, reamque se Divino iudicio existere de patrata iniquitate cognoscat, & à Sacrarissimo Corpore, & Sanguine Dei, & Domini Redemptoris N. IESVCHRISTI aliena fiat, atque in extremo examine districtæ subiaceat vltioni; cunctis autem eidem loco sua iura servantibus sit pax Domini N. IESVCHRISTI, quatenús, & hic fructum bonæ actionis percipiant, & apud districtum Iudicem præmia æternæ pacis inveniant. Amen. Amen.

Ego Clemens Catholicę Ecclesię Episcopus.

Ego Simon Tit. S. Martini Presbyter Cardinalis.

Ego Ancherus Tit. S. Praxedis Presbyter Cardinalis.

Ego Fr. Guido Tit. S. Laurentij in Lucina Presbyter Cardinalis.
Ego Guillelmus Marci Presbyter Cardinalis.
Ego Otto Tusculanus Episcopus.
Ego Stephanus Pranestinus Episcopus.
Ego Fr. Ioannes Portuensis, & S. Rufina Episcopus.
Ego Enricus Ostiensis, & Velitrensis Episcopus.
Ego Ricardus S. Angeli Diacon. Cardinalis.
Ego Octavianus S. Maria in Via Lata Diacon. Cardinalis.
Ego Ioannes S. Nicolai in Carcere Tul. Diac. Cardinalis.
Ego Iacobus S. Maria in Cosmedin Diac. Cardinalis.
Ego Gothifredus S. Georgij ad Vel. Aur. Diac. Cardinalis.
Ego Vmbertus S. Eustachi Diacon. Cardinalis.

Dat. Viterbij per manum Magistri Michaelis de Tolosa Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Vice-Cancellarij, tertio Idus Ianuarij, Indictione 11. Incarnationis Dominicæ anno 1267. Pontificatus verò Domini Clementis Papæ IV. anno 3.

D. P. à 3. die 11 Ianuarij.

Bulla huius mentionem facit Mag. Vargas suprà ad ann. 1267. pag. 95. cuius originale extat in Archivo Generali Conventus Barchinonen: & transumpta eiusdem authentica invenies in Generali Archivo nostro Matritensi, quam & continet vetus authenticatum Bullarium Ordinis nostri B. 11. huius Pontif. fol. 20. à tergo.

CLEMENTI IV. qui obijt anno salutis 1268. succedit

GREGORIVS X.

Ex Civitate Placentiæ, Theobaldus Vice-Comes anteà vocatus, Archidiaconus Leodiensis. Creatus Viterbij Kalendis Septembris, anno Domini 1271. Coronatus Romæ 6. Idus Aprilis 1272. Sedit in Petri Cathedra annos 4. menses 4. dies 10. Creavit Cardinales 7. & ex nostro Ordine Archiepiscopum, & Episcopum. Obijt Aretij Etruriæ 3. Idus Ianuarij anno salutis 1276.

GREGORII X.

CONSTITVTIO I.

Quarto Mag. Generali Venerabili Fr. Petro Amerio.

Confirmat omnia Privilegia, gratias, & indulgentias, quæ sui Prædecessores Ordini nostro concesserant, & speciatim de non solvendis Decimis, de libera motuorum in nostris Ecclesijs sepultura, nec non de Magistri Generali successione provt Prędecessores ordinaverant, decreverantque constituit.

Datis apud Vrbem Veterem 12. Kalendas Iunij, Pontific. anno 2.

D. P. à 21. die 21. Maij à D. 1273.

Huius Bullę faciunt mentionem XX. Magister Generalis Fr. Natalis Gaver in Compend. Bullar. & Mag. Fr. Petrus Cijary ad finem.

GREGORII X.

CONSTITVTIO II.

Quarto Mag. Generali Venerabili Fr. Petro Amerio.

COMPENDIVM.

Comissarium instituit S. Raymundum Peñafort Confundatorem nostrum super lite orta inter Fratres Minores S. Francisci, & nostros Conventuum Tarraconen. Vrbis; vt nobis auditis, iudicet, an erectio Conventus nostri impedienda esset theuore Bullę, in favorem Minorum ab Alexandro Prædecessore expeditę, ne Ordo aliquis Conventum erigeret infrà spatium trecentarum canarum à Conventu Sancti Francisci.

GREGORIVS EPISCOPVS, Servus servorum Dei. Dilecto filio Frarri Raymundo de Peñaforti Ordinis Prædicatorum Capellano nostro salutem, & Apostolicam Benedictionem.

Edita an. 1274.

1 Sua nobis Magister, & Fratres Domus Sanctæ Eulaliæ Barchinonen. Ordinis Sancti Augustini, & Mercedis Captivorum petitione monstrarunt, quod ipsi dudum in domibus suis, quas ipsi in Civitate Tarraconen. à longis retroactis temporibus obtinebant, Oratorium in honore, aut vocabulo ipsius Sanctæ, provt ex facultate concessa ipsis ab Apostolica Sede licebat, de assensu bonæ memoriæ Tarraconen. Archiepiscopi construxerunt.

Cõventus nostri Tarraconen. Canonica erectio.

2 Verùm Guardianus, & Fratres Minores Tarraconen. asserentes, quod fœlicis recordarionis Alexander Papa Prædecessor noster, ad instantiam Fratrum Minorum de Cathalonia, Vicensi, & Gerundensi Episcopis suis dederat litteris in mandatis, vt nullum Religionis Monasterium, seu Oratorium Religiosarum personarũ de novo ædificari, vel construi, aut Ecclesiam ædificatam inibi in Religiosum locum, vel regularem domum transferri permitte-

Minores Oratoriũ nostrum destruere tentant.

mitterent infrà spatium trecentarum cannarum, circa omnes fines locis prædictorum Fratrum Minorum cōtiguos, & vicinos, cōtradictores per Censuram Ecclesiasticam compescendo; & quod iidem Magister, & Fratres huiusmodi Oratorium infrà prædictum spatium loco eorum vicinum construxerant, eosdem Magistrum, & Fratres petendo Oratorium destrui supradictum, coram eodem Vicensi Episcopo, provt ex forma litterarum ipsarum, id se posse dicebant, traxerunt in causam.

Exceptio in favorē nostri Cōventus.

3 Ex parte vero prædictorum Magistri, & Fratrum fuit coram eodem Vicensi Episcopo, & excipiendo propositum, quod, cum ipsi præfatum Oratorium ante impetrationem prædictarum litterarum, ad eosdem Episcopos obtentarum, ex concessione Sedis prædictæ, de consensu memorati Archiepiscopi construxissent, provt superiùs est expressum, & erant legitimè probare parati, Oratorium ipsum destruere, prętextu earundem litterarum, quæ non ad Oratoria constructa ante ipsarum impetrationem, sed ad ea, quæ postea construenda fuerant, extendebantur, provt ex earum forma liquido apparebat, nullatenùs tenebatur; & quia dictus Episcopus Vicensis dictos Magistrum, & Fratres super hoc audire contra iustitiam denegans, mandavit eisdem, vt prædictum Oratorium infra certum terminum destruerent, & campanam, quam habebant in eo, exindè removerent, alioquin in eos excommunicationis sententiam promulgabat: Magister, & Fratres prædicti sentientes ex hoc indebitè se gravari, ad nostram audientiam appellarunt.

Sententia indebita Episcopi Vicensis.

Appellatio nostra

4 Quo circa discretioni tuæ per Apostolica scripta mandamus, quatenùs vocatis, qui fuerint evocandi, & auditis hinc indè propositis, quod Canonicum fuerit, appellatione remota, decernas: faciens, quod decreveris, per Censuram Ecclesiasticam firmiter observari.

Commissio man. data Sācto Raymundo.

5 Testes autem qui fuerint nominati, si gratia, odio, vel timore se subtraxerint, censura, simili appellatione cessante, compellas veritati testimonium perhibere: Non obstanti indulgētia, qua tibi, vel Fratribus tui Ordinis à Sede Apostolica dicitur esse indultū, quod non tenearis intromitere te de negotijs, quæ tibi à Sede committuntur eadem.

Per censuras compellantur testes.

Dat. Lugduni Idibus Augusti Pontific. nostri ann. 3. *Habetur originalis in Archivo nostro Barchinon.*

D.Fr.Bernardus Olivella

Creavit ex nostro Ordine Archiepiscopum Tarraconen. Hispaniarū Primarem D.Fr.Bernardum de Olivella Episcopū Dertusensem, Aragoniæ Regibus apprimè charū, qui & Regis nostri Iacobi funeri Valentię an. 1276. interfuit, & suis ipse manibus Regem Petrum Iacobi filium Cæsaraugustæ in eius Ecclesia Cathedrali Regia cinxit Aragoniæ Corona, in Regemque consecravit. Obijt tandem Tarraconæ, die 29. Octobris, anno 1287. & in sua Sede tumulatur.

Archiepiscopus Tarraconen. assumitur.

Idem Pontifex ad annum 1275. Creavit Episcopum Oscensem in Aragonia D.D.Fr.Iacobum de Roca, Ordini nostro in Conventu Barchinonen. datum.

Fr. Iacobus de Roca Episcopus Oscen. creatur.

GREGORIO X. qui obijt anno Domini 1276. succedit

INNOCENTIVS V.

Gallus Burgundus, Fr. Petrus Tarantasia, Ordinis Prædicatorū, Episcopus Cardinalis Ostiēsis, & Veliternus, S.R.E. maior Pœnitentiarius. Creatus Aretij 13. Kalend. Februarij, anno 1276. Sedit menses 5. dies 2. Obijt Romæ, eodem anno, & in Basilica Lateranen. sepelitur. Nihil indulsit Ordini nostro, aut me latet.

INNOCENTIO V. qui obijt anno 1276. succedit

ADRIANVS V.

Genuensis Othobonus Fliscus ex Lavaniæ Comitibus, Diaconus, Cardinalis S. Adriani. Creatus Romæ 4. Idus Iulij anno 1276. Vixit in Pontificatu mensem vnum, dies 7. Nullum huius Pontificis, in favorem nostri Ordinis reperitur indultum.

ADRIANO V. qui obijt anno 1276. succedit

IOANNES XX.

DICTVS XXI.

Natione Hispanus, Provincia Lusitanus, Patria Vlisiponensis, Iuliani filius. Creatus Viterbij Idibus Septembris, anno 1276. Eodemq; ibidem Coronatus in Cathedrali Sancti Laurentij 12. Kalendas Octobris. Sedit menses 8. dies 8. Obijt Viterbij 13. Kalendas Iunij, anno 1277. & ibidem tumulatur: In Ordinē nostrum valde affectus quatuor illum munit oraculis.

IOAN-

Este sumario no está bien

IOANNIS XX.

CONSTITVTIO I.

Quarto Mag. Generali Venerabili Fr. Petro Amerio.

COMPENDIVM.

Refert, Fratres nostros in Captiuorum Redemptiones propria bona expendisse, & ad restituenda nobis ablata Archiepiscopum, Tarraconen. Indicem instituit.

Edita an. 1276.

IOANNES EPIPCOPVS, SERVVS seruorum Dei. Venerabili Fratri Archiepiscopo Tarraconensi, Salutem, & Apostolicam benedictionem.

Tara, & bona nostri Conuẽtus Barchinonen. alienata cõmemorat.

1 Ad Audientiam nostram peruenit, quod tam dilecti filij Mgister, & Fratres Domus Sãctæ MARIÆ de Mercede, Captiuorum Barchinonen. Ordinis Sancti Augustini, quam prædecessores eorum decimas, terras, possessiones, vineas, molendina, nemora, reditus, iura, Iurisdictiones, & alia quædam bona ad dictam domum spectantia, datis super hoc litteris, interpositis iuramentis, factis renuntiationibus, & pœnis adiectis, in grauem ipsius domus læsionem nonnullis Clericis, & laicis, aliquibus eorum ad vitam, quibusdam verò ad non modicum tempus, & alijs perpetuo ad firmam, vel sub censu annuo concesserunt, quorum aliqui litteras confirmationis in forma communi super his à Sede Apostolita impetrasse dicuntur.

Archiepiscopo Tarraconensi præcipit, vt illicitè alienata ad domus proprietatem reuocare faciat Bona Ecclesię absque iuxta causa, vel vtilitate, alienari nõ possũt, c. 1. de reb. Eccle. non alien. l. 6. Clẽ. 1. extrauag. ambitiosè. Si verò in alienatione adsit necessitas, vel vtilitas, & Ecclesia in pretio, vel pẽsione læsa fuit, restituendum est, cap. ad nostrã de rebus Ecclesiæ, c. 1. de integ. restit. Vide Ireitas hic.

2 Quia verò nostra interest super hoc de opportuno remedio prouidere, Fraternitati tuæ per Apostolica scripta mandamus, quatenùs ea, quæ de bonis, ad dictam domum spectãtibus per concessiones huiusmodi alienata inueneris illicitè, vel distracta, non obstantibus litteris, iuramentis, renuntiationibus, pœnis, & confirmationibus sopradictis, ad ius, & proprietatem eiusdem domus studeas reuocare, contradictores per Cęsuram Ecclesiasticam, appellatione postposita, compescendo: Testes autem qui fuerint nominati, si se gratia, odio, vel timore subtraxerint, Censura, simili appellatione cessante, compellas veritati testimonium perhibere.

Datis Viterbij Kalendis Octobris Pontif. nostri anno 1.

Hanc Bullam refert Magister Vargas, tom. 1. lib. 1. cap. 31. habetur authentica in originali Barchinone, & in transũptis Matriti, ac in Bullario antiquo fol. 26.

IOANNIS XX.

CONSTITVTIO II.

Quarto Mag. Generali Venerabili Fr. Petro Amerio.

COMPENDIVM.

Exemptos nos redit à solutione decimã partis prouẽtuum Ecclesiasticorum à Gregorio X. in subsidium Terræ Sanctæ consignatorum, ob munus Redemptionis.

Edita an. 1276.

IOANNES EPISCOPVS, Seruus seruorum Dei. Dilectis filijs Magistro, & Fratribus S. MARIÆ de Mercede Captiuorum Barcinonen. Ordinis S. Augustini, salutem, & Apostolicam benedictionem. Ipsa nos cogit pietas honestis petitionibus vestris exauditionis gratiam non negare, quibus eficax ex ea patrocinium suffragatur, eo quod in feruore charitatis, pro Fratribus intrepide, ac prudenter exponitis vos, & vestra.

Ob insignẽ charitatis nostræ à Sede Apostolica exaudimur.

1 Exhibitæ siquidem nobis petitionis series continebat, quod fœlicis rec. Gregorius Papa Prædecessor noster, in Generali Concilio Lugdunensi, volens Terrę Sanctę, quę ab inimicis Christiani nominis detinetur miserabiliter occupata, remedia procurare, per quæ possit de ipsorum manibus liberari, decimam omnium prouentuum Ecclesiasticorum eiusdem Terrę subsidio deputauit, ita tamen, vt de reditibus, & prouentibus domorum Dei, & Hospitalium pauperum, qui in vsus pauperum, ac infirmorum conuertuntur, decima huiusmodi non soluatur.

Hoc Concilio fuit 14. œcumenicum an. 1274. celebratũ. Ab eius impositione liberamur, quæ in vniuersũ cessauit cessante bello, cesset enim impositio cessante causa, c. cũ cessante de appellat.

3 Quare nobis humiliter supplicastis, vt, cum pro Redimendis Captiuis, qui detinentur ab inimicis prædictis, vos taliter exponatis, ad hoc principalitèr laborantes, vos eximere à pręstatione huiusmodi decimæ de benignitate Apostolica curaremus.

3 Nos igitur attendentes discrimina, & expensarum onera, quæ pro Captiuorum Redemptione continuè sustinetis, ac propter hoc dignum arbitrantes, & congruum, vt à præstatione ipsius decimæ sitis liberi, & immunes, vobis, & vniuersis Fratribus vestri Ordinis, quod de prouentibus vestris decimam prædictam soluere minimè teneamini, nec ad id compelli possitis, authoritate præsentium indolgemus, decernentes, sententias suspensionis interdicti, & excommunicationis, si quæ in vos, vel aliquem vestrum, vel Ecclesias,

Intuitu discriminum, & expensarum quæ pro Redemptione patimur à subsidio Terræ Sãctæ liberamur.

sias,

fias, aut domos vestras propter hoc latæ fuerint, ex nunc irritas, & inanes.

Imprecatio in eos qui huic constitutioni adversatur.

4 Nulli ergo omninò hominum liceat hanc paginam nostræ concessionis, & constitutionis infringere, vel ei ausu temerario contraire; si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem omnipotentis Dei, & BB. Petri, & Pauli Apostolorum eius se noverit incursurum.

Datis Viterbij 15. Kalend. Novembris Pontif. nostri anno 1.

Huius Bullæ meminit M. Vargas supra, & hic Pontifex Constit. seq. Cuius originalia in præfatis Matritensi, & Barchinonen. Archivis asservantur. Extat in veteri Bullario, fol. 26.

IOANNIS XX.

CONSTITVTIO III.

Quarto Mag. Generali Venerabili Fr. Petro Amerio.

COMPENDIVM.

Rememorat superiorem concessionem, qua à subsidio Terræ Sanctæ liberamur, & præcipis legatis, & collectoribus eius, ne à nobis præfatam decimam exposcant, nec pro ipsis pœnas imponant.

Edita an. 1276.

IOANNES EPISCOPVS, Servus servorum Dei. Dilectis filijs legatis Apostolicæ Sedis, & vniversis collectoribus decimæ proventuum Ecclesiasticorum, Terræ Sanctæ subsidio deputatæ, ad quos litteræ istæ pervenerint, Salutem, & Apostolicam benedictionem.

Gregor. X. super subsidio Terræ Sanctæ constitutio.

1 Petitio dilectorum filiorum Magistri, & Fratrum domus Sanctæ MARIÆ de Mercede Captivorum Barcinonen. Ordinis S. Augustini nobis exhibita continebat, quod bonæ memoriæ Gregorius Papa X. Prædecessor noster in Generali Concilio Lugdunensi, volens Terræ Sanctæ, quæ ab inimicis Christiani nominis detinetur miserabilitèr occupata, procurare remedia, per quæ possit de illorum manibus liberari, decimam omnium proventuum Ecclesiasticorum ipsius Terræ subsidio deduxerat deputandam.

Memorat exemptionem à decima pro subsidio prælato nobis concessam ob insignein fructum nostri.

2 Attendentes tamen discrimina, quæ dicti Magister, & Fratres pro redimendis Captivis de manibus Sarracenorum sustinent, ac onera expensarum, & volentes eos propter hoc gratia speciali prosequi, & favore, ipsis Magistro, & Fratribus, vt de proventibus suis huiusmodi decimam solvere minimè teneantur, nec ad id compelli valeant per nostras litteras duximus indulgendum; decernentes sententias suspensionis, interdicti, & excommunicationis, si quæ in ipsos, vel aliquem, aut Ecclesias, aut domos eorum propter hoc latæ fuerint irritas, & inanes.

Irritat omnes pœnas ob negationem subsidij nobis ipsi factas.

Exemptio à decima subsidij nō derogatur nisi de ea de verbo ad verbū fiat expressa mētio.

3 Volentes igitur, vt eisdem Magistro, & Fratribus de huiusmodi concessione votivus producatur effectus, vobis, & singulis vestrum per Apostolica scripta mandamus, quatenùs ab eisdem Magistro, & Fratribus, aut domibus, aut Ecclesijs suis huiusmodi decimam per vos, vel alium, aut alios nullatenùs exigatis, non obstantibus quibuscumque litteris Apostolicis vobis, aut aliquibus vestrum, sub quorumcumque forma, vel exceptione verborum directis hactenus, eo prætextu, quod continetur in eis, quod ab exemptis, & non exemptis, cuiuscumque Ordinis, conditionis, vel dignitatis existant, prædictam decimā exigatis, seu etiam in posterum dirigendis, nisi eiusmodi litteræ dirigendæ nominatim de domo prædicta, & concessione huiusmodi de verbo ad verbum fecerint mentionem.

4 Excommunicationis, aut suspensionis, vel interdicti sententias, si quæ in personas dictorum Magistri, & Fratrum, aut Ecclesias, domos, seu loca eorum per vos, aut alium, vel alios, vobis mandantibus, occasione huiusmodi hactenùs sint prolatæ, vel in posterum promulgari contigerit, ex nunc irritas decernimus, & inanes.

D. P. a. 1. die 18 Octobris.

Datis Viterbij quintodecimo Kalendas Novembris Pontific. nostri anno primo.

Bulla hac invenitur authentica in varijs transumptis in vtroque Matritensi, & Barchinonensi Generali Archivo servatis, & in dicto Bullario 3. huius Pōtif. fol. 28. à tergo.

IOANNIS XX.

CONSTITVTIO IV.

Quarto Mag. Generali Venerabili Fr Petro Amerio.

COMPENDIVM.

Pro recuperandis bonis ab Ordine nostro alienatis, Episcopum Gerundensem Iudicem Delegatum designat.

Edita an. 1277.

IOANNES EPISCOPVS, SERVVS servorum Dei. Venerabili Fratri Episcopo Gerundensi Salutem, & Apostolicam benedictionē. Ad audientiam nostram pervenit, quod tam dilecti filij Magister, & Fratres domus Sanctæ MARIÆ de Mercede, Captivorum Barcino-

cinonen. Ordinis S. Augustini, quam: Prædecessores eorum, &c. *Reliquavit in 1. Bulla huius Pontificis de verbo ad verbum.*

Edita an. 1277. Datis Viterbij 15. Kalendas Aprilis, Pontificatus sui, anno primo.

Huius Bullæ meminit Mag. Vargas supra, huius originale, & transumpta authentica in præfatis Archivis, & veteri Bullar. reperiuntur.

IOANNI XX. alias XXI. qui obijt anno 1277. succedit

NICOLAVS III.

Vrsinus, Romanus, Ioannes Vrsinus antea dictus, Diaconus, Cardinalis Sancti Nicolai in Carcere Tulliano. Creatus Viterbij 7. Kalendas Decembris, anno 1277. Coronatus 7. Kalendas Ianuarij eodem anno, in Basilica Vaticana. Vixit in Pontificatu, annos 2. menses 8. dies 29. Creavit Cardinales 9. Obijt in Zuriano monte anno 1280. 11. Kalend. Septembris. Corpus Romam delatum in Sacello Sancti Nicolai Ædis Vaticanæ sepultum est.

NICOLAI III.

CONSTITVTIO I.

Quarto Magistro Generali Venerabili Fr. Petro Amerio.

COMPENDIVM.

Plenariam indulgentiam, & Confessoris electionem concedit tribuentibus duos florenos in Redemptionis eleemosynam. Item eadem eleemosyna pro Parentibus quisque valeat plenariam indulgentiam obtinere.

Edita an. 1278. NICOLAVS EPISCOPVS, Servus servorum Dei. Ad futuram rei memoriam omnibus Christi fidelibus, ad quos litteræ istæ pervenerint.

Cum igitùr Magister Generalis, & Fratres Beatæ MARIÆ de Mercede, Redemptionis Captivorum, pro redimendis Captivis Christianis de manibus Sarracenorum in agro Militantis Ecclesiæ laborent, quotidiè in periculo mortis ponendo corpora sua: & cum sint propter paupertatem gentium in magna indigentia constituti, ideò postulant magnum auxilium, quia sine magno adiutorio non possunt dictos Captivos de manibus Sarracenorum liberare.

Ex debito Captivis succurrendum. 1 Ergo iustum est, & ex debito vnusquisque tenetur in hac pia eleemosyna subvenire: quoniam nos volumus ad istam eleemosynam res Ecclesiasticas alienare, & non solùm bona temporalia, & spiritualia, sed etiam personas proprias, si necesse fuerit, quia *maiorem charitatem nemo habet, vt animam suā ponat quis pro amicis suis*: (Ioan. 15.) quoniam necessitas magnum requirit auxilium, & vbi sunt maiores necessitates, ibi maiora suffragia debent ministrari.

Florenus aureus Aragoniæ octo ferè valet Regales argenteos Castellaneos, Covar. de numis. 2 Igitùr omnibus, & singulis, qui de bonis suis à Deo sibi collatis duos florenos auri Aragoniæ, vel eius pretium æquivalens dicto Ordini contulerint, dummodo de peccatis suis contriti fuerint, & confessi, concedimus, quod possint eligere idoneum Confessorem, qui authoritate nostra Apostolica ipsos absolvat ab omnibus peccatis suis semel in vita, & in mortis articulo toties quoties fuerint constituti.

Facultas eligendi Confessarium, qui reservatis absolvat. 3 Volumus etiam, quod si fortè aliquis prædictam quantitatem dicto Ordini contulerit pro animabus Patris, & Matris, qui in sinceritate Fidei, vnitatis Sanctæ Romanæ Ecclesiæ, ac obedientia nostra, & successorum nostrorum Romanorum Pontificum, contritione vera, & confessione integra, si tempus affuerit, & possibilitas confitendi, ab hac vita migraverint, nos omnibus huiusmodi in Christo decedentibus de misericordia Dei confidentes, de qua magis ac magis confidimus in Cœlis, quam ipsius authoritate relaxamus in terris, omnem pœnam, quam post lucem huius sæculi, pro peccatis purgandis pati merentur, authoritate prædicta misericorditer in Domino relaxamus, paritèr, & dimittimus. (Plenaria indulgētia Parentibus desūctis eius, qui duos florenos contulit Redemptioni cui Sixtus IV. ad quamcūq. animam pro qua præfata eleemósyna conferatur extendit infra.)

Impetratio adversus cōtradictores. 4 Nulli ergo omninò hominum liceat, hanc paginam nostræ concessionis, & indulgentiæ infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem Omnipotentis Dei, & BB. Petri, & Pauli Apostolorum eius se noverit incursurum.

Datis Viterbij Nonis Augusti, Pontificatus nostri anno primo.

Huius Bullæ meminit Mag. Vargas in Chronic. tom. 1. cap. 31. pag. 107. illamque refert, & approbat Sixtus IV. infra Constitut. 2. & habetur in antiquo Bullar. fol. 28.

NICO-

NICOLAI III.

CONSTITVTIO II.

Quarto Mag. Generali Venerabili P. Fr. Petro Amerio.

COMPENDIVM.

Confirmat gratias, & privilegia indulta nobis à ſuis Prædeceſſoribus.

Editā anno 1278.

NICOLAVS EPISCOPVS, Servus ſervorum Dei. Dilectis filijs Magiſtro,& Fratribus Sanctæ MARIÆ de Mercede Captivorum, Ordinis Sancti Auguſtini, ſalutem,& Apoſtolicam Benedictionem. Solet annuere Sedes Apoſtolica pijs votis, & honeſtis petentium precibus favorem benevolum impartiri.

1 Ea propter, dilecti in Domino filij, veſtris iuſtis poſtulationibus grato concurrentes aſſenſu, omnes libertates,& immunitates à Prædeceſſoribus noſtris Pontificibus, ſive per Privilegia,vel alias indulgentias vobis indultas, quibus iuſtè, & pacificè gaudetis, authoritate Apoſtolica confirmamus, & præſentis ſcripti patrocinio communimus.

D.P. à 1. die 1. Septēbris

2 Nulli ergo omninò hominum liceat,hanc paginam noſtræ confirmationis infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attētare præſumpſerit, indignitatem Omnipotentis Dei, & Beatorum Petri, & Pauli Apoſtolorum eius, ſe noverit incurſurum.

Dat. Viterbij Kalendis Septembris, Pontificatus noſtri anno 1.

Huius Bullæ meminit Mag. Vargas loco citato: & habetur in dicto Bullario Bull. 2. huius Pontific. fol. 30. eius originales litteræ in noſtro Generali Barchinonæ Archivo ſervantur.

NICOLAO III. qui obijt anno Domini 1280, ſuccedit

MARTINVS II.

DICTVS IV.

Ex Oppido Briæ Campanus,Simon anteà dictus Presbyter Cardinalis S. Ceciliæ.Creatus Viterbij, anno ſalutis 1281. 8. Kalendas Martij. Tenuit Petri Solium annos 4. menſem 1. dies 7. Creavit Cardinales 7. Obijt Peruſij 4. Kalend. Aprilis 1285. & in Cathedrali S.Laurentij ſepelitur. Nullum extat indultū.

MARTINO II. vocato IV. qui obijt anno Domini 1285. ſuccedit

HONORIVS IV.

Iacobus Sabellus anteà dictus, Romanus, Diaconus Cardinalis S. Mariæ in Coſmedin. Creatus Peruſij die 2. Aprilis, anno 1285. Sedit in Pontificatu annos 2. dies 2. Creavit Cardinalem 1. Obijt die 3. Aprilis anno 1287. Sepelitur in Conventu S. Mariæ de Ara Cœli. Nullum ab hoc Pontifice reperitur noſtro Ordini conceſſum indultum.

Creavit tamen Patriarcham Ieroſolymitanum ann. 1286. D. Fr. Stephanum de Fonte-Sancta Ordinis noſtri Profeſſum, prout refertur in vita B. Mariæ de Cervelló.

D. Fr. Stephanus à Fonte-ſancta Patriarcha Ieroſolymitanus.

HONORIO IV. qui obijt anno 1287. ſuccedit

NICOLAVS IV.

Aſculanus, humili genere in Picentibus ortus, Fr. Hieronymus Aſculanus anteà dictus, Epiſcopus Preneſtinus. Creatus 8. Kalend. Martij,anno 1288. Eodem 6. Kalend. coronatus. Sedit annos 4. menſem 1. dies 14. Creavit Cardinales 9. & ex noſtro Ordine vnum. Obijt Romæ pridie Nonas Aprilis, anno 1292. & in Eccleſia S. Mariæ Maioris ſepultus eſt.

NICOLAI IV.

CONSTITVTIO I.

Quarto Mag. Generali Venerabili P. Fr. Petro Amerio.

Editā an. 1291.

Poſtquam generali prohibitione (ad vitanda plurima damna, & ſcandala, quæ veris pauperibus pervenire poterant) præcepit, ne Religioſes, & aliæ Eccleſiæ eleemoſynas peterent, dat ſpecialem noſtro Ordini facultatem, vtpotè in eximium Redemptionis opus incumbenti, quaſcumque eleemoſynas liberè,& ſine impedimento petēdi.

Facultas privativa petendi eleemoſynas pro Captivis.

Dat. apud Vrbem Veterem Idibus Iunij, Pontificatus anno 4.

Huius Bullæ, cuius non inveni tranſumptum, meminit M. Fr. Petrus Cijar in ſuo Opuſc. tantum quinque ad finem, & Vargas in Chronic. tom. 1. pag. 120.

NICOLAI IV.

CONSTITVTIO II.

Quarto Mag. Generali Venerabili P. Fr. Petro Amerio.

COMPENDIVM.

Vt in nostris Domibus Oratoria, & Cæmeteria ædificare valeamus indulget.

Edita an. 1291.

NICOLAVS EPISCOPVS, Servus servorum Dei. Dilectis filijs Magistro, & Fratribus Hospitalis S.MARIÆ de Mercede Captivorum Barchinonen. Ordinis S. Augustini, salutem, & Apostolicam Benedictionem.

1 Petitionibus vestris benignum impertientes assensum, vt in vestris Domibus, sine alieni iuris præiudicio Oratoria ædificare, ac Cæmeteria, ad opus Fratrum vestrorum dumtaxat habere possitis, authoritate vobis præsentium indulgemus.

2 Nulli ergo omninò hominum liceat, hanc paginam nostræ concessionis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem Omnipotentis Dei, & Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum eius se noverit incursurum.

Dat. apud Vrbem Veterem 2. Idus Iulij, Pontific. nostri anno 4.

NICOLAI IV.

CONSTITVTIO III.

Quarto Mag. Generali Venerabili P. Fr. Petro Amerio.

COMPENDIVM.

Fideles hortatur, vt operi Redemptionis subveniant, quibus porrigentibus manus adiutrices annum, & quadraginta dies remissionis indulget, & prohibet, ne ha littera per Quæstores mittantur.

Edita an. 1291.

NICOLAVS EPISCOPVS, Servus servorum Dei. Vniversis Christi Fidelibus præsentes litteras inspecturis, salutem, & Apostoliam Benedictionem.

Rom. 14. 2. Cor. 5.

1 Quoniam, vt ait Apostolus, omnes stabimus ante Tribunal Christi recepturi, prout in corpore gessimus, sive bonum fuerit, sive malum, oportet nos diem messionis extremæ misericordiæ operibus prævenire, ac æternorum intuitu seminare in terris, quòd, reddente Domino, cum multiplicato fructu recolligere debeamus in cœlis; firmam spem, fiduciamque tenentes: Quoniam *qui parce seminat, parce & metet, & qui seminat in benedictionibus, de benedictionibus & metet.*

2 Cor. 9. v. 6.

2 Cùm igitur dilecti filij Magister, & Fratres Hospitalis Sanctæ MARIÆ de Mercede Barcinonen. Ordinis Sancti Augustini, sicuti ipsi nobis insinuare curarunt, pro redimendis Captivis de manibus Paganorum, Divino vacent obsequio, & totis viribus elaborent, vt illùc confluentium egenorum necessitatibus succurratur, Vniversitatem vestram rogamus, & hortamur in Domino, in remissionem vobis peccatorum iniungentes, quatenùs de bonis à Deo collatis, pias ad hoc eis eleemosynas, & grata charitatis subsidia erogetis, vt per subventionem vestram huiusmodi obsequio vacare valeant; vosque per hæc, & alia bona, quæ, Domino inspirante, feceritis, ad æternæ possitis fœlicitatis gaudia pervenire.

Hortatur Fideles, vt Redemptioni subveniant.

3 Nos enim de Omnipotentis Dei misericordia, & Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum eius, authoritate confisi, omnibus verè pœnitentibus, & confessis, qui eis ad hoc manus porrexerint charitatis adiutrices, vnum annum, & quadraginta dies de iniunctis sibi pœnitentijs misericorditer relaxamus.

Annũ, & 40. dies Indulgentiæ eleemosynæ Redemptionis.

4 Præsentes verò litteras per Quæstuarios mitti districtiùs inhibemus, eas, si secus actum fuerit, carere viribus decernentes.

Quæstoris nomine nõ veniūt Nuntij Redemptionis, vt ex sequenti Bulla constat, vbi Nuntijs Indulgentiã conceditur.

Dat. apud Vrbem Veterem Idibus Iulij, Pontific. nostri anno 4.

Huius Bullæ meminit M. Vargas suprà; invenitur authentica Matriti, & Barchinone, & in antiquo Bullar. fol. 31.

NICOLAI IV.

CONSTITVTIO IV.

Quarto Mag. Generali Venerabili P. Fr. Petro Amerio.

COMPENDIVM.

Conqueritur de Clericis, eleemosynas Redemptionis defraudantibus, & præcipit omnibus, vt nulla ex causa Redemptionis bona extorquere præsumant.

Edita an. 1291.

NICOLAVS EPISCOPVS, Servus servorum Dei. Vniversis Archipresbyteris, & Ecclesiarum Rectoribus, præsentes litteras inspecturis, salutem, & Apostolicam Benedictionem. Dile-

Causa cōcessionis.

1 Dilectos filios Magistrum, & Fratres Domus Sanctæ Eulaliæ Barchinonen. Ordinis Sancti Augustini, de Mercede Captivorum, salubri studio pietatis, & misericordiæ intendentes operibus sincera complectenres in Domino charitate, ac eos, qui erga Captivos pia gestantes viscera, pro ipsis ab infidelibus redimendis, bona, quæ obtinent, & quę possunt acquirere continuò impendunt, quinimò superimpendunt etiam semetipsos, favore benevolo prosequentes, non possumus non turbari, cum aliqui corde perversi eleemosynas, quas idem Prior, & Fratres, vel eorum Nuntij pro Redemptione ipsorum Captivorum acquirunt, eis maliriosè surripiunt, vel defraudant.

Illud Apostoli vsurpāre: Ego libentissimè impēdam, & superimpēdar ipse pro animabus vestris. 2. Cor. 12. 15.

2 Sanè dictorum Magistri, & Fratrum conquæstio nobis exhibita continebat, quod nonnulli vestrum, sive operarij ad vestrarum Ecclesiarum fabricas constituti, partem eleemosynarum, quas ipsi, vel eorum Nuntij per dictas Ecclesias pro prædictis Captivis redimendis colligunt, occasione operum Ecclesiarum ipsarum, vel alia de causa, indebite exigunt, & extorquent, in eorumdem Magistri, & Fratrum præiudicium, & gravamen, & dictorum Captivorum non modicum detrimentum.

Bonū Redēptionis illatam à Parochis detrimentum.

3 Nos igitur nolentes huiusmodi eleemosynas aliquatenùs defraudari, ne à prædictis Magistro, & Fratribus de præfatis eleemosynis partem aliquam, occasione dicti operis, vel etiam ex quacumque alia causa exigere, vel extorquere quomodolibet præsumatis, vobis authoritate præsentium districtiùs inhibemus.

Bona Redēptionis in aliud opus, etiā pium cōvertere te servatum est Papæ Clemēnt. quia cōtigit de Religios. Domib.

Dat. apud Vrbem Veterem 12. Kalendas Augusti, Pontificatus nostri anno 4.

Bullę huius meminit Mag. Vargas suprà, illam autheuticavit Gregorius XI. infrà Constit. 7. & habetur in veteri Bullario fol. 32.

NICOLAI IV.

CONSTITVTIO V.

Quarto Mag. Generali Venerabili P. Fr. Petro Amerio.

COMPENDIVM.

Archiepiscopo Cęsaraugustano commissionem præbet, vt bona pro Captivis relicta, consignari præcipiat nostris Fratribus.

Edita an. 1291.

NICOLAVS EPISCOPVS, Servus servorum Dei. Venerabili Fratri Episcopo Cæsaraugustano, salutem, & Apostolicam Benedictionem.

1 Ex parte dilectorum filiorum Magistri, Prioris, & Fratrum S. MARIÆ Captivorum Barchinonen. Ordinis S. Augustini, nobis humiliter fuit supplicatum, vt cum ipsi se, ac omnia, quæ habent exponāt solicito studio pro Redemptione Captivorum, qui detinentur ab inimicis nominis Christiani, exhiberi eis, quæ pro Redemptione Captivorum huiusmodi à Christi Fidelibus relinquuntur, per discretum aliquem mandaremus.

Hoc tempore Magister Generalis diversus iam erat à Priori Barchinonensi.

2 Nos itaque dignum reputantes, vt relicta huiusmodi exhibeantur Magistro, Priori, & Fratribus supradictis, Fraternitati tuæ per Apostolica scripta mandamus, quatenùs pecuniam, terras, possessiones, & alia bona, quæ generaliter à Christi Fidelibus relinquūtur pro Redemptione huiusmodi faciēda, illis dumtaxat exceptis, quæ certis, & expressis personis, in Captivitate detentis, relicta, vel dimissa esse nōscuntur, Magistro, Priori, & Fratribus prædictis per te, vel per alium, aut alios facias exhiberi; detentores pecuniarum, terrarum, & bonorum prædictorum ad exhibendū ea Magistro, Priori, & Fratribus prefatis, monitione præmissa, per censuram Ecclesiasticam, appellatione postposita, compellendo; non obstante, si aliquibus à Sede Apostolica sit indultum, quod interdici, suspendi, vel excommunicari non possit per litteras Apostolicas, quæ de indulto huiusmodi mentionem expressam non fecerint, sive qualibet alia indulgentia dictæ Sedis, cuiuscumque thenoris existat, per quam effectus præsentium impediri valeat, vel differri, & de qua, eiusque toto thenore de verbo ad verbum habenda sit, in nostris litteris mentio specialis.

Dignum ducit legata Redēptionis nobis cōsignari.

Censura compellā tur detinentes, vt nobis legata pro Redemptione consferant.

Dat. apud Vrbem Veterem Nonis Augusti, Pontificatus nostri anno 4.

Bullam hanc refert Mag. Vargas, eam adducit Cherub. Habetur authentica Matriti, & Barchinone, & in veteri Bullar. fol. 32.

NICOLAI IV.

CONSTITVTIO VI.

Quarto Mag. Generali Venerabili P. Fr. Petro Amerio.

COMPENDIVM.

Sub B. Petri, & sua nostrum Ordinẽ tutela constituit. Prisca, novaque Cœnobia, domos, terras, possessiones, & bona, proprys nuncupata nominibus obtenta, & obtinenda confirmat, à decimisque solvendis reddit immunia. Eadem Privilegia ab Innocentio IV. Constit. 1. Vrbano IV. Constit. etiam 1. & Clemente IV. Constit. 2. indulta concedit: Pontificiasque similiter, & Regias libertates, ac exemptiones Apostolico fulcit patrocinio.

Edita an. D. 1291.

NICOLAVS EPISCOPVS, Servus servorum Dei. Dilectis filiis Magistro Domus Sanctæ MARIÆ de Mercede, eiusque Fratribus, tam præsentibus, quàm futuris, regularem vitam professis in perpetuum.

Exordiũ.

Religiosam vitam eligentibus Apostolicum convenit adesse præsidium, ne forte cuiuslibet temeritatis incursus, aut eos à proposito revocet, aut robur (quod absit) Sacræ Religionis infringat.

1 Ea propter, dilecti in Domino filij, vestris iustis postulationibus clementer annuimus, & Domum Sanctæ MARIÆ de Mercede Civitatis Barchinonensis, in qua pro redimendis Captivis de manibus Paganorum Divino vacatis obsequio, sub B. Petri, & nostra protectione suscipimus, & præsentis scripti privilegio communimus.

D. Augustini Regulam custodire iubet.

2 In primis siquidèm statuentes, vt ordo Canonicus, qui secundum Deum, & B. Augustini regulam in eadem Domo institutus esse dignoscitur, perpetuis ibidem temporibus inviolabiliter observetur.

Bona possidendi, & comparãdi copiã habere possumus.

Cõfirmatio Possessionum nostrarũ proprijs nominibus expressarum

4 Præterea quascumque possessiones, quæcumque bona eadem Domus impræsentiarum iustè, & canonicè possidet, aut in futurum concessione Pontificum, largitione Regum, vel Principum, oblatione Fidelium, seu alijs iustis modis, præstante Domino, poterit adipisci, firma vobis, vestrisque successoribus, & illibata permaneant; in quibus hæc proprijs duximus exprimenda vocabulis. Locum ipsum, in quo præfata Domus sita est, cum omnibus pertinentijs suis. Parochialem Ecclesiam S. MARIÆ in Podio. Domos, terras, & vineas, quas habetis in Civitate, & Diœcesi Valentina. Domos, terras, & vineas, quas habetis in Civitate, & Diœcesi Maioricarum. Domos, terras, & vineas, quas habetis in Diœcesi Gerundensi. Domos, terras, & vineas, quas habetis in Civitate, & Diœcesi Barcinonensi. Ecclesiam S. MARIÆ de Perpiniano, cum terris, possessionibus, & omnibus pertinentijs suis. Domos, & terras, quas habetis in Villa Perpiniani, Elnensis Diœcesis. Domos, quas habetis in Civitate, & Diœcesi Narbonẽsi. Domos, quas habetis in Civitate Tarraconẽsi, & in territorio Guardiæ de Pratis, Tarraconen. Diœcesis, & Ecclesiam S. MARIÆ de Pratis, cum domibus, vineis, terris, & pertinentijs suis. Domos, quas habetis in Civitate, & Diœcesi Illerden. Domos, quas habetis in Civitate, & Diœcesi Tortosen. Ecclesiam S. MARIÆ de Olivar, Cæsaraugusten. Diœcesis, cum terris, domibus, vineis, & omnibus pertinentijs suis. Et domos, & vineas, quas habetis in Civitate, & Diœcesi Cæsaraugusten. Ecclesiam S. MARIÆ de Sarrion. Domos, terras, & vineas, quas habetis in Calatayod. Domos, terras, & vineas, quas habetis in Villa Daniæ. Ecclesiam S. MARIÆ cum Hospitali, Domibus, terris, & vineis, & omnibus pertinẽtijs suis in Civitate Oscensi. Domos, quas habetis ibidẽ in Diœcesi Oscẽsi: & Ecclesiam S. MARIÆ de Mon-Flotit, cum terris, vineis, domibus, & ceteris pertinẽtijs suis. Ecclesiam S. MARIÆ de Rivo Arganorum, cum omnibus pertinẽtijs suis. Ecclesiam S. Eulaliæ sitam in Monte Pesulano, in loco qui Purganiel vulgariter appellatur, cum domibus, terris, vineis, possessionibus, & omnibus pertinentijs suis. Ecclesiam S. Thomę sitam in Civitate Tortosensi, cum omnibus pertinentijs suis. Ecclesiam Sanctæ Eulaliæ sitam in Civitate Hispalẽsi, cum terris, vineis, domibus, olivetis, & omnibus pertinentijs suis. Ecclesiam S. Eulaliæ in Civitate Cordubensi, cum domibus, terris, vineis, & omnibus pertinentijs suis. Ecclesiam S. MARIÆ de Olivario, cum domibus, terris, vineis, possessionibus, & omnibus pertinentijs suis. Ecclesiam S. Michaelis de Monte, cum terris, vineis, possessionibus, & omnibus pertinentijs suis. Ecclesiam Sanctę MARIÆ sitam in Civitate Barchinonensi, cum omnibus pertinẽtijs suis. Ecclesiam S. Dominici sitam in Civitate Valentina, cum omnibus pertinentijs suis. Domos, terras, vineas, & possessiones, quas in Civitate Tolosana, & in Castro quod Altaripa dicitur, obtinetis. Ecclesiam S. Eulaliæ sitam extra muros Civitatis eiusdem, cum domibus, terris, vineis, possessionibus, & omni-

omnibus pertinētijs ſuis. Domum cum Hoſpitali, quod dicitur Pauperum, quod habetis in Caſtro Molſalvillæ Ratharcenſis Diœceſis, cum domibus, pratis, terris, vineis, hortis, nemoribus, vſuagijs, dominijs, paſcuis, in boſco, & in eremo, in planis cultis, & incultis, in aquis, & molendinis, in vijs, & ſemitis, cum omnibus alijs libertatibus, & immunitatibus ſuis. In Diœceſi Cartaginenſi S. Eulaliæ de Murcia, & Sanctæ Eulaliæ de Lorca, Eccleſias, cum domibus, terris, vineis, & poſſeſſionibus, & omnibus pertinentijs earumdem. Eccleſiam S. Eulaliæ ſitam in Diœceſi Cæſaranenſi propè muros Villafrancę, cum domibus, terris, vineis, poſſeſſionibus, & omnibus pertinentijs ſuis. Domos, quas in Carcaſonenſi Civitate habèris. Domos, terras, & vineas, quas habetis in Civitate, & Diœceſi Maioricarum. Domos, terras, vineas, & poſſeſſiones, quas in Civitate Oſcenſi, & Villa, quæ Seſſa dicitur obtinetis. Domos, terras, vineas, & poſſeſſiones, quas habetis in Caſtris, & Villis, quæ Burriana, Xativa, Algar, Rafalinarcha, Rafalcet, Gandiæ, Cōſentanea, Segorb, Mula, Arriona, Almazan, & Beter vulgariter appellantur. Domos, terras, & vineas, quas habetis in Civitate Conchenſi. Domos, terras, vineas, molendina, cum aquarum decurſibus, & omnibus pertinentijs eorumdem, quæ habetis in Villa, quæ dicitur Sarrio. Terras, & vineas, quas habetis in Civitate Illerdenſi. Domos, terras, vineas, & poſſeſſiones, quas habetis in Villis, quæ Teruel, & Daroca dicuntur. Eccleſiam S. Bartholomæi, quam habetis in Villa, quæ dicitur Caſtellion de Empurijs, cum domibus, terris, vineis, & pertinētijs ſuis. Domos, & terras, quas habetis in Civitate Vicēſi. Domos, terras, & vineas, quas habetis in Villa, quæ Mombaga dicitur. Domum D. N. IESVCHRISTI, quę dicitur de Tirol, quam in prędicta Cęſarauguſtenſi Diœceſi obtinetis. Eccleſiam S. MARIÆ, de Podio de Oſterno, cum poſſeſſionibus ſuis ſitam in Inſula Minoricæ, & Eccleſiam Sanctæ Catherinæ, quę eſt Ciutadelæ, quam in eadem Inſula domus veſtra noſcitur obtinere. Domum, quam habetis in Civitate Burgenſi. Domum, quam habetis in Valladolid in Diœceſi Palentina. Domum, quam habetis in Medina del Campo in Diœceſi Salmantina. Eccleſiam S. Catherinæ, quam habetis in Civitate Toletana. Et Domum, quam habetis in Civitate Gienenſi, cum terris, pratis, vineis, nemoribus, vſuagijs, & paſcuis, in boſco, & plano, in aquis, & molendinis, in vijs, & ſemitis, & omnibus alijs libertatibus, & immunitatibus ſuis.

4 Sané Novalium veſtrorum, quæ proprijs manibus, aut ſumptibus colitis, de quibus aliquis hactenùs non percepit, ſive de veſtrorum animalium nutrimentis, nullus à vobis decimas exigere, vel extorquere præſumat.

Decimarum liber tas.

5 Liceat quoque vobis Clericos, vel laicos liberos, & abſolutos, è ſæculo fugientes ad converſionem recipere, & eos abſque contradictione aliqua retinere.

Admittere ad Ordinem quoſcumque poſſimus.

5 Prohibemus igitur, vt nulli Fratrum veſtrorum, poſt factam in Domo veſtra profeſſionem, fas ſit ſine Magiſtri ſui licentia de eodem loco, niſi arctioris Religionis obtentu diſcedere; diſcedentem verò abſque communi litterarum veſtrarum cautione nullus audeat retinere.

Profeſſus nō poſſit ab Ordine niſi ad arctiorem tranſire.

7 Cúm autem generale interdictum terrę fuerit, liceat vobis, ianuis clauſis, interdictis, & excommunicatis excluſis, non pulſatis Campanis, ſuppreſſa voce Officia celebrare, dummodò cauſam non dederitis interdicto.

Tempore interdicti poſſimus Divina celebrare.

8 Chriſma verò, Oleum Sanctum, conſecrationes Altarium, ſeu Baſilicarum, Ordinationes Clericorum, qui ad Ordines fuerint promovendi à Diœceſano ſuſcipietis Epiſcopo, ſiquidem Catholicus fuerit, & gratiam, & communionem Sanctę Romanæ Sedis habuerit, & ea vobis voluerit ſine pravitate aliqua exhibere.

Diœceſani Chriſma, Oleū Sanctū, & Ordines nobis cōferant.

9 Prohibemus inſupèr, vt infrà fines Parochiæ veſtræ nullus, ſine aſſenſu Diœceſani Epiſcopi, & veſtro, Capellam, ſeu Oratorium de novo conſtruere audeat, ſalvis Privilegijs Pontificum Romanorum.

Intra Parochiarū noſtrarū terminū qualibet pia loca fundandi interdictio.

10 Ad hæc novas, & indebitas exactiones ab Archiepiſcopis, Epiſcopis, Archidiaconis, ſeu Decanis, alijſq; omnibus Eccleſiaſticis, ſæcularibuſvè perſonis à vobis omninó fieri prohibemus.

Exactionum immunitas.

11 Sepulturam quoque ipſius loci liberam eſſe decernimus, vt eorum devotioni, & extremæ voluntati; qui ſe illic ſepeliri deliberaverint, niſi excommunicati, vel interdicti ſint, aut etiam publici vſurarij, nullus obſiſtat, ſalva tamen iuſtitia illarum Eccleſiarum, à quibus mortuorum corpora aſſumūtur.

Sæculariū apud noſtra Templa ſepelitio.

12 Decimas prætereà, & poſſeſſiones ad ius Eccleſiarum veſtrarum ſpectantes, quæ à laicis detinentur, retinendi, & legitimé liberandi de manibus eorum, & ad Eccleſias, ad quas pertinent, revocandi libera ſit vobis de noſtra authoritate facultas.

Bonorum Eccleſiarū noſtrarū revocatio.

13 Obeunte verò te nunc eiuſdem loci Magiſtro, vel tuorum quolibet ſucceſſorum, nullus ibi qualibet ſubreptionis aſtutia, ſeu violentia præponatur,

Generalis Magiſtri per fratres noſtros electio.

tur, nisi quem Fratres communi consensu, vel Fratrum maior pars consilij sanioris secundum Deum, & Beati Augustini Regulam providerint eligendum.

Locorum nostrorũ indemnitas.

14 Paci quoque, & tranquillitati vestræ paterna in posterum solicitudine providere volentes, authoritate Apostolica prohibemus, vt infra clausuras locorum, seu grangiarum vestrarum, nullus rapinam, seu furtum facere, ignem appónere, sanguinem fundere, hominem temere capere, vel interficere, seu violentiam audeat exercere.

Gratiarũ communicatio.

15 Præterea omnes libertates, & immunitates, à Prædecessoribus nostris Romanis Pontificibus domui vestræ concessas, nec non libertates, & exemptiones sæcularium exactionum, à Regibus, & Principibus, vel alijs fidelibus rationabiliter vobis indultas, authoritate Apostolica confirmamus, & præsentis scripti privilegio communimus.

Pœnalis cõstitutio

16 Decernimus ergo, vt nulli hominum liceat, præfatam domum temere perturbare, aut eius possessiones auferre, vel ablatas retinere, minuere, seu quibuslibet vexationibus fatigare: sed omnia integra conserventur, eorum, pro quorum gubernatione, & sustentatione concessa sunt, vsibus omninò profutura, salva Sedis Apostolicæ authoritate, & Diœcesanorum Episcoporum Canonica iustitia.

Inobsequentium castigatio, obedientium benedictio.

17 Siqua igitur, in futurum Ecclesiastica, sæcularisve persona, hanc nostræ constitutionis paginam, sciens cõtra eam temere venire tentaverit, nisi reatum suum congrua satisfactione correxerit, potestatis, honorisque sui careat dignitate, reamque se Divino iudicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat, & à Sanctissimo Corpore, & Sanguine Dei, & Domini Redemptoris nostri IESV-CHRISTI aliena fiat, atque in extremo examine districtæ subiaceat vltioni: Cunctis autem eidem loco sua iura servantibus sit pax Domini nostri IESV-CHRISTI, quatenús hic fructum bonæ actionis percipiant, & apud districtum Iudicem præmia æternæ pacis inveniant. Amen. Amen.

Ego Nicolaus Catholicæ Ecclesiæ Episcopus.

Ego Ioannes Sanctę Cecilię Presbyter Cardinalis.

Ego Fr. Matthæus Tit. S. Laurentij in Damaso Presbyter Cardinalis.

Ego Fr. Hugo Tit. S. Sabinæ Presbyter Cardinalis.

Ego Petrus Tit. S. Marci Presbyter Cardinalis.

Ego Fr. Latinus Ostiensis, & Velisternus Episcopus.

Ego Gerardus Sabinensis Episcopus.

Ego Fr. Matthęus S. Marię in Porticu Diaconus Cardinalis.

Ego Iacobus S. Mariæ in Via Lata Diac. Cardinalis.

Ego Benedictus S. Nicolai in Carcere Tulliano Diac. Cardinalis.

Ego Neapoleo S. Adriani Diac. Cardinalis.

Datis apud Vrbem Veterem per manum Magistri Ioannis Decani Barsentis Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Vice-Cancellarij, decimo Kalendas Septembris, indictione quarta, Incarnationis Dominicæ anno 1291. Pontificatus verò Domini Nicolai Papæ IV. anno 4.

Hanc Bullam affert Mag. Vargas loco citato eius transumpta authentica Barchinone, & Matriti servantur. Extat in antiquo Bull. fol. 33.

Fr. Petrus Barelis Card. creatur.

Creavit Cardinalem ad an. 1290. D. Fr. Petrum Barelis Ordinis nostri professum. Vide Augustinum Alduino in Cathalogo Cardinalium.

NICOLAO IV. qui obijt anno Incarnationis Dominicæ 1292. succedit

COELESTINVS V.

Petrus de Morono Oppidi de Marsarij Eserniæ in Samnitibus, Patre Angelerio. Creatus Perusij Nonis Iulij an. 1294. Sedit menses 5. dies 7. Creavit Cardinales 12. Abdicavit Idibus Decembris, eodem anno 1294. Obijt 14. Kalendas Iunij 1296. Corpus eius in Templo sui Ordinis Sãcti Antonij Ferentini sepelitur. Nullum extat eius nostro Ordini indultum.

COELESTINO V. qui anno salutis 1294. à Pontificatus se se abdicavit honore succedit

BONIFACIVS VIII.

Caietanus, Patria Anagninus, Benedictus antea vocatus Luitfridi filius, ex Hispania oriundus, Presbyter Cardinalis S. Sylvestri in Montibus tit. Equitij. Creatus Neapoli 9. Kalendas Ianuarij anno 1294. Coronatus Romæ 17. Kalendas Februarij anno 1295. Sedit annos 8. menses 9. dies 28. Creavit Cardinales 16. & vnum ex nostro Ordine. Obijt Romæ 5. Idus Octobris, anno 1303. Sepultus est in Basilica Vaticana.

BONIFACII VIII.

CONSTITVTIO I.

Quarto Mag. Generali Venerabili Fr. Petro Amerio.

COMPENDIVM.

Ad quarelam nostram de Presbyteris Secularibus, in suis Ecclesys Redemptionis eleemosynam impedientibus, & eius partem sibi retinere tentantibus, Pontifex Beneficy privatione coercet, & liberam facultatem, cum pralatione eleemosynas petendi pro Redemptione nobis indulget.

Edita an. 1297.

BONIFACIVS EPISCOPVS, Servus servorum Dei: Dilectis filijs Abbaribus, Prioribus, Decanis Præpositis, Archidiaconis, cæterisque Ecclesiarum Rectoribus, Presbyteris, Curatis, & non curatis, & omnibus alijs, ad quos præsentes litteræ pervenerint, salutem, & Apostolicam benedictionem.

Quærela nostra.

1 Quærelam gravem suscepimus ex parte dilectorum filiorum Magistri, & Fratrum Beatæ MARIÆ de Mercede, aliàs S. Eulaliæ Captivorum Barchinonen. Diœcesis, Ordinis Sancti Augustini, quam præ magnitudine culpæ, & pauperum Captivorum in manibus inimicorum Fidei Christianæ captorum, & detentorum, dispendio dissimulare nolumus, nec debemus.

Redemptioni adversantes.

2 Proposuerunt iam dicti Magistri, & Fratres, quod, cum pro eleemosynis, votis, & legatis, dictorum Captivorum requirendis, iuxta consuetudinē suam, authoritate Apostolica cōfirmatam, ad Ecclesias quorumdam Presbyrerorum accedunt, eos eijcere non verentur, cum deberēt eos benignè, & patienter audire, & Parochianos suos ad conferendum dictis pauperibus eleemosynas ardentiús exhortari.

Magna impudentia bona Redemptionis occupare.

3 Accedit autem, quod ijdem Presbyteri quamdam partem dictorum pauperum Captivorū eleemosynarū, ardore avaritię ardētes, exigunt impudenter, & vt possint extorquere, quod quærunt, Parochianis suis reclamantibus, dictorū Captivorum obsequium impediunt.

Ex debito Sedes Apostolica Redemptioni oppitulari tenetur.

4 Vnde, cum tantum gravamen, & pauperum Captivorum dispendia clausis non debeamus oculis pertransire, imò ex debito nostri Pastoralis officij parrocinium tenemur cum omni solertia impartiri, vniversitari vestræ, ad instrar fœl. rec. Innocenrij Papæ IV. & Clementis IV. Romanorum Pontificum, per Apostolica scripta mandamus firmiter, atque pręcipimus, quatenús vniversis Presbyteris vestræ potestati subiectis, sub pœna beneficij privationis iniungatis, vt prædictos Fratres, vel eorum Nuntios, ad opus dictorum pauperum Captivorū in manibus Sarracenorum captorum, & detentorum in Ecclesijs recipiant favorabilitèr, & benignè, & à subditis suis recipi, & audiri faciant, sine impedimento, & contradictione, (quibuscumque omnibus alijs Quæstis, & Quæstoribus illa die cessantibus penitus, & amoris) iuxta quod dicta Sedes Apostolica indulsit: talitèr in his vos habentes, vt dicti Fratres, vel eorum Nuntij pro defectu iustitię ad nostram præsentiam non cogantur laborare.

Beneficio priventur Clerici Redēprioni adversantes.

Præferatur alijs eleemosyna Redēptionis.

Datis apud Vrbem Veterem 4. Idus Octobris, Pontificatus nostri anno tertio.

D. P. à 1. die 12. Octobris.

BONIFACII VIII.

CONSTITVTIO II.

Quarto Mag. Generali Venerabili Fr. Petro Amerio.

COMPENDIVM.

Iniuriam Redemptioni illatam pra sceleris magnitudine, contra Presbyteros seculares pena privationis officy, & beneficy vendicat, & heredes legata Redemptionis retinentes excommunicationis flagello percutit.

Edita an. 1297.

BONIFACIVS EPISCOPVS, Servus servorum Dei. Venerabilibus Fratribus Archiepiscopis, Episcopis, & dilectis filijs, Abbatibus, Prioribus, Decanis, Archidiaconis, Presbyteris, Archipresbyteris, & alijs Ecclesiarum Rectoribus, & Prælatis, ad quos litterę istę pervenerint, salutem, & Apostolicam benedictionem.

Quærela nostra.

1 Quærelam gravem recepimus dilectorum filiorum Magistri, & Fratrum S. Eulaliæ Barcinon. Ordinis S. Augustini, de misericordia Captivorū, quam prę magnitudine culpę, ac Captivorū dispēdio dissimulare, nec volumus, nec debemus.

Sæculares Presbiteri Redemptioni obsistentes.

2 Proposuerunt, siquidèm iam dicti Fratres, quod, cum pro Confratrijs, & eleemosynis Captivorum requirendis, iuxta consuetudinem suam authoritare Apostolica confirmaram, ad Ecclesias quorundam Archipresbyterorum accedunt, eos recipere nolunt: Sed (quod gravius est) de Ecclesijs suis prędictos Fratres eijcere non verentur; cum deberent eos benignè, ac patienter audire, &

& Parochianos suos ad cōferendas Captivis eleemosynas ardentiùs exhortari.

Redemptionis expilatores. 3 Accedit ad hoc, quod ijdem Presbiteri quamdam partem eleemosynarū Captivorum exigunt impudentèr: & vt possint extorquere, quod quærunt (Parochianis suis reclamantibus) Captivorum obsequium impedire, pro suæ voluntatis arbitrio non formidant.

Ex officio Pontifex iura Redemptionis tuetur. 4 Vnde, cum tantum prædictorum Fratrum gravamen, & Captivorum dispendium clausis non debeamus oculis pertransire, quibus potiùs ex debito Pastoralis officij patrocinium, contra hominum insolentiam tenemur impartiri, vniversitati vestræ, ad instar fœl. rec. Innoc. IV. Alexand. IV. & Clem. IV. Romanorum Pontificum Prædecessorum nostrorum, per Apostolica scripta mandamus, atque præcipimus, quatenùs vniversis Presbyteris vestræ potestati subiectis, sub pœna privationis officij, & beneficij iniungatis, vt prædictos Fratres in Ecclesijs suis, ad opus Captivorum, qui duris, & diversis cruciaminibus, in vltramarinis partibus cruciantur, prædicare, & eleemosynas quærere, iuxta quod eis Apostolica Sedes indulsit, sine aliqua contradictione permitant, salva moderatione Concilij Generalis, nec aliquid ab eis exigere, vel extorquere præsumant.

Officij, & beneficij privatio contra infestos Redemptioni.

Vindicari iubet in eos, qui eleemosynas Redēptionis impediunt, aut surripiunt. 5 Si verò de iam dictis, Presbyteris postmodum ad audientiam vestram querela pervenerit, in transgressores præcepti nostri, iuxta modum culpæ, veritate agnita, talitèr vindicetis, quod eis suæ temeritatis peniteat, & Fratres ipsi pro deffectu iustitiæ non cogantur ad nostram præsentiam laborare.

Hæredes legata Redemptionis retinentes. 6 Pervenit prætereà ad audientiam nostram, quod siquando Parochiani prędictis Fratribus de rebus suis aliquid in testamento relinquunt, hæredes eorum, & curatores, vel illi, qui res ipsas penès se habent, ipsum legatum eis solvere contradicunt: qui gravem culpæ maculam contrahunt, & non mediocritèr oculos Divinæ Maiestatis offendunt: quia ea quæ sanctis Dei Ecclesijs, & vitis Religioni, & honestati deditis rationabilitèr in testamento legātur temeritate qualibet detinere præsumūnt.

Legata nobis relicta, malitiosa mora, & appellatione cessante, nobis cōsignentur. 7 Vniversitati vestræ, per Apostolica scripta præcipiendo mādamus, quatenùs, siquando prædicti Fratres, apud vos querimoniam exindè deposuerint, illos, quos vobis nominaverint, si vobis ita esse constiterit, moneatis ardentius, & districtiùs compellatis; vt ea, quæ prędictis Fratribus sunt in testamento legata, remoto appellationis obstaculo, sive malitiosa dilatione, absque diminutione persolvant, vel in præsentia vestra, appellatione remota, exhibeant iustitiæ complementum.

Rebelles excōmunicentur. 8 Quod si monitis vestris parere contempserint, eos, appellatione cessante, vsque ad condignam satisfactionem, excommunicationis vinculo adstringatis.

Datis apud Vrbem Veterem Idibus Octobris, Pontificatus nostri anno tertio.

BONIFACII VIII.

CONSTITVTIO III.

Quarto Mag. Generali Venerabili Fr. Petro Amerio.

COMPENDIVM.

Instituto nostro collaudato, ad Captivorum eleemosynas exhortans, septimam partem peccatorum Redemptionis benefactoribus indulget, & Confratres in Ecclesijs interdictis sepeliendos admittit, quas in accessu Redemptionis aperiri iubet semel in anno.

Edita an. 1297. BONIFACIVS EPISCOPVS, Servus servorum Dei. Vniversis Christi fidelibus, ad quos litteræ istæ pervenerint, salutem, & Apostolicam benedictionem.

Luc 16. 9. Luc. 12. 33. Matth. 6. 20. 1 Si, iuxta sententiam Sapientis, inter tempus seminandi discernimus, & metendi, seminare debemus in terris, quod cum multiplicato fructu metamus in Cœlis, facientes nobis de mammona iniquitatis amicos, qui, cum defecerimus, in æterna tabernacula nos admittant: sic enim thesaurizamus nobis thesauros in Cœlis, vbi fures non effodiunt, nec furantur: sic terrena in Cœlestia, & transitoria in æterna felici commercio commutamus.

Charitatis nostræ cōmēdatio, qua illud Apostoli vsurpari licet, cum liber essē ex omnibus omnium me servū feci, vt plurca lucri facerem. 1. Corint. 9. 19. 2 Licèt autem indigentibus vniversis aperire teneamur viscera pietatis, illis tamen specialius, & abundantius quodāmodò liberalitatis debemus gratiam exhibere, qui cum sint pauperes spiritu, spontè subeunt onera paupertatis, vt pauperibus, & Captivis possint copiosiùs subvenire, dum tamquam nihil habentes, & omnia possidentes, velut penuriam pati, & abundare didicerint: abundant pauperibus; sibi egent, & in se aliorum egestatem, & Captivitatem assumunt, vt ex indigēntia liberali liberalius ministrent Hospitibus, Captivis, & egenis.

Hospitalitatis nobilitas, te obliviscī ad Heb. 13. 3 Hoc verò, quamvis multi laudabilitèr exequantur, illi tamen student laudabiliùs adimplere, qui Hospitalitati vacantes, non solùm recipiunt Hospites,

pites, ſed, & trahunt, illud prophetici cum exequentes: *Frange eſurienti panem tuum, & egenos, vagoſque induc in domum tuam.* Hi enim, cum paſcunt eſurientes, ſitientes potant, colligunt Hoſpites, nudos veſtiunt, & non ſolùm infirmos viſitant, imò (quod laudabiliùs eſt) ſtudent, quod dicit B. Ioannes in Evangelio, adimplere: *Maiorem charitatem nemo habet, vt animam ſuam ponat quis pro amicis ſuis,* illa omnia exequuntur, propter quæ Dominus in vltimo diſtrictionis examine, remuneraturum ſe bonos, & malos aſſerit puniturum.

Iſai. c. 58. · Ioann. 15.

4 Cùm igitùr dilecti filij Magiſter, & Fratres Beatæ Eulaliæ Barcinonenſis Ordinis Sancti Auguſtini totis viribus elaborent, vt ad tranſmarinas partes, pro Captivis Chriſtianis, qui à Sarracenis diris, & diverſis tormentis, vt negent fidem Catholicam, cruciantur, redimendis migrent, ibique ſe impignorent pro illis, & tam gravi periculo ſe exponant, vniverſitatem veſtram, ad inſtar ſel. rec. Innocentij, Alexandri, & Clementis Prædeceſſorum noſtrorum Romanorum Pontificum monemus, & hortamur in Domino, ac in remiſſionem vobis iniungimus peccatorum, quatenùs, vt cooperatores ſiris operum pietatis, accedentes ad vos eorum Nuntios benignè recipere, ac honeſte tractare curetis, eis grata ſubſidia, & pias eleemoſynas conferentes, vt quod Captivis contuleritis per manus eorum in terris, vobis per manus Captivorum theſaurizetis in Cœlis, cum Apoſtolo ſentientes: *Quoniam qui parce ſeminat, parce & metet; & qui ſeminat in benedictionibus, de benedictionibus & metet.* Vitam æternam.

Noſtri inſtitutilaus. · Ad eleemoſynas Captivorum hortatur. · Ad Cor. 2. cap. 9. v. 6.

5 Nos enim de Omnipotentis Dei Miſericordia, & BB. Apoſtolorum Petri, & Pauli authoritate, ac ea, quam Dominus nobis indulſit, poteſtate confiſi, omnibus, qui de facultatibus ſuis, ipſis Captivis ſubvenerint, annuatim ſeptimam partem iniunctæ pœnitentiæ relaxamus: authoritate Apoſtolica ſtatuentes, vt his, qui eorum Fraternitatem aſſumpſerint, ſi Eccleſiæ, ad quas pertinent, fuerint interdictæ, ipſoſque mori contigerit, niſi excommunicati, vel nominatim fuerint interdicti, aut etiam publici vſurarij, ſepultura Eccleſiaſtica non negetur.

Septimam pœnitentiæ partē ſuccurrētibus Captivis, & Eccleſiaſticā ſepulturā tempore interdicti confert.

6 Statuentes inſupèr, vt ſi qui Fratrum ipſorum, qui ad eaſdem Fraternitates miſſi fuerint, vel collectas, in quamlibet Civitatem, Caſtellum, vel vicum interdictum advenerint; in eorum iucundo adventu ſemel aperiatur Eccleſiæ annuatim, Campanæ pulſentur, & excommunicatis, & nominatim interdictis eiectis, Divina Officia celebrentur. *Date igitùr eleemoſynam, vt omnia munda ſint vobis: quoniam eleemoſyna à morte liberat: quia ſicut aqua extinguit ignem, ita eleemoſyna peccato reſiſtit.*

Ceſſet interdictum ad Redēptionis publicationē. · Luc. 11. v. 41. · Tob. 12. v. 9. · Eccl. 3. v. 33.

Datis apud Vrbem Veterem 13. Kalendas Novembtis, Pontific. noſtri anno 3.

Bullam iſtam refert Mag. Vargas ſupra, authentica tranſumpta Matriti, & Barchinone, & in antiquo Bullario, fol. 39. reperies.

BONIFACII VIII.

CONSTITVTIO IV.

Quarto Mag. Generali Venerabili Fr. Petro Amerio.

COMPENDIVM.

Contra iniuſtum bonorum noſtrorum detentorem, Iudicem conſtituit Priorem S. Eulaliæ de Campo Barchinonen.

BONIFACIVS EPISCOPVS, Servus ſervorum Dei. Dilecto filio Priori S. Eulaliæ de Campo Barchinonen, ſalutem, & Apoſtolicam benedictionem.

Edita an. 1298.

1 Conqueſtus eſt nobis Prior domus Sanctæ MARIÆ de Miſericordia Barchinonen. Ordinis Sancti Auguſtini, quod Petrus Michaelis Presbyter, Barchinonen. Diœceſis ſuper quibuſdam cenſibus, redditibus, debitis, poſſeſſionibus, & rebus alijs, ad domum ipſam ſpectantibus, iniuriatur eidem.

† Diego lib. 3 Hist. de los Condes de Barcelona cap. 12. fol 289 pag 1. hablando de este Priorato dice: Priorato de Sta Eulalia del Campo del orden de S. Agustin en el arrabal de Barcelona.

2 Ideòque diſcretioni tuæ per Apoſtolica ſcripta mandamus, quatenùs, partibus convocatis, audias cauſam, & appellatione remota, debito fine decidas: faciens, quod decreveris per Cenſuram Eccleſiaſticam firmitèr obſervari. Teſtes autem, qui fuerint nominati, ſi ſe gratia, odio, vel timore ſubtraxerint, Cenſura, ſimili appellatione ceſſante, compellas, veritati teſtimonium perhibere.

Dat. Laterani, Idibus Ianuarij, Pontif. noſtri anno 4.

Habetur originalis in Archivo noſtro Barchinonenſi.

BONIFACII VIII.

CONSTITVTIO V.

Quarto Mag. Generali Venerabili P.Fr.Petro Amerio.

COMPENDIVM.

Nos, & nostra sub Apostolica protectione suscipit.

Edita an. 1299.

BONIFACIVS EPISCOPVS, Servus servorum Dei. Dilectis filijs Magistro, & Fratribus Sanctæ MARIÆ Barcinonensis de Misericordia Captivorum, Ordinis S. Augustini salutem, & Apostolicam benedictionem. Cum à nobis petitur, quod iustum est, & honestum, tam vigor æquitatis, quàm Ordo exigit rationis, vt id per solicitudinē officij nostri ad debitum perducatur effectum.

Nos, & nostra sub Apostolica protectione admittit.

1 Ea propter, dilecti in Domino filij, vestris iustis postulationibus grato cōcurrentes assensu, personas vestras, & locum, in quo sub communi vita degitis, cum omnibus bonis, quæ impræsentiarum rationabilitèr possidetis, aut in futurum iustis modis, præstante Domino, poteritis adipisci, sub B.Petri, & nostra protectione suscipimus; specialitèr autem terras, domos, possessiones, & alia bona vestra, sicuti ea omnia iustè, & pacificè possidetis, vobis, & per vos domui vestræ authoritate Apostolica confirmamus, & præsentis scripti privilegio communimus.

Privilegia nostra cōfirmat.

Contradictoribus minatur.

2 Nulli ergo omninò hominum liceat, hanc paginam nostræ protectionis, & confirmationis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem Omnipotentis Dei, & Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum eius se noverit incursurum.

Datis Laterani Nonis Martij, Pontificatus nostri anno 5. *Habetur vbi sup.*

BONIFACII VIII.

CONSTITVTIO VI.

Sexto Mag. Generali Venerabili Fr.Arnaldo de Amer.

COMPENDIVM.

Concedit Magistro Generali, vt, omni appellatione cessante, suos subditos valeat corripere.

Edita an. 1302.

BONIFACIVS EPISCOPVS, Servus servorum Dei. Dilecto filio Arnaldo de Amer, Magistro Generali Ordinis B. MARIÆ de Mercede Captivorum, salutem, & Apostolicam benedictionem.

1 Ex thenore tuæ petitionis accepimus, quod, cum tu ad correctionem excessuum Fratrum ipsius Ordinis procedis, provt ad te dignoscitur pertinere, ijdem Fratres, vt regularem correctionem evitent, appellationis obstaculum sæpiùs interponunt; quarè plerumque ipsorum excessus remanent impuniti, & eis secuta materia delinquendi.

2 Nos itaque tuis supplicationibus inclinati, præsentium tibi auctoritate concedimus, vt, non obstante frivolę appellationis obiectu, circa correctionem dictorum Fratrum libere officij tui debitum exequaris.

Quod nō obstanti appellatione possit M. Generalis Fratres corripere.

Dat. Laterani 5. Idus Aprilis, Pontif. nostri anno 8.

Habetur authentica in Archivo nostro Barchinonen.

BONIFACII VIII.

CONSTITVTIO VII.

Sexto Mag. Generali Reverendissimo P.Fr.Arnaldo Amer.

RElaxat peccata venialia, & oblita, vota fracta, si ad ea non redierint, pœnitentias per impotentiam non impletas, transgressiones fidei, & iuramentorum, in quibus proximus non læditur, offensas Patrum, & matrum sine manus iniectione perpetratas.

Concedit, vt si quidquam pauperibus promisserint pro defunctis, sive Missas, sive alia, & cum nostris Fratribus conveniant, ab illis promissionibus sint penitùs absoluti.

Confirmat duodecim quadragenas Cardinalium, & trium Patriarcharum, & Archiepiscopi S.Iacobi.

Citat hanc Bullam V.P.Fr.Raymundus Albertus in Epistola data Barchinona die 2.Iunij, anno 1319. in qua Ecclesię Prelatos ardentissima charitate exorat, vt pio Redemptionis operi viscera misericordia aperiant; benefactoresque ad beneficia Ordinis admittit: de qua epistola authentica transumpta Matriti, & Barchinonæ servantur. Bullę verò authentica non reperitur, nec ad longum memoria.

AD an. 1300. Creavit Cardinalem P.Fr. Dominicum à S.Petro, Ordinis nostri Professorem, Barchinonensis domus sobolem, cuius meminit Alduino in Cathalogo Cardinalium.

D.Fr. Dominicus à S. Petro Cardinalis.

BONI-

BONIFACIO VIII. qui obijt anno 1303. succedit

BENEDICTVS X.
DICTVS XI.

Nicolaus Bocasinus Taruisanus, creatus diè 22. Octobris, anno 1303. Sedit menses 8. dies 17. Obijt die 7. Iulij, anno 1304. Nullum huius Pontificis nostro Ordini indultum reperitur concessum.

D. Fr. Claudius Gallo Patriarch. Antiochię

CReavit tamen ex nostro Ordine Patriarcham Antiochenum D. Fr. Claudium Gallo.

BENEDICTO XI. qui obijt diè præfato succedit

CLEMENS V.

Bertrandus, Archiepiscopus Burdegalensis, Gallus, in Provincia Aquitania, in Oppido Mihandrau agri Burdegalensis natus, Patre Bertrãdo, de familia Gotha. Creatus Perusiæ nonis Iunij, anno 1305. Coronatus pridie Idus Novembris, eodem anno Lugduni, quo Romanam Curiam transtulit. Septuaginta, & ampliùs annos posteà in Gallia retentam. Sedit annos 8. menses 10. dies 16. Creavit Cardinales 24. & ex nostro Ordine duos. Obijt Avenione 12. Kalendas Maij. Sepultus est in Ædicula S. Mariæ de Vzesta.

CLEMENTIS V.
CONSTITVTIO I.

Sexto Magistro Generali Venerabili P. Fr. Arnaldo Amer.

COMPENDIVM.

Hortatur, vt nos, nostrosque Nuntios grato Hospitent fideles subsidio, plenariam Hospitibus Indulgentiam largitur, Confratribus septimam pœnitentiæ partem indulget, & nobis privativè Redemptionis ministerium, seclusis Episcopis, declarat.

Edita an. 1305.

CLEMENS EPICOPVS, Servus servorum Dei. Vniversis Christi fidelibus, ad quos litteræ istæ pervenerint, salutem, & Apostolicam benedictionem.

Hortatur, vt nos, & Nũtij nostri benignè recipiãtur.

1 Vniversitatem vestram, ad instar fœl rec. Gregorij, & Innocentij Prædecessorum nostrorum Romanorum Pontificum, monemus, ac exhortamur in Domino, & in remissionem iniungimus peccatorum, quatenùs, vt cooperatores fitis operum pietatis, accedentes ad vos Fratres, vel Nuntios Sanctæ Eulaliæ Barcinonensis, Ordinis Sancti Augustini de misericordia Captivorum eos benignè recipere, ac honestè tractare curetis, eis grata subsidia, & pias eleemosynas conferentes.

Legata pro Redemptione relicta, nobis cõsignentur.

2 Insupèt vobis præcipimus, vt si quis in Redemptionem Captivorum aliquid relinquat, & non nominatim testatot dixerit per quem debeat Redemptio Captivorum fieri, res huiusmodi ad hoc relictæ, quas solent Episcopi, & eorum Æconomi recipere ab Hæredibus, prædictis Fratribus tradantur, vt per eos pium opus impleatur.

Septimam peccatorũ partè relaxat factis eleemosynam pro Redẽptione.

3 Nos autem de Omnipotentis Dei misericordia, & Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum eius authoritate confisi, & ea, quam nobis Dominus indulsit potestate, omnibus, qui de suis facultatibus ipsis subvenerint, & in tam sancta Fraternitate statuerint se collegas, annuatim septimam iniunctæ pœnitentiæ partem relaxamus, authoritate Apostolica.

Plenaria indulgentia nostris Hospitibus.

4 Addimus etiam, vt illi, qui Fratribus de Mercede Captivorum, aut eorum Nuntijs cibaria, aut potum de suis dederint, ab omnibus peccatis suis sint immunes, & etiam absoluti, si fuerint verè pœnitentes, & confessi.

Datis Lugduni 15. Kalendas Novembris, Pontificatus nostri anno primo.

Huius meminit Mag. Vargas, loco citato, habetur authentica in præfatis Archivis, & veteri Bullario, fol. 42.

CLEMENTIS V.
CONSTITVTIO II.

Magistratu sub lite inter Fr. Arnaldum ~~Rosiniol~~, & Fr. Raymundum Alberti.

A. Amerio

COMPENDIVM.

Electo ab Equitibus laicis in Magistrum Fr. Arnaldo ~~Rosinial~~, & à Clericis Fr. Raymundo Alberti, re ad Pontificem delata, pro bono pacis statuit, quod in spiritualibus totum Ordinem moderetur Raymundus, & in temporalibus Arnaldus.

A. Amerio

Edita an. 1308.

CLEMENS EPISCOPVS, Servus servorum Dei. Dilectis filijs vniversis Diffinitoribus, Commendatoribus, & Fratribus, tam Clericis, quàm laicis Ordinis Beatæ Mariæ de Mercede Captivorum, secundum Regulam Sancti Augustini viventibus, salu-

salutem, & Apostolicam benedictionem.

Exordiū.

1 Cœlestis dispositione consilij, per quod in regno mūdi ordinationem suscipiunt vniversa, supremæ dignitatis fastigio, licèt immeriti, præsidentes, super gregem dominicum, nostræ vigilantiæ creditum, vigilis speculatoris officium exercemus, circa illa potissimum intentum animum dirigendo, curamque impendendo solicitam, per quæ cunctis Christi fidelibus, & præcipuè Personis, Religionis observantiæ deditis, fructus salutis proveniat, & cultus divini nominis augeatur; quæ (prout nobis firma spes suggerit) ex eo faciliùs, & efficatiùs subsequi poterunt, si personis ipsis, gubernatore carentibus, personas præficiamus idoneas, ac eas viris providis committamus, qui commissas, sibi personas per suam circumspectionem providam, & providentiam circumspectam salubriter dirigant, & informent, ac regimen piorum locorū, suæ vigilantiæ commissorum, non solum gerant vtiliter, sed multimodis etiam efferant incrementis.

Memorat' electionis scissuram in diversos abeuntē.

2 Sanè decedente dudum quodam Fr. Petro Amer Magistro Fratrum Ordinis vestri, secundum Regulam Sancti Augustini viventium, in quo quidem Ordine, tam Clerici, quàm laici fore noscuntur; vos die ad eligendum præfixa in simul convenistis, & deliberavistis per viam scrutinij procedere ad providendum dicto Ordini de Magistro, votisque vestris in diversos divisis, quidam de vobis dilectum filium Fr. Arnaldum de Amerio Fratrem prædicti Ordinis laicum, ac nonnulli alij quęmdam Fr. Petrum Formiea, Fratrem eiusdem Ordinis Clericum, tunc viventem, & eo postmodum viam vniversæ carnis ingresso, dilectum filium Fr. Raymundum Alberti Clericū, Fratrem Professum dicti Ordinis, per viam compromissi, tunc elapsis diebus pluribus, ad ipsius Ordinis regimē elegistis in discordia; ac postmodum huiusmodi electionum negotio, per appellationes partium earumdem ad Sedem Apostolicam devoluto, fœl. rec. Bonifacius Papa VIII. Prædecessor noster huiusmòdi negotium dilecto filio nostro Gentili, Tit. Sancti Martini in Montibus Presbytero Cardinali, vivæ vocis oraculo, audiendum, & referendum sibi commisit.

Appellatio ad Sedem Apostolicam.

Commissinoe facta Cardioalis S. Martini super litis cognitione.

Alia super litis cognitione commissio

3 Sed interim eodem Prædecessore naturæ debitum persolvente, nos postmodum ad apicem summi Apostolatus, divina dispositione vocati, eodem Cardinale se, de mandato nostro à Romana Curia absentante, prædictum negotium dilecto filio nostro Guillelmo, Tit. Sanctæ Potentianæ Presbytero Cardinali similitèr audiendum, & referendum nobis duximus committendum.

4 Sicque facta nobis per eumdem Guillelmum relatione super hoc fideli, nos ad prosperum, & tranquillum statum supradicti Ordinis solicitis studijs intendentes, & cupientes, vt in ipso Ordine tranquilla pax vigeat, fraterna charitas ferveat, & animorum identitas perseveret, prædictas electiones de ipsis Fratribus Arnaldo, & Raymundo, vt præmittitur factas, necnon, & confirmationem super huiusmòdi electione dicti Raymundi, per loci Diœcesanum, vt dicitur, subsecutam, ex dictis rationalibus causis, non tamen vitio personarum, authoritate Apostolica cassavimus, & irritavimus, cassatas, & irritas duximus nuntiandas.

Irritantur electiones, non vitio personarum.

5 Volentes itaque obviare dispendijs, quæ posset præfato Ordini diuturnitas vacationis Rectoris inferre, ipsique Ordini, tam in spiritualibus, quàm in temporalibus per nostræ providentiæ studium vtilitèr providere, ad personam dicti Raymundi, de Religionis zelo, vitæ munditia, & prudentia circumspecta, alijsque virtutum meritis nobis, & Fratribus nostris multiplicitèr commendatam, direximus oculos mentis nostræ, ac ipsum Raymundum Fratrem Professum prædicti Ordinis Clericum, de ipsorum Fratrum nostrorum Consilio, & Apostolicæ potestatis plenitudine, dicto Ordini, in spiritualibus dumtaxat, hac vice præstamus, præficimus in Priorem, sibique curam, & administrationem ipsius in eisdem spiritualibus committentes: Dilecto filio Fr. Arnaldo Rosignioli laico Professo dicti Ordinis, pro salubri statu Ordinis prædicti, & divini cultus augmento, per nos ea vice præfecto in Magistrum, quoad temporalia tantùm Ordinis supradicti.

V. Raymūdi Alberti Apostolica, & eximia commēdatio.

V. Raym. Albert totius Ord. in spiritualibus instituitur Magister.

Arnaldus Rosignioli Mag. in temporalibus præficitur.

6 Per hæc autem non intendimus statutis, ordinationibus, & consuetudinibus prædicti Ordinis in aliquo derogare, quin idem Raymundus possit à Regimine huiusmòdi Prioratus iuxta statuta, ordinationes, & consuetudines easdem, per Diffinitores eiusdem Ordinis amoveri.

Diffinitores poterant à Magistratu amovere.

7 Quo circa vniversitati vestræ per Apostolica scripta mandamus, quatenùs præfatum Fr. Raymundum Priorē, pro nostra, & Apostolicæ Sedis reverentia, benignè recipientes, & honestè tractantes, eidem in omnibus, quæ ad spiritualia dicti Ordinis pertinent, plenè intendere, ac efficacitèr obedire curetis; ita quod mutua inter vos, & ipsum abundet charitas, & dilectionis gau-

Præcipit obedire Raymundo.

gaudium, ac optatæ prosperitatis consurgere valeat incrementum, nosque devotionem vestram possimus propter hoc dignis in Domino laudibus commendare.

Datis Pictavijs 2. Idus Februarij, Pontific. nostri anno 3.

D.Fr. Severinus Gallus Cardinalis creatur.

Creavit ex nostro Ordine ad ann. 1310. Cardinalem D. Fr. Severinum Gallum nomine, & Natione in quatuor Adventus temporibus. Testatur P. Alduino in Cathalogo Cardin.

Fr. Claudius Porta Cœli Cardinalis creatur

Idem Pontifex ad ann. 1312. in temporibus Advētus Cardinalem creavit D. Fr. Claudium de Porta-Cœli Gallum, Conventus nostri Carcasonensis sobolem. Testatur ibidem Alduinus.

CLEMENTI V. qui obijt anno 1314. succedit

IOANNES XXI. DICTUS XXII.

Iacobus de Ossa anteà dictus, Gallus Chaturcensis in Aquitania, Arnaldo Deijsa genitus, Episcopus Cardinalis Portuensis, & S. Rufinę. Creatus Lugduni 8. Idus Augusti anno 1316. Coronatus Nonis Septembris eodem anno. Sedit annos 18. menses 3. dies 28. Creavit Cardinales 28. & ex nostro Ordinę Cardinalem vnum, & Episcopos duos. Obijt Avenione pridie Nonas Decembris anno 1334. Sepelitur in Cathedrali Sanctę Mariæ de Donis.

IOANNIS XXII.

CONSTITVTIO I.

Octavo Mag. Generali Venerabili P. Fr. Raymundo Alberti. Procuratore Ordinis in Apostolica Curia Fr. Ioanne Claregat.

Vita fūcto Fr. Arnaldo Rosignioli, & electione facta de Mag. Gen. in tēporalib9, & spiritualib9 per 114. Electores in persona Fr. Raymūdi Alberti, & per 70. Electores Æquites in persona Fr. Berengarij Ostalensis Æquitis, orta lite, Pontifex vtramque irritat electionem; & ne Religio Pastore viduata maneat, motu proprio, & certa scientia Magistrum Generalem totius Ordinis in spiritualibus, & temporalibus Fr. Raymūdum Albetti designat.

Datis Avenione 15. Kalendas Decembris, Pontificatus sui anno 2.

Edita an. 1317.

Huius Bullę, cuius ad longum non reperitur exemplar, meminit Magister Vargas loco citato, & antiquum Bullariū fol. 44.

IOANNIS XXII.

CONSTITVTIO II.

Octavo Mag. Generali Venerabili P. Fr. Raymundo Alberti.

COMPENDIVM.

Confirmat universa Pontificum, & Regum privilegia, hactenus Ordini nostro concessa.

Edita an. 1318.

IOANNES EPISCOPVS, Servus servorum Dei. Dilectis filijs Præceptori, & Fratribus Domus Sanctæ MARIÆ Tolosanæ de Mercede Captivorum, salutem, & Apostolicam Benedictionem.

Privilegia nostra cōfirmantur

1 Solet annuere Sedes Apostolica pijs votis, & honestis petentium precibus favorem impartiri. Ea propter, dilecti in Domino filij, vestris iustis postulationibus grato animo concurrentes, omnes libertates, & immunitates, à Prædecessoribus nostris Romanis Pontificibus, sive per privilegia, vel alias indulgentias, vobis, & Domui vestræ concessas, nec non libertates sæcularium exactionum, à Regibus, & Principibus, ac alijs Christi Fidelibus rationabiliter vobis, & Domui vestræ prædictæ indultas, sicuti eas iustę, & pacificé obtinetis, vobis, & per vos eidem Domui authoritate Apostolica confirmamus, & præsentis scripti privilegio communimus.

Imprecatio in cōtradictores.

4 Nulli ergo omninò hominum liceat, hanc paginam nostræ confirmationis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem Omnipotentis Dei, & BB. Petri, & Pauli Apostolorum eius se noverit incursurum.

Dat. Avenione 6. Kalendas Februatij, Pontific. nostri anno 2.

Hanc Bullam refert Mag. Vargas vbi sup. & Bullarium vetus. Extat transumptum authenticum in Archivo Matritis, & originalis Barchinona.

IOANNIS

IOANNIS XXII.

CONSTITVTIO III.

Octavo Mag. Generali Venerabili P. Raymundo Alberti. Procuratore in Apostolica Curia Fr. Ioanne Claregat.

Reclamantibus nostris Equitibus laicis pro Magistratus obtentione, & audito Arnaldo de Via Cardinale T it.S. Eustachij Commissario, confirmat Bullam Clementis V. in favorem Clericorum, & Raymundum Alberti in Magistratu, quoad temporalia, & spiritualia, vniversis Fratribus præcipiens, vt eum ipsi in omnibus obedientiam præstent; & Electoribus sub gravibus pœnis imponit, vt in posterum Fratrem Clericum, exclusis laicis, in Magistrum Generalem exoptent, & eligant.

Datis Avenione Nonis Iunij, Pontificatus sui anno 2.

Sic habet Magister Vargas loco citato, & antiquum Bullarium fol. 45. nec extat apud nos ad longum exemplar.

D. Fr. Petrus Bustamante Episcopus Oximen. — Creavit ex nostro Ordine ad ann. 1329. Episcopum Oximensem D. Fr. Petrum de Bustamante, Regalis Conventus nostri Vallis-Oletani sobolem.

Fr. Raymũdus Alberti Cardinalis creatur. — Ad annum 1330. Cardinalem creavit præfatum Mag. Fr. Raymundum Albertum, prout refert citatus Alduino in Cathalogo Cardinalium.

D. F. Simõ de Soussa Episcopus de Badajoz. — Idem Pontifex eodem anno creavit Episcopum Badajocensem in Castella D. Fr. Simonem de Soussa Conventus nostri Xetecensis filium, Regum Castellæ eximium Concionatorem.

Contra IOANNEM XXII. sedit

PSEVDO MART. V.

Reatinus. Creatus Romæ anno 1327. 4. Idus Maij. Sedit annos 3. mens. 2. dies 14. Coactus abdicavit Avenione 8. Kalendas Septembris anno 1330.

IOANNI XXII. qui obijt anno 1334. succedit

BENEDICTVS XI.

DICTVS XII.

Gallus, de Provincia Tolosana, Oppido Sabarduno, Diœcesis Apamiarum, Iacobus Furnerius, Guillelmi filius. Creatus Avenione 13. Kalendas Ianuarij, anno 1334. Coronatus Kalendis eiusdem, anno 1335. Vixit annos 7. menses 4. dies 6. Creavit Cardinales 6. & ex nostro Ordine Cardinalem vnum, & Episcopum item vnum. Obijt Avenione 7. Kalendas Maij anno 1342. Sepultus est in Cathedrali Sanctæ Mariæ de Donis.

BENEDICTI XII.

CONSTITVTIO VNICA.

Nono Mag. Generali Venerabili P. Fr. Berengario Cantull.

COMPENDIVM.

Pontificia, & Regia confirmat privilegia.

Edita an. 1340. — Benedictvs Episcopvs, Servus servorum Dei. Dilectis filijs Magistro, & Fratribus Domus Sanctæ Eulaliæ Barchinonen. Ordinis S. Augustini, salutem, & Apostolicam Benedictionem.

Privilegia confirmãtur. — 1 Solet annuere Sedes Apostolica pijs votis, & honestis petentium precibus favorem benevolum impartiri. Ea propter, dilecti in Domino filij, vestris iustis postulationibus grato concurrentes assensu, omnes libertates, & immunitates, à Prædecessoribus nostris Romanis Pontificibus, sive per privilegia, vel alias indulgentias, vobis, & Domui vestræ concessas, nec non libertates, & exemptiones, secularium exactionum, à Regibus, & Principibus, & alijs Christi Fidelibus rationabiliter vobis, & Domui prędictæ indultas, sicut ea omnia iusté, & pacificè obtinetis, vobis, & per vos eidem Domui vestræ authoritate Apostolica confirmamus, & præsentis scripti patrocinio communimus.

Imprecatio in cõtradictores. — 2 Nulli ergo omninò hominum liceat, hanc paginam nostræ confirmationis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem Omnipotentis Dei, & Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum eius se noverit incursurum.

Datis Avenione Idibus Martij, Pontific. nostri anno 6.

Hac Bulla adducitur à Mag. Vargas tom. 1. lib. 2. cap. 4. & in antiquo Bullario

rio fol.45. Eius authentica transsumpta Matriti, & Barchinone extant.

D. Fr. Simonem de Souffa Episcopus Tudensis assumitor.

AD ann.1334. assumpsit ad Episcopatum Tudensem in Gallecia supramemoratum D. Fr. Simonem de Souffa Episcopum Badajocensem.

D. Fr. Raymundus de Tolosa Cardinalis creatur

Idem Pontifex Cardinalem Presbyterum Tit. S. Stephani in Monte Cælio creavit D. Fr. Raymundum de Tolosa Ordinis nostri professum, Gallum Tolosanum, Comitis de Monfort tertius natus, in Redemptoris munere celebrem, Fidei propugnaculum, qui plures Iudæos Legisperitos sacra luce perfudit. Testatur P. Alduino in Cathalogo Cardinalium.

BENEDICTO XI. dicto XII. qui obijt ann. 1342. succedit

CLEMENS VI.

Fr. Petrus Rogerij Monstrius de Malmonte, Lemovicensis Diœcesis, Gallus, Presbyter Cardinalis SS. Nerei, & Achilei Tit. Fasciolæ. Creatus Avenione Nonis Maij, anno 1342. Coronatus 14. Kalendas Iulij. Vixit annos 10. dies 7. Creavit Cardinales 27. & ex nostro Ordine Cardinalem vnum, Patriarcham vnum, & Episcopos duos. Obijt Avenione in Vrbe, & Comitatu Venavini 8. Idus Decembris, ann. 1352. Sepelitur in Cathedrali, & transfertur ad Monasterium Casæ-Dei, vbi Abbas fuerat.

CLEMENTIS VI.

CONSTITVTIO I.

Nono Mag. Generali Venerabili P.Fr.Berengario Cantull.

COMPENDIVM.

Ad subsidium Captivorum adhortatur, & benefactoribus Redemptionis indulgentias concedit.

Edita an. 1342.

CLEMENS EPISCOPVS, Servus servorum Dei. Vniversis Christi Fidelibus, præsentes litteras inspecturis, salutem, & Apostolicam Benedictionem.

Misericordiæ præmium.

1 Quoniam, vt ait Apostolus, omnes stabimus ante Tribunal Christi, recepturi, prout in corpore gessimus, sive bonum, sive malum, oportet nos diem messionis extremę operibus misericordiæ prævenire, ac æternorum intuitu seminare in terris, quod redděte Domino, cum multiplicato fructu recolligere valeamus in Cœlis; firmam spem, fiduciamque tenentes: Quoniam *qui parce seminat, parce & metet: & qui seminat in benedictionibus, de benedictionibus & metet, vitam ęternam.*

2 Cor. 9. v. 6.

Hortatur ad subveniendum Captivis.

2 Cùm autem, sicut accepimus, per dilectos filios Magistrum, & Fratres Domus S. MARIÆ de Mercede Captivorum Barchinonen. Ordinis S. Augustini, Christiani, qui pro tempore ab inimicis Christianę Fidei detinētur, consueverunt hactenùs redimi, fueritque ipsa Domus pro Redemptione huiusmodi instituta, & de præsenti nōnulli Christiani ex diversis mundi partibus à prædictis inimicis detinentur Captivi, ad quorum liberationem Christi Fidelium eleemosynæ sunt plurimū opportunæ, Vniversitatem vestram rogamus, monemus, & hortamur attentè, in remissionem peccatorum vobis nihilominùs iniungentes, quatenùs de bonis vobis à Deo collatis, pro Redēptione Captivorum eis pias eleemosynas, & gratia charitatis subsidia erogetis; vt per subventionem huiusmodi præfati Captivi valeant redimi, & vos per hæc, & alia bona, quæ, inspirante Domino, feceritis, ad æternæ possitis fœlicitatis gaudia pervenire,

Vnum an nū, & 40. dies indulgentiæ fucuriētibus Redemptioni conceditur.

3 Nos enim de Omnipotentis Dei misericordia, & Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum eius authoritate confisi, omnibus verè pœnitentibus, & confessis, qui pro Redemptione huiusmodi eleemosynas, & subsidia erogaverint, vnum annum, & quadraginta dies de iniunctis sibi pœnitentijs misericorditer relaxamus: præsentibus post viginti annos minimé valituris.

Datis Avenione 2. Idus Iulij, Pontificatus nostri anno 1.

Hęc Bulla adducitur à Mag. Vargas, & Bullario veteri, eius authentica transsumpta in relatis Archivis servantur.

CLEMENTIS VI.

CONSTITVTIO II.

Decimo Mag. Generali Venerabili P. Fr. Vincentio Riera.

COMPENDIVM.

Confirmat Pontificum, Regum, ac Principum privilegia.

Edita an. 1348.

CLEMENS EPISCOPVS, Servus servorum Dei. Dilectis filijs Magistro, & Fratribus Domus Ordinis B.MARIÆ de Mercede Captivorum Barchinonen. salutem, & Apostolicam Benedictionem.

solet

Exordiũ.

1 Solet annuere Sedis Apostolica pijs votis, & honestis petentium precibus favorem benevolum impartiri. Ea propter, dilecti in Domino filij, vestris iustis postulationibus grato concurrentes assensu, omnes libertates, & immunitates à Prædecessoribus nostris Romanis Pontificibus, sive per privilegia, sive alias indulgentias, vobis, & Domui vestræ concessas, nec non libertates, & exemptiones sæcularium exactionum, à Regibus, & Principibus, & alijs Christi Fidelibus, rationabiliter, vobis, & eidem Domui vestræ indultas, sicuti ea iuste, & pacificè obtinetis, vobis, & per vos eidem Domui authoritate Apostolica confirmamus, & præsentis scripti patrocinio communimus.

Cõfirmat privilegia nostra.

2 Nulli ergo omninò hominum liceat, hanc paginam nostræ confirmationis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem Omnipotentis Dei, & Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum eius se noverit incursurum.

Datis Avenione 2. Kalendas Martij, Pontific. nostri anno 1.

Bullam hanc adducunt Mag. Vargas cap. 5. pag. 165. ad ann. 1343. & vetus authenticum Ordinis Bullarium, B. 3. huius Pontific. fol. 47. Eius originale in Barchinonen. authentica quoque transumpta in Matritensi generalibus Archivis custodiuntur. Hanc ipsam Bullam denuo concessit idem Pontifex 4. Idus Martij, Pontific. sui ann. 1. cuius meminit idem Vargas.

CLEMENTIS VI.

CONSTITUTIO III.

Decimo Mag. Generali Venerabili P. Fr. Vincentio Riera.

COMPENDIUM.

Hortatur ad subventionem Captivorum, & Confratribus manus adiutrices porrigentibus plenariam largitur indulgentiam.

Edita an. 1344.

CLEMENS EPISCOPUS, Servus servorum Dei. Universis Christi Fidelibus, ad quos litteræ istæ pervenerint, & quibus præsentatæ fuerint salutem, & Apostolicam Benedictionem.

1 Licèt indigentibus universis aperire teneamur viscera charitatis, illis tamen specialius, & abundantius quodammodo liberalitatis debemus gratiam exhibere, qui cum sint pauperes spiritu, sponte subeunt onera paupertatis, ut pauperibus possint copiosius subvenire.

2 Cum igitur dilecti filij Magister, & Fratres Ordinis B. MARIÆ Captivorum pro redimendis Captivis de manibus Sarracenorum totis viribus elaborent, & ad hoc exequendum suæ facultates minimè suppetant, nisi Christi Fidelium eleemosynis adiuventur, monemus Universitatem vestram, & hortamur in Domino, quatenùs cooperatores sitis operum pietatis, cum Apostolo sentientes, quoniam *qui parce seminat, parce & metet, & qui seminat in benedictionibus, de benedictionibus & metet vitam æternam.*

Causa cõcessionis.

2. Corint. 9. v. 6.

3 Nos enim de Omnipotentis Dei misericordia, & Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum eius, ac ea, quam nobis indulsit potestate confisi, omnibus, & singulis, qui de bonis sibi à Deo collatis duos florenos auri Aragoniæ, vel pretium æquivalens dicto Ordini contulerint pro solutione quarundam exactionum, quas dicti Sarraceni, Christianæ Fidei inimici, à Redemptoribus dicti Ordinis, postquam empti sunt Fideles Christi, qui in potestate eorum capti miserabiliter detinentur, pro unoquoque iniustè exigunt, ut persolvant; dummodò de peccatis suis corde contriti fuerint, & ore confessi, concedimus, ut Confessor idoneus, quem ipsi benefactores duxerint eligendum, omnium peccatorum suorum plenariam remissionem concedere valeat de gratia speciali; si tamen dicti benefactores in sua Sancta Fraternitate statuerint se collegas, & beneficia prædicto Ordini præstiterint annuatim, vel alias ad discretionem prædicti Magistri Generalis, sive Commendatorum, vel Fratrum eiusdem Ordinis.

Plenaria indulgentia Cõfratribus duos florenos pro Captivis conferentibus.

4 Nulli ergo omninò hominum liceat, hanc paginam nostræ concessionis, & indulgentiæ infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignitatem Omnipotentis Dei, & Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum eius, se noverit incursurum.

Imprecatio in cõtradictores.

Dat. Romæ apud Sanctum Petrum 3. Idus Maij, Pontific. nostri anno 3.

Hanc Bullam intexuit Callixtus III, infra Constit. 3. ambiguum tamen est, à quo Clemente hæc Bulla expedita fuerit: cum enim data sit Romæ apud S. Petrum, & hic Clemens VI. nusquam Romæ Pontifex commoratus sit, ab eo non videtur expedita, nisi Notarij incuria, aut lapsui calami tribuamus, pro Avenione Romam scripsisse; de quo sæpè repetuntur exempla, ut videre licet in Const. 6. huiusmet Pontificis, quam memoratus

ratus Calixtus, ficat iftam, ibidem refert Romę fimiliter datam, cum tamen originale Avenione expeditam eſſe manifeſtet. Huius Bullę habetur tranſumptum authenticum in Archivo Barchinonen. & in antiquo Bullario, fol. 46.

CLEMENTIS VI.

CONSTITVTIO IV.

Decimo Mag. Generali Venerabili P. Fr. Vincentio Riera.

COMPENDIVM.

Hortatur ad Captivorum ſublevationem, & benefactoribus Indulgentias largitur; per quęſtores has litteras deferri prohibet.

Edita an. 1344.

CLEMENS EPISCOPVS, Servus ſervorum Dei. Vniverſis Chriſti Fidelibus, præſentes litteras inſpecturis, ſalutem, & Apoſtolicam Benedictionem.

Ad Rom. 14. Ad Corinth. 2. 5.

1 Quoniam, vt ait Apoſtolus, omnes ſtabimus ante Tribunal Chriſti, recepturi, prout in corpore geſſimus, ſive bonum fuerit, ſive malum, oportet nos diem meſſionis extremæ miſericordiæ operibus prævenire, ac æternorum intuitu ſeminare in terris, quod, reddente Domino, cum multiplicato fructu recolligere debeamus in Cœlis; firmam ſpem, fiduciamque tenentes:

2. Cor. 6. 6.

Quoniam *qui parce ſeminat, parce & metet: & qui ſeminat in benedictionibus, de benedictionibus & metet, vitam æternam.*

2 Cùm itaque, ſicut accepimus, dilectis filijs Magiſtro, & Fratribus Ordinis S. MARIÆ de Mercede Captivorum, tam pro eorundem Magiſtri, & Fratrum ſuſtentatione, quàm pro dictorum Captivorũ Redemptione, proprię non ſuppetant facultates, nos eorumdem Magiſtri, & Fratrum ſupplicationibus inclinati, vniverſitatem veſtram monemus, & hortamur in Domino, vobis in remiſſionem peccatorũ iniungentes, quatenùs de bonis vobis à Deo collatis, pias eis, maximè prò Redemptione Captivorum eleemoſynas, & grata charitatis ſubſidia erogetis; vt per veſtram huiuſmodi ſubventionem eorum inopiæ, & dictorum Captivorũ Redemptioni etiam conſulatur: vosque per hæc, & alia bona, quæ, Domino inſpirante, feceritis ad æternæ poſſitis fœlicitatis gaudia pervenire.

Hortatur ad ſubventionẽ Captivorum.

3 Nos enim de Omnipotentis Dei miſericordia, & Beatorum Petri, & Pauli Apoſtolorum eius authoritate confiſi, omnibus verè pœnitentibus, & confeſſis, qui de bonis à Deo collatis pias eleemoſynas erogaverint, centum dies de iniunctis pœnitentijs miſericorditer relaxamus.

Indulgẽtia 100. dierũ benefactoribus noſtris.

4 Præſentes autem litteras mitti per quæſtuarios diſtrictius inhibemus, eas, ſi ſecùs actum fuerit, carere viribus decernentes.

Ne mittatur per Quæſtuarios hæ litteræ.

Datis Avenione 16. Kaled. Novembris, Pontificatus noſtri anno 3.

Habetur apud M. Vargas, & in Bullario veteri, loc. cit. originale Barchinonę, & tranſumpta anth. Matriti.

CLEMENTIS VI.

CONSTITVTIO V.

Vndecimo Mag. Generali V. P. Fr. Dominico Serrano.

COMPENDIVM.

Fratres noſtros nomine Quæſtorum à Clemente V. in Concilio Viennen. prohibitorum, non venire declarat, noſtris benefactoribus annum, & 40. dies indulgentiæ concedit.

Edita an. 1345.

CLEMENS EPISCOPVS, Servus ſervorum Dei. Vniverſis Chriſti fidelibus, præſentes litteras inſpecturis, ſalutem, & Apoſtolicam benedictionem.

1 Non obſtantibus conſtitutionibus, olim per Dominum Clementem bonæ memoriæ Papam V. in Viennenſi Concilio de Quæſtoribus factis, quæ incipiunt. *Abuſſionibus, &c.* quia iſti non ſunt Quæſtores, ſed Religioſi, SacrumHabitum portantes, noſtros Chriſtianos Fratres Redimentes. Quarè Indulgentias eis conceſſas volumus, & concedimus, &c.

Concil. Vnir. Vienẽ, 1311. celebratum. Clem. li. 5. tit. 9. de pœnit. & remiſſ. c. 2. Fratres noſtri Quæſtores non ſunt.

2 Nos de Omnipotentis Dei miſericordia, & Beatorum Petri, & Pauli Apoſtolorum eius authoritate confiſi, omnibus benefactoribus dicti Ordinis, & Redemptionis ſingulis diebus, vſque ad vnum menſem, vnum annum, & quadraginta dies de iniunctis, ſibi pœnitentijs miſericorditer relaxamus.

Indulgẽtiæ benefactoribus.

3 Nulli ergo omninò hominum liceat, hanc paginam noſtræ voluntatis, conceſſionis, & relaxationis infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præſumpſerit, indignationem Omnipotentis Dei, & beatorum Petri, & Pauli Apoſtolorum eius ſe noverit incurſurum.

Imprecatio in Cõtradictores.

Datis Avenione 5. Nonas Octobr. Pontificatus noſtri anno 4.

Refert eam Mag. Vargas, & antiquum

quum Bullarium, habetur in originali Barchinona.

CLEMENTIS VI.

CONSTITVTIO V.

Vndecimo Mag. Generali V.P.Fr. Dominico Serrano.

COMPENDIVM.

Eadem concedit, qua supra Bulla quarta.

Edita an. 1346.

CLEMENS EPISCOPVS, SERVVS servorum Dei. Vniversis Christi fidelibus, ad quos litteræ istæ pervenerint, salutem, & Apostolicam benedictionem.

1 Licet indigentibus vniversis aperire teneamur viscera charitatis, illis tamen specialiùs, & abundantiùs liberalitatis debemus gratiam exhibere, qui cum sint pauperes spiritu.

Reliqua vt sup. Bulla 4.

Datis Avenione 4. Idus Martij, Pontificatus nostri anno 4.

Eam adducit antiquum Bullarium, eiusque originale extat in Archivo Barchinona.

D. Fr. Berengarius Cantul. Episc. Barchinonen. creatur.

CReavit ex nostro Ordine an. 1343. Episcopum Barchinonen. D. Fr. Berengarium Cantul Generalem Magistrum, de quo vide in Cathalogo Generalium.

D. Fr. Dominicus Serrano Cardinal. creatur.

Idem Pontifex ad annum 1348. die 4. Iunij Cardinalem Tit. SS. Quatuor Coronatorum, creavit præfatum Fr. Dominicum Serrano nostri Ordinis M. Generalem, de quo vide in eorum Cath. & P. Alduino loc. cit.

Fr. Alphõ. Pimentel Episc. Mirobrigẽ. creatur.

Idem Pontifex ad annum 1349. creavit Episcopum Mirobrigen. in Castella, Fr. Alphonsum Pimentel, ex Illustrissima Comitum Beneventi familia ortum, & in nostro Salmanticensi Collegio indutum.

Fr. Ioãnes Panubio Patriarch. Ierosolimitanus creatur.

Idem Pontifex eodem anno Patriarcham Ierosolimitanum instituit Fr. Ioannem Panubio Ordinis nostri Professorem.

CLEMENTI VI. qui obijt anno 1352. succedit

INNOCENTIVS VI.

Gallus, Stephanus, Alberti filius, Lemovicis in Gallia Provincia Aquitania ortus, Presbyter Cardinalis SS. Ioannis, & Pauli, Tit. Pamachij, Episcopus Ostiensis, & Veliternus. Creatus Avenione 15. Kalend. Ianuarij, anno 1352. Coronatus 4. Kalendas eiusdem. Sedit annos 9. menses 8. dies 26. Creavit Cardinales 16. & ex nostro Ordine vnum. Obijt Avenione pridie Idus Septembris anno 1362. Sepelitur in Cathedrali S. Mariæ de Donis; postea ad Monasterium Carthusianorum Villæ-Novæ transfertur.

INNOCENTII VI.

CONSTITVTIO I.

Duodecimo Magistro Generali Venerabili P. Fr. Pontio Varelis.

COMPENDIVM.

Confirmat omnia Privilegia, & indulta à suis Prædecessoribus, Regibus, & Principibus Ordini nostro concessa.

Edita an. 1353.

INNOCENTIVS EPISCOPVS, Servus servorum Dei. Dilectis filijs Magistro, & Fratribus domus Sanctæ MARIÆ Captivorum Barchinonen. salutem, & Apostolicam Benedictionem. Cum à nobis petitur, quod iustum est, & honestum, tam vigor æquitatis, quàm ordo exigit rationis, vt id per sollicitudinem nostri officij ad debitum perducatur effectum.

Exordium

1 Ea ptopter, dilecti in Domino filij, vestris iustis postulationibus grato concurrentes assensu, omnes libertates, & immunitates, à Prædecessoribus nostris Romanis Pontificibus, sive per privilegia, sive alias Indulgentias vobis, & domui vestræ concessas, nec non libertates, & exemptiones sæcularium exactionum, à Regibus, & Principibus, seu alijs Christi fidelibus rationabilitèr vobis, & domui vestræ indultas, sicuti ea iustè, & pacificè obtinetis, vobis, & per vos eidem domui authoritate Apostolica confirmamus, & præsentis scripti privilegio communimus.

Cõfirmãtur Privilegia nostra.

2 Nulli ergo omninò hominum liceat, hanc paginam nostræ confirmationis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem Omnipotentis Dei, & BB. Petri, & Pauli Apostolo-

Imprecatio in Cõtradictores.

stolorum eius se noverit incursurum.

Dat. Avenione 4. Kalendas Iulij, Pontific. nostri anno 1.

Huius meminit Mag. Vargas loco citato, adducitur in antiquo Bullario, fol. 48. eius originale extat Barcinone, & authentica transumpta Matriti.

SVB INNOCENTIO VI.

CONSTITVTIO II.

Duodecimo Mag. Generali Venerabili P. Fr. Pontio Varelis.

COMPENDIVM.

Concedit Fratribus nostris Provinciæ Castellæ, & Beticæ, & per communicationem cæteris Ordinis Monasterijs, vt in Ecclesijs nostris possimus mortuorum corpora sepelire.

Edita an. 1356.

GVILLELMVS PERMISSIONE Divina, Sanctæ MARIÆ in Cosmedin Diaconus Cardinalis, Apostolicæ Sedis Legatus, dilectis nobis in Christo Commendatori, & Fratribus domus Sanctæ MARIÆ de Mercede Captivorum Hispalensis, salutem in Domino.

1 Ad ea, quæ in commodum eorum, qui contra hostes Christianæ Fidei dimicantes, capti per ipsos hostes detinentur, ac ad eorum Redemptionem continuò insudantium, redundare cognoscimus, libenter convertimus aciem mentis nostræ.

2 Attendentes itaque, quod ad ipsorum Captivorum Redemptionem huiusmodi anhelantes, vigiliam in hoc impenditis, pro viribus, & labores; vos, & Ecclesias vobis subiectas illa gratia prosequi volentes, per quam ad præmissa promptiores reddi possitis, & Christi fideles ad suas, pro Redemptione huiusmodi largiendum eleemosynas fortiùs animentur, vestris, in hac parte, supplicationibus inclinati, vt liceat vobis in vestris videlicet Sanctæ MARIÆ Hispalensis, & Sanctæ MARIÆ Cordubensis, ac S. Eulaliæ de Vbeta, ac Sanctæ MARIÆ del Puig in Murcia, ac Sanctæ Eulaliæ in Lorca, Giennen. & Carthaginen. Diœcesum, ac S. Catherinæ Toletanæ, ac B. Antolini in Guadalfaxara, ac Sanctæ MARIÆ in Huete Conchen. Diœcesis, ac Sanctæ MARIÆ de Algezira Ecclesijs, & Cæmeterijs earumdem corpora illorum fidelium, qui in ipsis Ecclesijs, & Cæmeterijs suam elegerint sepulturam, tradere, & tradi facere libere Ecclesiasticæ sepulturæ, iure tamen Ecclesiarum

Hęc Bulla, & si à Legato vim habet legis, & perpetuo durat, c. 2. de off. legati in 6. Glos. §. statuta, & Navarr. in §. levitinor. 31 & c. Placuit nu. 16 4. de pęnit. dist. 2.

Sæculares possimus in nostris Ecclesijs sepelire.

Parochialium, & alteriùs cuiuslibet semper salvo, discretioni vestræ, authoritate, qua fungimur, de speciali gratia thenore præsentium indulgemus.

3 Nulli ergo omninò hominum liceat, hanc paginam nostræ confirmationis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem Omnipotentis Dei, & Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum eius se noverit incursurum.

Imprecatio in contradicto-res.

Datis Hispali Idibus Decembris, Pontificatus in Christo Patris Domini nostri Domini Innocentij, Divina providentia Papæ VI. anno 4.

Hęc Bulla, cuius originale extat, apud nos Matriti adducitur à veteri Bullario, fol. 49.

IPse Innocentius die 23. Decembris, anno 1356. Creavit ex nostro Ordine CardinalemTit. Sanctę MARIÆ Transtiberim Fr. Ioannem Laso, vt præse fert cognomine, nobilissima stirpe progenitum, & nostri Cæsaraugustani Conventus sobolem. Testatur P. Alduino, loco citato.

Fr. Ioãnes Laso Cardinalis creatur.

INNOCENTIO VI. qui obijt anno 1362 succedit

VRBANVS V.

Gallus, Guillelmus Grisatus antea dictus in oppido Grisatium Provinciæ Tolosanæ natus, Patre Grimaldo, ex Abbate Massiliensi creatus Avenione 3. Kalend. Octobris, anno 1362. Coronatus 8. Idus Novembris, eodem anno. Sedit annos 8. menses 2. dies 24. CreavitCardinales 15. Obijt Avenione anno 1370. 14. Kalend. Ianuarij, sepelitur in Ecclęsia Sanctæ Mariæ de Donis. Postea translatus ad Monasterium S. Victoris Masiliensis in Capella S. Petri conditur.

VRBANI V.

CONSTITVTIO I.

Duodecimo Mag. Generali Venerabili P. Fr. Pontio Varelis.

COMPENDIVM.

Pontificum, & Regum Privilegia confirmat.

Edita an. 1362.

VRBANVS EPISCOPVS, SERVVS servorum Dei. Dilectis filijs Magistro, & Fratribus Beatæ MARIÆ de Mercede Captivorum, Barcinonensis, Ordinis S. Augustini salutem, & Apo-

stolicam benedictionem. Cum à nobis petitur, quod iustum est, & honestum, tam vigor, æquitatis, quàm ordo exigit rationis, vt id per solicitudinem officij nostri ad debitum perducatur effectum.

1 Ea propter, dilecti in Domino filij, vestris iustis postulationibus grato concurrentes assensu, omnes libertates, & immunitates à Prædecessoribus nostris Romanis Pontificibus, siue per Privilegia, vel alias indulgentias vobis, & domui vestræ concessas, nec non libertates, & exemptiones sæcularium exactionum à Regibus, & Principibus, & alijs Christi Fidelibus rationabilitèr vobis, & domui prædictæ indultas, sicut ea iustè, & pacificè obtinetis, vobis, & eidem domui authoritate Apostolica confirmamus, & præsentis scripti privilegio communimus.

Cōfirmamus Privilegia.

2 Nulli ergo omninò hominum liceat, hanc paginam nostrę confirmationis infringere, vel ei ausu temerario cōtraire. Siquis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem Omnipotentis Dei, & Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum eius se noverit incursurum.

Imprecatio in cōtradictores.

Datis Avenione 8. Kalendas Novembris, Pontificatus nostri anno 1.

Huius Bullę originale extat Barcinonę, transumpta authentica Matriti, & in veteri Bullario, eam refert Vargas, vbi supra.

VRBANI V.

CONSTITVTIO II.

Ordinis Sede vacante.

COMPENDIVM.

De plenitudine potestatis Fr. Nicolaum Perez, seu Petri Pody perpetuum Vicarium Magistrum Generalem instituit.

Edita an. 1365.

VRBANVS EPISCOPVS, SERVVS servorum Dei. Dilecto filio Nicolao Petri Magistro Generali Ordinis Sanctæ MARIÆ de Mercede Captivorum, salutem, & Apostolicam benedictionem.

1 Militanti Ecclesiæ, disponente Domino, licèt immeriti, præsidentes, curis continuis angimur, & pulsamur insultibus successivis, vt Religiosorum Ordines dirigantur salubritèr, & fœlicitèr gubernentur, ac tales ad ipsorum regimina deputentur, quorum industria, & virtute Ordines ipsi, authore Domino, spiritualitèr, & temporalitèr suscipiant incrementa.

2 Nuper siquidèm, Magisterio Generali Ordinis S. MARIÆ de Mercede Captivorum, cuius Fratres secundùm Regulam Sancti Augustini vivunt, per obitum quondam Pontij Magistri Generalis dicti Ordinis S. MARIÆ, qui extra Romanam Curiam decessit, vacante, Nos vacatione huiusmodi Magisterij fidedignis relatibus intellecta, ad provisionem ipsius Magisterij celerem, & fœlicem, ne Magisterium ipsum longę vacationis subiaceret incōmodis, paternis, & solicitis studijs intendentes, post deliberationem, quàm super hoc intrà nos habuimus diligentem, demum ad te Fratrem dicti Ordinis Sanctæ MARIÆ, perpetuum Vicarium Parochialis Ecclesiæ Sanctæ MARIÆ de Podio, per eiusdem Ordinis Fratres solitę gubernari, Valētinę Diœcesis, Baccallaurum in decretis, in Sacerdotio constitutum, cui de Religionis zelo, literarum scientia, vitæ ac morum honestate, alijsque virtutum meritis apud nos fidedigna perhibentur testimonia, direximus oculos nostræ mentis. Quibus omnibus debita meditatione pensatis, de persona tua præfato Magisterio authoritate Apostolica providemus, te que ipsi Ordini præficimus in Magistrum, Curam, & administrationem ipsius in spiritualibus, & temporalibus committendo, &c.

Dotes M. Gen. commendantur.

Pontifex creat in M. Gen. Fr. Nicolaum Perez.

Datis Avenione Nonis Ianuarij, Pontificatus nostri anno 3.

VRBANI V.

CONSTITVTIO III.

Decimotertio Mag. Generali Fr. Nicolao Perez.

COMPENDIVM.

Vniversis nostri Ordinis Fratribus pręcipit, vt Fr. Nicolaum Perez in Magistrum Generalem reverenter agnoscant.

Edita an. 1365.

VRBANVS EPISCOPVS, SERVVS servorum Dei. Dilectis filijs vniversis præceptoribus, & alijs Fratribus Captivorum secundum Regulam Sancti Augustini viventibus, salutem, & Apostolicam benedictionem.

Militanti Ecclesiæ disponente Domino, licèt immeriti, præsidentes, curis continuis angimur, & pulsamur insultibus successivis, vt Religiosorum Ordines dirigantur salubritèr, & fœlicitèr gubernentur, ac tales ad ipsorum regimina deputentur, quorum industria, &

& virtute, Ordines ipsi, authore Domino, spiritualitèr, & temporalitèr suscipiant incrementa.

1 Nuper siquidèm Magisterio Generali Ordinis Sanctę MARIÆ de Mercede Captivorum, cuius Fratres secundum Regulam Sancti Augustini vivunt, per obitum quondam Pontij Magistri Generalis dicti Ordinis Sanctæ MARIÆ, qui extra Romanam Curiam decesit, vacante, Nos vacatione huiusmodi Magisterij fidedignis relatibus intellecta, ad provisionem ipsius Magisterij celerem, & fęlicem, ne Magisterium ipsum longæ vacationis subiacceret incommodis, paternis, & soliciris studijs intendentes, post deliberationē, quam super hoc intra nos habuimus diligentem, demum ad dilectum filium Nicolaum Petri Magistrum Generalem, tunc Fratrem dicti Ordinis nostri, perpetuum Vicarium Parochialis Ecclesiæ de Podio, per eiusdem Ordinis Fratres solitæ gubernari, Valentinæ Diœcesis, Baccallaurum in decretis, in Sacerdotio constitutum, cui de Religionis zelo litterarum scientia vitæ, ac morum honestate, alijsque virtutum meritis, apud nos fidedigna perhibentur testimonia, direximus oculos nostræ mentis. Quibus omnibus debita meditatione pensatis, de persona dicti Nicolai præfato Magisterio authoritate Apostolica providimus, ipsumque præfato Ordini pręfecimus Magistrum, Curam, & administrationem ipsius eidem Nicolao in spiritualibus, & temporalibus plenariè committendo.

Electionē de persona Fr. Nicolai Petri in M. Gen. à se factā cōmemorat.

2 Quo circa vniversitati vestræ per Apostolica scripta mandamus, quatenùs eidem Nicolao Magistro Generali dicti Ordinis tanquam Patri, & Pastori Animarum vestrarum humilitèr intendentes, & exhibëtes ei obedientiam, & reverentiam debitam, & devotam, eiusque salubria monita, & mandata suscipiatis hilariter, & efficacitèr adimplere curetis, &c.

Præcipit omnibus Fratribus, vt ei, tanquam M. Generali obediant.

Datis Avenione Nonis Ianuarij, Pontificatus nostri anno 3.

Has duas Bullas ex suis originalibus Barchinonę se deduxisse commemorat Mag. Antillon, qui eas ita truncatas in codicibus manuscriptis reliquit, integras, promittens in historia Provinciæ Aragonię; quę quia lucem non vidit, sub his nos crepusculis liquit.

VRBANI V.

CONSTITVTIO IV.

Decimotertio Mag. Generali Fr. Nicolao Perez.

COMPENDIVM.

Concedit Fratribus nostris Presbyteris ad infidelium oras adventantibus, vt ibi possint Christi fidelium confessiones audire.

VRBANVS EPISCOPVS, SERVVS servorum Dei. Dilectis filiis Magistro, & Fratribus Beatæ MARIÆ de Mercede Captivorum, salutem, & Apostolicam benedictionem. Votis vestris, illis præsertim, quæ salutem animarum respiciunt, libentèr annuimus, & favorem benignum impartimur.

Edita an. 1365.

1 Cùm itaque, sicut nuper exhibita nobis, pro parte vestra petitio continebat, sæpè contingat, aliquos ex Fratribus vestris, ad partes vltramarinas, & terras, quæ per Sarracenos, & alios infideles detinentur, pro redimendis Fidelibus Christianis ibidem Captivis declinare, Nos ad ea, quæ ad fidelium ipsorum spiritualem consolationem, & profectum animarum cedere valeant desideranter intendentes, vestris in hac parte supplicationibus inclinati, singulis vestrum, qui videlicet in presbyteratus Ordine fuerint constituti, quandiu pro præmissis ibi moram traxerint, audiendi, quoties fuerit opportunum, confessiones fidelium eorumdem, etiam non redemptorum, & huiusmodi confessionibus diligenter auditis, pro commissis debitam Fidelibus ipsis absolutionem impendendi, & iniungendi pœnitentiam salutarem, nisi forsan talia fuerint, propter quæ Sedes Apostolica sit meritò consulenda, plenam, & liberam thenore præsentium concedimus facultatem.

Fratres nostri Presbyteri in terris infidelium possint cōfessiones audire.

Datis Avenione 3. Kalendas Martij, Pontificatus nostri anno 3.

Afferunt hanc Bullam Mag. Vargas vbi sup. Cherubinus in Bullario Romano, tom. 4. in Apendice Const. 5. eius originale, & transumpta Barchinonę, & in veteri Bullario extant.

VRBANO V. qui obijt anno 1370. succedit

GRE-

GREGORIVS XI.

Gallus, Petrus Monstrius ex Oppido Malmonte Lemovicensis Agri, Diaconus Cardinalis Sanctæ Mariæ Novę. Creatus Avenione 3. Kalend. Ianuarij anno 1370. Coronatus 8. Idus Ianuarij, anno 1371. Sedit annos 7. menses 2. dies 29. Creavit Cardinales 23. Romam Rediit, suadente S. Catherina Senensi Idibus Ianuarij, anno 1376. Obiit 6. Kalend. Aprilis, anno 1378. Sepultus est in Ecclesia S. Mariæ Novæ.

GREGORII XI.

CONSTITVTIO I.

Decimotertio Mag. Generali P. Fr. Nicolao Perez.

COMPENDIVM.

Pontificum, & Regum Ordini nostro collata confirmat privilegia.

Edita an. 1371.

GREGORIVS EPISCOPVS, Servus servorum Dei. Dilectis filijs Magistro, & Fratribus Domus Sanctæ MARIÆ de Mercede Captivorum Barchinonen. Ordinis S. Augustini, salutem, & Apostolicam Benedictionem.

Cùm à nobis petitur, quod iustum est, & honestum, tam vigor æquitatis, quàm Ordo exigit rationis, vt id per sollicitudinem officij nostri, ad debitum perducatur effectum.

1 Ea propter, dilecti in Domino filij, vestris iustis postulationibus grato cócurrentes assensu, omnes libertates, & immunitates à Prædecessoribus nostris Romanis Pontificibus, sive per privilegia, seu alias Indulgentias, & exemptiones sæcularium exactionum à Regibus, & Principibus, & alijs Christi fidelibus vobis, & eidem domui rationabilitèr indultas, sicut eas iustè, & pacificè obtinetis vobis, & per vos eidem domui confirmamus, & præsentis scripti privilegio communimus.

Privilegia confirmantur.

2 Nulli ergo omninò hominum liceat, hanc paginam nostræ confirmationis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem Omnipotentis Dei, & Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum eius se noverit incursurum.

Imprecatio in contradictores.

Datis Avenione Idibus Aprilis, Pontificatus nostri anno 1.

Eam adducit Vargas, & vetus Bullarium, locis cit. diversa eius transumpta authentica in nostris Archivis repetiuntur.

GREGORII XI.

CONSTITVTIO II.

Tertiodecimo Magistro Generali P. Fr. Nicolao Perez.

COMPENDIVM.

Tres Iudices Conservatores, quorum quilibet alterius inceptam causam prosequi valeat, nostro Ordini concedit.

Edita an. 1371.

GREGORIVS EPISCOPVS, Servus servorum Dei. Dilectis filijs S. Benedicti de Bagijs, & Fuxensi, ac de Monte-Aragoniæ, Vicensis, Apamiarum, & Oscensis Diœcesis Monasteriorum Abbatibus, salutem, & Apostolicam Benedictionem.

1 Militanti Ecclesiæ, licèt immeriti, disponente Domino, præsidentes, circa curam Ecclesiarum, & Monasteriorum omnium solertia reddimur indefessa soliciti, vt iuxta debitum Pastoralis officij eorum occurramus dispendiis, & profectibus, Divina cooperante clementia, salubriter intendamus.

2 Sane dilectorum filiorum Magistri, & Fratrum Domus S. MARIÆ de Mercede Captivorum Barchinonensi. Ordinis S. Augustini conquæstione percepimus, quod nonnulli Archiepiscopi, Episcopi, alijque Ecclesiarum Prælati, & Clerici, ac Ecclesiasticæ personæ, tam Religiosæ, quàm sæculares, nec non Duces, Marchiones, Comites, Barones, Nobiles, Milites, & Laici, communia Civitatum, Vniversitates Oppidorum, Castrorum, Villarum, & aliorũ locorum, & aliæ singulares personæ Civitatum, & Diœcesum, & aliarum partium diversarum occuparunt, & occupari fecerunt Castra, Villas, & alia loca, terras, domos, possessiones, iura, & iurisdictiones, nec non fructus, census, redditus, & proventus, & nonnulla alia bona mobilia, & immobilia, spiritualia, & temporalia ad Magistrum, & Fratres, & domum prædictos spectantia, & ea detinent indebitè occupata, seu ea detinentibus præstant auxilium, cósilium, vel favorem. Nonnulli etiam Civitatum, vel Diœcesum, ac partium prædictarum, qui nomen Domini in vanum recipere non formidant, eisdem Magistro, & Fratribus super prædictis Castris, & Villis, & locis alijs, terris, domibus, possessionibus, iuribus, iurisdictionibus, fructibus, censibus, redditibus, proventibus eorundem, ac quibuscum-

Multi infestantes nos, & nostra retinentes memorantur.

buſcumque alijs bonis mobilibus,& immobilibus, ſpiritualibus, & temporalibus, & alijs rebus ad eoſdem Magiſtrū, & Fratres, ac domum (vt præfertur) ſpectantibus, multiplices iniurias, & moleſtias inferunt: quare dicti Magiſter, & Fratres nobis humiliter ſupplicarunt, vt, cum eis valdè reddatur difficile pro ſingulis quærelis ad Apoſtolicam Sedem habere recurſum, prouidere ipſis ſuper hoc paterna diligentia curaremus.

Comiſſionem facit præfatis Abbatibus, vt tāquam Iudices Cōſeruatores nos, & noſtra tueantur Apoſtolica authoritate.

2 Nos igitur aduerſus occupatores, detentores, præſumptores, moleſtatores, & iniuriatores huiuſmodi, illo volentes eiſdem Magiſtro,& Fratribus remedio ſubuenire, per quod compeſcatur ipſorum temeritas, & alijs additus committendi ſimilia præcludatur, diſcretioni veſtræ per Apoſtolica ſcripta mandamus, quatenùs vos, vel duo, aut vnus veſtrorum per vos, vel alium, ſeu alios (etiam ſi ſint extra loca, in quibus deputati præſtitis Conſeruatores, & Iudices) præfatis Magiſtro, & Fratribus efficacis defenſionis præſidio aſſiſtentes, non permittatis, eoſdem ſuper his, & quibuslibet alijs bonis, & iuribus ad Magiſtrum,& Fratres, ac Domum prædictos ſpectantibus ab eiſdem, vel quibuslibet alijs indebitè moleſtari, vel eis grauamina, vel damna, ſeu iniurias irrogari: facturi dictis Magiſtro, & Fratribus, cum ab eis, vel à Procuratoribus ſuis, aut eorum aliquo fuerit is requiſiti, de prædictis,& alijs perſonis quibuſlibet, ſuper reſtitutione huiuſmodi Caſtrorum, Villarum, terrarum,& aliorum Locorum iuriſdictionum, iurium,& bonorum mobilium,& immobilium, reddituum quoque, & prouentuum,& aliorum quorumcumque bonorum, nec non de quibuslibet moleſtijs, iniurijs, atque damnis præſentibus, & futuris, in illis videlicet, quæ iudicialem requirunt indaginem, ſummariè,& de plano, ſine ſtrepitu, & figura iudicij: in alijs verò, prout qualitas negotij exegerit, iuſtitiæ complementum; occupatores, ſeu detentores, præſumptores, moleſtatores, & iniuriatores huiuſmodi, nec non cōtradictores quoslibet, & rebelles, cuiuſcumque dignitatis, ſtatus, ordinis, vel conditionis extiterint, quandocumque, & quotieſcumque expedierit, authoritate noſtra per cenſuram Eccleſiaſticam, appellatione poſtpoſita, compeſcendo, inuocato ad hoc, ſi opus fuerit, auxilio brachij ſæcularis; non obſtantibus tam fœl. recurd. Bonifacij Papæ VIII. Prædeceſſoris noſtri, in quibus cauetur ne aliquis extra Ciuitatem, & Diœceſim, niſi in certis exceptis caſibus, & in illis vltra vnam dietam à ſine ſuæ Diœceſis in iudicium euocetur,

Cap. ſtat. 11. §. cum vero, & ſequent. de reſcript. lib. 6. & cap. final. de offic.

ſeu ne Iudices,& Conſeruatores, à Sede deputati prædicta, extra Ciuitatem, & Diœceſim, in quibus deputati fuerint contra quoſcumque procedere, ſiue alij, vel alijs vices ſuas committere, vel aliquos vltra vnam dietam à fine Diœceſum eorumdem trahere præſumant: dummodò vltra duas dietas aliquis authoritate præſentium non trahatur, ſeu quod de alijs, quam de manifeſtis iniurijs,& violentijs,& alijs, quę iudicialem exigunt indaginem pœnis in eos, ſi ſecus egerint, & in id procurantes adiectis, Conſeruatores ſe nullatenùs intrōmitere, quam alijs quibuſcumque Cōſtitutionibus à Prædeceſſoribus noſtris Romanis Pontificibus, tam de Iudicibus Delegatis,& Cōſeruatoribus, quam perſonis vltra certum numerum ad iudicium non vocandis, aut alijs editis, quæ veſtræ poſſent in hac parte iuriſdictioni, aut poteſtati, eiuſque libero exercicio quomodolibet obuiare; ſeu ſi aliquibus communiter, vel diuiſim à dicta ſit Sede indultum, quod excommunicari, ſuſpendi, vel interdici, ſeu extra, vel vltra certa loca ad iudicium euocari non poſſint per litteras Apoſtolicas, non facientes plenam, & expreſſam, ac de verbo ad verbum de indulto huiuſmodi, & eorum perſonis, locis, Ordinibus,& nominibus proprijs mentionem, & qualibet alia dictæ Sedis indulgentia generali, vel ſpeciali, cuiuſcumque thenoris exiſtat, per quam præſentibus non expreſſam, vel totaliter non inſertam veſtræ iuriſdictionis explicatio in hac parte valeat quomodolibet impediri, & de qua, eiuſque toto thenore habenda de verbo ad verbum ſit in noſtris litteris mentio ſpecialis.

& poteſt. Iudic. de leg. Cap. nonnulli 28. de reſcrip. Dieta iuxta DD. continet 20 milliaria, id eſt 7 leucas, vel iuxta leg. 8. tit. 3. lib 2. fol. & l. 25. pragm. continet 10. leucas.

Quam ad formam redacta ſit Conſeruatorum iuriſdictio habes in Cherubin. tom 3 Conſti 9 Gregorij XV.

Quilibet valeat articulum ab alio inchoatū proſequi.

3 Cæterùm volumus, & Apoſtolica authoritate decernimus, quod quilibet veſtrum proſequi valeat articulū, etiam per alium inchoatum, quamuis idem inchoans nullo fuerit impedimēto canonico præpeditus, quodque à data præſentium ſit vobis, & vnicuique veſtrum in præmiſſis omnibus,& eorum ſingulis, cœptis, vel non cœptis, præſentibus,& futuris perpetua poteſtas,& iuriſdictio attributa, vt eo vigore, eaque firmitate poſſitis in præmiſſis omnibus cœptis,& non cœptis, præſentibus, & futuris, & pro prædictis procedere, ac ſi prædicta omnia,& ſingula coram vobis cœpta fuiſſent,& iuriſdictio veſtra, & cuiuslibet veſtrum in prædictis omnibus, & ſingulis per citationem, vel modum alium perpetuata legitimè extitiſſent, Conſtitutione prædicta ſuper Conſeruatoribus,& qualibet alia in cōtrarium edita non obſtante; præſentibus poſt triennium minimè valituris.

Dat.

Dat. apud Villam Novam Avenionenſis Diœceſis 6. Idus Auguſti, Pontificatus noſtri anno 1.

Habetur apud Vargas, & antiquum Bullarium locis citatis, & eius originale Barchinone, & tranſumpta authentica Matriti.

GREGORII XI.

CONSTITVTIO III.

Decimotertio Magiſtro Generali P. Fr. Nicolao Perez.

COMPENDIVM.

Confirmat privilegia Ordinis, prout in Conſtitutione I.

Edita an. 1371.

GREGORIVS EPISCOPVS, Servus ſervorum Dei. Dilectis filijs Magiſtro, & Fratribus Domus S. MARIÆ de Mercede Captivorum Barchinonen. Ordinis S. Auguſtini, ſalutem, & Apoſtolicam Benedictionem.

1 Cùm à nobis petitur, quod iuſtum eſt, & honeſtum, tam vigor equitatis, quam ordo exigit rationis, vt id per ſolicitudinem officij noſtri ad debitum perducatur effectum.

2 Ea propter, dilecti in Domino filij, veſtris iuſtis poſtulationibus grato concurrentes aſſenſu, omnes libertates, & immunitates à Prædeceſſoris noſtris Romanis Pontificibus, ſive per privilegia, ſeu alias indulgentias, vobis, & Domui veſtræ conceſſas, nec non libertates, & exemptiones ſæcularium exactionum à Regibus, & Principibus, & alijs Chriſti Fidelibus, vobis, & eidem domui rationabiliter indultas, ſicut eas iuſtè, & pacificè obtinetis, vobis, & per vos, eidem domui authoritate Apoſtolica confirmamus, & præſentis ſcripti patrocinio communimus.

3 Nulli ergo omninò hominum liceat, hanc paginam noſtræ confirmationis infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præſumpſerit, indignationem Omnipotentis Dei, & Beatorum Petri, & Pauli Apoſtolorum eius ſe noverit incurſurum.

Dat. Avenione 16. Kalendas Februarij, Pontific. noſtri anno ſecundo.

Hanc refert Mag. Vargas, & antiquum Bullarium vbi ſup. eius originale, & tranſumpta authentica vbi, & alia ſervantur.

GREGORII XI.

CONSTITVTIO IV.

Tertiodecimo Magiſtro Generali P. Fr. Nicolao Perez.

COMPENDIVM.

A Decimarum ſolutione noſtros excipit fructus, nullas, & inanes cuiuſvis perſonę ſuper hoc declarans pœnas, & cenſuras.

Edita an. 1373.

GREGORIVS EPISCOPVS, Servus ſervorum Dei. Dilectis filijs Magiſtro Generali, & Fratribus B. MARIÆ de Mercede Captivorum, Ordinis S. Auguſtini, ſalutem, & Apoſtolicam Benedictionem.

1 Dum ſalubria laborum veſtrorum ſtudia, quibus vacaris aſſiduæ pro Redemptione Chriſti Fidelium, qui ab inimicis Fidei orthodoxæ miſerabili caprivitate detinentur, nec non multiplicia expenſarum onera, quæ pro Redemptione huiuſmodi cōtinuè ſupportaris, diligenter attendimus, dignum reputamus, & congruum, vt vos, & loca veſtra ſpecialibus favore, & gratia proſequamur.

Labores noſtri cõmendantur.

2 Exhibita ſiquidem nobis pro parte veſtra petitio continebat, quòd licèt omnes ſtuctus, redditus, & proventus beneficiorum, domorum, & aliorum locorum veſtrorum, vnà cum eleemoſynis, quæ vobis à Chriſti Fidelibus largiuntur (victu, & veſtitu veſtro dumraxat deductis) in Redemprionem Fidelium Chriſtianorum, qui per inimicos eiuſdem Fidei captivi detinentur converti debeant, & eriam convertantur, tamen decimas redituum, & provĕtuum Eccleſiaſticorum Regibus, & alijs Principibus conceſſas levari, ſeu exigi contingat, & Collectores decimarum huiuſmodi vos ad ſolutionem, ſeu præſtationem decimarum ipſarum compellunt.

Fratres noſtri victu, & veſtitu contenti, reliquis in Redemptione confumunt iuxta Ap. ad Timoth. 6. Habentes autem alimenta, & quibus tegamur his contenti ſumus.

3 Quare pro parte veſtra nobis extitit humiliter ſupplicatum, vt, cum Hoſpitali S. Ioannis Ieroſolymitani, de Calatrava, & de Monteſia domorum Magiſtri, & Fratres à ſolutione, ſeu præſtatione decimarum ipſarum exempti ſint penitùs, & immunes, vos, vt circa Redemprionem Captivorum ipſorum melius, & liberius inſiſtere valeatis, à præſtatione, ſeu ſolutione decimarum earumdem eximere de benignitate Apoſtolica dignaremur.

Supplicatio noſtra

Liberat nos à decimarum ſolutione

4 Nos igitur volentes vobis ſuper hoc

hoc paterna solicitudine providere, huiusmodi supplicationibus inclinati, quod vos de vestris, ac beneficiorum, domorum, & aliorum locorum ipsorum fructibus, redditibus, seu proventibus prædictis decimam huiusmodi (cum ipsam quibuscumque Regibus, aut Principibus, seu alijs quibuscumque per Sedem Apostolicam concedi contigerit) in futurum solvere, seu præstare, aut in ea cum alijs personis Ecclesiasticis contribuere minimè teneamini, neque ad id à quoquam compelli possitis per litteras Apostolicas sub quacumque forma, vel expressione verborum concedendas, non facientes plenam, & expressam, ac de verbo ad verbum de indulto, & ordine, ac domibus vestris huiusmodi mentionem, devotioni vestræ authoritate Apostolica de speciali gratia thenore præsentiū indulgemus.

Indultum exemptionis à decimis non revocabile nisi per eius expressam, de verbo ad verbū mentionē

5 Decernentes insupèr excommunicationis, suspensionis, ac interdicti sententias, si quas contra vos, vel aliquem vestrum, aut domos, seu alia loca vestra prædicta per quoscumque occasione præmissa ferri contigerit, seu etiam promulgari, irritas, & inanes.

Irritat cēsuras per quas nos ad decimas compellent.

6 Nulli ergo omninò hominum liceat, hanc paginam nostræ concessionis, & Constitutionis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem Omnipotentis Dei, & Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum eius se noverit incursurum.

Datis Avenione 16. Kalendas Iunij, Pontific. nostri anno 3.

Meminit huius Mag. Vargas, Cherub. in Bullar. Rom. tom. 2. Constit. 3. Eius transumpta authentica in veteri Bull. & citatis Archivis reperies. Hanc ipsam Bullam iterum reproducit idem Pontif. Dat. Avenione 8. Idus Octobris, Pont. sui anno 3. quę habetur authentica vbi sup.

GREGORII XI.

CONSTITVTIO V.

Tertiodecimo Magistro Generali P. Fr. Nicolao Perez.

COMPENDIVM.

Inserit transumptum litterarum originalium, quibus Gregorius IX. regulam Divi Augustini nostro Ordini designavit. Decernit, vt eumdem vigorem habeat transumptum, quem originale.

GREGORIVS EPISCOPVS, Servus servorum Dei. Ad futuram rei memoriam. Tenorem quarūdam litterarum fœl. rec. Gregorij Papæ IX. Prædecessoris nostri, in registro nostri Prædecessoris repertum, pro eo quod (sicut dilectorum filiorum Magistri, & Fratrum Domus Sanctæ Eulaliæ de Mercede Captivorum Barchinonē. Ordinis S. Augustini, petitio nobis nuper exhibita continebat) prædictæ originales litteræ casualiter sunt amissæ, de registro ipso de verbo ad verbum transcribi, & ad ipsorum Magistri, & Fratrū supplicationis instātiam, præsētibus annotari fecimus: qui talis est.

Edita an. 1374.

Bulla Greg. IX. amissa.

1 Gregorius, Servus servorum Dei. Dilectis filijs Magistro, & Fratribus Domus S. Eulaliæ Barchinonen. salutem, & Apostolicam Benedictionem. Devotionis vestræ precibus inclinati, &c. *Omittitur insertio, quia reliqua habes in Greg. IX. Bulla Vnica.*

Inseritur Bulla Gregor. IX.

2 Cæterùm vt earumdem litterarum tenor prædictus sic insertus omnimodam rei, seu facti certitudinem faciat, Apostolica authoritate decernimus, vt illud idem robur, eumque vigorem dictus thenor habeat per omnia, quæ haberent originales litteræ supradictæ, & eadem prorsus eidem thenori fides adhibeatur quandocumque, & vbicumque, sive in iudicio, vel alibi, vbi fuerit exhibitus, vel ostensus, & eidem stetur firmiter in omnibus, sicut eisdem originalibus litteris staretur, si forent exhibitæ, vel ostensæ.

Eadem fides his litteris ac originali Gregorij tribuatur.

3 Nulli ergo omninò hominum liceat, hanc paginam nostræ constitutionis, & voluntatis infringere, vel ei ausu temerario contraire; Si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem Omnipotentis Dei, & BB. Petri, & Pauli Apostolorum eius se noverit incursurum.

Increpatio in cōtradictores.

Dat. Avenione 8. Idus Ianuarij, Pontificatus nostri anno 4.

Habetur originale Barchinone, transumpta Matriti, & in antiquo Bullario, eam refert Vargas.

GREGORII XI.

CONSTITVTIO VI.

Tertiodecimo Magistro Generali P. Fr. Nicolao Perez.

COMPENDIVM.

Bullam 4. Nicolai IV. supra traditam reproducit, vbi prohibet, ne eleemosynæ à Fratribus nostris pro Redemptione collectæ Ecclesiarum fabricis à Clericis distendantur.

GREGORIVS EPISCOPVS, Servus servorum Dei. Ad perpetuam rei memoriam.

Edita an. 1374.

Thenorem quarumdam litterarum fœl. rec. Nicolai Papæ IV. Prædeceſſoris noſtri, in regiſtro ipſius Prædeceſſoris repertum, de regiſtro ipſo de verbo ad verbum tranſcribi, & ad dilectorum filiorum Magiſtri, & Fratrum Domus S. Eulaliæ de Mercede Captivorum Barchinonen. Ordinis S. Auguſtini, qui ſe dictis litteris aſſerunt indigere, ſupplicationis inſtantiam, annotari fecimus: qui talis eſt.

Inſertio Bullæ 4. Nicolai IV. ſupra traditæ.

1 Nicolaus Epiſcopus, Servus ſervorum Dei. Vniverſis Archipresbyteris, & Eccleſiarum Rectoribus præſentes litteras inſpecturis, ſalutem, & Apoſtolicam Benedictionem. Dilectos filios Magiſtrum, & Fratres, &c.

Reſiduum habetur ſuprà in Nicolai IV. Bulla 4.

2 Cæterùm vt earumdem litterarum thenor ſic inſertus omnimodam rei, ſeu facti certitudinem faciat, Apoſtolica authoritate decernimus, vt illud idem robur, eamque vim, eumdemque vigorem dictus thenor per omnia habeat, quæ haberent originales litteræ ſupradictæ: & eadem prorſus eidem thenori fides adhibeatur quandocumque, & vbicumque, ſive in iudicio, vel alibi, vbi fuerit exhibitus, vel oſtenſus, & eidem ſtetur firmiter in omnibus, ſicut eiſdem originalibus litteris ſtaretur ſi forent exhibitę, vel oſtenſæ.

D. P. à 4 die 6. Ianuarij.

3 Nulli ergo omninò hominum liceat, hanc paginam noſtræ cõſtitutionis, & voluntatis infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præſumpſerit, indignationē Omnipotentis Dei, & Beatorum Petri, & Pauli Apoſtolorum eius, ſe noverit incurſurum.

Dat. Avenione 8. Idus Ianuarij, Pontific. noſtri anno 4.

Bulla iſta invenitur authentica in ſuis originalibus litteris, & tranſumptis, ſicuti pręcedens in præfatis Archivis, eodemque Bullar. Bull. 7. huius Papa fol. 56. à tergo; adducitur que à M. Vargas pag. 188. ad ann. 1374.

GREGORIO XI. qui obijt anno 1378. ſuccedit

VRBANVS VI.

Neapolitanus, Bartholomæus Prignanus anteà dictus, ex Archiepiſcopo Barenſi. Creatus Romæ 5. Idus Aprilis anno ſalutis 1378. Coronatus 14. Kalendas Maij eodem anno. Vixit annos 11. menſes 6. dies 7. Creavit Cardinales 58. & ex noſtro Ordine vnum. Obijt Romæ Idibus Octobris anno Domini 1389. Sepultus in Vaticana Baſilica.

VRBANI VI.

BVLLA VNICA.

Decimotertio Magiſtro Generali P. Fr. Nicolao Perez.

COMPENDIVM.

Prohibet, ne gratias, indulgentias, & privilegia noſtra aliquis Eccleſiæ Prælatus interpretari præſumat, contra aliquos Antiſtites id ſiniſtrè praſtantes.

Edita an. 1378.

VRBANVS EPISCOPVS, SERVVS ſervorum Dei. Dilectis filijs Priori, & Fratribus Domus S. MARIÆ de Mercede Captivorum Barchinonen. Ordinis Sancti Auguſtini, ſalutem, & Apoſtolicam Benedictionem.

Summe extollit noſtrum Ordinem.

1 Glorioſa ſemper vbique laudabilis de Mercede Captivorum Religio, in qua Eccleſiæ Chriſti, adverſus Fidei hoſtes, & in proximorum vtilitatem plurimum deſervitis, promeretur, vt ipſam Nos ſincera in Domino diligētes charitate, ea vobis libenti animo concedamus, per quæ, omnis turbationis cauſa remota, ſancti inſtituti veſtri ſuavior executio procuretur.

Conquæſtio noſtra quod Epiſcopi noſtris privilegijs derogabant in terpretãdo.

2 Nuper ſiquidem pro parte veſtra conquæſtio propoſita eſt, quod nonnulli Archiepiſcopi, Epiſcopi, & alij Prę̃lati Eccleſiaſtici veſtris libertatibus derogabant, indulgentias, ſeu privilegia vobis ab Apoſtolica Sede conceſſa interpretando, & ad ſuum intellectum trahendo: ac pręſertim, quod vos iuxta ipſorum interpretationem privilegijs ipſis vti, & non aliter compellunt: quod in non modicum damnum veſtrum emergit. Super quo nobis fuit humiliter ſupplicatum, vt cura, & diligentia paterna de opportuno remedio provideremus.

Prohibentur Epiſcopi noſtra privilegia interpretari

3 Nos veſtris ſupplicationibus inclinati, ne præfati Archiepiſcopi, ſive Epiſcopi, & alij Eccleſiæ Prę̃lati dicta privilegia, & indulgentias (etiam ſi dubia contineant) de cætero interpretari præſumant, authoritate præſentium

tium districtius inhibemus. Volentes insuper (vt cum eius sit interpretari, cuius est condere) interpretatio super huiusmodi dubijs à Sede Apostolica requiratur.

Solius sit Sedis Apostolicæ ea interpretari.

4 Nulli ergo omninò hominum liceat, hanc paginam, &c. Si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem Omnipotentis Dei, &c.

Dat. Romæ apud Sanctum Petrum decimo Idus Iunij, Pontificatus nostri anno 1.

Adducitur à Magistro Vargas, nostro antiquo Bullario, & à Cherubino in Append. Const. 6.

AD annum 1388. creavit ex nostro Ordine Cardinalem Presbyterum D. Fr. Petrum Rodriguez de Torres Castellanum, & eiusdem Provinciæ Provincialem, Episcopum Plasentinum. Teste P. Alduino loco cit.

D. Fr. Petrus Rodriguez de Torres Episcopus Placentinus Cardinalis creatur.

Contra VRBANVM VI. sedit CLEMENS VII. Cui succedit BENEDICTVS XIII. Vterque Antipapa habitus; sed quia eorum acta vsque ad diem 18. Iunij, anni 1417. rata habita sunt in Concilio Constantiensi, eorum diplomata non incongrue adducimus.

CLEMENS VII.

Gallus, Antipapa. Robertus, ex Gebennensibus Comitibus in Provincia Relatensi, Presbyter Cardinalis SS. Duodecim Apostolorum. Creatus Avenione 12. Kalendas Octobris, anno 1378. Coronatus Kalendis Novembris, eodem anno. Sedit contra Vrbanum VI. & Bonifacium IX. annos 15. menses 11. dies 28. Creavit Pseudocardinales 37. Obijt Avenione anno 1394. 16. Kalendas Octobris. Sepultus est in Ecclesia Cœlestinorum.

CLEMENTIS PSEVDO VII.

CONSTITVTIO I.

Tertiodecimo Magistro Generali P. Fr. Nicolao Perez.

COMPENDIVM.

In favorem Fabricæ Ecclesiæ nostræ Barchinonensis concedit, quod Priores possint certum numerum pœnitentium, ad taxatam summam contribuentium in mortis articulo plenarie ab omnibus peccatis absolvere, nisi ex confidentia deliquerint.

Edita an. 1379.

CLEMENS EPISCOPVS, Servus servorum Dei. Dilecto filio Priori Domus S. MARIÆ Barchinonensis, Ordinis eiusdem Sãctæ de Mercede Captivorum, salutem, & Apostolicam Benedictionem. Ad Domum tuam S. MARIÆ Barchinonen. specialis dilectionis in Domino gerentes affectum, illa tibi libenter concedimus, quæ ipsis Domui, & Ordini conspicimus opportuna.

1 Sanè dilecti filij Magister, & Fratres Ordinis S. MARIÆ de Mercede Captivorum nobis significare curarūt, quod in Domo tua prædicta, vbi dictus Ordo suum exordium habuit, quæ est principalis, & caput Ordinis prælibati, B. Virgo MARIA multa miracula operatur, ipsique Magister, & Fratres in honorem, & sub vocabulo præfatæ Virginis Ecclesiam inibi construere incœperunt opere nimium sumptuoso; sed quia ad prosequendum, & confirmandum opus huiusmodi habent necessario emere nonnulla hospitia, eidem Ecclesiæ contigua, quæ vltra mille florenos auri, vt asserunt, constabunt, atque proventus dictorum Domus, & Ordinis, qui vt plurimum in eleemosynis Fidelium consistunt, incumbente etiam eis dictorum Captivorum Redemptionis onere, sufficere minimè dignoscuntur; præfati Magister, & Fratres nobis humiliter supplicarunt, vt eis pro constructione, & consummatione huiusmodi providere de aliquo spirituali subsidio misericorditer dignaremur.

Narrativa

Supplicatio.

2 Nos itaque eorumdem Magistri, & Fratrum in hac parte, supplicationibus inclinati, tibi, vt tu, & Successores tui dictæ Domus Priores, qui fuerint pro tempore in Sacerdotio constituti, quinque personis, vna vice dumtaxat, quæ in eadem Ecclesia fieri fecerint vnam arcatam, quæ communiter, vt dicitur, vsque ad ducentos florenos aurī constabit, vel alijs quinque personis, quę pro ampliatione dictæ Ecclesiæ ad emendum fundum, seu dicta hospitia, ducentorum florenorum aori eleemosynam contulerint, in sinceritate tamen Fidei, & vnitate S. R. Ecclesiæ, ac obedientia, & devotione nostra, vel Successorum nostrorum Romanorum Pontificum canonicè intrantium, persistentibus, omnium peccatorum suorum, de quibus corde contriti, & vt tibi, vel ipsis Successoribus confessi fuerint, semel tantum in mortis articulo plenam remissionem authoritate Apostolica concedere valeatis, the nore præsentium indulgemus.

Quinque personis quæ ducē tos florenos auri pro fabrica Ecclesię Barchinon. contulerint, possit Prior in mortis articulo plenariā de peccatis remissionem impendere.

4 Sic tamen quod tu, vel successores præfati de ijs, de quibus fuerit alteri satisfactio facienda, eam impendendam ipsis personis per se, si supervixerint, vel per hæredes eorum, si tunc fortè transierint, iniungatis. Et ne (quod absit) propter huiusmodi gratiam personæ ipsæ procliviores reddantur ad illicita in posterum perpetranda, volu-

Eis qui ex confidentia delinquunt hæc gratia nō suffragatur.

mus, quod si ex confidentia remissionis huiusmodi aliqua facta commisserint, ad illa prędicta remissio illis nullatenùs suffragetur.

Impreca- tio in cõtradicto- res.

5 Nulli ergo omninò hominum liceat, hanc paginam nostræ confirmationis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem Omnipotentis Dei, & Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum eius se noverit incursurum.

Datis Avenione 17. Kalendas Novembris, Pontificatus nostri anno 2.

Hanc Bullam prætereunt Vargas, & antiquum Bullarium. Eius tamen originale extat Barchinon.

CLEMENTIS PSEVDO VII.

CONSTITVTIO II.

Decimotertio Mag. Generali P. Fr. Nicolao Perez.

COMPENDIVM.

Prædecessorum suorum, & Regum privilegia confirmat.

Edita an. 1381.

CLEMENS EPISCOPVS, Servus servorum Dei. Dilectis filijs Magistro, & Fratribus Domus Sãctæ MARIÆ de Mercede Captivorum Barchinonen. Ordinis S. Augustini, salutem, & Apostolicam Benedictionem.

Cùm à nobis petitur, quod iustum est, & honestum, tam vigor æquitatis, quàm Ordo exigit rationis, vt id per sollicitudinem officij nostri, ad debitum perducatur effectum.

Confirmã tur privi- legia.

1 Ea propter, dilecti in Domino filij, vestris iustis postulationibus grato cõcurrentes assensu, omnes libertates, & immunitates à Prædecessoribus nostris Romanis Pontificibus, sive per privilegia, seu alias Indulgentias vobis, & Domui vestrę concessas, nec non libertates, immunitates, ac exemptiones sæcularium exactionum à Regibus, & Principibus, & alijs Christi Fidelibus rationabiliter vobis, & domui prædictæ indultas, sicut ea iustè, & pacificè obtinetis vobis, & per vos eidem domui authoritate Apostolica cõfirmamus, & præsentis scripti privilegio communimus.

Contradi- ctores pu nit.

3 Nulli ergo omninò hominum liceat, hanc paginam nostræ confirmationis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem Omnipotentis Dei, & Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum eius se noverit incursurum.

Dat. Avenione 3. Idus Novembris, Pontific. nostri anno 14.

Habetur originalis Barchinonę, & eius transumpta authentica Matriti, & in veteri Bullario.

CLEMENTIS PSEVDO VII.

CONSTITVTIO III.

Tertiodecimo Magistro Generali P. Fr. Nicalao Perez.

COMPENDIVM.

Magistro Generali, ac Capitulo concedit, vt contra Fratres, qui officiorum Ordinis sibi collatorum confirmationem Sedis Apostolicæ obtinebant, ita procedant, ac si talem confirmationem non obtinerent.

Edita an. 1392.

CLEMENS EPISCOPVS, Servus servorum Dei. Dilectis filijs Magistro Generali, & Diffinitoribus Capituli Generalis B. MARIÆ de Mercede Captivorum, Ordinis Sancti Augustini, salutem, & Apostolicam Benedictionem.

Vestræ devotionis sinceritas promeretur, vt petitionibus vestris, illis præsertim, quæ vtilitatem, & commodum vestri Ordinis respicere dignoscũtur, favorabiliter annuamus.

Narratiua

1 Exhibita siquidèm nobis pro parte vestra peritio continebat, quod nonnulli vestri Ordinis Fratres nonnullas commendatorias, & alia beneficia Ecclesiastica ipsius Ordinis, ac quidam alij collationum, ac provisionum de eis authoritate ordinaria eis factarum cõfirmationes hactenùs à Sede Apostolica impetrarunt, ac quotidie impetrare nituntur: nonnulli etiam ex eis in Capellanos eiusdem Sedis recipi procurarunt. Propter quod inobedientia, rebellio, & dissolutio huiusmodi impetrantium, ac domorum dicti Ordinis destructio, & bonorum ipsius dilapidatio sæpè sequuntur. Quapropter pro parte vestra fuit nobis humiliter supplicatum, vt providere super præmissis de benignitate Apostolica dignaremur.

Petitio.

Possint Prælati procedere cõtra Fratres, qui ad exemptionem confirmationes ob-

2 Nos itaque huiusmodi supplicationibus inclinati, discretioni vestræ Apostolica authoritate concedimus, vt contra quoslibet Fratres dicti Ordinis, qui commendatorias, & alia beneficia huiusmodi, seu collationum, & provisionum eis factarum, & faciendarum confir-

ficiorum, & Capellanias Sedis Apostolicæ ab ipsa Sede obtinebant.

confirmationes à Sede Apostolica impetrarunt, etiamsi dictæ Sedis Capellani existant, proinde procedere valeatis, ac si commendatorias, & beneficia ipsa, seu eorum collationum, & provisionum huiusmodi confirmationes à Sede Apostolica minimè impetrassent.

3 Nulli ergo omninò hominum liceat, hanc paginam nostræ concessionis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Siquis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem Omnipotentis Dei, & Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum eius se noverit incursurum.

Imprecatio in còtradicto-res.

Datis Avenione 6. Idus Decembris, Pontific. nostri anno 15.

Eam affert Vargas, vetus Bullarium, & originale extat Barchinona, transumpta authentica Matriti.

CLEMENTIS PSEVDO VII.

CONSTITVTIO IV.

Decimotertio Mag. Generali P. Fr. Nicolao Perez.

COMPENDIVM.

Indulgentias concedit manus adiutrices porrigentibus in favorem nostri Conventus Optensis, cuius stipem alio distrahi prohibet.

Edita an. 1393.

CLEMENS EPISCOPVS, Servus servorum Dei. Vniversis Christi fidelibus, præsentes litteras inspecturis, salutem, & Apostolicam benedictionem. Licèt is, de cuius munere venit, vt sibi à suis fidelibus dignè, & laudabilitèr serviatur, de abundantia pietatis suæ, quæ merita supplicum excedit, & vota, bene servientibus sibi multa maiora retribuat, quam valeant promereri; nihilominus tamen, desiderantes reddere Domino populum acceptabilem, & bonorum operum sectatorem, Fideles ipsos ad complacendum ei quasi quibusdam allectivis muneribus, indulgentijs, & remissionibus invitamus; vt ex indè reddantur Divinæ gratiæ apriores.

Indigètia Convétus optensis.

1 Cùm itaque (sicut accepimus) Domus Fratrum Ordinis Beatæ MARIÆ Virginis de Mercede Captivorum, sub Regula Sancti Augustini viventium, de Huete Coochensis Diœcesis reparationibus indigeat, non modicè sumptuosis; Nos cupientes, vt Ecclesia ipsius domus congruis honoribus frequentetur, ac domus ipsa reparetur, & Fratres in ea degentes sustententur, ac vt Christi Fideles, eo libentius causa devotionis confluant ad eandem Ecclesiam, & ad reparationem, & sustentationem huiusmodi manus promptius porrigant adiutrices, quo ex hoc ibidem vberius dono Cœlestis gratiæ conspexerint se refectos, de Omnipotentis Dei misericordia, & Beatorum, Petri, & Pauli Apostolorum eius auctoritate confisi, omnibus verè pœnitentibus, & confessis, qui in Nativitatis, Circuncisionis, Epiphaniæ, Resurrectionis, Ascensionis, & Corporis D. Nostri IESVCHRISTI, ac Pentecostès, necnon Nativitatis, Annuntiationis, Purificationis, & Assumptionis Beatæ MARIÆ, Nativitatis B. Ioannis Baptistæ, Apostolorumque prædictorum, ac eiusdem Ecclesiæ dedicationis, festivitatibus, & in celebritate omnium Sanctorum; & per ipsarum Nativitatis, Epiphaniæ, Resurrectionis, Ascensionis, & Corporis Domini, Nativitatis, & Assumptionis Beatæ MARIÆ, Nativitatis B. Ioannis Baptistæ, Apostolorumque prædictorum festivitatum octavas, & per sex dies dictam festivitatem Pentecostès immediatè sequentes Ecclesiam ipsam devotè visitaverint, & ad reparationem, & sustentationem huiusmodi, manus porrexerint adiutrices, vt præfertur, singulis videlicèt festivitatum, & celebritatis, vnum annum, & quadraginta, octavarum verò, & sex dierum prædictorum diebus (quibus Ecclesiam devotè visitaverint, & manus porrexerint, vt præmittitur) quinquaginta dies de iniunctis eis pœnitentijs misericorditer relaxamus.

Manus adiutrices porrigentibus in subsidiū Conventus nostri optēsis plurimas diebus hic expressis cōcedit indulgētias.

2 Cæterùm, vt omnia, & singula, quæ per eosdem fideles, pro relaxatione huiusmodi consequenda gratia offerri contigerit, vel donari, in vsus, ad quos oblata, vel donata fuerint, integre convertantur, sub interminatione Divini iudicij districtiùs inhibemus, ne quis cuiuscumque status, conditionis, vel dignitatis existat, quidquam de oblatis, seu donatis ipsis aliquatenùs approprietet, vel vsurpet. Si quis autem hoc attentare præsumpserit, non possit à reatu præsumptionis huiusmodi ab aliquo, nisi apud Sedem Apostolicam, ac satisfactione debita per eum de illis, quæ sibi appropriaverit, vel vsurpaverit, realitèr prius impeosa, nisi in mortis articulo constitutus, absolutionis beneficium obtinere.

Prohibet ne aliò eleemosynæ distrahantur.

Datis Avenione 7. Kalendas Augusti, Pontificatus nostri anno 15.

Originale habetur Matriti eam refert Bullarium vetus, fol. 61.

CLEMENTI PSEVDO VII. qui obijt ann. 1394. succedit

BENE-

BENEDICTVS XII.
DICTVS XIII.

Antipapa Arago. Hispanus, Petrus de Luna, Archidiaconus Cæsaraugustanus. Creatus Avenione 4. Kalendas Octobris, anno 1394. Sedit an. 30. contra Bonifacium IX. & alios. Creavit Pseudo Cardinales 24. & ex nostro Ordine Cardinales 5. quorum duo confirmati sunt, & Episcopos duos. Depositus prætensa dignitate in Concilio Pisano, die 5. Iunij an. 1409. & in Concilio Constanciensi die 26 Iulij an. 1417. Obijt Paniscolæ in Valentia mense Septembris, an. 1424. Ea tantum indulta illius adducimus, quæ in Concilio Cõstanciensi fuerunt approbata.

BENEDICTI PSEVDO XIII.

CONSTITVTIO I.

Tertiodecimo Mag. Generali P. Fr. Nicolao Perez.

COMPENDIVM.

Nostra Pontificum, & Regum Privilegia confirmat.

Edita an. 1397.

BENEDICTVS EPISCOPVS, Servus servorum Dei. Dilectis filijs Magistro, & Fratribus Ordinis S. MARIÆ Mercede Captivorum, salutem, & Apostolicam benedictionem.

Solet annuere Sedes Apostolica pijs votis, & honestis petentium precibus favorem benevolum impartiri.

Cõfirmat privilegia Ordinis nostri.

1 Ea propter, dilecti filij in Domino, vestris iustis postulationibus grato concurrentes assensu, omnes libertates, & immunitates, à Prædecessoribus nostris Romanis Pontificibus, sive per indulgentias, seu alia privilegia vobis, vel ordini vestro concessas, nec non libertates, & exemptiones, secularium exactionum, à Regibus, & Principibus, & alijs Christi Fidelibus rationabiliter vobis, ac Ordini prædicto indultas, sicut ea omnia iuste, & pacifice obtinetis, vobis, & per vos eidem Ordini authoritate Apostolica confirmamus, & præsentis scripti patrocinio communimus.

Contradictores punit.

2 Nulli ergo omninò hominum liceat, hanc paginã nostrę confirmationis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare pręsumpserit, indignationem Omnipotentis Dei, & Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum eius se noverit incursurum.

Datis Avenione 5. Idus Ianuarij, Pontific. nostri anno 3.

Hæc Bulla est originalis, apud nostrum Archivum generale Barchinonis; affertur etiam in dicto Ordinis Bullario, Bull. 1. huius Pseudop. fol. 64. atque illius meminit M. Vargas, pag. 199.

BENEDICTI PSEVDO XIII.

CONSTITVTIO II.

Quartodecimo Mag. Generali Fr. Iacobo Thauste.

COMPENDIVM.

Concedit, vt Fratres nostri Ordinis à M. Generali deputati, possint aliorum Fratrum Confessiones audire, & à non reservatis Sedi Apostolicæ absolvere.

Edita an. 1405.

BENEDICTVS EPISCOPVS, Servus servorum Dei, ad futuram rei memoriam. Sinceræ devotionis affectus, quem dilecti filij Magister Generalis, & Fratres Ordinis Sanctæ MARIÆ de Mercede Captivorum, ad Nos, & Romanam gerunt Ecclesiam promeretur, vt petitionibus suis, illis praesertim, per quas, sicut pie desiderant, conscientiæ pacem, & salutem animæ, Deo propitio, consequuntur, benignum præbeamus auditum.

Fratres nostri à Generali deputati possint aliorũ Fratrum confessiones audire.

1 Hinc est, quod Nos ipsorum Magistri, & Fratrum in hac parte supplicationibus inclinati, vt Fratres dicti Ordinis in Presbyteratus Ordine constituti, idonei, discreti, & periti, pro tempore existentes, quos Magister, qui nunc est, & successores sui Magistri dicti Ordinis, qui pro tempore fuerint, ad hoc duxerint deputandos, confessionibus quorumcumque aliorum Fratrum eiusdem Ordinis præsentium, & futurorum diligenter auditis, pro commissis debitam eis absolutionem impendere, & iniungere pœnitentiam valeant salutarem; nisi talia fuerint, propter quæ Sedes Apostolica esset meritò consulenda, eisdem Magistro, & Fratribus auctoritate Apostolica thenore præsentium indulgemus.

2 Nulli ergo omninò hominum liceat, hanc paginam nostrę confirmationis infringere, vel ei ausu temerario cõtraire. Siquis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem Omnipotentis Dei, & Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum eius se noverit incursurum.

Datis Saonæ 6. Kalendas Novembris, Pontificatus nostri anno 12.

Huius meminit Vargas, & antiquum Bull. originalis extat Barcinone.

BENEDICTI PSEVDO XIII.

CONSTITVTIO III.

Quintodecimo Mag. Generali Venerabili P.F. Antonio Caxal.

COMPENDIVM.

Ad instantiam Petri Diaconi Sancti Angeli S. R. E. Cardinalis, Peregrinis visitantibus Imaginem Beatæ MARIÆ de Podio, in Regno Valentiæ plenariam concedit indulgentiam.

Edita an. 1407.

BENEDICTVS EPISCOPVS, Servus servorum Dei. Convenit Apostolico moderamini pia Religione pollentibus benevola compassione succurrere, & petentium desiderijs congruum impartiri suffragium: ex hoc enim lucri potissimum præmium à Conditore omnium Deo in sidereis arcibus promerebimur, si venerabilia loca nostro tempore, aut ad meliorem fuerint statum perducta, aut, ne vnquam in aliquo minuantur, corroborata.

Magna devotio Cardin. Petri S. Angeli in B Virg. de Podio.

1 Sanè Venerabilis Fratris nostri Petri Diaconi Sācti Angeli S.R.E. Cardinalis precibus inclinati, ob maximā, quàm gerit devotionem erga Augustissimum Sanctæ MARIÆ Templum de Podio Fratrum B. MARIÆ de Mercede Redemptionis Captivorum, Diœcesis Valentiæ, cuius esse fertur oriundus; Religiosos etiam Fratres dicti Cœnobij favoribus prosequi volentes, ob inconcussam charitatis vnitatem, qua inter procellas omnes Sedi Apostolicæ adhæserunt, ipsa etiàm loci Sacri Veneranda Religio Nos ad hęc efferenda compellunt.

Maxima Pontificis in eiusdē imaginis cultū devotio, cuius laudes prædicat, ab Angelis efformatam, & ab ipsis à se pulchro eiusdē B. Mariæ in Gethsemani existēte ad littora Valentiæ delatam.

2 Qua propter memoria reducentes Sacri Templi limina in honorem Beatissimæ MARIÆ Virginis, postquam (meritis licèt imparibus) Apostolico munere fungimur, sæpiùs adijsse, nec modica sanè cordis hilaritate perfusi in Divę Virginis vultum speciosissimum præ filijs hominum intentis oculis, & reverenti animo ferebamur, cuius imaginem accepimus (provt prętęritorum gesta commemorant) ab Angelicis manibus elaboratam eorundem ministerio, à loco Sancto Gethsemani, vbi Sacrum Corpus MARIÆ iacuit, huiusmodi fęlicissimo littori divinitus adlatam, ac summa populorum freqocntia à primis sæculis vndequaque confluentium indubitata fide veneratam; idcircò prædictam Sacræ MARIÆ Ædem debito honore condecorantes, precibusque supradicti Venerabilis Petri S.R.E. Cardinalis annuere volentes, Dei Omnipotentis, & Sanctorum Apostolorum benedictione suffulti, harum litterarum Apostolicarum serie elargimur cunctis Christi Fidelibus, Sacram Sanctæ MARIÆ Ædem devota peregrinatione lustrantibus, plenariam suorum delictorum indulgentiam.

Plenariā indulgentiam Peregrinis eam visitantibus indulget.

Datis Massiliæ ad S. Victorem 11. Kalendas Februarij, anno salutis millesimo quadrigentesimo septimo, Pontificatus nostri anno tertiodecimo.

Guido Episcopus Praenestinus Cardinalis S.R.E.

Petrus Gerardus Tusculanus Episcopus Cardinalis.

Amadeus de Salutijs Sanct. Novæ Cardin. Diaconus.

Refert hanc Bullam antiquum Ordinis Bullarium authenticum Benedicto Pseudo tertiodecimo, fol. 65. à tergo.

BENEDICTI PSEVDO XIII.

CONSTITVTIO IV.

Quintodecimo Mag. Generali Venerabili P.Fr. Antonio Caxal.

COMPENDIVM.

Tres Iudices conservatores, pro nostro Monasterio Guadalfaxarensi designat.

Edita an. 1415.

BENEDICTVS EPISCOPVS, Servus servorum Dei. Venerabili Fratri Episcopo Seguntino, & dilectis filijs Decano Hispalensis, & Thesaurario Toleranæ Ecclesiarum, salutem, & Apostolicam benedictionem.

Militanti Ecclesiæ, licèt immeriti, disponente Domino, Præsidentes, circa Curam Ecclesiarum, & Monasteriorum omnium solertia redimur indefessa soliciti; vt iuxta debitum Pastoralis officij, eorum occurramus dispendijs, & profectibus, Divina cooperante clementia, salubriter intendamus.

1 Sanè dilectorum filiorum Præceptoris, & Conventus Monasterij Sancti Antolini Ordinis Beatę MARIÆ de Mercede Captivorum de Guadalfaxara Toletanæ Diœcesis, conquestione percepimus, quod nonulli Archiepiscopi, Episcopi, alijque Ecclesiarum Prælati, & Clerici, ac Ecclesiasticæ Personæ, tam Religiosæ, quam etiam sæculares, necnon Duces, Marchiones, Comites, Barones, Nobiles, Milites, & Laici, Communia Civitatum, Vniversitates Oppidorum, Castrorum Villarum, & aliorum locorum, & aliæ singula-

Iniurias Nobis à plerisque illatas cōmemorat.

gulares Perſonæ Civitatum, & Diœceſum, & aliarum partium diverſarum occuparunt, & occupari fecerunt Caſtra, Villas, & alia loca, terras, domos, poſſeſſiones, iura, & iuriſdictiones, nec non fructus, redditus, proventus, cenſus dicti Monaſterij, & nonnulla alia bona mobilia, & immobilia, ſpiritualia, & temporalia, ad eoſdem Præceptorem, & Conventum communiter, vel diviſim ſpectantia, & ea detinent indebite occupata, ſeu ea detinentibus, præſtant auxilium, conſilium, vel favorem. Nonnulli etiam Civitatum, Diœceſum, & partium prædictarum, qui nomen Domini in vanum recipere non formidant, eiſdem Præceptori, & Conventui ſuper prædictis Caſtris, Villis, & Locis, terris, domibus, poſſeſſionibus, iuribus, & iuriſdictionibus, fructibus, cenſibus, redditibus, & proventibus eorundem, ac quibuſlibet alijs bonis mobilibus, & immobilibus, ſpiritualibus, & temporalibus, & alijs rebus, ad eoſdem Præceptorem, & Conventum communiter, vel diviſim ſpectantibus, multiplices moleſtias, iniurias inferunt, & iacturas. Quare dicti Præceptor, & Conventus Nobis humilitèr ſupplicarunt, vt, cum eiſdem valdè reddatur difficilè, pro ſingulis querelis ad Apoſtolicam Sedem habere recurſum, providere eis ſuper hoc paterna dilectione curaremus.

Petitio noſtra pro remedio opportuno.

2 Nos igitùr adverſus occupatores, detentores, præſumptores, moleſtatores, & iniuriatores huiuſmodi, illo volentes eiſdem Præceptori, & Conventui remedio ſubvenire, per quod ipſorum compeſcatur temeritas, & alijs aditus comitendi ſimilia præcludatur; diſcretioni veſtræ per Apoſtolica ſcripta mãdamus, quatenùs vos, vel duo, aut vnus veſtrum per vos, vel alium, ſeu alios (etiam ſi ſint extra loca, in quibus deputati eſtis Conſervatores, & Iudices) præfatis Præceptori, & Conventui efficacis defenſionis præſidio aſſiſtentes, non permittatis eoſdem ſuper his, & quibuſlibet alijs bonis, & iuribus, ad Præceptorem, & Conventum ſupradictos ſpectantibus, ab eiſdem, ſeu quibuſlibet alijs indebitè moleſtari, aut eis gravamina, ſeu damna, vel iniurias inrrogari: facturi dictis Præceptori, & Conventui, cum ab eis, vel Procuratoribus ſuis, aut eorum aliquo fueritis requiſiti, de prædictis, & alijs perſonis, ſuper reſtitutione huiuſmodi Caſtrorum, Villarum, terrarum, & aliorum locorum, iuriſdictionum, iurium, & bonorum mobilium, & immobilium, reddituum quoque, & proventuum, & aliorum quorumcumque bonorum, nec non de quibuſlibet moleſtijs, iniurijs, atque damnis; præſentibus, & futuris, in illis videlicet, quæ iudicialem requirunt indaginem, ſummariè, & de plano, ſine ſtrepitu, & figura iudicij; in alijs verò, prout qualitas negotiorum exegerit, iuſtitiæ complementum; occupatores, detentores, moleſtatores, præſumptores, & iniuriatores huiuſmodi, nec non contradictores quoslibet, & rebelles, cuiuslibet dignitatis, ſtatus, ordinis, vel cõditionis extiterint, quandocumque, & quotieſcumque expedierit auctoritate noſtra per Cenſuram Eccleſiaſticam, appellatione poſtpoſita, compeſcendo, invocato ad hoc, ſi opus fuerit auxilio brachij Sæcularis, non obſtantibus, tam fœlicis recordationis Bonifacij Papæ VIII. Prædeceſſoris noſtri, in quibus cavetur, ne aliquis extra ſuam Civitatem, & Diœceſim, niſi in certis exceptis caſibus, & in illis vltra vnam dietam à fine ſuæ Diœceſis ad iudicium evocetur, ſeu ne Iudices, & Conſervatores à Sede deputati prędicta extra Civitatem, & Diœceſim, in quibus deputati fuerint, contra quoſcumque procedere, ſeu alij, vel alijs vices ſuas committere, vel alios vltra vnam dietam à fine Diœceſis eorum tradere præſumant, dummodò vltrà duas dietas aliquis auctoritate præſentium non trahatur, ſeu quod de alijs, quàm de manifeſtis iniurijs, & violentijs, & alijs, quæ iudicialem indaginem exigunt, pœnis, in eos, ſi ſecùs egerint, & in id procurantes adiectis, Conſervatores ſe nullatenùs intromittant) quàm alijs quibuſcumque conſtitutionibus à Prædeceſſoribus noſtris Romanis Pontificibus, tam de Iudicibus delegatis, & Conſervatoribus, quàm perſonis vltra certum numerum ad iudicium non vocandis, aut alijs editis, quæ veſtræ poſſent in hac parte iuriſdictioni, aut poteſtati, eiuſque libèro exercitio quomodolibet obviare, ſeu ſi aliquibus communiter, vel diviſim, à prædicta ſit Sede indultum, quod excommunicari, ſuſpendi, vel interdici, ſeu extra, vel vltra certa loca ad indicium evocari non poſſint, per litteras Apoſtolicas, non facientes plenam, & expreſſam, ac de Verbo ad Verbum de indulto huiuſmodi, & eorum Perſonis, locis, ordinibus, & nominibus proprijs mentionem, & qualibet alia dictæ Sedis indulgentia generali, ſeu ſpeciali cuiuſcumque tenoris exiſtat, per quam præſentibus non expreſſam, vel totaliter non inſertam veſtræ iuriſdictionis explicatio in hac parte valeat quomodolibet impediri, & de qua, eiuſque thenore de Verbo ad Verbum in noſtris litteris habenda ſit mentio ſpecialis.

Iudices conſervatores inſtituit, qui iura noſtra ſervari faciant.

Obſtantia removet.

Cæte-

Qualibet ex Iudicibus præfatis possit articulum ab alio inceptũ prosequi.

3 Cæterum volumus, & auctoritate Apostolica decernimus, quod quilibet vestrum prosequi valeat articulum, etiam per alium inchoatum, quamvis idem inchoans nullo fuerit impedimẽto canonico præpeditus; quodque à data præsentium sit vobis, & vnicuique vestrum, in præmissis omnibus, & eorum singulis, cœptis, & non cœptis, præsentibus, & futuris perpetua potestas, & iurisdictio attributa, vt eo vigore, eaque firmitate, possitis in præmissis omnibus, & singulis, cœptis, & non cœptis, præsentibus, & futuris,& pro prædictis procedere, ac si prædicta omnia, & singula coram vobis cœpta fuissent, & iurisdictio vestra, & cuiuslibet vestrum in prædictis omnibus, & singulis per citationem, vel modum alium perpetuata legitimùm extitisset, constitutione prædicta super Conservatoribus, & alia qualibet in contrarium edita non obstante, præsentibus post decẽnium minimè valituris.

Datis in Civitate Valentina Provinciȩ Tarraconensis 3. Idus Iunij Pontificatus nostri anno 21.

Originale huius Bullȩ est apud generale Archivum nostri Conventus Matritensis; & refertur in relato Bullario, Bull. 4. istius Pseudop. fol. 66.

BENEDICTI PSEVDO XIII.

CONSTITVTIO V.

Quintodecimo Mag. Generali Venerabili P. Fr. Antonio Caxal.

COMPENDIVM.

Concedit Prȩlatis Ordinis nostri facultatem ad absolvendum à sententijs excommunicationis, & ad dispensandum in irregularitatibus, prout Ordinibus Mendicantium est concessum, Fratres sibi subditos: per quos etiam possint ijdem Superiores in similibus casibus absolvi, & dispensari.

Edita an. 1417.

BENEDICTVS EPISCOPVS, Servus servorum Dei. Ad perpetuam rei memoriam.

Exigit devotionis sinceritas, ac piȩ Religionis, sub qua dilecti filij professores Ordinis Beatæ MARIÆ de Mercede Redemptionis Captivorum, virtutum Domino famulatum impendũt, promeretur honestas, vt petitiones suas, illas prȩsertim, quæ animarum salutem respiciunt, quantum cum Domino possumus, ad exauditionis gratiam admittamus.

Facultatẽ concedit superioribus nostris, vt ab excõmunicationis sẽtentijs Fratres absolvere possint, & eligere à quibus ipsi absolvãtur, & super irregularitatibus dispensandi iuxta privilegia Mẽdicãtium.

1 Hinc est, quod Nos dilecti filij Provincialis dicti Ordinis Provinciæ Castellæ, & Portugalliæ, secundum morem ipsiùs, in hac parte devotis precibus inclinati, eidem Ordini; vt eius Prælati, seu Præsidentes, etiam secundùm morem ipsius, per se, vel alium, seu alios quoscumque professores eiusdem, qui sunt, & erunt pro tempore, à quibuscumque excommunicationum sententijs à iure, vel ab homine generaliter promulgatis, siqua incurrerent, & ipsos incurrere contigerit in futurum, in casibus Fratrum Mendicantium Ordinibus generaliter concessis, si hoc humiliter petierint, in forma Ecclesiæ consueta, auctoritate Apostolica absolvendi; nec non cum eisdem Professoribus super irregularitate, seu irregularitatibus, si quam, vel si quas huiusmodi ligati sententijs celebrando Divina, vel immiscendo se illis (non tamen in contemptum clavium) contraxerint, prout huiusmodi Fratrum Mendicantium Ordinibus, est permissum, eadem auctoritate dispensandi; eligendi quoque ex eis Professoribus, quos voluerint, qui Prælatos, seu Præsidentes huiusmodi in eisdem casibus absolvere, ac secum dispensare valeant, vt præfertur, plenam, & liberam concedimus, thenore præsentium facultatem.

In Adversantes cõminatio.

2 Nulli ergo omninò hominum liceat, hanc paginam nostræ concessionis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Siquis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem Omnipotentis Dei, & Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum eius se noverit incursurum.

Datis Paniscolæ Dertusensis Diœcesis 5. Idus Martij, Pontificatus nostri anno 23.

Originales litterȩ istius Bullȩ apud Barchinonensem, transumpta quoque authentica, apud Matritensem Conventum in generalibus eorum Archivis custodiũtur. Eamque afferunt dictum Bullar. Bul. 5. huius Pseudop. fol. 68. à tergo, & Mag. Vargas, pag. 220. lit. B.

PSEVDO BENEDICTI XIII.

CONSTITVTIO VI.

Quintodecimo Mag. Generali Venerabili P. Fr. Antonio Caxal.

COMPENDIVM.

Tres Iudices conservatores, pro bonorum nostri Ordinis indemnitate creat.

Edita an. 1417.

BENEDICTVS EPISCOPVS, Servus servorum Dei. Venerabili

Fratri Episcopo Legionensi, & dilectis filiis, Sancti Saturnini Tolosanensis, ac Populeti Tarraconensis Diœcesum, Monasteriorum Abbatibus, salutē, & Apostolicam benedictionem.

Viri sub Religionis habitu Domino famulantes Apostolicis debent præsidiis communiri; vt eo devotius, & quietius valeant Diuinis vacare obsequiis, piumque opus eis commissum, faciliùs, & vtiliùs exercere, quo mágis à perversorum conatibus conspexerint se defensos: ideoque nostra interest eis super his de opportunis remediis providere.

Iniurias nobis inferentes cõmemorat.

1 Sanè dilectorum Magistri, Provincialium, ac Præceptorum, Commendatorum communiter nuncupatorum, & Fratrum Ordinis Beatæ MARIÆ de Mercede, Redemptionis Captivorum conquestione præcepimus, quod nonnulli Archiepiscopi, Episcopi, aliique Ecclesiarum Prælati, Clerici, ac Ecclesiasticæ personæ, tam Religiosæ, quàm Sęculares, nec non Duces, Marchiones, Comites, Barones, Milites, Nobiles, & Laici, Communia Civitatum, Vniversitates Oppidorum, & Castrorum, Villarum, & aliorum locorum, & aliæ singulares Personæ Civitatum, & Diœcesum, & aliarum diversarum partium occupant, & oecoparunt, & occupari fecerunt Castra, Villas, & loca alia, terras, domos, possessiones, iura, iurisdictiones, nec non fructus, census, redditus, & proventus dicti Ordinis, & nonnulla alia bona móbilia, & immobilia, spiritualia, & temporalia ad eosdem Magistrum, Provinciales, Præceptores, & Fratres spectantia, & ea detinent indebite occupata, seu ea detinentibus prestant auxilium, consilium, vel favorem. Nonnulli etiam Civitatum, Diœcesum, & partium prędictarum, qui nomen Domini in vanum recipere non formidant, res, & bona, ad ipsos cõmuniter, & divisim, pro, seu ratione Redēptionis Captivorum, & aliàs spectantia vsurpant, & occultant, & super illis, ac etiam aliis eosdem Magistrum, Provinciales, Pręceptores, & Fratres diversis, & gravibus iniuriis, violentiis, & molestiis in diversis mundi partibus perturbare, & affligere non verentur.

Vsurpatores bonorum nostrorum.

Iudices conserva tores supra relatos constituit, qui iura nostra defendant.

2 Nos eorumdem Magistri, Provincialium, & Fratrum providere quieti, & malignorum conatibus obviari volentes, discretioni vestræ per Apostolica scripta mandamus, quatenùs vos, vel duo, aut vnus vestrum per vos, vel alium, seu alios (etiam si sint extra loca, in quibus deputati estis Conservatores, & Iudices) eisdem Magistro, Provincialibus, Præceptoribus, & Fratribus, efficacis defensionis præsidio assistētes, ne permittatis eos, à prædictis, seu quibusvis aliis super præmissis, seu ratione ipsorum, vel aliàs indebitè molestari, vel eisdem damna, violentias, iniurias, vel molestias irrogari: facturi eisdem Magistro, Provincialibus, Præceptoribus, & Fratribus, cum ab eis, vel Procuratore, aut Procuratoribus eorum fueritis requisiti, de prædictis, & aliis personis quibuslibet, de quibuscomque molestiis, iniuriis, violentiis, atque damnis, præsentibus, & futuris, in illis videlicèt, quæ iudicialem requirunt indaginem, summarie, & de plano sine strepitu, & figura iudicii, in aliis verò, provt qualitas negotiorum exegerit, iustitiæ complementum, molestatores, præsumptores, & iniuriatores huiusmodi, nec non contradictores quoslibet, & rebelles, cuiuscumque dignitatis, status, ordinis, vel conditionis extiterint, etiam si Pontificali præfulgeant dignitate, quandocumque, & quotiescumque expedierit, per Censuram Ecclesiasticam, appellatione postposita, compescendo; invocato ad hoc, si opus fuerit, auxilio brachii Sæcolaris: non obstantibus, tam fœl. rec. Bonifacii Papæ VIII. Prædecessoris nostri (in quibus caverur, ne quis extra suam Civitatem, & Diœcesim, nisi in certis exceptis casibus, & in illis vltra vnam dietam à fine suæ Diœcesis ad iudicium evocetur: seu ne Iudices, & conservatores à Sede deputati prædicta extra Civitatem, & Diœcesim, in quibus deputati fuerint, contra quoscumque procedere, aut aliis vices suas committere, seu aliquos vltra vnam dietam à fine Diœcesis eorumdem, trahere præsumant: seu quod de aliis, quam de manifestis iniuriis, violentiis, & aliis, quæ iudicialem indaginem exigunt, pœnis in eos, si secus egerint, & in id procurantes adiectis, conservatores se nullatenus intromittant; & de duabus dietis in Concilio Generali: dummodo vltra tres dietas, aliquis extra suam Civitatem, & Diœcesim, auctoritate præsentium ad iudicium non trahatur) quàm aliis quibuscumque constitutionibus à Prædecessoribus nostris Romanis Pontificibus, tam de Iudicibus delegatis, & conservatoribus; quàm personis vltra certum numerum, ad iudicium non vocandis, aut aliis editis, quæ vestræ possent in hac parte iurisdictioni, aut potestati, eiusque libero exercitio quomodolibet obviare; seu si aliquibus coniunctim, vel divisim à Sede Apostolica sit indultum, quod excommunicari, suspendi, vel interdici, seu extra, vel vltra certa loca, ad iudicium evocari non possint, per litteras Apostolicas plenam, & expressam, ac de verbo, ad

Obstantia revocat.

ver-

verbum, de indulto huiusmodi, & de eorum personis, locis, ordinibus, & nominibus proprijs mentionem, & qualibet alia dictæ Sedis indulgentia generali, vel speciali, cuiuscumque thenoris existat, per quam præsentibus non expressam, vel totalitèr non insertam vestræ iurisdictionis explicatio valeat quomodolibet impediri, & de qua, eiusque toto thenore habenda sit in nostris litteris mentio specialis.

Quilibet Iudex valeat articulum ab alio inceptum cõtinuare.

3 Cæterum volumus, & auctoritate Apostolica decernimus, quod quilibet vestrum prosequi valeat articulum, etiam per alium inchoatum; quamvis idem inchoans nullo fuerit impedimento canonico præpeditus; quodque à datis præsentium sit vobis, & vnicuique vestrum, in præmissis omnibus, & eorum singulis cœptis, & non cœptis præsentibus, & futuris perpetua potestas, & iurisdictio attributa; vt eo vigore, eaque facultate possitis in præmissis, & eorum singulis cœptis, & non cœptis, præsentibus, & futuris, & pro prædictis procedere, ac si prædicta omnia, & singula coram vobis cœpta fuissent, & iurisdictio vestra, & cuiuslibet vestrum in prædictis omnibus, & singulis per citationem, vel modum alium perpetuata extitisset legitimùm, constitutione prædicta super Conservatoribus, & qualibet alia in contrarium edita non obstante.

Datis Paniscolæ Dertusensis Diœcesis 5. Idus Martij, Pontificatus nostri anno 23.

Eam afert Mag. Vargas, & antiquũ Bull. originale servatur Barcinone, & transumpta Matriti.

D. Fr. Christophorus de Luna Archiepiscopus Bracarẽsis instituitur.

AD annum 1400. creavit ex nostro Ordine Archiepiscopum Bracarensẽ in Lusitania Fr. Christophorum de Luna, suum ex Fratre Nepotem, Celtiberum, præclara Comitum Moratensium stirpe progenitum, Conventus nostri Cæsaraugustani Sobolem, qui dum ad suam Sedem pergeret, obijt Talaveræ.

P. Ioannes Thauste Episcopus Oscen. Albarracinẽ. & Segorbiẽs. creatur.

Ad annum 1410. Episcopum Oscensem instituit Fr. Ioannem Thauste Cæsaraugustani Monasterij filium, Regi Aragonum Martino à Confessionibus, & ad eumdem Pontificem Legatum, qui & Albarracinen. & Segorbicen. Ecclesijs præpositus fuit.

D. Fr. Christophorus Amerio Cardinal. creatur.

Idem Pontifex Cardinalem creavit, Tit. S. Crucis in Hierusalem P. Fr. Christophorum Amerio Cæsaraugustani Conventus Sobolem, qui posteá à Martino V. confirmatur P. Alduino loco citato.

D. Fr. Ioãnes Virino Cardinalis creatur.

Similitèr Cardinalem instituit, & creavit ex nostro Ordine P. Fr. Ioannem Virinum, paritèr ab eodem Martino V. confirmatum, vt affert idem Alduino. Similiter Cardinales ex nostris creavit Fr. Arnaldũ Laurentium, Fr. Bartholomæum Zelfor, & Fr. Bernardum Riera, qui tamen à Concilio Constantiensi depositi sunt, refert Alduinus.

BENEDICTO XII. dicto XIII. Antipape, qui obijt Paniscole, anno Domini 1424. succedit.

CLEMENS VIII.

Pseudo Pontifex Hispanus Ægidius cognomento Muñoz, Canonicus Barchinonensis. Creatus Paniscolæ eodem anno 1424. Sedit contra Martinum V. annos plus minùs 4. parum tamen negotij facessit Ecclesiæ, vniversis Christi ovibus, vt verum, legitimumque Pastorem Martinum agnoscentibus: Abdicavit coactus, anno salutis 1428. factusque est ab eodem Martino V. Episcopus Maioricensis.

Omnium teterrimum, & diuturniùs omnioò cessavit Schisma, quod inter vtrumque Clementem VII. & VIII. Antipapas crudeliter insæviens quinquaginta annos Ecclesiam divexavit.

VRBANO VI. legitimo Pontifici, qui obijt anno Domini 1389. succedit

BONIFACIVS XI.

Petrus Tomacellus antea dictus, Neapolitanus. Creatus die 2. Novembris anno 1389. Sedit in Pontificatu annos 14. menses 11. Obijt die 1. Octobris, annò 1404.

Fr. Ferdinãdus Baldes Episc. Lucensis creatur.

CReavit ex nostro Ordine Episcopum Lucensem in Gallecia Fr. Ferdinandum de Baldes Conventus nostri Burgensis filium, Regis Castellæ Henrici Concionatorem celebratum.

BONIFACIO IX. qui obijt anno 1404. succedit

INNOCENTIVS VII.

Sulmonensis Cosmas Meliorata, Presbyter Cardinalis S. Crucis in Hierusalem. Creatus Romæ 16 Kalendas Novembris 1404. Creavit Cardinales 12. Obijt 8. Novembris 1406. Sepelitur in Sanctum Petrum.

Cui succedit

GREGORIVS XII.

Venetus Angelus Corarius Presbyter Cardin. Tit.S.Martij. Creatus Romæ 30.Novembris 1406. Sedit an. 8. menses 7. dies 5. Creavit Cardin. 14. spontè abdicavit pro bono pacis.

Cui succedit

ALEXANDER V.

Bononiensis Fr.Petrus Philargij Presbyter Cardinalis SS.duodecim Apostolorum. Creatus Pisis, & Coronatus die 9. Iulij 1409. Sedit menses 10. dies 8. Obijt Bononiæ 5. Nonas Maij 1410. Et sepultus est in Ecclesia Minorum.

Cui succedit

IOANNES XXII.

DICTVS XXIII.

Neapolitanus Balthassar Costa Diaconus Cardin. S. Eustachij. Creatus Bononiæ 16. Kalend. Iunij 1410. Sedit annos 5. dies 15. abdicavit pridiè Kalendas Iunij 1415. Creavit Cardin. 16. Nullum horum Pontificum extat nobis indultum.

IOANNI XXII. succedit

MARTINVS III. V

DICTVS V.

Romanus, Otto, vel Odo Columna Diaconus Cardinalis S. Georgij in Velabro. Creatus à Concilio Constantiensi 3. Idus Novembris, ano 1417. Coronatus 16. Kalend. Decembris eodem anno. Sedit annos 13. menses 3. dies 12. Creavit Cardinales 19. Et ex nostro Ordine Episcopum 1. Obijt 12. Februarij 1431.

MARTINI V.

CONSTITVTIO I.

Decimosexto Mag. Generali Venerabili P. Fr.Bernardo Plano.

COMPENDIVM.

Fr. Bernardum de Plano in Magistratu Generali confirmat

Edita an. 1418.

MARTINVS EPISCOPVS, Servus servorum Dei. Dilecto filio nostro Bernardo de Plano, Ordinis Beatæ MARIÆ de Mercede Generali Magistro, salutem, & Apostolicam benedictionem. Solicitudinis studium circa diversa, quæ agenda nostris incumbunt humeris, est illud potissimum, vt circa statum Ordinum quorumcumque, illorum maximè, qui Pastorum regimine sunt destituti, sic solicita diligentia intendamus, quod Ordines ipsi per nostræ operationis studium, nostri favoris supremi auxilio suffragante, præserventur à noxijs, & prosperitatis votivæ successibus gratulentur.

M. G. Antonius Caxal obijt in Concilio Constantiensi.

1 Dudum siquidem Magistratu Ordinis B. MARIÆ de Mercede Captivorum, per obitum quondam Antonij Magistri Generalis dicti Ordinis in Civitate Constantiæ Maguntiensis, Sacro in ea durante Concilio, demortui, vacante, dilecti filij Electores Generalis Magistri dicti Ordinis, ad quos ipsius electio, secundum Ordinis eiusdem instituta, & aliàs de antiqua, & approbata, ac hactenùs pacificè observata consuetudine pertinet, vocatis omnibus, qui voluerunt, debuerunt, & potuerunt electioni huiusmodi commodè interesse, die ad electionem præfixa, vt moris est, convenientes in vnum, te tūc Præceptorem Domus Perpiniani dicti Ordinis, Elnensis Diœcesis, Baccallaureum in decretis, Ordinem ipsum expressè Professum, & in Sacerdotio constitutum in dicti Ordinis Generalem Magistrum concorditèr via Spiritus Sancti elegerunt: tuque postmodum electioni huiusmodi, illius tibi præsentato decreto, consensisti, ac per Nos à Sede Apostolica confirmari petisti, in his omnibus statutis à iure temporibus observatis.

M. Plani Electio.

2 Nos igitùr, post privationem Petri de Luna, tunc Benedicti XIII. nuncupati, ab huiusmodi iure, quod habebat in papatu, firmius, divina favente clementia, licèt immeriti, ad summum Apostolatus apicem assumpti, electionem ipsam tuæque personæ idoneitatem, & merita per dilectum filium Antonium S.Ceciliæ Presbyterum Cardinalem examinari fecimus diligentèr; & quia, facta nobis per ipsum Cardinalem super hoc relatione plenaria, & fideli, electionem ipsam invenimus de persona tua (de qua apud Nos de Religionis zelo, vitæ, ac morum honestate, & alijs multiplicium virtutum donis fidedigna testimonia perhibentur) fuisse canonicè celebratam, eandem electionem (etiamsi provisio huiusmodi Magisterij fuerit hac vice dispositioni Apostolicæ reservata) auctoritate Apostolica confirmamus, præficiendo te ipsi Ordini in Generalē Magistrum, Curam, & administrationem dicti Ordinis

Generalis confirmatio.

dinis tibi in ſpiritualibus, & tempotalibus plenariè committendo, in illo, qui dat gratiam, & largitur præmia, confidentes, quod dirigente Domino actus tuos, præfatus Ordo per tuę induſtriæ, & circumſpectionis ſtudium fructuoſius regatur, vtiliter, & proſperè dirigatur, grataque in eiſdem ſpiritualibus,& temporalibus ſuſcipiet incrementa.

Exhortatio Apoſtolica ad rectũ gubernium.

3 Quo circa diſcretioni tuæ per Apoſtolica ſcripta mandamus, quatenùs onus regiminis dicti Ordinis devotè ſuſcipiens, ſic te in eius cura ſalubriter exercẽda diligentem exhibeas,& etiam ſtudioſum, quod Ordo ipſe gubernatori provido, & fructuoſo adminiſtratori gaudeat ſe commiſſum: tuque præter æternæ retributionis præmium, noſtrã, & prædictæ Sedis Apoſtolicæ gratiam, & benedictionem eamdem vberius cõſequi merearis.

Datis Conſtantiæ 7. Idus Ianuarij, Pontificatus noſtri anno 1.

Huius meminit Mag. Vargas, & antiquum Bullarium locis citatis.

MARTINI V.

CONSTITVTIO II.

Decimoſeptimo Mag. Generali V. P. Fr. Iacobo Aymerich.

COMPENDIVM.

Altare portatile Magiſtro Generali concedit.

Edita an. 1419.

MARTINVS EPISCOPVS, Servus ſervorum Dei. Dilecto filio Iacobo Aymerich Ordinis Beatæ MARIÆ de Mercede Captivorum Generali Magiſtro, ſalutem, & Apoſtolicam Benedictionem.

Sinceræ devotionis affectus, quem ad Nos, & Romanam geris Eccleſiam non indigne meretur, vt petitionibus tuis, illis prçſertim, quas ex devotionis fervore prodire conſpicimus, quantum cum Deo poſſumus, favorabiliter annuamus.

Facultas celebrãdi in Altari portatili.

1 Hinc eſt quod Nos tuis devotis ſupplicationibus inclinati, vt liceat tibi, qui Presbyter es, habere Altare portatile cum debita reverentia, & honore, ſuper quo in locis ad hoc congruentibus, & honeſtis celebrare poſſis, ſeu per proprium, vel alium Sacerdotem idoneum Miſſam, & alia Divina Officia, ſine iuris alieni præiudicio in tua, & familiarium tuorum domeſticorum prçſentia facere celebrari, devotioni tuę thenore præſentium indulgemus.

Imprecatio in Cõtradictores.

5 Nulli ergo omninò hominum liceat, hanc paginam noſtræ confirmationis infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præſumpſerit, indignationem Omnipotentis Dei, & Beatorum Petri, & Pauli Apoſtolorum eius ſe noverit incurſurum.

Datis Florentiæ 15. Kalendas Iunij, Pontificatus noſtri anno 2.

Huius meminit M. Vargas, & antiquum Bullarium locis relatis. Originale extat Barcinone, & tranſumpta Matriti.

MARTINI V.

CONSTITVTIO III.

Decimoſeptimo Mag. Generali V.P.Fr. Iacobo Aymerich.

COMPENDIVM.

Liberam nobis captandi eleemoſynas pro Captivis abſque contradictione indulget, contra aliquos hoc impedire nitentes.

Edita an. 1419.

MARTINVS EPISCOPVS, Servus ſervorum Dei. Dilectis filijs Magiſtro Generali, & Fratribus Ordinis B. MARIÆ de Mercede Captivorum, ſalutem, & Apoſtolicam Benedictionem.

Sinceræ devotionis affectus, quem ad Nos, & Romanam Eccleſiam geritis non indignè meretur, vt ad illa favorabiliter intendamus, quæ vobis fore conſpicimus opportuna.

Poſſeſſio noſtra in petendo pro Captivis.

1 Exhibita ſiquidèm nobis pro parte veſtra petitio continebat, quod licèt vos de antiqua approbata, & hactenùs pacifice obſervata conſuetudine in Aragoniæ (cuius Reges Fundatores dicti Ordinis extiterunt) nec non Franciæ, Caſtellæ, Portugalliæ, & Navarræ Provincijs, & Comitatu Provinciæ, ac certis alijs partibus, pro charitativis eleemoſynarum ſubſidijs, ad opus Redemptionis Captivorum, & alia eidem Ordini pro tempore incumbentia onera ſupportanda, petendis, Fratres, aut Nuntios veſtros mittere conſueveritis, & ijdem Fratres, aut Nuntij abſque impedimento, & contradictione quibuſcumque ad id recipi, & admitti ſoliti ſint; tamen nonnulli locorum Diœceſani, & officiales eorum, ac Religioſi exempti, & non exempti eoſdem Fratres, & Nuntios ad petenda ſubſidia eleemoſynarum huiuſmodi in eorum Eccleſijs admittere nolunt; quinimò

Aliqui volunt nos à petendo in ſuis Eccleſijs impedire.

eos

eos impedire super his præsumunt.

Quare pro parte vestra fuit nobis humiliter supplicatum, vt providere vobis super hoc de opportuno remedio dignaremur.

2 Nos igitur intendentes vos favoribus gratiosis prosequi in hac parte, huiusmodi supplicationibus inclinati, volumus, & Apostolica vobis authoritate concedimus, vt Fratres, & Nuntij vestri prædicti, cum á vobis ad id missi fuerint, in Provincijs, & Comitatu, ac alijs partibus huiusmodi absque difficultate, & contradictione quibuscumque, charitativa subsidia prædicta libere petere valeant; quodque Diœcesani, & Officiales, ac Religiosi prædicti in eorum Ecclesijs, & extra eas eosdem Fratres, & Nuntios ad id pacificè admittere teneantur: districtius inhibentes eisdem Diœcesanis, ac Officialibus, & Religiosis, vt Fratres, aut Nuotios antea dictos occasione quacumque super his molestare, seu quomodolibet impedire præsumant; ac decernentes ex nunc irritum, & innane, si secus super his à quocumque quavis authoritate, scienrer, vel ignoranter contigerit attentari.

Vt in omnibus Ecclesijs, & locis pro Captivis valeamus exigere indulget, nec aliquis impedire præsumat.

3 Nulli ergo omninò hominum liceat, hanc paginam nostræ voluntatis, concessionis, inhibitionis, & cōstitutionis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem Omnipotentis Dei, & BB. Petri, & Pauli Apostolorum eius se noverit incursurum.

Imprecatio in cōtradictores.

Datis Florentiæ 3. Kalendas Iunij, Pontificatus nostri anno 2.

Habetur originalis vbi supra, & in Bullario veteri fol. 74.

MARTINI V.

CONSTITVTIO IV.

Decimosexto Magistro Generali V.P.Fr.Iacobo Aymerich.

COMPENDIVM.

Super præcedentis indulti observantiam Archiepiscopum Tarraconensem, Episcopos Magalonensem, & Abulensem Iudices executores instituit.

MARTINVS EPISCOPVS, Servus servorum Dei. Venerabilibus Fratribus Archiepiscopo Tarraconensi, & Magalonensi, ac Abulensi Episcopis, salutem, & Apostolicam Benedictionem.

Edita an. 1419.

Sinceræ devotionis affectus, quem dilecti filij Magister Generalis, & Fratres Ordinis B. MARIÆ de Mercede Captivorum ad Nos, & Romanam Ecclesiam gerunt, non indignè meretur, vt ad illa favorabilitet intendamus, quæ eis fore conspicimus opportuna.

1 Exhibita siquidèm pro parte dictorum Magistri, & Fratrum petitio continebat, quod licèt ipsi de antiqua approbata consuetudine in Aragonię (cuius Reges Fundatores dicti Ordinis extiterunt) nec non Franciæ, Castellæ, Portugallię, & Navarræ Provincijs, & Comitatu Provinciæ, ac certis alijs partibus pro charitativis eleemosynarum subsidijs, ad opus Redemptionis Captivorum, & alia eidem Ordini pro tempore incumbentia onera supportanda, petendis, Fratres, aut Nuntios suos mittere consueverint, & ijdem Fratres, & Nuntij absque impedimento, & contradictione quibuscumque ad id recipi, & admitti soliti sint; tamen nōnulli locorum Diœcesani, & Officiales eorum, ac Religiosi exempti, & non exempti eosdem Fratres, aut Nuntios ad petenda subsidia eleemosynarum huiusmodi in eorum Ecclesijs admittere nolunt; quinimò eos soper his impedire præsumunt. Quare pro parte dictorum Magistri, & Fratrum fuit nobis humiliter supplicatum, vt providere ipsis Magistro, & Fratribus super hoc de opportuno remedio dignaremur.

Muntus Redemptionis impedientes.

2 Nos igitur intendentes Magistrum, & Fratres prædictos favoribus gratiosis prosequi in ea parte, huiusmodi supplicationibus inclinati, voluimus, & Apostolica Magistro, & Fratribus authoritate concessimus, vt Fratres, & Nuntij prædicti Ordinis, cum à dicto Magistro, seu Fratribus prædictis ad id missi fuerint in Provincijs, & Comitatu, ac alijs partibus huiusmodi, absque difficultate, & contradictione quibuscumque charitativa subsidia prædicta libere petere valeant: quodque Diœcesani, & Officiales, ac Religiosi prædicti in eorum Ecclesijs, & extra eas eosdem Fratres, & Nuntios ad id pacificè admittere tenecantor: districtius inhibentes eisdem Diœcesanis, & Officialibus, ac Religiosis, ne Fratres, aut Nuntios antedictos occasione quacumque super his molestare, seu quomodolibet impedire præsumerent: ac decernentes ex tunc irritum, & innane; si secus super his à quoquam quavis authoritate scienter, vel igoorantet contigerit attentari.

Superiorē Bullam memorat.

3 Quo circa Fraternitati vestræ per Apostolica scripta mandamus, quatenus vos, vel duo, aut vnus vestrum, per vos, vel alium, seu alios eisdem Magistro,

Cōmissio prædictis Prælatis, vt præfatam concessionem

stro,& Fratribus in præmissis, & circa ea efficacis defensionis auxilio assistentes non permittatis eosdem Fratres, aut Nuntios contra voluntatem, & concessionem, ac inhibitionem, & decretum nostrũ huiusmodi ab eisdem Diœcesanis, & Officialibus, ac Religiosis, vel quibusvis alijs quomodolibet molestari: molestarores huiusmodi, & cõtradictores quoslibet, & rebelles authoritate nostra, appellatione postposita, compescendo; nonobstante, si eisdem Diœcesanis, & Officialibus, ac Religiosis, vel quibusvis alijs communiter, vel divisim à Sede Apostolica sit indultum, quod interdici, suspendi, vel excommunicari non possint per litteras Apostolicas, non facientes plenam, & expressam, ac de verbo ad verbum de indulto, ac de Religiosorum Ordinibus huiusmodi mentionem.

Observari faciant.

Diœcesani, & alij cogantur nostra privilegia observare sub pœnis Ecclesiasticis, nõ obstante quovis indulto.

Datis Avenione 3. Kalendas Iunij, Pontific. nostri anno 2.

Originalis habetur Barchinone, transumpta authentica Matriti, & in veteri Bullario, eam affert M. Vargas.

MARTINI V.

CONSTITVTIO V.

Decimoseptimo Mag. Generali V.P. Fr. Iacobo Aymerich.

COMPENDIVM.

Statuit, ne Fratres alterius Ordinis ad nostrum transeuntes possint ad alium Ordinem remeare absque Sedis Apostolicæ facultate.

MARTINUS EPISCOPUS, Servus servorum Dei. Ad futuram rei memoriam. Sacræ Religionis observantia, sub qua dilecti filij Magister Generalis, & Fratres Ordinis Beatæ MARIÆ de Mercede Captivorum piæ vitæ studio dediti sedulum impendunt Altissimo famulatum, non indignè meretur, vt ad illa favorabiliter intendamus, quæ ipsorum statum prosperum, & tranquillum respicere dignoscuntur.

Edita an. 1419.

Observãtiæ nostri Ordinis commendatio.

1 Hinc est quod Nos consideratione charissimi in Christo filij Alphonsi Aragonum Regis Illustris (cuius Progenitores, vt accepimus, prædicti Ordinis Promotores, seu Fundatores fuerunt) Nobis super hoc humiliter supplicantis, ac Magistri, & Fratrum prædictorum supplicationibus inclinati, authoritate Apostolica statuimus, & etiam ordinamus, vt si qui Mendicantium, vel aliorum Ordinum Fratres, seu Religiosi ad præfatum Ordinem B. MARIÆ de Mercede Captivorum pro tempore translati, illius Regulam per annum, eius habitum gestando approbaverint, seu expressam in eo professionem emiserint regularem, ex tunc ab eo ad alium Ordinem transferri nequeant absque Sedis Apostolicæ licentia, speciali, & expressam faciente de statuto, & ordinatione nostris huiusmodi mentionem: decernentes ex nunc irritum, & innane quidquid in cõtrarium à quoquam quavis authoritate scienter, vel ignoranter contigerit atteutari, non obstantibus constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, nec non prædicti B. MARIÆ de Mercede Captivorum, & aliorum Ordinum huiusmodi statutis, & consuetudinibus, etiam iuramento, confirmatione Apostolica, vel quacumque firmitate alia roboratis, & alijs contrarijs quibuscumque.

Regis Alphõsi supplicatio.

Professi nostri nõ possint ad alium Ordinem transire.

2 Nulli ergo omninò hominum liceat, hanc paginam statuti, ordinationis, & constitutionis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem Omnipotentis Dei, & Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum eius se noverit incursurum.

Imprecatio in cõtradictores.

Dat. Avenione 3. Kalendas Iunij, Pontific. nostri anno secundo.

Authentica reperitur Barchinone, & Matriti, & in antiquo Bullario, eius meminit Mag. Vargas vbi sup.

MARTINI V.

CONSTITVTIO VI.

Decimoseptimo Mag. Generali V.P. Fr. Iacobo Aymerich.

COMPENDIVM.

Contra Fratres quosdam, perpetuitatem in officijs Ordinis à Sede Apostolica impetrantes, statuit officia annualia, seu manualia fore.

MARTINVS EPISCOPVS, Servus servorum Dei. Ad futuram rei memoriam. Sacræ Religionis, sub qua dilecti filij Magister, & Fratres Ordinis B. MARIÆ de Mercede Redemptionis Captivorum devotum, & sedulum exhibent Domino famulatum, promeretur honestas, vt petitionibus ipsorum, illis præsertim, quę dicti Ordinis conservationem, statumque tranquillum respiciunt favorabiliter annuamus.

Edita an. 1420.

Exhi-

1 Exhibita siquidèm nobis pro parte dictorum Magistri, & Fratrum petitio continebat, quod licet Commendæ, Prioratus, Vicariæ, & alia officia, & beneficia Ecclesiastica dicti Ordinis, per Fratres dicti Ordinis obtineri, seu regi consueta, ex ordinatione fundationum eorum annualia, seu aliàs manualia existant, & obtinentes illa pro tempore pro solo nutu Magistri, & Definitorum Generalis, & Provincialis Capituli eiusdem Ordinis pro tempore existentium singulis annis, seu alias prout eis expediens videtur, amoveri, & alij loco illorum deputari consueverunt; & tamen nonnulli Fratres ipsius Ordinis calliditate forsan, seu ambitione ducti, observantias, & ordinationes eiusdem Ordinis transgredi non verentes, naturamque ipsarum Commendarum, Prioratuum, Vicariarum, officiorum, & beneficiorum mutare conantes, diversas super collationibus, & provisionibus de huiusmodi Commendis, Prioratibus, Vicarijs, officijs, & beneficijs eis conferendis, etiam plerumque cum reservationibus eorumdem (cum ipsa vacare contigerit) à Sede Apostolica gratias, seu litteras sub diversis formis impetrarunt hactenùs, satagentes se per eas in ipsis Commendis, Prioratibus, Vicarijs, officijs, & beneficijs perpetuare, ac eorum fructus, & redditus, ac eleemosynas, quæ pro vtilitate, & ad Redemptionem Christi Fidelium, per infideles detentorum ordinata noscuntur, in suos proprios, ac ad alios alienos, vbi ipsis placuerit convertunt vsus: ac verisimiliter timendum est, nisi remedium adhibeatur opportunum, vt ijdem, vel alij eiusdem Ordinis Fratres similia in futurum facere non desistāt, in animarum suarum periculum, obedientiæ debitæ enervationem, ac ipsius Ordinis præiudicium non modicum, & gravamen. Quare pro parte ipsorum Magistri, & Fratrum nobis fuit humiliter supplicatum, vt super hoc opportune providere de authoritate Apostolica dignaremur.

Quorumdam ambitio ad officia Ordinis obtinenda.

2 Nos igitur charissimi in Christo filij nostri Alphonsi Regis Aragonum Illustris, Nobis etiam super hoc humiliter supplicantis consideratione, ac huiusmodi eorumdem Magistri, & Fratrum supplicationibus, vtpotè rationi consonis inclinati, volumus, & authoritate Apostolica thenore præsentium decernimus, per quascumque litteras, seu gratias à Sede Apostolica, seu ab eius legatis per quosvis Fratres dicti Ordinis, sub quacumque etiam forma, seu expressione verborum super collationibus, vel provisionibus eis de dictis Commendis, Prioratibus, Vicarijs, officijs, & beneficijs vacantibus, vel vacaturis factis hactenùs, vel faciendis, etiam si de ipsis, ac de toto eorum thenore præsentibus de verbo ad verbum specialis mentio habenda foret, impetratas, seu in futurum de præsentibus plenam, & expressam, ac de verbo ad verbum specialem mentionem non facientes, impetrandas, aut ipsis aliàs quovismodo concessas, seu concedendas, naturam, seu ordinationes Fundationum Commendarum, Prioratuum, Vicariarum, officiorum, & beneficiorum prædictorum nullatenùs debuisse, seu debere mutari, sed ipsa debuisse, & etiam debere remanere in futurum annualia, & aliàs manualia, iuxta ordinationes, & fundationes eorum ad nutum supradictum, etiam si impetrantibus ipsis per huiusmodi, seu alias dictæ Sedis, vel Legatorum eius litteras cōcessum sit, vel in posterum concedi contigerit, quod ab huiusmodi Commendis, Vicarijs, officijs, & beneficijs non possint, seu debeant absque rationabili causa quomodolibet amoveri.

Instantia Regis Alphonsi.

Officia Ordinis perpetuari, etiam per quodvis privilegii interdicit.

3 Nulli ergo omninò hominum liceat, hanc paginam nostræ voluntatis, & constitutionis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem Omnipotētis Dei, & Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum eius se noverit incursurum.

Imprecatio in contradictores.

Datis Florentiæ 2. Idus Aprilis, Pontificatus nostri anno 3.

Habetur originalis Barchinonæ, eius transumpta Matriti, & in veteri Bullario, eam affert M. Vargas.

MARTINI V.

CONSTITVTIO VII.

Decimoseptimo Mag. Generali V. P. Fr. Iacobo Aymerich.

COMPENDIVM.

Restituit transumptum Bullæ secundæ, à Clemente IV. expedita, Confratribus reproducit indulgentias, & Ecclesiasticam tempore interdicti sepulturam indulget, & Ministris Redemptionis Ecclesias aperiri iubet.

MARTINVS EPISCOPVS, Servus servorum Dei. Ad futuram rei memoriam.

Edita an. 1418.

Ex Apostolicæ Sedis provisione, & personarum, præsertim sub regulari obser-

observātia Domino famulantium studio, piæque vitę devotione provenire dignoscitur, vt Romanus Pontifex quandoque Prædecessorum suorum Romanorum Pontificum gesta innovet, & restauret, ac auctoritate Apostolica fulciat innovara.

1 Sanè, pro parte dilectorum filiorum Magistri Generalis, & Fratrum Ordinis Beatæ MARIÆ de Mercede Redemprionis Captivorum sub Regula Sancti Augustini degentium Nobis extitit humilitèr supplicatum, vt fœl. recor. Clementis Papæ IV. Prædecessoris nostri eis, qui tunc Magister, & Fratres Hospitalis Sācę Eulaliç Barchinonensis nuncupabantur concessas litteras, cum incipiant vetustate consumi, innovare de benignitate Apostolica dignaremur: quarum thenor, signis, & caractéribus exceptis, sequitur in hæc verba.

Clem. IV. Bull a innovatur.

Clemens Episcopus, Servus servus servorum Dei. Vniversis Christi fidelibus, ad quos litteræ istæ pervenerint, salutem, & Apostolicam Benedictionem. Si iuxta sententiam sapientis inter tēpus seminandi discernimus, & metendi, seminare debemus in terris, quod cum multiplicato fructu recolligere debeamus in Cœlis, &c. *Reliqua habes in Clementis IV. Bulla 2. sup. pag. 16.*

2 Nos igitùr vestris supplicationibus inclinari, litteras ipsas, quas inspici, & examinari fecimus, auctoritate Apostolica thenore præsentium innovamus, & præsentis scripti pattocinio communimus. Per hoc autem nullum ius cuiquam de novo acquiri volumus, sed antiquum, sit quod sit, tantummodo conservari.

3 Nulli ergo omninò hominum liceat, hanc paginam nostræ concessionis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Siquis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem Omnipotentis Dei, & Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum eius se noverit incursurum.

Datis Romæ apud S. Petrum 15. Kalendas Maij, Pontificatus nostri an. quinto.

Bulla hęc adducitur à Mag. Vargas vbi sup. & in antiquo Bull. illam reproducit inf. Calix. III. Const. 3. extat originalis Barcinona.

MARTINI V.

CONSTITVTIO VIII.

Decimosexto Mag. Generali Venerabili P. Fr. Iacobo Aymerich.

COMPENDIVM.

Confirmat privilegia nostra, à Pōtificibus, & Regibus concessa.

Edita an. 1422.

MARTINVS EPISCOPVS, Servus servorum Dei. Dilectis filijs Magistro, & Fratribus Ordinis B. MARIÆ de Mercede Captivorum, salutem, & Apostolicam Benedictionem. Solet annuere Sedes Apostolica, pijs voris, & honestis petentium precibus favorem benevolum impartiri.

Privilegiā nostra cōfirmat.

1 Ea propter, dilecti in Domino filij, vestris iustis postulationibus grato cōcurrentes assensu, omnes libertates, & immunitates à Prædecessoribus nostris Romanis Pontificibus, sive per privilegia, seu alias Indulgentias vobis, & Ordini vestro concessas, nec non libertates, & exemptiones sæcularium exactionum à clarę mem. Ferdinando, & Alphonso, nec non charissimo in Chtisto filio Ioanne, ac alijs Castellæ, & Legionis Regibus, seu Principibus, & alijs Christi Fidelibus rationabiliter vobis indultas, sicut eas iustè, & pacificè obtinetis vobis, & per vos eidem Ordini authoritate Apostolica confirmamus, & præsentis scripti patrocinio communimus.

Contradictoribus minatur.

3 Nulli ergo omninò hominum liceat, hanc paginam nostræ confirmationis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem Omnipotentis Dei, & Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum eius se noverit incursurum.

Datis Tibure 2. Kalend. Augusti, Pontific. nostri anno 5.

Eam affert Vargas, & antiquū Bull. loco cit. transumpta authentica Matriti servantur.

MARTINI V.

CONSTITVTIO IX.

Decimoseptimo Mag. Generali V. P.Fr.Iacobo Aymerich.

COMPENDIVM.

Episcopo Barchinonensi committit, vt examinata donatione facta à Rege Alphonso Ecclesię Palatij, quę nunc S. Agathę dicitur, eam authoritate Apostolica confirmet.

Edita an. 1424.

MARTINVS EPISCOPVS, Servus servorum Dei. Venerabili Fratri Episcopo Barcinonensi, salutem, & Apostolicam benedictionem. Vniversalis Ecclesiæ regimini, licèt immeriti, disponente Domino, præsidentes, corde gerimus, vt tenemur, nostris, adiuvante Domino, efficere temporibus, quod per nostræ providentiæ ministerium Ecclesiæ, ac Monasteria, & alia loca Ecclesiastica, præsertim Religionis observantiæ dedita, debitis obsequijs non defraudentur, sed cultus divinus in eis iugitèr observetur, & quantum Nobis ex alto permittitur, in spiritualibus, & temporalibus releventur, & ad id efficacis provisionis auxilium impendatur.

1 Sanè pro parte dilectorum filiorum Prioris, & Fratrum Domus Ordinis Beatæ MARIÆ de Mercede Captivorum Barchinonensis sub Regula S. Augustini degentium Nobis nuper exhibita petitio continebat, quod olim claræ mem. Martinus Rex Aragonum ad Fratres Ordinis Sancti Benedicti, secundum instituta Sancti Petri Confessoris, qui Cœlestini nuncupantur, gerēs specialis devotionis affectum quoddam Monasterium pro certis Priore, & Fratribus sub eodem Ordine Sancti Benedicti, & secundum statuta prædicta viventibus, in quadam Capella Palatij Regij Barcinonensis construi, & ædificari incœpit, ac eisdem Monasterio, & Priori, ac nonnullis Fratribus, qui inibi habitabant nonnullos reditus concessit, & assignavit: quodque postmodum Prior, & Fratres Monasterij huiusmodi prospiciētes, quod præfatus Martinus Rex, huiusmodi opere imperfecto, quod valdè sumptuosum inceptum fuerat, & brevi tempore compleri non poterat, ab hac luce migrasset, ac nonnulla pacta eisdem Priori, & Fratribus Monasterij in primo eorumdem ad pręfatum Monasterium adventu concessa, eis non fuerant observata, præfatum Monasterium dimisserunt, illudque, pro derelicto habentes se alio transtulerunt; Ita quod per quindecim annos nullus ex eisdem Fratribus ibidem habitavit, interim divinum officium minimè fuerit ibi celebratum: quodque charissimus in Christo filius noster Alphonsus Rex Aragonum Illustris, ne huiusmodi laudabile propositū dicti Martini Regis effectu totalitèr fraudaretur, Capellam, & Monasterium huiusmodi sic incępta, & derelicta, quorum omnimoda dispositio ad eumdem Alphonsum Regem pertinere dignoscitur, vt deserviretur ibi laudabilitèr in divinis, cum omnibus, & singulis pactis, conditionibus, & assignationibus supradictis Priori, & Fratribus dictæ Domus, ac Ordini Beatæ MARIÆ de Mercede Captivorum, ac Domui præfatis donavit, & incorporavit, ac etiam appropriavit, provt in litteris Alphonsi Regis, indè confectis (quarum thenorem præsentibus haberi volumus pro expresso) pleniùs dicitur contineri.

Domùs S. Agathæ Barcinon. olim data fuit Benedictinis.

Benedicti ni dimiserunt Ecclesiā S. Agathæ.

Rex Alphonsus donat nobis Domū S. Agathę.

2 Quarè pro parte Prioris, & Fratrum Domus prædictorum, qui vt asserunt, iam in Capella, seu Monasterio huiusmodi in divinis officijs laudabilitèr deserviunt, Nobis humilitèr fuit supplicatum, vt donationi, incorporationi, & appropriationi huiusmodi, ac omnibus alijs, & singulis in dictis litteris contentis robur Apostolicę confirmationis adijcere, ac omnes defectus (si qui forsan intervenerint in præmissis) supplere de benignitate Apostolica dignaremur.

Apostolica donationis petitur confirmatio.

3 Nos igitùr de præmissis certam notitiam non habentes, ac cupientes, vt cultus divinus vbique reflorear, & iugiter augeatur, huiusmodi supplicationibus inclinati, Fraternitati tuæ per Apostolica scripta mandamus, quatenùs, si est ita, donationem, incorporationem, & appropriationem prædictas, ac alia omnia, & singula in litteris prædictis contenta, auctoritate nostra approbes, & confirmes, ac omnes defectus suppleas, si qui forsan intervenerint in eisdem: non obstantibus constitutionibus Apostolicis, ac statutis, & consuetudinibus Monasterij, ac Domus, & Ordinum prędictorum, etiam iuramento, confirmatione Apostolica, vel quacumque firmitate alia roboraris, litterisque contrarijs quibuscumque.

Episcopo Barchinō. Committitur, vt agnita veritate narratorū confirmet donationē.

Datis Frascati Tusculanen. Diœcesis 4. Nonas Septembris, Pontificatus nostri anno 7.

Originalis habetur Barcinonæ, transumpta authentica Matriti, & in veteri Bull. eam refert Mag. Vargas.

Crea-

Fr. Anton. Caxal Episcopus Lugdunensis creatur.

CReavit ex nostroOrdine simul cum Concilio Constantiensi Episcopum Lugdunensem Fr. Antonium Caxal Generalem Magistrum, de quo vid. in Cath. Gen.

MARTINO V. qui obijt anno 1431. succedit

EVGENIVS IV.

Venetus, Gabriel Condolmerius, Presbyter Cardinalis, Tit. S. Clementis. Creatus Romæ 5. Nonas. Coronatus 5. Idus Martij, anno 1431. Sedit annos 15. menses 11. dies 21. Creavit Cardinales 27. Obijt 7. Kalendas Martij, anno 1447. Sepelitur in Basilica Vaticana.

EVGENII IV.

CONSTITVTIO I.

Decimo octavo Mag. Generali P. Fr. Antonio Dullan.

COMPENDIVM.

Commissionem facit Episcopis Valuen. & Esculan. vt ambo, aut quilibet, præmissis monitionibus, cõtra aliquos detentores bonorum Conventus Barcinonensis excommunicationem promulgent.

Edita an. 1434.

EVGENIVS EPISCOPVS, Servus Servorum Dei. Venerabilibus Fratribus Valuen. & Esculan. Episcopis, salutem, & Apostolicam benedictionem. Significarunt nobis dilecti filij Magister, & Fratres Domus Sanctæ Eulaliæ Barcinonensis, Ordinis Sanctæ MARIÆ de Mercede, & Redemptionis Captivorum, quod nonnulli iniquitatis filij, quos prorsus ignorant, decimas, census, fructus, redditus, legata, arraragia, terras, vineas, domos, possessiones, castra, casalia, prata pascua, nemora, silvas, molendina, equos, boves, baccas, porcos, oves, pannos laneos, lineos, lectos, linteamina, codices, coöpertoria, libros, chartas, privilegia, instrumenta publica, litteras, Sanctorum reliquias, Cruces, Calizes, ornamenta Ecclesiastica, vasa aurea, argentea, iura, iurisdictiones, auri, argenti monetati, non monetati, frumenti bladi huiusmodi, quantitates peccuniarum, & florenorum summas, ac nonnulla alia mobilia, & immobilia bona, ad dictam domum spectantia temerè, & malitiosè occultare, & occulte detinete præsumunt, non curantes ea præfatis Magistro, & Fratribus exhibere in animarum suarnm periculum, & ipsorum Magistri, & Fratrum non modicum detrimentum; super quo ijdem Magister, & Fratres Apostolicæ Sedis remedium imploratunt.

Cooquæstio nostra] contra occupãtes bona Ordinis.

1 Quocirca Fraternitati vestræ per Apostolica scripta mandamus, quatenùs omnes huiusmodi occultos detentores decimarum, censuum, & aliorum bonorum prædictorum ex parte nostra publicè in Ecclesijs coram populo per vos, vel alium moneatis, vt infra competentem terminum, quem eis præfixeritis, ea præfatis Magistro, & Fratribus à se debita restituant, & revelent, ac de ipsis plenam, & debitam satisfactionem impendant, & si id non adimpleverint, infra alium competentem terminum, quem eis ad hoc peremptorium duxeritis præfigendum, ex tunc in eos generalem excommunicationis sententiam proferatis, ac eam faciatis vbi, & quando expedire videritis, vsque ad satisfactionem condignam solemnitèr publicari. Quod si non ambo his exequendis potueritis interesse, alter vestrum ea nihilominus exequatur.

Restitui iubet bona nostra.

Excõmunicatio in non restituentes.

Datis Florentiæ, anno incarnationis Dominicæ 1434. 3. Nonas Ianuarij, Pontif. nostri anno 4.

Huius originale extat Barcinone; eam præterierunt nostri scriptores.

EVGENII IV.

CONSTITVTIO II.

Decimooctavo Mag. Generali P. Fr. Antonio Dullan.

COMPENDIVM.

Cõmissionem facit Decano Ecclesię Ebroicen. vt bona à nostro Conventu Barchinonen. alienata restitui faciat.

EVGENIVS EPISCOPVS, SERVVS servorum Dei. Dilecto filio Decano Ecclesiæ Ebroicẽ. salutem, & Apostolicam benedictionem.

1 Dilectorum filiorum Magistri, & Fratrum Domus Barchinon. Ordinis S. MARIÆ de Mercede, & Redemp. Captivorum precibus inclinati, præsentium tibi auctoritate mandamus, quatenùs ea, quæ de bonis ipsius domus alienata inveneris illicitè, vel distracta ad ius, & proprietatem eiusdem domus legitimè revocare procures: contradictores per Censuram Ecclesiasticam, appellatione postposita, compescendo. Testes autem, qui fuerint nominati, si se gra-

ria, odio, vel timore subtraxerint, censura, simili appellatione cessante, compellas veritati testimonium perhibere.

Dat. Florentiæ anno Incarnationis Dominicæ 1434. 4. Idus Ianuarij, Pontific. nostri anno 4.

Habetur originalis in Archivo nostro Barchinonen.

EVGENII IV.

CONSTITVTIO III.

Decimo octavo Mag. Generali P. Fr. Antonio Dullan.

COMPENDIVM.

Pontificum, & Regum Ordini nostro collata Privilegia confirmat.

Edita an. 1434.

EVGENIVS EPISCOPVS, SERVVS servorum Dei. Dilectis filijs Magistro Generali, & vniversis Fratribus Ordinis Beatæ MARIÆ de Mercede Redemptionis Captivorum, salutem, & Apostolicam benedictionem.

Cùm à nobis petitur, quod iustum est, & honestum, tam vigor æquitatis, quàm Ordo exigit rationis, vt id per solicitudinem officij nostri ad debitum perducatur effectum.

1 Eapropter, dilecti in Domino filij, vestris iustis postulationibus grato concurrentes assensu, personas vestras, & loca, in quibus divino estis obsequio mancipati, cum omnibus bonis, quæ impræsentiarum rationabilitèr possidetis, aut in futurum iustis modis, præstante Domino, poteritis adipisci, sub Beati Petri protectione suscipimus, atque nostra: omnesque libertates, & immunitates, à Prædecessoribus nostris, Romanis Pontificibus, sive per privilegia, vel alias indulgentias vobis, & Ordini vestro indultas, necnon libertates, & exemptiones sæcularium exactionum à Regibus, & Principibus, & alijs Christi Fidelibus rationabilitèr vobis, & Ordini vestro concessas, specialitèr autem decimas, possessiones, iura, iurisdictiones, privilegia, & alia bona vestra, sicuti eas iustè, & pacificè obtinetis, vobis, & per vos eidem Ordini vestro auctoritate Apostolica confirmamus, & præsentis scripti patrocinio communimus, salva in prædictis decimis moderatione Concilij Generalis.

Nos, & nostra sub Apostolica protectione suscipit.

Privilegia confirmat.

Specialiter decimas.

2 Nulli ergo omninò hominum liceat, hanc paginam nostræ cõstitutionis, & voluntatis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationẽ Omnipotentis Dei, & Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum eius se noverit incursurum.

Increpatio in cõtradictores.

Dat. Florentiæ anno Incarnationis Dominicæ 1434. Idibus Augusti, Põtif. nostri anno 4.

Eadem adducitur vbi supra, & originalis extat Barcinonæ.

EVGENII IV.

CONSTITVTIO IV.

Decimo octavo Mag. Generali P. Fr. Antonio Dullan.

COMPENDIVM.

Bonifacij VIII. Alex. IV. & Clem. VI. aliorumque Pontificum, & Regum Privilegia confirmat.

Edita an. 1435.

EVGENIVS EPISCOPVS, SERVVS servorum Dei. Dilectis filijs Magistro, & Fratribus Ordinis Beatæ MARIÆ de Mercede Redemptionis Captivorum, sub Regula Sancti Augustini viventibus, & ad Romanam Ecclesiam nullo medio pertinentibus, salutem, & Apostolicam benedictionem.

Cùm à nobis petitur, quod iustum est, & honestum, tam vigor æquitatis, quàm Ordo exigit rationis, vt id per solicitudinem nostri officij ad debitum perducatur effectum.

1 Eapropter, dilecti in Domino filij, vestris iustis postulationibus grato concurrentes assensu, omnes libertates, & immunitates, tam à fœl. rec. Bonif. VIII. Alex. IV. & Clem. VI. quàm ab alijs Prædecessoribus nostris Romanis Pontificibus, sive per Privilegia, vel alias Indulgentias, vobis, & dicto Ordini concessas, necnon libertates, & exemptiones sæcularium exactionum, à Regibus, & Principibus, & alij Christi Fidelibus rationabilitèr vobis, & Ordini prædicto indultas, sicuti eas iustè, & pacificè obtinetis, vobis, & per vos eidem Ordini auctoritate Apostolica cõfirmamus, & præsentis scripti patrocinio communimus.

Cõfirmat privilegia

6 Nulli ergo omninò hominum liceat, hanc paginam nostræ confirmationis, & communitionis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem Omnipotentis Dei, & Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum eius se noverit incursurum.

Imprecatio in cõtradictores.

Datis Florentiæ, anno Incarnationis Dominicæ 1435. 3. Idus Ianuarij, Pontific. nostri anno 4.

Eam refert Mag. Vargas, habetur authentica Barchinonæ, & Matriti, & in antiquo Bullario, fol. 81.

EVGE-

EVGENII IV.

CONSTITVTIO V.

Decimo octavo Magistro Generali P. Fr. Antonio Dullan.

COMPENDIVM.

Alexandri IV. Clem. VI. Vrbani IV. & aliorum Prędecessorum, nec non Regum, & Principum confirmat privilegia.

Edita an. 1435.

EVGENIVS EPISCOPVS, Servus servorum Dei. Dilectis filijs Magistro, & Fratribus Domus Sanctæ Eulaliæ de Redemptiooe Captivorum, ad Romanam Ecclesiã nullo medio pertinentibus, Ordinis B. MARIÆ de Mercede Barcioonensis Diœcesis, salutem, & Apostolicam Benedictionem.

Cùm à nobis petitur quod iustum est, & honestum, tam vigor æquitatis, quàm ordo exigit rationis, vt id per solicitudinem officij nostri ad debitum perdocatur effectum.

Privilegia Domus Barchin. confirmat

1 Ea propter, dilecti in Domino filij, vestris iustis postulationibus grato concurrentes assensu, omnes libertates, & immunitates, tam à fœl. recor. Alexand. IV. Clem. VI. & Vrbano IV. quàm alijs Prædecessoribus nostris Romanis Pontificibus, sive per privilegia, vel alias indulgentias, vobis, & dictæ Domui concessas, oec non libertates, & exemptiones sæcolarium exactionum à Regibus, & Principibus, ac alijs Christi Fidelibus rat.onabiliter vobis, & præfatæ Domui indultas, sicor eas iusté, & pacificé obtinetis, vobis, & per vos eidem Domui authoritate Apostolica confirmamus, & pręsentis scripti patrocioio communimus.

Imprecatio in cötradicto. res.

2 Nulli ergo omniob hominum liceat, hanc paginam nostræ constitutionis, & voluntatis infringere, vel ei auso temerario contraire; Si quis autem hoc attentare præsumpserit, iodignationem Omnipoteotis Dei, & BB. Petri, & Pauli Apostolorum eius se noverit incursurum.

Datis Florentiæ anno Incarnationis Dominicæ millesimo quadringenresimo trigesimo quinto, Noois Octobris, Pontificatus nostri anno 5.

Bulla hac omissa à MM. Seraphino, & Vargas, habetur originalis in Conventu Barcinonę.

EVGENII IV.

CONSTITVTIO VI.

Decimo octavo Mag. Generali P. Fr. Antonio Dullan.

COMPENDIVM.

Privilegia concessa à suis Prędecessoribus, & nominatim à fœl. rec. Alexandri IV. Clem. V. Vrbano IV. & Nicolai III. & à Regibus, & Principibus confirmat.

Edita an. 1436.

EVGENIVS EPISCOPVS, Servus servorum Dei. Dilectis filijs Magistro, & Fratribus B. MARIÆ de Mercede Redemprionis Captivorum ad Romanam Ecclesiam nullo medio pertinenribus, salutem, & Apostolicam Beoedictionem.

Cùm à nobis petitur quod iustum est, & honestum, tam vigor æquitatis, quàm ordo exigit rationis, vt id per solicitudinem officij nostri ad debitum perducatur effectum.

1 Ea propter, dilecti filij in Domino, vestris iustis postulationibus grato concurrentes assensu, omnes libertates, & immuoitates, tam à fœl. rec. Alexãd. IV. Clem. V. Vrbano IV. & Nicol. III. &c. *Reliqua vt in Bulla pracedenti.*

Datis Bononiæ anno Incarnationis Dominicę millesimo quadragintesimo trigesimo sexto, pridie Nonas Februarij, Pontific. nostri anno 6.

Ita M. Vargas, & vetus Bull. originale extat Barchinonę.

CONC. BASILIENSE

Cöcilium Basiliense

A Martino V. legitimé indictum, & ab Eugenio IV. confirmatum incœpit anno 1431. quia vero Eugenius dissolvi iussit, & primo Ferrariam, deindé Florentiam transtulit, Patres illius id ægrè ferentes Eugenium temerè deponere ausi sunt sess. 39. Ad ipsum tamen, quia vniverso ferè Orbi magni habitum, plurimæ deducebantur populi Christiani causæ; apud quem nostra Religio nonnullas momẽti exposuit; quia tamen Nicolaus V. Eugenij successor acta huiusmodi Concilij vsque ad annum 1443. ad diem 15. Iunij perdurantis, confirmavit, ea adducemus, quæ sub simili confirmatione cadere censuimus, alijs omissis.

CONCI-

CONCILII BASILIENSIS SVB EVGENIO IV.

CONSTITVTIO I.

Decimo octavo Magistro Generali P. Fr. Antonio Dullan.

COMPENDIVM.

Privilegia ab Alexandro IV. Clement. V. Vrbano IV. & Nicolao III. & a Regibus, & Principibus indulta confirmat.

Edita an. 1437.

SACROSANCTA GENERALIS Synodus Basilien. in Spiritu Sancto legitimè congregata, Vniversalem Ecclesiam repręsentantes. Dilectis nostris Ecclesię filijs Magistro, & Fratribus Ordinis B. MARIÆ de Mercede Captivorum, salutem, & Omnipotentis Dei Benedictionem.

Cùm à nobis petitur quod iustum est, & honestum, tam vigor ęquitatis, quàm ordo exigit rationis, vt id per solicitudinem officij nostri ad debitum perducatur effectum.

1 Ea propter, dilecti Ecclesiæ filij, vestris iustis postulationibus grato concurrentes assensu, omnes libertates, exemptiones, & immunitates à fœl. record. Alex. IV. Clem. V. Vrbano IV. & Nicol. III. Summis Romanis Pontificibus, sive per privilegia, sive alias indulgentias vobis, & dicto Ordini concessas, nec non libertates, & exemptiones alias sæcularium exactionum à Regibus, & Principibus, & alijs Christi Fidelibus vobis, & dicto Ordini rationabiliter indultas, sicutì eas iustè, & pacificè obtinetis, vobis, & eidem Ordini authoritate Vniversalis Ecclesiæ confirmamus, & præsentis scripti patrocinio communimus.

Privilegia confirmātur.

2 Monemus itaque, & exhortamur in Domino omnes Prælatos, ad quos ipsos Fratres venire contigerit, vt iuxta ipsorum privilegiorum tenorem habeāt recōmissos. Nulli ergo omninò hominum liceat, hāc paginam nostrę confirmationis, & voluntatis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Siquis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem Omnipotentis Dei, & Vniversalis Ecclesiæ se noverit incursurum.

Monet Prælatos, vt privilegia nostra faciāt servari.

Imprecatio in contradictores.

Datis Basileæ 3. Idus Martij, anno à Nativitate Domini 1437.

Huius originale habetur Barcinonę, eam omiserunt nostri Scriptores.

CONCILII BASILIENSIS SVB EVGENIO IV.

CONSTITVTIO II.

Decimo octavo Magistro Generali P. Fr. Antonio Dullan.

COMPENDIVM.

Alio tenore nostra iterum confirmat Sedis Apostolicę privilegia.

Edita an. 1440.

SACROSANCTA GENERALIS Synodus Basilien. in Spiritu Sancto legitimè congregata, Vniversalem Ecclesiam repręsentans. Dilectis Ecclesiæ filijs Generali Magistro, & Fratribus B. MARIÆ de Mercede Redemptionis Captivorum, salutem, & Omnipotentis Dei Benedictionem.

Cùm à nobis petitur quod iustum est, & honestum, tam vigor æquitatis, quàm ordo exigit rationis, vt id per ministerium nostrum, quo Vniversali Ecclesiæ afficimur, ad debitum perducatur effectum.

1 Sanè pro parte vestra nobis humiliter supplicatum fuit, quatenùs vobis, Ordini vestro, Ecclesijs, & Monasterijs vestris super privilegijs, indulgentijs, bonis, libertatibus, immunitatibus, consuetudinibus honestis, & præscriptis, dudum vobis concessis, vt illibata permaneant, robur nostræ confirmationis, & renovationis adjicere de benignitate nostra dignaremur. Nos igitur, qui pro tuitione, & defensione Ecclesiarum bonorum, & consuetudinum præscriptarum, ac personarum Ecclesiasticarum ferventer laboramus, prærogativas, consuetudines laudabiles, & præscriptas, indulgentias, bona, privilegia, & indulta à Romanis Pontificibus per Apostolicás, aut alias quascumque litteras vobis, Ordini, vestro, & Ecclesijs, ac Monasterijs vestris prædictis concessas, nec non libertates, & consuetudines laudabiles, exemptiones, & salvaguardias, sęcularium exactionum, à Regibus, & Principibus, & alijs Christi Fidelibus vobis, Ordini vestro, & eisdem vestris Ecclesijs, & Monasterijs indultas, & concessas, tenores omnium habentes pręsentibus pro expressis, sicuti eas iustè, & pacificè posideris, vobis, Ordini vestro, & eisdem vestris Ecclesijs, ac Monasterijs authoritate nostra confirmamus, illasque, & eas renovamus, & præsentis scripti patrocinio communimus.

Petitio nostra.

Privilegia confirmat.

Nulli

Imprecatio in contradictores.

2 Nulli ergo omninò hominum liceat, hanc paginam nostrę confirmationis, renovationis, & communitionis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare prçsumpserit, indignationem Omnipotentis Dei, & Vniversæ Ecclesię se noverit incursurum.

Datis Basileæ 8. Idus Februarij, anno à Nativitate Domini 1440.

Ita in antiquo Bullario.

CONCILII BASILIENSIS SVB EVGENIO IV.

CONSTITVTIO III.

Decimo octavo Magistro Generali P. Fr. Antonio Dullan.

Procuratoribus in Concilio Fr. Ioanne Segales Priore Barchinonen. Perpinianí Commendatore, Regi Alphonso magni habito, in cuius Palatio Neapoli triennio deguit, cordatissimo, & in rebus agendis dexteritate pollente: & Fr. Antonio Agramunt, perpetuo Podij Vicario, ac solertissimo Ordinis Zelatore.

Edita an. 1440.

Confirmationem superaddit plurimis Summorum Pontificum Bullis in favorem eorum, qui suis eleemosynis operi Redemptionis auxiliantur. Deputat Iudices Cōmissarios Archiepiscopum Cæsaraugustanum, & Episcopum Tortosen, quemlibet in solidum adversus omnes, & singulos detentores bonorum nostrorum.

Datis Basileæ Nonis Maij, anno 1440.

Ita Vargas, Remon, & vetus Bullarium. Habetur originale harum Bullarum in Archivo nostro Barchinon.

FOELIX PSEVDO V.

Allobrox, Amadeus anteà dictus. Creatus in Concilio Basiliensi anno 1439. Nonis Novembris, sess. 39. 15. Kalendas Decembris. Confirmatus, anno sequenti 9. Kalend. Augusti coronatus. Sedit annos 9. Creavit Pseudo-Cardinales 23. Spontè abdicavit 5. Idus Maij, anno 1449. Obijt post Episcopus Cardinalis Sabinus Lausanæ. Sed qua acta per hunc Pontificem confirmata fuere per Nicolaum V. eius vnicum diploma in nostrum favorem adducemus.

FOELICIS PSEVDO V.

CONSTITVTIO VNICA.

Vigesimo Magistro Generali V. P.Fr. Natali Gaver. Procuratore Generali in Concilio Fr. Ioanne Segales.

COMPENDIVM.

Ad instantiam Ludovici Sabaudiæ Ducis nobis facultatem concedit fundandi Monasterium in Allobrogibus, seu Sabaudiæ ditione.

FOELIX EPISCOPVS, SERVVS servorum Dei. Dilectis filijs Cantori Ecclesiæ Gebenuen. ac Officiali Gebenuen. salutem, & Apostolicam Benedictionem. Pijs supplicum votis, illis præsertim, quæ Religionis propagationem, & Divini cultus augmentum respiciunt libenter annuimus; illaque quantum cum Deo possumus, favoribus prosequimur opportunis.

Edita an. 1444.

1 Cum itaque, sicut exhibita nobis nupér pro parte dilecti filij Nobilis viri Ludovici Ducis Sabaudiæ petitio continebat, ipse considerans, quod in partibus Sabaudiæ nullum Oratorium, seu Domus Fratrū Ordinis B. MARIÆ de Mercede Redemptionis Captivorum, sub regula S. Augustini viventium, Romanæ Ecclesiæ immediatè subiectorum fundata, seu fundarum extitit, & propterea ad laudem Omnipotentis Dei, eiusdemque B. MARIÆ, pro sua devotione, atque fidelis populi consolatione, nec non suæ, suorumque Progenitorum animarum salute, vnum Oratorium, sive Domum cum Ecclesia, campanili, campanis, cæmeterio, refectorio, dormitorio, claustris, hortis, hortalicijs, ac alijs necessarijs pro vsu, & habitatione vnius Prioris, & aliquorum Fratrum dicti Ordinis, ad quem singularem gerit devotionis affectum, qui inibi in Divinis deservire, nec non eleemosynas pro Redemptione Captivorum Fidelium per infideles detentorum, iuxta eiusdem Ordinis Institutionem, & Fundationem quærere, & ad vsum Redemptionis huiusmodi, vt moris est, convertere teneantur, fundare, & construi facere, ipsumque Oratoriū, & domum ornamētis Ecclesiasticis fulcire quamplurimum desideret, & proponat, si ad id intervenit Apostolicæ Sedis authoritas: pro parte dicti Ducis nobis fuit humiliter supplicatum, vt domum, sive Oratorium huiusmodi in aliquo

Ducis Sabaudiæ petitio.

Singularis devotio Ludovici in nostrum Ordinem.

aliquo loco Villę Revinliaci Sebenen. Diœcecsis construi,& erigi, ac alia præmissa faciendi licentiam sibi concedere de benignitate Apostolica dignaremur.

2 Nos igitur,qui cultum Divinum; nostris potissimé temporibus vigere, & augeri sinceris affectibus exoptamus, volentes præfatum Ducem in suo laudabili proposito confovere, discretioni vestræ per Apostolica scripta mandamus, quatenùs vos, vel alter vestrum eidem Duci domum, & Oratorium huiusmodi in loco Hospitalis pauperum dictæ Villæ fundandi, & erigendi, & provt sibi videbitur, dotandi,ac alia supradicta faciendi, Diœcesani loci, vel alterius, super hoc,licentia minimè requisita, plenam,& liberam,authoritate nostra,licenriam concedaris,& poreftatem: & nihilominus si fundationem, erectionem, ac alia prædicta per ipsum Ducem fieri contigerit, vnum Priorem,seu Magistrum,& aliquos Fratres dicti Ordinis, iuxta eiusdem domus,ac eius fundationis,& dotationis exigentiam, qui inibi in Divinis deservire, eleemosynas ad eorum sustentationem, atque vsum prædictum, vt præfertur,& non alibi convertendas quærere teneātur,instituatis authorirare prędicta,non obstantibus constitutionibus Apostolicis, cæterisq; contrarijs quibuscumque.

Facultas fundandi in Villa Revinliaci.

3 Volumus autem, quod si erectionem, & constructionem huiusmodi fieri contigerit, dictum Hospitale in aliquo loco suæ situationis restauretur, vel alibi in dicta Villa Revinliaci trāsferatur,provt eidem Duci melius videbitur expedire, quodque fructus,redditus,& proventus illius,qui, vt asseritur, vltra viginti florenos Sabaudię valere non reputantur,domui ædificandæ huiusmodi applicentur, ipsique Prior, & Fratres; qui fuerint pro rempore, hospitalitarem consuetam in eodem Hospitali laudabiliter exercere, ac omnia alia,& singula eiusdem Hospitalis onera consueta supportare; & insuper postquam domus huiusmodi erecta, & fundata fuerit,illius debité supportatis oneribus, residuas pecunias, & eleemosynas huiusmodi proveniētes Magistro Generali eiusdem Ordinis pro Redēptione prædicta transmirrere, & deinde de transmissis pecunijs Ordinarium loci legatione certificare teneantur, iure Parochialis Ecclesiæ dicti loci,& cuiuscumque alrerius in omnibus semper salvo.

Conditiones fundationis.

Dat. Gebenæ 16. Kalendas Octobris, anno à Nativitate Domini 1444. Pontificarus nostri anno 5.

Huius originale extat Barcinone, quod Scriptores nostros prętergit.

EVGENII IV.

CONSTITVTIO VI.

Vigesimo Magistro Generali V. P. Fr. Natali Gaver.

Procuratore Generali in Apostolica Curia Fr. Ioanne Segales.

AD instantiam Alphonsi Aragonum Regis confirmat electionem Magistri Generalis in persona Fr. Naralis Gaver factam à Concilio Basiliensi.

Dat. 5. Kalendas Novembris anno 1444. Ponrificatus sui anno 14.

Huius meminit ipse Gaver,& Magister Vargas.

EVGENIO IV. qui obijt anno 1447. succedit

NICOLAVS V.

Sarzanensis, Thomas Lucanus Presbyter Cardinalis S. Crucis. Creatus pridie Nonas. Coronatus 3. Idus Martij, anno 1447. Vixit annos 8. dies 19. Creavit Cardinales 12. Obijt 9. Kalendas Aprilis,anno 1455. Sepelitur in Basilica S. Petri.

NICOLAI V.

CONSTITVTIO I.

Vigesimo Magistro Generali V. P. Fr. Natali Gaver.

AD instantiam Alphonsi Aragonum Regis de nostro Ordine optimè meriti Illustrissimum Dominum Alphonsum Borja S.R. E. Cardinalem Tit. SS. Duodecim Apostolorum, qui ipsi Nicolao in Pontificatu successit, Callixtus III. vocatus, nostro Ordini in Protectorem designat.

Edita an. 1447.

Datis Romæ apud Sanctum Petrum, anno Incarnationis Dominicæ 1447. Nonis Aprilis, Pontificatus sui anno primo.

Huius originale ad longum non extat apud nos, eam in Compendio affert Bullarium vetus.

NICO-

NICOLAI V.

CONSTITVTIO II.

Vigesimo Mag. Generali V. P. Fr. Natali Gaver.

COMPENDIVM.

Officia Ordinis nostri non perpetua, sed annualia, siue manualia esse decernit, ad quod Abbatem Montis-Serrati, & Officiales Ecclesiasticos Cæsaraugustanen. & Valentinæ Diœcesum Iudices Conseruatores designat.

Edita an. 1447.

NICOLAVS EPISCOPVS, Seruus seruorum Dei. Dilectis filijs Abbati Monasterij Montis-Serrati Vicen. Diœcesis, & Cæsaraugustanen. & Valentin. Officialibus, salutem, & Apostolicam benedictionem. Ad ea, quę ex Romanorum Pontificum Prædecessorum nostrorum ordinatione processere digestè, vt debitum fortiantur effectum, libenter adijcimus solicitudinis nostræ partes. Dudum siquidèm fœl. rec. Martini Papæ V. Prædecessoris nostri emanarunt litteræ tenoris sequentis, videlicet. Martinus Episcopus, seruus seruorum Dei, ad futuram rei memoriam. Sacræ Religionis, sub qua dilecti filij, &c. *Reliqua habes sup. in Martini V. Bulla 6. pag. 63*

Interserit Bullam 6. Martin. V.

1 Cupientes itaque, vt huiusmodi Prædecessoris litteræ, omniaque, & singula in eis contenta perpetuis futuris temporibus obseruentur, discretioni vestræ per Apostolica scripta mandamus, quatenùs vos, vel duo, aut vnus vestrum per vos, vel alium, seu alios litteras, & contenta huiusmodi auctoritate Apostolica faciatis per Censuram Ecclesiasticam firmiter obseruari; non permittentes eosdem Magistrum, & Fratres, vel ex eis aliquem contra ipsarum litterarum continentiam atque formam super his impediri, seu quomodolibet molestari, molestatores, & contradictores quoslibet, & rebelles cuiuscũque dignitatis, status, ordinis, gradus, vel conditionis existant, auctoritate prædicta per Censuram similem, appellatione postposita, compellendo: inuocato ad hoc, si opus fuerit, auxilio brachij Sæcularis. Non obstantibus, tùm fœl. rec. Bonifacij Papę VIII. etiam Prędecessoris nostri, in quibus cauetur, ne quis extra suam Ciuitatem, vel Diœcesim, nisi in certis exceptis casibus, & in illis vltra vnam dictam à fine suæ Diœcesis ad iudicium euocetur, seu ne Iudices à Sede Apostolica deputati extra Ciuitatem, & Diœcesim, in quibus deputati fuerint contra quoscumque procedere, siue alij vel alijs vices suas committere, aut aliquos vltra vnam dietam à fine Diœcesum eorundem trahere præsumant; necnon, & de duabus dietis in Concilio Generali; dummodo vltra sex dietas aliquis auctoritate præsentium nõ trahatur, & alijs Apostolicis cõstitutionibus contrarijs quibuscumque, aut si aliquibus communiter, vel diuisim à Sede prædicta sit indultum, quod interdici, suspendi, vel excommunicari, aut extra, vel vltra certa loca ad iudicium euocari non possint per litteras Apostolicas non facientes plenam, & expressam, ac de verbo ad verbum, de indulto huiusmodi mentionem, & qualibet alia dictę Sedis indulgentia generali, vel speciali cuiuscumque tenoris existat, per quam præsentibus non expressam, vel totaliter non insertam effectus earum impediri valeat quomodolibet, vel differri, & de qua, eiusque toto tenore habenda sit in nostris litteris mentio specialis.

Litterarũ executionem iubet

Non obstanti cõst. de duabus dietis, &c.

Dat. Romæ apud S. Petrum, anno Incarnationis Dominicæ 1447. Idibus Aprilis, Pontif. nostri anno 1.

Eam Compendio tradit vetus Bull. cuius originale extat Barcinonę.

NICOLAI V.

CONSTITVTIO III.

Vigesimo Mag. Generali V. P. Fr. Natali Gaver.

COMPENDIVM.

Ad instantiam Regis Alphonsi nobis concedit, vt legata omnia pro Redemptione relicta, nisi determinata persona legentur, possimus repetere, detentores etiam per censuras compellendo.

Edita an. 1448.

NICOLAVS EPISCOPVS, Seruus seruorum Dei. Dilectis filijs Magistro Generali, Prioribus, Commendatoribus, & Fratribus Beatæ MARIÆ de Mercede, Redemptionis Captiuorum vbilibet consistentibus, salutem, & Apostolicam benedictionem. Sanè Religionis sinceritas, sub qua, mundanis abiectis illecebris, deuotum, & sedulũ exhiberis Altissimo famulatũ non indignè meretur, vt petitionibus vestris, illis præsertim, quæ ad fidelium pro tempore Captiuorum liberationẽ,

& Redemptionem cedere noscuntur, quantum cum Domino possumus, favorabiliter annuamus.

1 Cùm itaque, sicut exhibita nuper pro parte vestra petitio continebat, Ordo vester Beatæ MARIÆ de Mercede Redemptionis Captivorũ ad hoc principaliter canonice dudum institutus fuerit, vt illius pro tempore Religiosi circa Redemptionem vtriusque sexus fidelium, qui essent pro tempore ab infidelibus Agarenis, seu Sarracenis in captivitate detenti, iuxta posse, intendere deberent.

Institutũ nostrum.

2 Nos ad ea, quæ ad ipsorum pro tempore Captivorum commodiorem, & celeriorem Redemptionem cedere noscuntur, favorabiliter providere volentes; necnon de solicitudine, & virtutibus vestris, ac successorum vestrorum, pro tempore existentium dicti Ordinis Magistrorum Generalium, Priorum Commendatorum, & Fratrum plenam in Domino fiduciam obtinentes, Charissimi in Christo filij nostri Alphõsi Regis Aragonum Illustris, ac vestris in hac parte supplicationibus inclinati, vobis, & successoribus supradictis omnibus, & singulis, vt singuli ex vobis, & ipsis, qui ad id, iuxta dicti Ordinis statuta, pro tempore deputati fuerint, per se, vel alium, seu alios, omnia, & singula peccuniarum quantitates, res, & bona mobilia, & immobilia, per quoscumque, tam incolas, quàm habitatores fideles Regnorum, ac terrarum totius Hispaniæ, quàm forenses, & alios in illis tunc existentes, & futuros ad Redemptionem, seu liberationem Christi Fidelium à Sarracenis, seu Agarenis prædictis, in Captivitate huiusmodi, pro tempore detentorum, per testamenta, codicillos, seu vltimas voluntates, aut aliàs quomodolibet in perpetuum, vel ad certum tempus, sive ad tempora, præterquam, pro personis nominatim expressis, pie hactenus relicta, seu legata, & de cętero similiter perpetuis futuris temporibus leganda, seu relinquẽda ab omnibus, & singulis vtriusque sexus personis, tam Laicalibus, quam Clericalibus, etiam Regularibus, pecunias, res, & bona prædicta vbilibet, etiam extra huiusmodi Hispaniam consistentia, pro tempore habentibus, possidentibus, seu detinentibus, cuiuscumque dignitatis, nobilitatis, præheminentiæ, status, gradus, Ordinis, vel conditionis fuerint, quoties expedire videbitur petere, exigere, & percipere, ipsosque pro tempore possessores, seu detentores omnes, & singulos, vt præfertur, provt opus extiterit, ad faciendum deputandis ex vobis, ac successoribus, pro tempore supradictis, vel cuivis eorum, & non aliis, de pecunijs, rebus, & bonis per eos pro tempore habitis, possessis, seu detentis præfatis, integram assignationem per Censuram Ecclesiasticam, seu aliàs cogi, vel compelli facere, necnon ad id auxilium Sæcularis brachij invocare, aliaque desuper necessaria, & opportuna etiam facere libere, & licitè possint, & valeant plenam, & liberam auctoritate Apostolica tenore præsentium licentiam concedimus, & etiam facultatem: volentes nihilominus, vt pecuniæ, res, & bona, & alia prædicta, quæ pro temporẽ perceperitis, vt præfertur, ad liberationem, seu Redemptionem Fidelium, pro tempore Captivorum prædictorum, & non aliàs effectualiter, & integraliter convertantur. Non obstantibus constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, & præfati Ordinis, iuramento, cõfirmatione Apostolica, vel quacumque firmitate alia roboratis, statutis, consuetudinibus, cæterisque contrarijs quibuscumque.

Regis Alphonsi instantia.

Omnia bona Redeptionis generatim relicta in tota Hispania etiam per exteros, & etiã extra

Hispaniã consisten. tia percipiant Fratres nostri, cõpellendo, si opus fuerit, detentores per Censuras, etiam invocato auxilio brachij Sæcularis.

Datis Romæ apud S. Petrum, anno Incarnationis Dominicæ 1448. 7. Idus Martij, Pontificatus nostri anno 2.

Assertur à Mag. Vargas, & in veteri Bull. eam confirmat idẽ Pont. & ad eam conservatores designat Bulla sequenti, extat authentica Matriti, & Barcinone.

NICOLAI V.

CONSTITVTIO IV.

Vigesimo Mag. Generali Venerabili P. Fr. Natali Gaver.

COMPENDIVM.

Superiorem Bullam super legata Redemptionis confirmat, & ad eius observantiam Iudices Conservatores Abbatem Fossæ-Nova, Montis Aragonis, & Priorem S. Ana Barcinonen. constituit.

NICOLAVS EPISCOPVS, Servus servorum Dei. Dilectis filijs Fossæ-Novæ, & Montis Aragonum Tarraconensis, & Oscensis Diœcesum Monasteriorum Abbatibus, ac Priori S. Anæ Barcinonensis, salutem, & Apostolicam benedictionem.

Edita eiusd. 1448.

Hodiè nostræ emanarunt litteræ, quarum tenor de verbo ad verbum sequitur, & est talis. Nicolaus Episcopus, Servus servorum Dei, &c. *Inserit Bullam immediatè antecedentem.*

Bullã immediate antecedẽtẽ inserit, & ad eius observantiam Iudices executores instituit.

1 Cupientes igitur, vt litterarum præfatarum ad commodum, & vtilitatem eorum, pro tempore Captivorum effe-

effectus proveniat, discretioni vestræ per Apostolica scripta mandamus, quatenùs vos, vel duo, aut vnus vestrum per vos, vel alium, seu alios, quoties, pro parte deputatorum, pro tēpore prędictorū, vel alicuius eorum desuper requisiti fueritis, omnes, & singulas pecunias, res, & bona mobilia, seu immobilia ad Redemptionem huiusmodi, vt præmittitur, legata, & relicta, leganda, & relinquenda, pro tempore possidentes, seu habentes huiusmodi, ad faciendam de illis debitam, realem, & integram deputatis, & deputandis omnibus, & singulis supradictis, iuxta dictarum litterarum continentiam, atque formam, restitutionem, & assignationem per Censuram Ecclesiasticam, & alia iuris remedia, appellatione postposita, cogere, & compellere studeatis, & procuretis, invocato ad hoc, si opus fuerit auxilio brachij Sæcularis. Non obstantibus constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, necnon omnibus alijs, quæ in alijs nostris litteris præfatis voluimus non obstare, cæterisque contrarijs quibuscumque; ac si personis præfatis, seu quibusvis alijs communiter, vel divisim à Sede Apostolica indultum existat, quod interdici, suspendi, & excommunicari non possint per litteras Apostolicas, non facientes plenam, & expressam, ac de verbo ad verbum, de indulto huiusmodi mentionem.

Retinētes bona Redēptioni relicta cōpellantur per Cēsuras nobis reddere.

Datis Romæ apud S. Petrum, anno Incarnationis Dominicæ 1448. 7. Idus Martij, Pontificatus nostri anno 2.

Huius autheutica invenies Barcinonæ, & Matriti, & in antiquo Bullario.

NICOLAI V.

CONSTITVTIO V.

Vigesimo Mag. Generali V. P. Fr. Natali Gaver.

COMPENDIVM.

Super translatione Hospitalis Sanctæ MARIÆ de Arguenes, Ordini nostro simul cum Alcaria de Algar à Raymundo de Morello, qui & nostrum habitum induit, donati commissionem facit Abbati S. Bernardi Valentini, vt re inspecta præfatam translationem approbet, & exequi faciat.

Edita an. 1448.

NICOLAVS EPISCOPVS, Servus servorum Dei. Dilecto filio Abbati Monasterij S. Bernardi extra muros Valentini, salutem, & Apostolicam benedictionem.

Humilibus supplicum votis, illis præsertim, quæ ad Monasteriorum, & aliorum Religiosorum locorum quorumlibet commodum, & vtilitatem cedere noscuntur, libenter intendimus, eaque favoribus, quantum cum Domino possumus, prosequimur opportunis.

1 Sane pro parte dilecti filij Natalis Gauer Magistri Generalis totius Ordinis Beatæ MARIÆ de Mèrcede Redemptionis Captivorum, Sacræ Theologiæ Professoris Nobis nuper exhibita petitio continebat, quod licèt dudum quidam Raymundus de Morello laicus condens in eius vltima voluntate testamentum, inter alia quandam possessionem, Alcariam de Algar nuncupatam, in Diœcesi Valentina consistentem, ad eum tunc legitimè pertinentem, & Hospitale pauperum Beatæ MARIÆ de Arguenes eiusdem Diœcesis, quod antea construi fecerat, dederit atque legaverit, nec non tam Hospitale, quàm Alcariam huiusmodi Ordini supradicto, seu Domui Barcinonensi eiusdem Ordinis (se tunc in ipsius Ordinis Fratre etiam offerendo) submisserit, donaverit atque reliquerit, tamen à nonnullis annis citra evenire dignoscitur, quod quidam Sarraceni propè illas partes moram trahentes, ac se tunc ad dictum Hospitale (quod in loco solitario, & inhabitato consistit) seditiosè, & furtive conferentes, illius Ecclesiam ornamentis Ecclesiasticis spoliarūt, & (quod màgis dolendum est) ex ea Sacratissimum Corpus Dominicum surripuerunt, nec non etiam præfati Ordinis Fratres in dicto Hospitali ad illius gubernationem, seu custodiam tunc commorantes, crudeliter occiderunt.

Donat Raymundus se ipsum, Alcariā de Algar, & Hospitale Ordini nostro.

Sarraceni Ecclesiam nostrā de Arguenes & Sacramentū depopulantur, & Fratres occidunt.

2 Cùm autem, sicut ea petitio subiungebat, dictus Generalis, proindè consideret, quod si omnia, & singula præfati Hospitalis mobilia, & immobilia bona, ac iura ad Domum de Arguenes dicti Ordinis Segorvensis Diœcesis ab eodem Hospitali per vnum milliare, vel circa, seu paulo vltra distantem transferrentur, ipse Generalis operam efficacem adhiberet, vt in certa parte eiusdem Domus de Arguenes, seu per illam vnum Hospitale pro pauperibus inibi recipiendis, & benignè pertractandis construeretur, adeò, vt exindè similia pericula de cætero evitari, pluraque commoda, & vtilitates pauperibus ex tunc in antea indè transeuntibus succurrere valerent. Quarè pro parte dicti Generalis nobis fuit humiliter supplicatum, vt super hoc, opportune providere de benignitate Apostolica dignaremur.

Petit M. G. Hospitale transferri ad Convētū de Arguenes.

3 Nos igitùr de præmissis, certam notitiam non habentes, ac dicti Generalis

ralis consideratione m huiusmodi (si ita est) plurimum in Domino Commendantes, huiusmodi supplicationibus inclinati, discretioni tuæ per Apostolica scripta mandamus, quatenùs de præmissis omnibus, & singulis, ac eorum circunstantijs vniversis authoritate nostra diligenrer te informes; & si per informationem huiusmodi, ea vera esse, ac infrascriptam translationem, in evidentem pauperum vtilitatem cedere repereris, super quo tuam conscientiam oneramus; bona omnia, ac singula supradicta ad eandem Domum de Arguenes transferre; nec non, quod in ea Hospitale huiusmodi ordinetur, seu de novo construatur, vt præfertur, & quod in illo dumtaxat, & non vltra ex runc in anteà perpetuis futuris temporibus omnia, & singula, quæ aliàs idem Raymundus in dicto testamento, quoad Hospitale olim constructũ præfatum fieri, & observari voluit, ordinavit, atque mandavit, bene laudabilitèr fiant, & observenrur, statuere, decernere, & ordinare eadem auctoritate procures. Non obstante voluntate, & ordinatione præfati testatoris, ac alijs in eodem testamento contentis; necnon constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, cæterisque contrarijs quibuscumque.

Cõmissio Abbati facta, vt cognita veritate translationem Hospitalis de Arguenes decernat.

Datis Romæ apud S. Petrum, anno Incarnationis Dominicæ 1448. 5. Idus Augusti, Pontificarus nostri anno 2.

Habetur originalis Barchinone, authentica Matriti, & in præfato Bullario.

NICOLAI V.

CONSTITVTIO VI.

Vigesimo Mag. Generali V. P. Fr. Natale Gaver.

COMPENDIVM.

Ad instantiam Regis Aragonum nos, & bona nostra, ac bona Captivorum vendicat ab iniurijs quorundam Ordinariorum.

Edita an. 1448.

Celebre encomiũ nostre Religionis.

NICOLAVS EPISCOPVS, Servus servorum Dei. Ad perpetuam rei memoriam. Laudibus, & honore dignissima, ac cunctis fidelibus fructuosa de Mercede Redemptionis Captivorum Religio, quæ ab eius institutione felici, cum celeri gloria totum fuit divulgata per orbem, ac immensitate virtutum contra hostes orthodoxę fidei militando semper emicuit, promeretur, vt ipsam, eiusque Personas, & bona libera, & exempta faciamus, eaque reddamus ab omni perturbatione secura.

1 Nuper siquidèm charissimus in Christo filius noster Alphonsus Rex Aragonum Illustris nobis significari curavit, quod, licet dudum Prædecessores sui Reges Aragonum, qui fuerunt pro tempore, zelo devotionis excitati, quam plurium Christi fidelium, quos impij Sarraceni Fidei Catholicę hostes assiduè capiebant, captivitati compatientes, illorumque Redemptioni, suis, & aliorum Christi fidelium suffragijs consulere satagentes, Apostolicæ Sedis ad id authoritate suffulti, Monasterium Beatæ MARIÆ de Mercede Redemptionis Captivorum Barcinonẽse de novo fundaverunt, & erexerunt; instituentes inter cætera, quod Fratribus, & Religiosis dicti Ordinis, officium cutaque assidua circa Captivorum prædictorum Redemptionem, & Christi fidelium eleemosynarum ad Redemptionem eandem summè necessarium existeret: ex quo quidem Ordine, qui per diversas mundi, præsertim totius Hispaniæ partes, ac Provincias ampliatus existit, cuiusque Monasteria iam pluribus notabilibus ędificijs constructa reperiuntur, tamen Fratres, & Religiosi Ordinis prædicti à locorum, in quibus degunt, Ordinarijs, ordinem ipsum, & illius Fratres, ac Religiosos, sibi eorumque iurisdictioni ordinariæ subiectos esse prætendentibus, super charitativis subsidijs, alijsque tributis, & exactionibus per Ecclesiasticas suarum Diœcesum Personas non exemptas, eisdem Ordinarijs persolvi solitis, similiter per Fratres, & Religiosos dicti Ordinis de bonis per ipsos à Christi fidelibus pro dictorum Captivorũ Redemptione eleemosynaliter, & ostiatim emendicatis, exolvendis per amplius gravantur, & inquietantur. Per sæpè etiam Magister Generalis, Priores, sive Comendatores Ordinis, & Religionis huiusmodi in eorum iurisdictione circa dicti Ordinis eis subditas, & inferiores personas ad ipsorum Ordinariorum Curias illico confugientes in visitationibus faciendis multipliciter impeditur: Vnde dictorum Captivorum Redemptionis fructus adeò salutiferus, & necessarius aliquando diminuitur, vndè Ordo, Religio, Monasteria, & illius illorumque Religiosæ Personæ, ac bona, si à prædictorum Ordinariorum iurisdictione plenarie eximerentur, absque dubio fructus huiusmodi non parum ampliaretur.

Cura Regis Alphonsi de Redemptione.

Ordinarij de eleemosynis Redẽptionis partem extorquere præsumebant.

Correctionẽ Fratrum superioribus impediebant.

2 Quarè pro parte eiusdem Regis nobis fuit humiliter supplicatum, quatenùs dictum Ordinem Beatæ MARIÆ de Mercede Redemptionis Captivorũ, ac

ac illius Religionem, nec non præfatum B. MARIÆ de Mercede Barcinonense Monasterium (quod eiusdem Ordinis caput existit) omniaque alia, & singula Monasteria illins, domos, & loca, nec non Magistrum Generalem, Priores, Præceptores, sive Commendatores, Fratres, Religiosos, aliasque personas, & bona, tam mobilia, quam immobilia, præsentia, & futura, Ordinis, Monasteriorum, domorum, locorum, Magistri Generalis, Priorum, Præceptorum, Commendatorum, Fratrum, & Religiosorum prædictorum, præsentium, & futurorum vbilibet consistentium ab omni superioritate, iurisdictione, subiectione, & obedientia, tam præsentium, quam futurorum Archiepiscopotú, Episcopotum, & aliorum quorumcumque Ordinariorum locorum, in quibus Ordo, Religio, Monasteria, Domus, & loca, nec non Magister Generalis, Priores, sive Commendatores, Fratres, & Religiosi, ac illorum bona prædicta existant, perpetuò eximere, & liberare, aliàsque in præmissis opportune providere de benignitate Apostolica dignaremur.

Regis Alphonsi supplicatio, vt nos ab Ordinariorum vexationibus liberet.

3 Nos igitur attendentes, quanta vtilitas, quantusque honor Fidei Christianæ ex huiusmodi Religione provenit, huiusmodi supplicationibus inclinati, præfatum B. MARIÆ, omniaque alia, & singula Monasteria, domos, & loca, nec non Magistrum Generalem, Priores, seu Commendatores, Fratres, & Religiosos, aliasquam personas, & bona, tam mobilia, quàm immobilia, præsentia, & futura Ordinis, Monasteriorum, domorum, locorum, Magistri Generalis, Priorum, Præceptorum, sive Commendatorum, Fratrum, & Religiosorum prædictorum, præsentium, & futurorum vbilibet consistentium, ab omni superioritate, iurisdictione, subiectione, & obedientia, quorumcumque, tam præsentium, quàm futurorum Archiepiscoporum, Episcoporum, & aliorum quorumcumque Ordinariorum locorum, in quibus Ordo, Religio, Monasteria, domus, & loca, Magister Generalis, Priores, sive Commendatores, Fratres, Religiosi, & eorum bona prædicta existunt, sive pro tempore extiterint, authoritate Apostolica tenore præsentium plenariè eximimus, & liberamus, ac exemptos, exemptas, & exempta perpetuò esse decernimus, atque declaramus: nec non illos, illas, & illa, ac bona, & res huiusmodi Sedi Apostolicæ, & Romanæ Ecclesiæ immediatè subjicimus, non obstantibus fel. recor. Clementis Papę V. Prædecessoris nostri, & alijs Apostolicis Constitutionibus, nec non Monasteriorum, & Ordinis prædictorum, iuramento, confirmatione Apostolica, vel quavis alia firmitate, roboratis statutis, & consuetudinibus, cæterisque contrarijs quibuscumque.

Religionis nostræ vtilitas.

Ab omni iurisdictione Episcoporũ nos, & nostra omnino exolvit.

Reddit nos Sedi Apostolicæ immediate subiectos.

4 Nulli ergo omninò hominum liceat, hanc paginam nostrę exemptionis, liberationis, constitutionis, declarationis, & subjectionis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem Omnipotentis Dei, & Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum eius se noverit incursurum.

Imprecatio in Cõtradicto-res.

Dat. Romæ apud S. Petrum, anno Incarnationis Dominicæ 1448. 5. Idus Augusti, Pontific. nostri anno 2.

Extat originalis Barcinone, authentica Matriti, eam affert Cherubinus tom. 4. in Appendice, Constitut. 7. Bullar. vetus, & Vargas locis citatis.

NICOLAI V.

CONSTITVTIO VII.

Vigesimo Magistro Generali V. P. Fr. Natale Gaver.

CONfirmat omnia, & singula privilegia per suos Prædecessores Romanos Pontifices Ordini nostro concessa, & eum sub Beati Petri, & sua protectione suscipit.

Edita an. 1448.

Nostra Privilegia roborat.

Datam Romæ anno Incarnationis Dominicæ 1448. 3. Nonas Decembris, Pontificatus sui anno 2.

Ita Mag. Gaver in Compendio Bullarum nostri Ordinis.

NICOLAI V.

CONSTITVTIO VIII.

Vigesimo Magistro Generali V. P. Fr. Natale Gaver.

IN favorem nostri Ordinis concedit litteras compulsoriales contra Fratres Ordinis SS. Trinitatis, in quibus sub gravibus pœnis eisdem præcipit ne eleemosynas pro redimendis Captivis petant, aut recipiant.

Edita an. 1454.

Patribus SS Trinitatis prohibet eleemosynas pro Redemptione.

Datis Romæ apud S. Petrum, anno 1454. die 13. Novembris, Pontificatus sui anno 8.

Ita habetur in Compendio Bullarum nostri Ordinis Barcinone, quod citant M. Vargas vbi sup. & M. Remon, & in Bullario antiquo ad hunc Pontificem.

NICOLAO V. qui obijt anno 1455. succedit

CALLIX-

CALLIXTVS III.

Hispanus, Valentinus, Alphonsus Borja, Patre Ioanne, Presbyter Cardinalis Tit. SS. Duodecim Apostolorum, nostri Ordinis Protector. Creatus 6. Idus Aprilis. Coronatus 5. Kalendas Maij, anno 1455. Sedit annos 3. menses 4. Creavit Cardinales 9. & ex nostro Ordine Episcopos duos. Obijt 8. Idus Augusti, anno 1458.

CALLIXTI III.

CONSTITVTIO I.

Vigesimo Magistro Generali V. P. Fr. Natale Gaver.

COMPENDIVM.

Confirmat privilegia à Bonifacio VIII. Alex. IV. Nicol. III. Clem. VI. Greg. XI. Mart. V. Eugen. IV. & Nicol. V. Ordini nostro concessa, & quę à Regibus obtinuimus.

Edita an. 1455.

CALLIXTVS EPISCOPUS, Servus servorum Dei. Dilectis filijs Magistro, & Fratribus B. MARIÆ de Mercede Redemptionis Captivorum ad Romanam Ecclesiã nullo medio pertinentibus, salutem, & Apostolicam Benedictionem.

Cùm à nobis petitur quod iustum est, & honestum, tam vigor æquitatis, quàm ordo exigit rationis, vt id per sollicitudinem officij nostri ad debitum perducatur effectum.

1 Eapropter, dilecti in Domino filij, vestris iustis postulationibus grato concurrentes assensu, omnes libertates, & immunitates, tam à fœl. rec. Bonif. VIII. Alex. IV. Nicol. III. Clem. VI. Gregor. XI. Mart. V. Eugen. IV. Nicol. V. Prædecessoribus nostris Romanis Pontificibus, sive per Privilegia, vel alias Indulgentias, vobis, & dicto Ordini concessas (quas hic haberi volumus pro sufficienter expressis, ac si de verbo ad verbum insertæ fuissent) nec non libertates, & exemptiones sæcularium exactionum, à Regibus, & Principibus, & alijs Christi Fidelibus rationabilitèr vobis, & præfato Ordini indultas, sicuti eas iustè, & pacificè obtinetis, vobis, & per vos eidem Ordini auctoritate Apostolica confirmamus, & præsentis scripti patrocinio communimus.

Nostra privilegia confirmat

6 Nulli ergo omninò hominum liceat, hanc paginam nostræ confirmationis, & communitionis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem Omnipotentis Dei, & Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum eius se noverit incursurum.

Imprecatio in contradictores.

Datis Romæ apud S. Petrum, anno Incarnationis Dominicæ 1455. quarto Nonas Martij, Pontificatus nostri anno 1.

Extat originalis Barcinona, eam afferunt Vargas, & antiquum Bullariũ.

CALLIXTI III.

CONSTITVTIO II.

Vigesimo Magistro Generali V. P. Fr. Natale Gaver.

COMPENDIVM.

Commissionem visitandi cum plena potestate confert prefato Magistro Generali.

CALLIXTVS EPISCOPUS, Servus servorum Dei. Dilecto filio Natali Gaver Magistro Generali Ordinis B. MARIÆ de Mercede Redemptionis Captivorum, salutem, & Apostolicam Benedictionem.

Edita an. 1455.

Quamvis de cunctis Orbis Ecclesijs, Prioraribus, & domibus, ac alijs Religiosis locis, ipsisque personis, & Ordinibus, provt ex debito nobis iniuncti Pastoralis officij tenemur, pio eorum statu salubriter dirigendo solicitè cogitemus, inter cæteros tamen regulares Ordines, & Sacræ Religionis Zelatores, ad Ordinem B. MARIÆ de Mercede, cuius Mag. Generalis existis, paternæ considerationis intuitum dirigentes, cupimus, vt tuæ vigilantiæ ministerio Ordo ipse, nostris præsertim temporibus, in omni puritate, & mentis castimonia degat, regulari observãtia floreat, vitæ, ac morum honestare præluceat, ac omnium spiritualium commercio virtutum, ac bonorum abundet; sed innumeris alijs grandibus, & arduis negotijs circumscripti, quod in præmissis per nos ipsos operari nequimus, per tuæ operationis studium procuramus.

Singularis in nostrũ Ordinem Papæ amor.

1 Sperantes igitur, quod Ordo prædictus, ac ipsius Priorarus, Præceptoriæ, domus, & loca, personæ quoque in eis degentes, quæ sicut accepimus, reformationis, & correctionis officio indigere permaximè noscuntur, per tuæ providentiæ industriam prosperum suscipient in spiritualibus, & temporalibus reformationis huiusmo-

Necessitas visitationis Apostolicæ.

di

Cõmissio Apostolica ad Ordinem visitandum.

di incrementum, motu proprio, non ad tuam, vel alterius pro te nobis super hoc oblatæ petitionis instantiam, sed de nostra scientia discretioni tuæ, de qua in his, & alijs specialem in Domino fiduciam obtinemus, convocandi ad

Convocatio Capituli Gen.

Capitulum Generale, quod, vt accepimus, pro reformatione dicti Ordinis hoc præsenti anno in Villa Castillionis Empuriarum Gerunden. Diœcesis, vel in alio aliquo loco tibi viso in Principatu Cathaloniæ facere proponis, omnes, & singulos Priores, Prçceptores, &

Facultas reformãdi officia

alios quoscumque Fratres, ac Commẽdatarios Prioratuum, Præposituratum, domorum, locorum, & beneficiorum quorumcumque eiusdem Ordinis vbilibet existentium, cuiuscumque qualitatis, status, gradus, aut conditionis existant, ac in eodem Capitulo Ordinem, Prioratus, Præceptorias, Præposituras, domos, loca, & beneficia huiusmodi, tam principalia, quam alia reformandi, illorumquè omnium, & singulorum, ac dicti Ordinis personas, etiam in dignitatibus constitutas, nec

Corripiẽdi Apostatas, & fugitivos.

non quoscumque dicti Ordinis Fratres Apostatas, seu qualitercumque per mundum sine licentia vagantes, vbicumque reperiri poterunt pro eorum excessibus, criminibus, & delictis, prout tibi visum fuerit, aliàs iuxta sanctiones canonicas, & ipsius Ordinis regularia instituta per te, vel Procuratorem eiusdem Ordinis corrigendi, puniendi, capiendi, & carcerandi, aliaque omnia, & singula, quæ ad præfati Ordinis reformationem, ac personarum huiusmodi salutem, & commodum, nec non vitæ, morum, & honestatis regularis ampliationem tibi expedire videbuntur, exequendi, & ordinandi, nec non

Facultas removẽndi ab officijs.

personas easdem, suis exigentibus demeritis, Prioratibus, Præposituris, Præceptorijs, domibus, locis, officijs, beneficijs, administrationibus, & ministerijs, quibus tunc præerunt, seu obtinebunt privandi, & ab illis realiter amovendi perpetuò, seu ipsas ab illorum

Suspendẽdi ab eis.

regiminibus ad tempus, de quo tibi videbitur, suspendendi, & durante suspensione huiusmodi, alijs committendi; nec non Prioratus, Præposituras, Præceptorias, domos, loca, officia, beneficia, administrationes, & ministeria huiusmodi, quæ per privationes, & a-

Subrogãdi in eis.

motiones, per te vigore præsentium faciendas, vel aliàs quomodolibet vacare contigerit, alijs eiusdem Ordinis expressè professis personis idoneis vnà cũ illis, ad quos provisio iuxta constitutiones, & observantias dicti Ordinis spectat, etiam cum omnibus iuribus, & pertinentijs suis authoritate prædicta conferendi, & de illis etiam providendi, inducendi quoque per te, vel alium, seu alios personas easdem, quibus illa contuleris, vel ipsarum Procuratores earum nominibus in corporalem possessionem Prioratuum, Præceptoriatum, Præposituratum, domorum, locorum, officiorum, beneficiorum, administrationum, iuriumque, & pertinentiatum prædictorum, & defendentes inductas, ac faciendi eas ad illa, vt

Ferendi censuras.

est moris, admitti, contradictores quoslibet, & rebelles per censuram Ecclesiasticam, & alia iutis remedia, appellatione postposita, compescendo, invo-

Invocandi brachij sæcularis auxilium.

cato ad hoc, si opus fuerit, auxilio brachij sæcularis plenam, & liberam facultatem authoritate Apostolica tenore præsentium concedimus, ac etiam potestatem.

Non obstantibus quibuscũque.

2 Non obstantibus quibuscumque statutis, & consuetudinibus Prioratuum, Præceptoriarum, Præposituratum, domorum, locorum, & Ordinis prædictorum, etiam iuramento authoritate Apostolica, vel quacumque firmitate alia roboratis, nec non privilegijs, indulgentiis, exemptionibus, & litteris Apostolicis generalibus, vel specialibus quorumcumque tenorum existant, per quæ præsentibus non expressa, vel totaliter non inserta effectus earum impediri valeat quomodolibet, vel differri, & de quibus, earumque totis tenotibus de verbo ad verbum habenda foret in nostris litteris mentio specialis, quæ quoad hoc ipsis nolumus aliquatenus suffragari, seu si personis, & Fratribus predictis, vel quibusvis alijs communiter, vel divisim à dicta sit Sede indultum, quod extra, citra, vel vltra certa loca ad iudicium trahi, aut suspendi, vel excommunicari, vel de suis Monasterijs, & locis transferri, vel amoveri, seu quod ipsi, aut eorumdem Ordinis loca interdici non possint per litteras Apostolicas non facientes plenam, & expressam, ac de verbo ad verbum de indultis huiusmodi mentionem.

Imprecatio in cõtradictores.

4 Nulli ergo omninò hominum liceat, hanc paginam nostræ facultatis, concessionis, & potestatis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Siquis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem Omnipotentis Dei, & Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum eius se noverit incursurum.

Dat. Romæ apud S. Petrum anno Incarnationis Dominicę 1455. pridie Nonas Martij, Pontif. nostri anno 1.

Huius originale extat Barcinonæ, eam compendio tradit antiquum Bullarium.

CALLIX-

CALLIXTI III.

CONSTITVTIO III.

Vigeſimo Magiſtro Generali V. P. Fr. Natale Gaver.

COMPENDIVM.

Ex certa ſcientia confirmat plura indulta Prædeceſſorum ſuorum, eorum Bullis inſertis, præcipue Bonif. VIII. Alex. IV. Clem. VI. Mart. V. Greg. XI. & Eugen. IV.

Edita an. 1455.

CALLIXTVS EPISCOPVS, Servus ſervorum Dei. Ad futuram rei memoriam.

Noſtri Ordinis præclara cōmendatio

1 Diſpoſitione Divina, quamvis immeriti, Dominico gregi pręſidentes, dum pręclara dilectorum filiorum Magiſtri, & Fratrum B. MARIÆ Redemptionis Captivorum opera, atque merita infra noſtrę mentis arcana recenſemus, & ad commendabiles, quibus eorum miniſterijs erga Deum, & homines indeſinenter exuberant, fructus digne noſtros diffundimus cogitatus, votis illis grarum libenter offerimus auditum, per quę ipſorum ſtatui indemnitatibus, & commoditatibus conſulitur: Hoſpitaleque eiuſdem B. MARIÆ, nec non domus, & loca ſpiritualiter, & tēporaliter proficiāt, & quę propterea medijs exquiſitis proceſſiſſe comperimus, per noſtri partes miniſterij iugiter invaleſcant.

2 Dudum ſiquidèm quędam litteræ à fœl. recor. Bonifac. VIII. Alexand. IV. Clem. VI. Mart. V. Greg. XI. Eug. IV. Prædeceſſoribus noſtris Romanis Pontificibus, quas diligenter inſpici, & examinari, & illarum tenores (ſubſcriptionibus, & caracteribus omiſſis) præſētibus inſeri fecimus, in hæc verba emanarunt. Boniſacius Epiſcopus, Servus ſervorum Dei. Dilectis filijs Abbatibus, Ptioribus, Decanis, Præpoſitis, Archidiaconis, cæteriſque Eccleſiarum Rectoribus, Presbyteris, Curatis, & non Curatis, & omnibus alijs, ad quos præſentes litteræ pervenerint, ſalutem, & Apoſtolicam Benedictionem. Quærelam gravem ſuſcepimus, &c. *Hic inſeritur Bonif. VIII. Bulla 2. pag. 31.*

Eccleſiæ Prælatis præcipit ne Fratres, & Nuntios noſtros in ſuis Eccleſijs petere pro Captivis impediri permittant.

Alexander Epiſcopus, Servus ſervorum Dei. Venerabilibus Fratribus, Archiepiſcopis, Epiſcopis, ac dilectis filijs Abbatibus, Prioribus, Decanis, Archidiaconis, Archipresbyteris, cæteriſque Eccleſiarum Rectoribus, & omnibus alijs, ad quos præſentes litteræ pervenerint, ſalutem, & Apoſtolicam Benedictionem. Provt Scriptura teſtatur, participes mercedis efficitur, &c. *Hic inſeritur Alex. IV, Conſtit. 6. pag. 11.*

Idem ac Boniſ pręcipit, & porrigentibus pro Captivis manus adiutrices indulgentiss, & plures favores cōccedit.

Clemens Epiſcopus, Servus ſervorum Dei. Vniverſis Chriſti Fidelibus præſentes litteras inſpecturis, ſalutem, & Apoſtolicam Benedictionem. Non obſtantibus Conſtitutionibus olim per Dominum Clementem, &c. *Hic inſeritur Clem. VI. Bulla 5. pag. 41.*

Nos à Queſtoribus ſegregat. Benefactoribus ao. nū, & 40. dies indulgentię cōcedit.

Clemens Epiſcopus, Servus ſervorum Dei. Vniverſis Chriſti Fidelibus, ad quos præſentes litteræ pervenerint, ſalutem, & Apoſtolicam Benedictionem. Licèt indigentibus, &c. *Inſere Clem. VI. Bullam 3. pag. 40.*

Indulgentiam plenariam noſtris Confratribus pro Captivis duos ſlorenos tribuentibus.

Gregorius Epiſcopus, Servus ſervorum Dei. Ad futuram rei memoriam. Tenorem quarundam litterarum fœl. record. Nicolai Papæ IV. &c. *Inſere Greg. XI. Bullam 7. pag. 50.*

Confirmatoria Bull. 3. Nicol. IV.

Martinus Epiſcopus, Servus ſervorum Dei. Ad futuram rei memoriam. Ex Apoſtolicæ Sedis proviſione, & perſonarum, &c. *Inſere Martini V. Bullam 3. pag. 64.*

Eugenius Epiſcopus, Servus ſervorum Dei. Dilectis filijs Magiſtro, & Fratribus, &c. Cum à nobis petitur, &c. *Inſere Eugen. IV. Bullam 3. pag. 68.*

Supèriora confirmat

3 Nos igitur ſingulas litteras prædictas vberioris Apoſtolici munimiuis pręſidio fulcire volentes, ipſorum Magiſtri, & Fratrum in hac parte ſupplicationibus inclinati, pręceptum, monitiones, conceſſiones, relaxationes, & remiſſiones huiuſmodi, nec non omnia, & ſingula in dictis litteris contenta, & indè ſecuta quæcumque authoritate Apoſtolica tenore præſentium ex certa ſcientia approbamus, & confirmamus, & pręſentis ſcripti patrocinio communimus. Decernentes illa perpetuis futuris temporibus irrefragabiliter obſervanda, provt hactenùs ritè, & pacificè fuerunt obſervata, nec eis, vel effectui prædictarum litterarum per quaſvis Apoſtolicas, aut Sedis Apoſtolicę Legatorum litteras, ſeu diſpenſationes quorumcumque tenorum fuerint, & quaſcumque derogatorias clauſulas contineant nullatenus indebité detrahi, vel derogari debere, nec non irritum, & inane quidquid ſecus à quoquam iniuſtè quavis authoritate ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari, non obſtantibus conſtitutionibus, & ordinationibus Apoſtolicis, cęteriſque contrarijs quibuſcumque.

Perpetuis temporibus, nullis obſtanti. buſſirmat

Imprecatio in contradictores.

4 Nulli ergo omninò hominum liceat, hanc paginam noſtræ approbationis, confirmationis, communitionis, & conſtitutionis infringere, vel ei auſu temerario cōtraire. Si quis autem

hoc

hoc attentare præsumpserit indignationem Omnipotentis Dei, & Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum eius se noverit incursurum.

Datis Romæ apud S. Petrum, anno Incarnationis Dominicæ 1455. 14. Kalendas Ianuarij, Pontificatus nostri anno 1.

Hanc Bullam affert nostrum antiquum Bullarium, loc. cit.

CALLIXTI III.

CONSTITVTIO IV.

Vigesimo Magistro Generali V. P. Fr. Natali Gaver.

COMPENDIVM.

Confirmat concessionem Vrbani IV. quâ ad instar Innocentij IV. nos à decimarum solutione liberat, & sub Apostolica protectione suscipit.

Edita an. 1456.

CALLIXTVS EPISCOPVS, Servus servorum Dei. Ad futuram rei memoriam.

Ex Apostolicæ Sedis provisione, nec non personarum, præsertim sub regulari habitu Domino famulantium, studio, piæque vitæ devotione provenire dignoscitur, vt Romanus Pontifex quandoque Prædecessorum suorum Romanorum Pontificum gesta innovet, ac innovatione restauret, & authoritate Apostolica fulciat innovata.

1 Hinc est, quod Nos ad instantiam dilectorum filiorum Magistri Generalis, & Fratrum Ordinis Beatæ MARIÆ de Mercede Redemptionis Captivorum quasdam fœl. rec. Vrbani Pontific. IV. Prædecessoris nostri litteras, in Cancellaria Apostolica inspici, examinarique diligenter, & earum, cum incipiant vetustate consumi, tenorem, subscriptionibus, & caractéribus ommissis, de verbo ad verbum præsentibus inseri fecimus, qui talis est.

Vrb. IV. Bulla 2.

Vrbanus Episcopus, Servus servorum Dei. Dilectis filijs Magistro Hospitalis S. Eulaliæ, eiusque Fratribus tam præsentibus, quam futuris regularem vitam professis in perpetuum salutem, & Apostolicam benedictionem. Religiosam vitam eligentibus Apostolicum cōvenit adesse præsidium, &c. *Insere Vrbani IV. Bullam II. pag. 13.*

Qua nos, & nostra sub Apostolica protectione suscipit, à decimis liberat, & alia innumera concessit.

2 Nos igitur ipsorum Magistri, & Fratrum supplicationibus inclinati litteras, & tenorē huiusmodi authoritate prædicta innovamus, & præsentis scripti patrocinio communimus. Per hoc autē nullum ius eidem Magistro, & Fratribus de novo dari volumus, sed antiquum (sit quod sit) tantummodo conservari.

Cōfirmat prædicta.

3 Nulli ergo omninò hominum liceat, hanc paginam nostræ innovationis, & communitionis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem Omnipotentis Dei, & Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum eius se noverit incursurum.

Imprecatio in cōtradictores.

Datis Romæ apud S. Petrum, anno Incarnationis Dominicæ 1456. 3. Kalendas Maij, Pontificatus nostri anno 2.

Extat originalis Matriti, eam referunt Vargas, & antiquum Bull. vbi sup.

CALLIXTI III.

CONSTITVTIO V.

Vigesimo Magistro Generali V. P. Fr. Natale Gaver.

COMPENDIVM.

Contra quemdam Ioannem, & complices, bona, & legata Redemptionis exigentes, & nostras Indulgentias publicantes præcipit Ecclesiæ Prælatis, vt de tam nefario crimine per Censuras, Captionem, & bonorum restitutionem vindictam accipiant.

Edita an. 1457.

CALLIXTVS EPISCOPVS, Servus servorum Dei. Venerabilibus Fratribus vniversis Patriarchis, Archiepiscopis, & Episcopis, ac dilectis filijs locorum Ordinarijs tam vltra, quàm citra montes vbilibet constitutis, salutem, & Apostolicam benedictionem.

1 Si ad reprimendas insolentias transgressorum, & temerariorum refrenandam audaciam nervus publicæ disciplinæ lentescat, eorum ad peccandum voluntas fit lapsior, & exemplum iniquitatis periculosius in alios derivatur; propter quod ad Præsidentis officium pertinet, sic debitam executionem adhibere iustitiæ, quod commissa iam crimina puniat, & committendorum in posterum audaciam interdicat.

Exordiū.

2 Sanè lamentabilis dilectorum filiorum Magistri Generalis, & Fratrum Beatæ MARIÆ de Mercede Redemptionis Captivorum, sub Regula B. Augustini viventium querela ad nostrum pervenit auditum, quod nonnulli iniquitatis, & inobedientiæ filij prærer, & contra voluntatē ipsorū Magistri, & Fratrū quæstas, eleemosynas, ac relicta legata pro Redemptione Captivorū de manibus Sarracenorum petere, & indulgentias ipsi Ordini per diversos Roma-

Querela nostra cōtra nostra, & Redēptionis privilegia infrangētes.

nos Pontifices Prædeceſſores noſtros cōceſſas prædicare, ſeu prædicari facere præſumunt in præfatæ Religionis damnum, atque opprobrium, perniciofum quoque exemplum, & ſcandalum plurimorum. Quarè pro parte ipſorum Magiſtri, & Fratrum fuit nobis humiliter ſupplicatum, vt omnes, & ſingulos prędictos, & præcipuè Ioannem Burgen. cum ſuis adhærentibus, & quoſcumque alios pro tempore in præmiſſis culpabiles perſonaliter capi, incarcerari, & puniri mandare, aliàſque ſuper hoc opportune providere paterna diligentia curaremus.

Noſtra ſupplicatio.

3 Nos igitùr adverſus prędictorum, ac Ioannis, & complicum ſuorum nefariam temeritatem procedere, & remedium apponere cupientes, ac attendentes, quod non decet tales, ac pro tempore præſumptores abſque animadverſione debita relinquere incorrectos, huiuſmodi ſupplicationibus inclinati, diſcretioni veſtræ per Apoſtolica ſcripta mandamus, quatenùs quilibet veſtrum per vos, vel alium, ſeu alios præfatum Ioannem, & omnes, & ſingulos Fratres ſui Ordinis, & alios, tam Clericos, quàm Laicos, ſeu cuiuſcumque alterius Religionis Profeſſores relicta, & legata, quæſtas, & eleemoſynas huiuſmodi, nunc, aut aliàs quandocumque perpetuo in futurum petentes, & indulgentias ipſas prædicantes, ſeu prædicari facientes, eiſque auxilium, conſilium, vel favorem quovis modo præſtantes, cuiuſcumque dignitatis, etiam Pontificalis, Regalis, Reginalis, Ducalis, ac ſtatus, gradus, vel conditionis fuerint per omnes Eccleſias, vel loca veſtrarum Civitatum, & Diœceſum, quoties, & quando perpetuis futuris temporibus ſuper hoc pro parte ipſorū Magiſtri, & Fratrū. Seu dilecti filij Petri Lucronenſis Fratris dicti Ordinis Beatæ MARIÆ, quoties ſuper hoc fueritis requiſiti, excommunicetis, & anathematizetis, ac excommunicatos, & anathematizatos publice denuntietis, & faciatis ab alijs denuntiari, eoſque perſonaliter aprehendatis, vocetis, & capiatis, & ſub cuſtodia detineatis, & incarceretis, ſeu aprehendi, capi, detineri, & incarceribus mancipari faciatis.

Nullus præter Fratres noſtros legata, & eleemoſynas pro Redemptione percipiat.

Excōmunicatio in contrafacientes, cōſilium, auxiliū, vel favorem præſtan. tes, cuiuſcūque gradus etiam Pontificalis, aut Regalis.

Capiātur, & incarcerentur.

4 Proceſſus quoque reales, & perſonales contra eos, donec veritatem negotij habueritis ſummarie, ſimpliciter, & de plano, ac ſine ſtrepitu, & figura iudicij, ſola facti veritate inſpecta formetis, & requiſitis à iure præmiſſis (provt melius expedire videritis) cogatis, & compellatis Ioannem, & alios quæſtores, & fautores prædictos ad id, ſuper quo Magiſter, & Fratres, ſeu Petrus prædicti vobis, vel alicui veſtrum informationem dederint publice fatendum, cognoſcendum, & confitendum. Et nihilominus præfatum Ioannem cū huiuſmodi proceſſu, ac omnibus pecuniarum ſummis, bonis, & rebus ſuis etiam per huiuſmodi quæſtas, ac Indulgentias acquiſitis Magiſtro, & Fratribus prædictis, ſeu dicto Petro exhiborì præſentium litterarum conſignetis, vt ipſum Ioannem, iuxta criminum, & exceſſuum exigentiam punire poſſint, contradictores quoslibet, & rebelles per Cenſuras Eccleſiaſticas, & alia iuris remedia, appellatione poſtpoſita, cōpeſcendo, invocato ad hoc, ſi opus fuerit, auxilio brachij Sæcularis.

Proceſſus cōtra eos fiat ſūmarie, & ſola facti veritate inſpecta.

Compellantur cōfiteri.

Auferātur ab eis acceptæ pecuniæ, & nobis cōſignentur.

Contradictores per Cenſuras compellātur, & auxilium brachij Sæcularis invocetur.

5 Non obſtantibus Conſtitutionibus, & Ordinationibus Apoſtolicis illis præſertim, quæ veſtræ poſſint iuriſdictioni in hac parte, aut poteſtati, eiuſque libero exercicio quomodolibet obviare, ac ſtatutis, & conſuetudinibus, etiam municipalibus Civitatū, & locorum, in quibus idem Ioannes, & ſibi faventes, adhærentes, vel conſilium præſtantes reperti fuerint, nec non exemptionibus, & privilegijs, etiam perſonalibus, realibus, & civilibus, libertatibus, & indultis, eis, vel Civitatibus, ſeu locis huiuſmodi, etiam per nos, vel Sedem Apoſtolicam conceſſis, & concedendis: quibus ſpecialiter, & expreſſe hac vice derogamus, & ad tale non extendi decernimus, cæteriſque contrarijs quibuſcumque.

Non obſtantibus quibuſcūque.

Datis Romæ apud S. Petrum, anno Incarnationis Dominicæ 1457. 6. Idus Iulij, Pontificatus noſtri anno 3.

Extat originalis Barcinonæ, authentica Matriti, & in veteri Bull. eam refert M. Vargas vbi ſup.

CALLIXTI III.

CONSTITVTIO VI.

Vigeſimo Magiſtro Generali V. P. Fr. Natali Gaver.

PRohibet Clericis ſub pœna privationis ſuorum beneficiorum, ne Fratres, vel Nūtios Ordinis noſtri eleemoſynas quærentes impedianr. Incipit Callixtus III. Servus ſervorum Dei. &c. Diſpoſitione divina, &c.

Edita an. 1457.

Datis apud Vrbem Veterem 4. Idus Octobris, anno 1457. Pontificatus ſui anno 3.

Ita refert vetus Bullarium, cuius Bullę ad longum tranſumptum non inveni ſic & M. Vargas.

CALLIXTI III.

CONSTITVTIO VII.

Vigesimo Magistro Generali V. P.Fr.Natali Gaver.

COMPENDIVM.

Prohibet, ne Fratres nostri ad alium Ordinem, etiam Mendicantium, absque Sedis Apostolicę facultate possint trásferri, nisi ad Carthusiam, eo quod ratione quarti voti Ordo noster arctior cęteris iudicetur.

Edita an. 1457.

CALLIXTVS EPISCOPVS, Seruus seruorum Dei. Ad futuram rei memoriam.

Super gregem dominicum, nostræ vigilantiæ diuinitus creditum, intenti speculatoris officium exercentes, erga singulos regulares Ordines aciem nostræ considerationis intendimus, & eorum status perspicaciter meditamur. Et quia quorum Regulæ laxiores, quorumve arctiores existant ex multis argumentis colligimus, personas illas, quæ de aliquo eorumdem, in quo sunt superna vocatione vocati ad alios Ordines leviter transmigrarunt, & quæ per ambitionis devium ab eorum obedientijs temerè recesserunt, ad priorem cau-lam, si arctior fuerit, reduci mandamus, prout eorum saluti, & Ordinum eorundem decori conspicimus expedire.

Vnusquisque in qua vocatione vocatus est in ea perseveret 1. Cor. 7. 20.

NostriOr. dinis supplicatio.

1 Cum itaque, sicut exhibita nobis nuper pro parte dilectorum filiorum Magistri Generalis, & Diffinitorum Generalium, & Provincialium Capitulorum Ordinis Beatæ MARIÆ de Mercede Redemptionis Captivorum petitio continebat, nonnulli ex Fratribus eiusdem Ordinis expressè professi, vocatione sua non contenti, & immemores, quod ipsi voluntatem propriam abnegantes, semetipsos, pro Redemptione Captivorum, qui in potestate infidelium duræ servituti subijciuntur, devoverūt, profitentes se paratos, etiam pro vnius Redemptione Captivi, non modo se ipsos captivitati Paganorum in excambium tradere, sed etiam (si opus fuerit) mortem, & tormenta quælibet tolerare, se ab huiusmodi Sancti voti iugo authoritate propria substrahendo, ad Mendicantium, & aliorum Ordinum Monasteria, siue domos evolaverint; nonnulli vero ex eisdem, habitu retento, sed obedientiæ fræno effracto, per Curias Prælatorum, aut Regum, Reginarum, aut aliorū Sæcularium Principum, in opprobrium dicti Ordinis hinc inde discurrant, & varia scandala sæpènumero pariant.

Quarti voti obligatio.

2 Nos meditantes, quod ex accessione emissionis posterioris voti, videlicet pro Redemptione huiusmodi, ad tria per reliquos Religionum quarumlibet emitti consueta substantialia vota (vt peregrinationes transmarinas pro accedendo ad infideles eosdem, & periculosam cum Paganis conversationem, & reliqua Redēptionis huiusmodi discrimina omittamus) tale vinculū Fratribus dicti Ordinis Beatæ MARIÆ de Mercede videtur accedere, vt Ordo ipse videatur, non modo in Regula largior, siue par alijs Ordinibus ante dictis, sed eis longè arctior nón immeritò posse censeri, authoritate Apostolica, & ex certa scientia tenore præsentium statuimus, ac etiam ordinamus, omnes, & singulos, qui in præfato Ordine Beatæ MARIÆ solemne votum professionis expressè emiserint, ita ipsi Ordini perpetuis eorum vitæ temporibus fore efficaciter obligatos, vt absque Sedis Apostolicæ speciali licentia eis ad alios quoscūque Regulares, etiam Mendicantium Ordines transcendi authoritas, vel potestas minimè sit concessa.

Ordo noster ratione 4 voti alijs omnibus longe arctior censeri potest. Nec hoc correxit Clē VIII. Const 46. apud Cherub. tom. 3

Nullus Frater Ordinis nostri ad aliū trāsire valeat, nisi ex Sedis Apostolicæ indulto

3 Decernentes statutum, & ordinationem nostram huiusmodi, etiam ad præfatas eorum professorum trahi trāslationes, ita videlicet vt Generalis Magister, & Diffinitores præfati præsentes, & qui pro tempore fuerint per se, vel alium, seu alios quoscumque Religiosos, qui dictum Ordinem Beatæ MARIÆ expressè professi fuerint, vt præfertur, de quibusuis alijs Ordinibus, eorumque Monasterijs, domibus, siue locis, ad quæ forsan, etiam cum suorum superiorum licentia, & habitus mutatione pro tempore transiverint, præterquam illos, qui ad Ordinem Carthusiensium transvolaverint, repetere possint, & debeant; ipsique sic translati Religiosi, etiam sine repetitione huiusmodi ad priorem Ordinem B. MARIÆ prædictum sub virtute sanctæ obedientiæ redire omninò teneantur.

Fratres nostros, qui ad alium Ordinē, præter Carthusiæ, etiam cum licētia superiorū trāsierint tenentur Generalis repetere, illiq; ad huc nō vocati sub gravi culpa redire.

4 Et insuper, vt eadem statutum, & ordinatio facilius vendicet sibi locum, omnibus, & singulis Patriarchis, Archiepiscopis, Episcopis, Abbatibus, alijsque Prælatis, necnon personis Ecclesiasticis in dignitate constitutis, ad quos præsentes litteræ pervenerint, vel earum transumpta authētica per Apostolica scripta mandamus, quatenùs ipsi, & eorum quilibet per se, vel alium, seu alios statutum, ordinationem, ac litteras nostras huiusmodi vbi, & quan-

Omnes Ecclesiæ Prælati nostri iudices executores instituit.

do expedire viderint, ac pro parte Generalis Magistri, & Diffinitorum prædictorum fuerint requisiti, authoritate Apostolica solemniter publicãtes quoscumque Religiosos in Ordine B. MARIÆ expresſè professos, qui ad alios Ordines sine dictæ Sedis Apostolicæ licentia transiverint hactenus, vel in posterum transierint, in loca dicti Ordinis Beatæ MARIÆ, in quibus professionem huiusmodi emiserint, intra certum (de quo eis videbitur præfigendum sibi) peremptorium terminum competentem, omni causa, & occasione cessantibus, protinus revertantur, dicta authoritate nostra moneant, & mandent eisdem.

Per Censuras, capturas, & alia fortiora media cogantur reverti.

5 Et nihilominùs si monitioni, & mandato huiusmodi non paruerint cum effectu, ipsos ad hoc per Censuram Ecclesiasticam, necnon arrestationem (si opus fuerit) personarum, ac carcerationem, & alia fortiora remedia, necnoc contradictores quoslibet, & rebelles, cuiuscumque dignitatis, status, nobilitatis, præheminentiæ, vel conditionis fuerint, etiamsi Pontificali, Regali, & alia quavis Ecclesiastica, vel mundana dignitate præfulgeant, per censuram eamdem, appellatione remota, compellant, invocato ad hoc, si opus fuerit, auxilio brachij Secularij; non obstantibus fœl. rec. Bonifac. Papę VIII. Prædecessoris nostri constitutionibus, illis præsertim, quibus cavetur, ne quis extra suam Civitatem, vel Diœcesim, nisi in certis exceptis casibus, & in illis vltra vnam dietam à fine suæ Diœcesis ad iudicium evocetur: seu ne Iudices à Sede deputati prædicta extra Civitatem, & Diœcesim, in quibus deputati fuerint contra quoscumque procedere, ac alij, vel alijs vices suas committere, seu aliquos vltra vnam dietam à fine Diœcesum eorumdem trahere præsumant, ac de duabus dietis in Concilio Generali, & personis vltra certum numerum ad iudicium non vocandis, & alijs constitutionibus, & ordinationibus, necnon privilegijs, indulgentijs, concessionibus, statutis, decretis, ordinationibus, & alijs litteris Apostolicis Monachorum, Fratrum Mendicantium, & alijs Ordinibus supradictis, eorumque Monasterijs, domibus, sive locis per Sedem Apostolicam, vel Legatos eius, aut alios quoscumque in genere, vel in specie concessis, quorumcumque tenorum existant, statutisque, & consuetudinibus eorumdem iuramẽto, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis; quibus omnibus, & singulis, etiam si de illis specialis, & expressa mentio habenda foret, quoad hoc, illis aliàs in suo robore permansuris, derogamus expresſè, cæterisque contrarijs quibuscumque: aut si aliquibus communiter, vel divisim à dicta Sede sit indultum, quod interdici, suspendi, vel excommunicati, aut extra, vel vltra certa loca ad iudicium evocari non possint per litteras Apostolicas, non facientes plenam, & expressam, ac de verbo ad verbum de indulto huiusmodi mentionem.

Contradictores, quavis dignitate fulgentes, simili Censura coerceantur; etiam invocato auxilio brachij Secularis.

Non obstantibus constitutionibus de vna, vel duabus dietis ad Iudicium non trahendis.

6 Verum quia difficilè foret præsentes litteras ad singula mũndi loca originaliter posse transferri, volumus, vt earum transumptis authenticis manu publica duorum Notariorum subscriptis, & sigillo alicuius Prælati Collegij roboratis plena fides in Iudicio, & extra, vbicumque exhibitæ fuerint adhibeatur, ac si litteræ ipsæ originaliter forent exhibitę, vel ostensę. Nulli ergo hominum liceat, hanc paginam nostri statuti, ordinationis, decreti, mandati, derogationis, & voluntatis infringere, vel ei ausu temerario cõtraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem Omnipotentis Dei, & Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum eius se noverit incursurum.

Huius Bullæ trãsumptis authenticis eadem fides, ac originali tribuatur.

Contradicentes puniit.

Datis Romæ apud S. Petrum, anno Incarnationis Dominicæ 1457. pridie Kalendas Novembris, Pontificatus nostri anno 3.

Extat authentica Matriti, & Barcinona, eam afferunt Bull. vetus, Laertius Cherub. tom. 2. & Vargas loco cit.

CALLIXTI III.

CONSTITVTIO VIII.

Vigesimo Magistro Generali V. P. Fr. Natale Gaver.

COMPENDIVM.

Commissionem tribuit Abbatibus Montis Serrati, & Populeti, vt contra detentores quorumdam bonorum Conventus nostri Barchinonensis vsque ad plenam restitutionem, per iuris remedia procedant.

CALLIXTVS EPISCOPUS, Servus servorum Dei. Dilectis filijs Sanctę MARIÆ de Monte-Serrato, & Sanctæ MARIÆ Populeti Vicen. & Tarraconen. Diœcesum Monasteriorum Abbatibus, salutem, & Apostolicam Benedictionem.

Edita an. 1458.

Significarunt nobis dilecti filij Prior Generalis Fratrum Ordinis B. MARIÆ de Mercede Captivorum, necnon Fratres Domus Barcinonen. eiusdem Ordinis, quod nonnulli iniquitatis filij, quos protsus ignorant, decimas, census, fructus,

ctus, redditus, proventus, possessiones, domos, terras, vineas, prata, pascua, nemora, casalia, molendina, stagna, aquæductus, grangias, horros, campos vini, bladi, frumenti, auri, argenti monetati, & non monetati, linorum, lanarum, quantitates, litteras authenticas, instrumenta publica, registra, protocola, quitancias, recognitiones, schedulas, scripturas, libros, jocalia, monilia, sciphos, tascas, annulos, lapides pretiosos, pannos lineos, laneos, cochlearia, zonas tessutas, bursas, vasa aurea, argentea, ærea, cuprea, stannea, ferrea, lignea, plumbea, servos, mortalicia, lectos, culcitras, linteamina, domorum vtensilia, equos, boves, oves, iumenta, & alia animalia, armaturas, manteolos, vestes, foderaturas, debita, credita, legata, pecuniarum summas, iura, iurisdictiones, & nonnulla alia mobilia, & immobilia bona per quondam Bartholomæum Dalmai, Priorem dictæ Domus tempore obitus sui relicta, & ad eamdem Domum legitime spectantia, temerè, & malitiosè occultare, & occultè detinere præsumunt, non curantes ea præfatis Priori, & Fratribus exhibere in animarum suarum periculum, & ipsorum Prioris, & Fratrum, ac Domus non modicum detrimentum. Super quo idem Prior, & Fratres Apostolicæ Sedis remedium implorarunt.

Bona specialiter nominata, de quibus iubetur revelatio, & restitutio.

Fr. Bartholomæus Dalmai, Barchin. Prior.

2 Quo circa discretioni vestrę per Apostolica scripta mandamus, quatenùs omnes huiusmodi occultos detentores decimarum, censuum, fructuum, & reddituum, & aliorum bonorum prædictorum ex parte nostra publicè in Ecclesijs coram populo, per vos, vel alium moneatis, vt infra competentem terminum, quem eis præfixeritis, ea præfatis Priori, & Fratribus à se debita restituant, & revelent, ac de ipsis plenam, & debitam satisfactionem impēdant. Et si id non adimpleverint, infra alium competentem terminum, quem eis ad hoc peremptoriè duxeritis præfigendum, ex tunc in eos generalem excommunicationis sententiam proferatis, & eam faciatis vbi, & quando expedire videritis, vsque ad satisfactionem condignam solemniter publicari: quod si non ambo, his exequendis potueritis interesse, alter vestrum ea nihilominùs exequatur.

Excommunicatio in detentores feratur.

Datis Romæ apud S. Petrum anno Incarnat. Dominicæ 1458. nono Kalendas Maij, Pontificatus nostri anno quarto.

Extat originalis Barcinone, eam Compendio tradit antiquum Bullarium.

Creavit ex nostro Ordine Episcopum Giennen. in Bethica ad annum 1456. Fr. Iacobum de Tahuste, vt cognomine notat, Aragonem; sed quoniam Giennen. Ecclesia ius nominandi noluit præterire, ad eam non sedit, sed ad annum 1458. consecratur Episcopus Iuvenacensis apud Neapolis Regnum.

F. Iacobus Tahuste, Episcopus Giennen. & Iuvenacen. creatur.

Idem Pontifex ad annum 1457. Episcopum titulo de Ronda, Cordubæ auxiliarem instituit Fr. Antonium de Medina nostri Conventus Cordubensis sobolem.

Fr. Anton. de Medina Episcopus Rondens. creatur.

CALLIXTO III. qui obijt anno 1458. succedit

PIVS II.

Senensis, Æneas Silvius Picolomineus Presbyter Cardinalis Tit. S. Sabinæ. Creatus 14. Kalendas Septembris, anno 1458. Coronatus 3. Nonas eiusdem. Sedit annos 5. menses 11. dies 27. Creavit Cardinales 14. Obijt Anconæ 17. Kalend. Septembris, anno 1464. Corpus eius in Vrbem delatum in Basilica S. Petri sub Altari S. Andreæ conditum est.

PII II.

CONSTITVTIO I.

Vigesimo Magistro Generali V. P. Fr. Natali Gaver.

COMPENDIVM.

Plurium Romanorum Pontificum, quos exprimit, & Regum nostro Ordini concessa privilegia confirmat.

PIVS EPISCOPVS, SERVVS servorum Dei. Dilectis filijs Magistro, & Fratribus B. MARIÆ de Mercede Redemptionis Captivorum, ad Romanam Ecclesiam nullo medio pertinentibus, salutem, & Apostolicam Benedictionem.

Edita an. 1458.

Cum à nobis petitur quod iustum est, & honestum, tam vigor æquitatis, quam ordo exigit rationis, vt id per solicitudinem officij nostri ad debitum perducatur effectum.

1 Ea propter, dilecti in Domino filij, vestris iustis postulationibus grato concurrentes assensu, omnes libertates, & immunitates, tam à fœl. rec. Bonifacio VIII. quàm Alex. IV. Nicol. III. Clem. VI. Greg. XI. Mart. V. Eug. IV. Nicol. V. Callixt. III. Prædecessoribus nostris

Confirmantur privilegia.

nostris Romanis Pontificibus, sive per privilegia, vel alias indulgentias vobis indultas, & concessas, quas hic haberi volumus pro sufficienter insertis expressis, ac si de verbo ad verbum insertæ fuissent, nec non libertates, & exemptiones sæcularium exactionum à Regibus, & Principibus Christianis, & alijs Christi Fidelibus rationabiliter vobis, & præfato Ordini indultas, sicut eas iustè, & pacifice obtinetis, vobis, & per vos eidem Ordini authoritate Apostolica confirmamus, & præsentis scripti patrocinio communimus.

Imprecatio in contradictores.

2 Nulli ergo omninò hominum liceat, hanc paginam nostræ voluntatis, & constitutionis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem Omnipotẽtis Dei, & Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum eius se noverit incursurum.

Datis Romæ apud S.Petrum, anno Incarnationis Dominicæ 1458. Pontificatus nostri anno 1.

Extat authentica Barcinonę, eam affert M. Vargas, & vetus Bullarium.

PII II.

CONSTITVTIO II.

Vigesimo Magistro Generali V. P. Fr. Natale Gaver.

M. Fr. Petrus Cijar.

Procuratore Generali in Romana Curia P.M.Fr.Petro Cijar, Conventus Cęsaraugustani sobole, in Philosophia, Theologia, ac Sacris Canonibus eruditissimo, Cæsaraugustæ Commendatore, in Redemptionis vendicatione Opusculi, titulo, *Tantum quinque*, eruditione exuberantis, Auctore.

COMPENDIVM.

Callixti III. Bullam III. superius allatam confirmatoriam aliorum Prædecessorum reproducit, & illam ex certa scientia confirmat.

Edita an. 1461.

PIVS EPISCOPVS, SERVVS servorum Dei. Ad futuram rei memoriam.

Nostri Ordinis commendatio

1 Ad fructus vberes, quos Sacer Ordo B. MARIÆ de Mercede Captivorum in agro Militantis Ecclesiæ pia institutione plantatus, velut arbor bona produxit hactenùs, & producit, nostræ considerationis intuitum extendentes, ac repetentes animo, quod dicti Ordinis Professores circa Redemptionem miseræ conditionis Fidelium, quos dura sors in infidelium servitutem adegit, operas suas iugiter impendendo, & bona sinceris mentibus exponendo incessanter laborare non desinunt, dignum ducimus, vt eorum petitiones, illas præsertim, per quas indulgentiæ, immunitates, & gratiæ, à Sede Apostolica concessæ, nostræ confirmationis superadditō robore diutiùs perpetuari, & subsistere valeant, ad exauditionis gratiam favorabiliter admittamus.

Memorat privilegia à Prædecessoribus indulta.

2 Sanè dudum Bonifacius VIII. Alex. IV. Clem. VI. Matt. V. nec non Greg. XI. & Eugen. IV. Romani Pontifices Prædecessores nostri pro fœlici statu, & amplificatione dicti Ordinis tunc Magistro, & Fratribus eisdem varia privilegia, indulgentias, & litteras Apostolicas concesserunt, quas postmodum piæ mem. Callixtus Papa III. etiam Prædecessor noster immediatùs per suas litteras ex certa scientia confirmavit & approbavit, ac in suis litteris de verbo ad verbum inseri fecit, prout in illis pleniùs continetur. Quare pro parte dilectorum filiorum moderni Magistri, nec non Præceptorum, & Fratrum dicti Ordinis Nobis humiliter fuit supplicatum, vt omnibus, & singulis indulgentijs, & gratijs, alijsque in dictis litteris contentis pro illorum omnium subsistentia firmiori robur Apostolicæ confirmationis adijcere, & vt illa viribus perpetuò subsistant decernere de Apostolica benignitate dignaremur.

Nostra pro confirmatione supplicatio.

Cõfirmat supradicta

3 Nos igitur, qui præfatum Ordinem, & personas eiusdem propter pia ipsorum opera gerimus visceribus charitatis, quique dictarum litterarum tenores diligenter inspici, & examinari, ac præsentibus de verbo ad verbum (subscriptionibus, & caracteribus dumtaxat omissis) similiter inseri fecimus huiusmodi supplicationibus inclinati indulgentias, & gratias, & alia quæcũque in dictis litteris contenta rata habentes, & grata, illa omnia, & singula, ac easdem litteras cum omnibus in eis contentis clausulis authoritate Apostolica, & ex certa scientia tenore præsentium confirmamus, & approbamus, & plenum robur obtinere, & perpetuo viribus subsistere decernimus: mandantes contenta in eis perpetuis futuris temporibus observari, ita vt illis, vel eorum effectui, per quasvis alias Apostolicas, aut Sedis Apostolicæ Legatorum litteras quorumcumque tenorum fuerint, & quæcumque in se derogatorias clausulas contineant derogari non possint, nisi de præsentibus de verbo ad verbum, ac Magistri dicti Ordinis existentis nomine, & cognomine facta fuerit

Hoc ihdultum nõ revocatur, nisi de verbo ad verbum, & de eius data fiat expressa mentio, ac de M: Gen. nomine, & cognomine.

rit mentio ſpecialis, non obſtantibus conſtitutionibus, & ordinationibus Apoſtolicis, cæteriſque contrarijs quibuſcumque. Tenores verò dictarum litterarum tales ſunt. Callixtus Epiſcopus, Servus ſervorum Dei. Ad futurā rei memoriam. Diſpoſitione Divina, &c. *Inſere Callixti III. Bullam III. p.80.*

Inſeritur Callixti III. Bulla I.

4 Nulli ergo omninò hominum liceat, hanc paginam noſtrarum conſtitutionum, confirmationum, approbationum, & mandati infringere, vel ei auſu temerario contraire. Siquis autem hoc attentare præſumpſerit, indignationem Omnipotentis Dei, & Beatorum Petri, & Pauli Apoſtolorum eius ſe noverit incurſurum.

Imprecatio in contradictores.

Datis Romæ apud S. Petrum anno Incarnationis Dominicæ 1461. 5. Idus Iunij, Pontific. noſtri anno 3.

Eam afferunt Mag. Vargas, & vetus Bullarium. Extat authentica vbi ſupra.

PII II.

CONSTITVTIO III.

Vigeſimo Magiſtro Generali V. P. Fr. Natali Gaver.

AD inſtantiam Mag. Fr. Petri de Huete, Generali Ordinis contra Magiſtrum Gaver pro Caſtella, Bethica, & Portugallia aſſerto, confirmat Ordinationes ab eodem cum ſuo Capitulo factas: quod, videlicet, Commendatores Conventuum Guadalfaxarenſis, Valliſ-Oletani, Hiſpalenſis, & Opteoſis vocem habeant in Capitulo Generali. Quod nullus, quavis dignitate fulgeat, valeat bona ex vna ad aliā Provinciam traosferre. Quod medietas bonorum Commendatorum decedentium Redemptioni obveniat. Et tandèm quod ſolus Provincialis, aut Definitores eiuſdem Provinciæ Conventus Caſtellæ, & Luſitaoiæ viſitare poſſint, & debeant.

Edita an. 1461.

Datis Romæ apud S. Petrum anno Incarnat. Dominicæ 1461. Idibus Iunij, Pontific. ſui anno 3.

Ita habetur in præfato Bullario, & apud M. Vargas.

PIO II. qui obijt anno Domini 1464. ſuccedit

PAVLVS II.

Venetus, Petrus Barbus, Presbyter Cardinalis Tit. S. Marci. Creatus pridie Kalend. Coronatus 5. Idus Septembris anno 1464. Sedit annos 6. menſes 10. dies 26. Creavit Cardinales 11. & ex noſtro Ordine Epiſcopum vnum. Obijt 5. Kalend. Auguſti anno 1471. ſepelitur in Baſilica S. Petri.

PAVLI II.

CONSTITVTIO I.

Vigeſimo Magiſtro Generali V. P. Fr. Natali Gaver.

Procuratore Generali in Vrbe Mag. Fr. Petro Cijar.

AD inſtantiam M. Fr. Petri de Logroño ex Provincia Caſtellæ viri graviſſimi, & Inſtituti Zelantiſſimi, qui de bonis Redemptionis, in Galleciæ finibus in magna quantitate à quibuſdam vſurpatis, querelam gravem apud Sanctam Sedem detulit, SS. Pontifex omnes vtriuſque ſexus cuiuſcumque ſtatus, gradus, Ordinis, & conditionis exiſtāt, malitiosè, & temerè quæcumque bona Redemptionis ſubtrahentes, ſurripientes, occultaores, & detinentes, aut eis opera, & favorem præſtantes, excommunicationis ſententia inurit.

Edita an. 1466.

Datis Romæ apud S. Petrum anno Incatnat. Dominicæ 1466. die 11. Ianuarij, Pont. ſui anno 2.

Ita apud Vargas, & in veteri Bullario.

PAVLI II.

CONSTITVTIO II.

Vigeſimo Mag. Generali V. P. Fr. Natali Gaver.

Procuratore Generali in Vrbe Mag. Fr. Petro Cijar.

COMPENDIVM.

Nos, & noſtra ſub Apoſtolica protectione ſuſcipit, & Pontificum, ac Regum indulta confirmat.

PAVLVS EPISCOPVS, SERVVS ſervorum Dei. Dilectis filijs Magiſtro, & Fratribus Ordinis B. MARIÆ de Mercede Redemptionis Captivorum ad Romanam Eccleſiam vllo medio

Edita an. 1466.

dio pertinentibus, salutem, & Apostolicam Benedictionem.

Cum à nobis petitur quod iustum est, & honestum, tam vigor æquitatis, quam ordo exigit rationis, vt id per sollicitudinem officij nostri ad debitum perducatur effectum.

1 Ea propter, dilecti in Domino filij, vestris iustis postulationibus grato concurrentes assensu personas vestras, & loca, in quibus Divinis estis mancipati obsequijs, cum omnibus bonis, quæ impræsentiarum rationabiliter obtinetis, & in futurum iustis modis, præstante Domino, poteritis adipisci sub B. Petri protectione suscipimus, atque nostra: nec non omnes libertates, & immunitates á Prædecessoribus nostris Romanis Pontificibus, sive per privilegia, vel alia indulta vobis, & Ordini vestro in genere concessas, libertates quoque, & exemptiones sæcularium exactionum à Regibus, & Principibus, ac alijs Christi Fidelibus rationabiliter eidem Ordini indultas; specialiter autem terras, possessiones, domos, vineas, prata, pascua, nemora, & alia vestra bona, sicuti ea iustè, & pacificè possidetis vobis, & per vos eidem Ordini authoritate Apostolica confirmamus, & præsentis scripti patrocinio communimus.

Nos, & nostra, sub Apostolica protectio ne suscipit.

Privilegia confirmat

2 Nulli ergo omninò hominum liceat, hanc paginam nostræ confirmationis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem Omnipotentis Dei, & Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum eius se noverit incursurum.

Imprecatio in cōtradicto. res.

Dat. Romę apud S. Marcum, anno Incarnat. Dominicæ 1466. pridie Kalend. Iunij, Pontific. nostri anno 2.

Originalis extat Barcinonę, transumpta authentica Matriti, & in veteri Bullario eam affert Mag. Vargas.

PAVLI II.

CONSTITVTIO III.

Vigesimo Magistro Generali V. P. Fr. Natali Gaver.

Procuratore Generali in Vrbe Mag. Fr. Petro Cijar.

COMPENDIVM.

Concordat controversias inter Magistrum Generalem Natalem Gaver, & Provinciam Castellæ, iuxta decreta facta in Comitijs Generalibus Guadalfaxarę.

Edita an. 1469.

PAVLVS EPISCOPVS, SERVVS servorum Dei, Ad perpetuam rei memoriam.

1 Pastoralis officij cura, quam, licèt immeriti, disponente Domino, gerimus, Nos propensius admonet, & hortatur, vt circa ea, quæ circa Monasteriorum, & aliorum religiosorum locorum, ac eis Præsidentium, aliarumque in illis Altissimo famulantium personarum quietem, & tranquillitatem concernunt solicitis studijs, & remedijs favorabilibus intendamus: & ijs, quæ propterea, succissis dubitationum, & litigiorum anfractibus, per concordiam terminata sunt, ne in recidivæ contentionis scrupulum relabantur, sed illibata permaneant, cum à nobis petitur, Apostolici muniminis adijcimus firmitatem.

2 Sanè pro parte dilectorum filiorum Generalis Magistri, ac Provincialis, Diffinitorumque, & Commendatorum, Fratrum, ac professorum Ordinis B. MARIÆ de Mercede Captivorum Nobis nuper exhibita petitio cōtinebat, quod, cum dudum, videlicet à viginti annis citra, inter quemdam Natalem Gaver dicti Ordinis Magistrum Generalem, & Theologiæ professorem ex vna, & vniversos professores, sive Fratres eiusdem Ordinis Castellæ, & Portugalliæ Regnorum Provinciæ ex altera partibus, super eo, cui Provincialatus Regnorum, & Provinciæ prædictorum censeri deberet officium in dicto Ordine ad ipsius Magistri Generalis nutum revocabile? Et ad quem Commendarum dicti Ordinis, quæ pro tempore fuerint, ad Generalem, vel Provincialem prædictos concessio spectaret? Et cui ex eis Generali, & Provinciali officium visitationis in dicta Provincia competeret? Et quis eorum bona decedentium, & Commendatorum dicti Ordinis, & quas, & quales voces in illius novi Magistri electione dicta Provincia habere deberet? Et an terra Zepuscuæ censeatur de dicta Provincia, eo quod in Pampilonensi, & Baionensi Diœcesi sita est? Et an domus de Murcia, & de Lorca dicti Ordinis sint prædictæ, an Valentinę Provinciæ? Et cuius Provincię essent nonnullæ aliæ Civitates, Villæ, Oppida, Castra, terræ, & loca, pro eo, quod confinibus Regnorum prædictorum consistunt? Et si Generalis ipse pro tempore existens de bonis Commendatorum, & Frattum dicti Ordinis aliquam partem sibi vendicare debeat: & contributiones, & exactiones, hactenùs in dicto Ordine, tam pro Procuratore dicti Ordinis, quem in Romana Curia Ordo ipse solitus est habere, quam pro alijs ipsius Ordinis negotijs, & oneribus supportandis fieri solitas de cætero exigi, & peti debeant, atque possint, dissensio-

Litigia inter Magistrũ Generalem, & Provinciam Castellæ, & dubia super illius iurisdictione, & alijs super quæ fit concordia.

fensiones, rancores, odia, & altercationes, cum ipsius Ordinis gravi iactura, & incommodo subortæ fuissent, & tandem Magister, nec non professores, sive Fratres præfati cupientes dissensiones, rancores, odia, & altercationes huiusmodi amputare, & de medio tollere, in Capitulo Generali in conventu Domus Guadalfaxaræ dicti Ordinis, Toletanæ Diœcesis S. Antolini vulgariter nuncupato, indicto, præsentibus ibidem, & ad hæc electis multis Diffinitoribus Provincialibus diversarum Provinciarum, & Regnorum, nec non alijs eiusdem Ordinis professoribus, quandam inter se inierunt concordiã, prout in quodam instrumento indè confecto, cuius tenorem diligenter inspici, & examinari, ac præsenribus de verbo ad verbum inseri fecimus, plenius continetur.

Capitulũ Gen Guadalfaxaræ Diffinitores Provinciarũ erãt in Capitulo Diffinitores Provinciales, simul, & Generales.

3 Quare pro parte Magistri Generalis, Provincialis, Diffinitorum, Commendatorum, & Fratrum Nobis fuit humiliter supplicatum, vt eidem concordię, ac omnibus, & singulis in dicto instrumento contentis pro illorum subsistentia firmiori robur Apostolicæ confirmationis adijcere de benignitate Apostolica dignaremur.

Supplicatio pro confirmatione concordię.

4 Nos igitur, quibus per publica documenta plena fides facta fuit, quę concordia, & alia in dicto instrumento contenta de vtriusque partium prædictarum consensu processerunt, huiusmodi supplicationibus inclinati, concordiam ipsam, ac omnia, & singula in dicto instrumento contenta, & indè secuta quæcumque authoritate Apostolica tenore præsentium confirmamus, & approbamus, ac præsentis scripti patrocinio communimus; non obstantibus constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, ac statutis, & consuetudinibus Monasteriorum, locorum, & Ordinis prædictorum, iuramento, confirmatione Apostolica, vel quavis alia firmitate roboratis, cæterisque cõtrarijs quibuscumque. Tenor verò dicti instrumenti, signis dumtaxat omissis, talis est.

Confirmatio Apostolica concordiæ.

5 Noverint vniversi præsentium litterarum, seu præsentis publici instrumenti convenientię, compositionis, pacti, transactionis seriem inspecturi, quod Nos Fr. Natalis Gaver in Artibus, & Theologia Magister, totiusque Ordinis S. MARIÆ de Mercede Redemptionis Captivorum, Dei, & Apostolicæ Sedis gratia Magister Generalis Capitulum Generale celebrantes in Monasterio, seu Conventu prædicti Ordinis Civitatis Guadalfaxaræ extra muros, Toletanæ Diœcesis, S. Antolini vulgariter nuncupato, præsentibus ibidem honorabilibus, & discretis viris Religiosis Ordinis nostri Fr. Antonio Pascuer Magistro in Theologia Priore Monasterij Civitatis Barcinonę, & Fr. Gregorio de Porta Baccalauro in Theologia Commendatore de Daroca Diffinitoribus pro Provincia Cathaloniæ, & Fr. Didaco de Muros Magistro in Theologia, Provinciale Provinciæ Castellæ, & Portugalliæ, ac Commendatore Monasterij Guadalfaxaræ, & Fr. Velasco de Figueroa, Commendatore Monasterij Hispalensis, & Fr. Petro de Locronio, Commendatore Monasterij Lucronensis, & Fr. Ludovico à S. Iacobo, Commendatore Monasterij Burgensis, Diffinitoribus pro Provincia Castellæ, & Portugalliæ; & Fr. Ioanne de Reygada, Magistro in Theologia, Provinciale Provinciæ Francię, ac Commendatore Monasterij Tolosani, & Fr. Alphonso Cota Mag. in Theologia, & Fr. Michaele Masdeni, Vicario perpetuo Montis Floreti, ac Commendatore Monasterij de Huesca, & Fr. Gillelmo Petri, Commendatore Monasterij de Beses, & Fr. Ioanne Martini, Commendatore Monasterij de Barbastro, & Fr. Ferdinando de Corduba, Commendatore Monasterij Toletani, & Fr. Alphõso Cantero, Commendatore Monasterij de Corduba, & Fr. Ferdinando Moro, Commendatore Monasterij de Vbeda, & Fr. Ioanne de Saavedra, Commendatore Monasterij de Cazorla, & Fr. Ioanne de Fierro, Commendatore Monasterij Optensis, & Fr. Martino de Ocio, Commendatore Monasterij Conchensis, & Fr. Martino de Corduba, Commendatore Monasterij de Villagarcia, & Fr. Ioanne de Sancto Vincẽrio, Procuratore Commendatoris, & Conventus de Xerez, & Fr. Alphonso Sarmenton, Commendatore Monasterij Segoviensis, & Fr. Francisco de Mondragon, Locumtenente Commendatoris Monasterij Vallis-Oletani vacantis pro nunc Commendatore, & Fr. Didaco Vallis-Oleti, Commendatore Domus S. MARIÆ de Fontibus prope Aquilare, & Fr. Ioanne de Fromista, Commendatore Monasterij Salmantini, & Fr. Petro de Cabezon, Commẽdatore Monasterij de Colindres, & Fr. Michaele de Aguirre, Commendatore Monasterij de Burceña, & Fr. Ioanne de Ayllon, Commendatore Domus de Soria; & Fr. Alphonso de Quadra, Commendatore Monasterij de Almazan, cum multis alijs Fratribus, & Religiosis Monasteriorum, & Domorum dictæ Provinciæ Regnorum Castellæ, & Portugallię, & cęterarum Provinciarum Ordinis nostri astantibus, & præsentibus in dicto Capitulo, vt in actibus Capituli est videre,

Tenor concordię inter Magistrũ Gẽ. & Provin. Castellæ.

dere, omnibus capitulariter iunctis, & vocatis per Nos dictum Mag. Generalem ad dictum Capitulum Generale, vt moris est, Ordinis nostri, & specialiter ad infrascriptam cõcordiam faciẽdam, eo quód inter Nos Mag. Generalem ex vna parte, & Patres, & Fratres dicti Ordinis Prouinciæ Regnorũ Castellæ, & Portugalliæ ex alia sunt viginti anni, & vltra, quibus sunt ortæ magnæ dissensiones, & discordiæ, vsque ad hodiernum diem durantes, tam super Prouincialatu dictæ Prouinciç, an esset officium in dicto Ordine ad nostri nutum reuocabile, an non? quam super dandis Commendis in dicta Prouincia, vtrum ad Nos Mag. Generalem, vel ad Prouincialem dictæ Prouinciæ pro tẽpore existentem dictarum Commendarum concessio pertineat? Et super visitatione dictæ Prouinciæ, ad quem debeat spectare? Et super bonis Commendatorum, & Fratrum decedentium, & ab hac vita migrantium in dicta Prouincia qualiter debeant distribui? & ad quem distributio pertineat? Et super electione Magistri Generalis, si vacare contigerit, quas, & quales voces in dicta electione dicta Prouincia debet obtinere? & super terra Lepuscuæ, vtrùm pertineat ad dictam Prouinciam Regnorum Castellæ, & Portugalliæ in dicto Ordine, eo quod est in Episcopatibus Pampilonæ, & Baionæ? Et super Domibus dicti Ordinis de Murcia, & Lorca, cuius sint Prouinciæ in dicto Ordine, an dictæ Prouinciæ Regnorum Castellæ, & Portugalliæ, an Valentiæ? Et super alijs Ciuitatibus, Villis, Oppidis, Castris, terris, & locis, de quibus dubitatur cuius sunt Prouinciæ, eo quod cadant in confinibus Regnorum? Et super iure, quod dicunt Generales Magistri sibi competere de bonis Commendatorum, & Fratrum decedentium in dicto Ordine, de quibus dicunt sibi certam partem competere? Et super contributionibus, & exactionibus, quę solent in dicto Ordine peti, & exigi, & distribui, tam pro Procuratore eiusdem, existente in Curia Romana, quam pro alijs negotijs Ordinis, quæ continuò incidunt, & emergunt, & super alijs negotijs, & causis tangentibus, & concernentibus regimen, & gubernationem dictæ Prouinciæ, & Monasteriorũ, & Domorum eiusdem, & Commendatorum, & Fratrum in eadem Prouincia degentium, & commorantium.

Litigia inter M. Gen. & Prouinciã Castellæ.

Dubia inter M. Gẽ. & Prouinciam Castellę, super quæ erat contentio.

6 Et quia super prædictis omnibus, & singulis, dicta diuissione durãte, magna scandala, damna, & sumptus dicto Ordini euenerunt, & quotidie eueniũt; Ideò Nos dictus Mag. Generalis attendentes, quod si dicta diuissio non cessaret, Diuinus cultus in dicto Ordine minueretur, & magna damna, & incommoda dicto Ordini euenirent, & opus sanctum Redemptionis Captiuorum, ad quod dictus Ordo noster principaliter est institutus, debitum non consequeretur effectum, ideò volentes omnia supradicta euitare, propter bonum pacis, & concordiæ, & vt dictus Ordo, & eorum Fratres spiritu tranquillo Domino possint famulari, ad perpetuam, & futuram rei memoriam nomine nostro, & successorum nostrorum iustè, & canonicè intrantium conuenimus, pactamus, & componimus, & trãsigimus omnia supradicta, & eorum singula eis annexa, & connexa, & ab eis dependentia, & emergentia cum vobis Fr. Didaco de Muros, Magistro in Sacra Theologia, Prouinciale in dicta Prouincia Regnorum Castellæ, & Portugalliæ, qui præsens estis, & cum omnibus Successoribus vestris in dicto Prouincialatu, & Prouincia, cum omnibus Prioribus, Commendatoribus, & Religiosis viris dicti Ordinis dictæ Prouinciæ, tam præsentibus, quam absentibus, & cum omnibus successoribus suis in dicta Prouincia degentibus, & commorantibus quomodolibet in futurum.

Motiua cõcordiæ.

7 Et Nos dicti Prouinciales, & Diffinitores, Commendatores, & Fratres in dicto Capitulo prouincialiter assistentes nomine nostro, & absentium, & futurorum post Nos pactamus, & transigimus, & conuenimus cum vobis dicto Reuerendo Magistro Generali mutuó hìc, & indè æquali cõuentione perpetuò duratura modo sequenti, vt inferiùs est scriptum.

8 Primò, quod Prouincialatus in dicta Prouincia Regnorum Castellæ, & Portugalliæ, non sit in Ordine nostro officium reuocabile ad nutum Magistri Generalis pro nunc, vel pro tempore existentis, sicut cætera officia Ordinis, sed sit beneficium, dignitas, & personatus in Ordine nostro, à quo Prouincialis pro nunc, vel pro tempore existens non possit amoueri per Magistrum Generalem Ordinis, nisi, ex iustis, & legitimis causis, & prius citatus, & auditus, & legitimè conuictus, iuris ordine seruato, & secundum Canonicas sanctiones.

Pacta cõcordiæ.

Quod Prouincialis Castell. non possit ab officio reuocari à M. nisi iuridice.

9 Item, quod dum dictum Prouincialatum vacare contigerit per decessum, vel recessum Prouincialis pro nunc, vel pro tempore existentis, maneat in dicta Prouincia Vicarius, & Locumtenens Prouincialis, qui fuerit, Vicarius vniuersalis in dicta Prouincia in spiritualibus, & temporalibus ipsius Prouincialis, per cuius decessum, vel recessum

Quod in morte Prouincialis maneat Vicarius Prou. qui in omnibus guberner, nec possit Cõmendatores eligere.

re,aut privare,sed aliquo moriête, Præsidem instituere

recessum Provincialatus vacaverit: Et quòd dictus Locumtenens habeat omnimodam potestatem in dicta Provincia, præterquam quod non possit quēquam sua Commenda privare, vel alicui de Commenda providere: & si aliquam Commendam vacare contigerit per mortem alicuius Commendatoris, vel aliàs, possit in eadem Commenda vnum Gubernatorem, & Locumtenentem Commendatoris ponere, Commēdatorem tamen non.

Præfati Vicarij Provin.fit ad electio nem Pro vincialis cōvocare.

10 Et iste Vicarius, & dictum locum tenens Provincialis debet convocare omnes Commendatores Monasteriorum, & Domorum, & omnes Graduatos, Magistros videlicet, Licentiatos, & Præsentatos in Theologia, & eos Baccalaureos in Theologia, quos constiterit gradum Baccalaureatus in Theologia in aliqua Vniversitate recepisse de licentia Ordinis, ad electionem faciendam novi Provincialis in dicta Provincia.

Domus Capitularis.

Quando fieri debet electio.

11 Qui omnes Electores debeant congregari in Monasterio, & Conventu, in quo ipse Provincialis, per cuius recessum, vel decessum ipse Provincialatus vacavit, erat Commendator: & dicti Electores debeant congregari, & eligere à die, qua dictus Provincialatus vacaverit, vsque ad nonaginta dies inclusivè; & Electus debet se præsentare cum electione facta, à die quo electus fuerit, vsque ad sexaginta dies inclusivè coram R.M.Generali per se, vel per suum legitimum Procuratorem: & M. Generalis debeat electionem factam à dictis Electoribus, vel à maiori, & saniori parte eorum confirmare à die, quo electio sibi fuerit præsentata, vsque ad triginta dies inclusivè; & si fortè dicti Electores intra dictos nonaginta dies dictam electionem non fecerint, pro illa vice dumtaxat ius amittant eligendi, & ipse M.Generalis pro illa vice de Provincialatu in dicta Provincia possit providere; & si Electus à die, quo fuerit electus vsque ad dictos sexaginta dies cum electione coram dicto R.M.Generali se non præsentaverit, vt dictum est, electio sit nulla, & Electores debeant de novo iterum eligere: & si Mag. Generalis electionem intra triginta dictos dies non confirmaverit, aut distulerit confirmare, pro illa vice dumtaxat ius amittat confirmandi, & spectet confirmatio ad Sedem Apostolicam.

Provincialis electus perat cō firmationem à M. Gen.

M.Gen. debeat electionem cōfirmare

Casus devolutionis ad M. Gen.

Casus devolutionis ad Sedem Apostolicam.

Electus iuret obedientiam M.Gen.

12 Item, quod quando Electus per M. Generalem fuerit confirmandus, debeat iurare, quod ipse erit obediens dicto M.Generali, & successoribus eius, præstando sibi, & successoribus suis debitam reverentiam, & obedientiam, & quod annis singulis solvet R. M. Generali vestuarium, in quo Provincia Regnorum Castellæ, & Portugalliæ ipsi M. Generali obligatur, & forma iuramenti talis est.

Et quod reddet ei singulis annis vestuarium.

Forma iuramenti.

13 Ego N. iuro per Deum, & S.Dei Evangelia, quæ manibus proprijs tango, quod ero semper obediens vobis N. M. Generali Ordinis S. MARIÆ de Mercede, & successoribus vestris iustè, & canonicè intrantibus in omnibus liciris, & honestis obtemperabo, & obediam mandatis vestris, & successorum vestrorum secundum constitutiones, & statuta Ordinis nostri sacri, & pacta, quæ M.Generalis debet observare Provinciali Provinciç Regnorum Castellç, & Portugalliæ: & iuro quod annis singulis solvam vobis, & successoribus vestris vestuarium, in quo dicta Provincia Magistro Ordinis obligatur, sic me Deus adiuvet, & hæc Sancta Dei Evangelia.

Provincia lis Castellæ habeat plenum posse, & vices Generalis in sua Provincia.

14 Item, quod Provincialis Provinciæ Regnorum Castellæ, & Portugalliç in dicta Provincia habeat plenū posse, & gerat in omnibus, & per omnia, tam in spiritualibus, quam in tēporalibus vices Generalis, cui pleno iure cōpetat regimen dictæ Provinciç, tam in dandis Commendis, quam in visitatione Monasteriorum, & Domorum, Commendatorum, & Fratrum dictæ Provinciæ, & celebrandis Capitulis particularibus, & Provincialibus in dicta Provincia, & in eis statuendi, & ordinandi cum Patribus dictæ Provinciæ quidquid in dicta Provincia fuerit statuendum, & ordinandum, & licentijs dandis, & transmutationibus Fratrum ipsius Provinciæ, & in omnibus alijs, quæ concernunt regimen, gubernationem, & statum Monasteriorum, & Domorum, Commendatorum, & Fratrum dictæ Provinciæ: & quod M. Generalis non possit quemquam superiorem ipso Provinciali ponere, vel mittere in dictam Provinciam: liceat tamen, & possit M. Generalis Fratres cæterarum Provinciarum Ordinis licentiare ad tempus, vt veniant in dictam Provinciam studij, vel peregrinationis, vel negociationis causa; qui dum in dicta Provincia steterint, & resederint, obediant ipsi Provinciali, sicut cæteri Fratres Provinciç.

M. Gen. non possit in causis Provinciç se intromittere.

15 Item, quod M. Generalis, nunc, vel pro tempore existens non se intromittat in dandis Commendis, visitationibus, nec in audiendis, vel determinandis negotijs, & causis Commendatorum, & Fratrum dictæ Provinciæ immediatè, & per simplicem quęrelam, nec in cæteris, quę ad gubernationem, & statum dictæ Provinciæ spectant, sed

hæc ad Provincialem Provinciæ pertineant pleno iure. Si tamen Commendator, vel Frater dictæ Provinciæ senserit se in aliquo gravari à Provinciali possit liberè ad M. Generalem adire, & causam suam contra ipsum Provincialem proponere per viam appellationis, aut simplicis querelæ, qui Mag. Generalis habeat primo petere cautionem sufficientem à Fratre, qui se dixerit in aliquo gravatum per supradictum Provincialem, de expensis, si succubuerit in probatione eorum, quę dicit: & præstita cautione M. Generalis faciat citari Provincialem, vt per se, vel per suũ Procuratorem compareat reddens rationem de talibus, quæ sibi opponuntur, & eo vocato, & audito, quod iustum fuerit M. Generalis decernat, & quod decreverit faciat per censuram Ecclesiasticam observari. Si tamen M. Generalis sufficientem cautionem non susceperit de expensis ab actore, vel accusatore, ipse M. Generalis teneatur solvere. Sed si accusator non potuerit pro expensis cautionem præstare, ne sua pereat iustitia, possit M. Generalis Provincialem ad iudicium evocare: & si succubuerit accusator carceri mancipetur, vel aliàs provt de iure venerit puniendus, & tunc ipse M. Generalis ad expensas non teneatur. Super nulla tamen causa, aut negotio civili, nec criminali M. Generalis possit ipsum Provincialem personaliter ad iudicium trahere, sufficiat quod per Procuratorem sufficientem, & idoneum compareat.

Si Fratres gravantur à Provinciali possint ad M. Gen. appellare.

Cautionē reddat accusãs pro expensis, aliàs solvat eas M. Gen.

Provincialis non obligatur per se cõparere, sed possit per Procuratorem.

16 Item, quod M. Generalis nihil exigat, aut petat, nec sibi debeatur de bonis Commendatorum, & Fratrum in dicta Provincia decedentium, sed dispositio eorum pertineat ad Provincialem, & Provinciam, sicut cætera. Item, quod terra Lepuscuæ, & Domus, seu Monasteria de Murcia, de Lorca, & omnes aliæ Civitates, Villę, Oppida, Castra, & loca, quæ sunt in omnibus dominijs, & Regnis Illustrissimorum Regum Castellæ, & Portugalliæ pertineant, & spectent in dicto Ordine ad sæpè dictam Provinciam Regnorum Castellę, & Portugalliæ, & Provincialis disponat de ijs sicut de cæteris, & omnia, quæ sunt extra dominium Illustrissimorum Regum Castellæ, & Portugalliæ, & in alijs Regnis vbicumque sint, sive aliarum Provinciarum, & Cõventuum, provt M. Generalis decreverit.

Bona Fratrum decedentiũ in ea Provincia ad eius Provincialis dispositionem pertineant.

Cõvētus, & loca dominij Regis Castellæ pertineant ad eius Provinciam.

17 Item, quod si M. Generalis celebraverit, vel celebrare decreverit Capitulum Generale extra dictam Provinciam, teneatur hoc insinuare Provinciali Provinciæ Regnorũ Castellæ, & Portugalliæ, qui Provincialis vnà cum Provincia mittat, si voluerit duos Definitores ad Capitulum Generale, sicut est scriptum in constitutionibus nostris; si tamen non decreverit mittere, non compellatur. Magister tamen Gen. non possit celebrare Capitulum Generale in Provincia Regnorum Castellæ, & Portugalliæ, nisi hoc petatur per Provincialem, & Provinciam, & fiat de eorum assensu. Et si hoc fuerit petitum M. Generalis possit venire, vel mittere vnum Locumtenentem ad celebrandum dictum Capitulum Generale in dicta Provincia, quo Capitulo durante, M. Generalis, vel sui Locumtenens com consilio, & assensu Provincialis, & Definitorum Provinciæ determinent, decernant, & iudicent omnia determinanda, & facienda in Capitulo, tangentia ad dictam Provinciã. Finito autem Capitulo nulla penes M. Generalem, vel eius Locumtenentem maneat potestas in ijs, quæ concernunt statum, & gubernationem dictę Provinciæ, Monasteriorum, & Domorum, Commendatorum, & Fratrum eiusdem. Ad tale autem Capitulum celebrãdum veniant duo Definitores cæterarum Provinciarum, si voluerint, si autem noluerint, non sint constricti.

Liberum sit Provinciali mittere duos Definitores ad Capit. Gen. extra Provinciam.

Non possit M. Gē. nisi de assensu Provinciæ Castellæ in ea Cap. Gen. indicere.

Finito Cap. nullã exerceat in ea Provincia M. Gen. iurisdictionẽ.

18 Item, quod in electione M. Generalis, cum vacare contigerit, observetur provt iacet constitutio antiqua, quæ loquitur de electione Magistri Generalis, quæ incipit: *Statuimus, & præsenti constitutione irrefragabili, ac perpetuo valitura ordinamus.* Item, quod postquam electus fuerit, & confirmatus in Mag. Generalem insinuet, & significet Provinciali dictę Provincię Regnorum Castellæ, & Portugalliæ, qui Provincialis habeat ire ad Mag. Generalem noviter creatum, & confirmatum, vel mittere Procuratorem suum; cui Mag. Generalis teneatur ostendere cõfirmationem suam, & qualiter est pacificus M. Generalis in Ordine, & tunc Provincialis, vel ab eo missus petat à Mag. Generali quod observet omnia, & singula, quæ hic sunt scripta: & præstito iuramento per R. M. Generalem, tũc ipse Provincialis, vel ab eo missus præstet nomine totius Provinciæ ei obedientiam. Si verò M. Generalis noluerit iurare, non habeatur pro M. Generali in dicta Provincia Regnorum Castellæ, & Portugalliæ, nec ei Provincialis, & Provincia obediant tanquam Magistro Gen. nec ei vestuarium solvant, per Provinciam solvendum Mag. Generali, donec iuret; forma autem iuramenti talis est.

In electio ne M. Gē. servetur constitutio antiqua.

Magistro Gen. confirmato mittat Provincialis, vel vadat, vt iuratis his pactis præstet ei obedientiam.

Forma iuramenti præstandi à M. Gen. noviter electo.

19 Nos Fr. N. Magister Generalis totius Ordinis S. MARIÆ de Mercede Redemp-

Redemptionis Captivorum iuramus vobis NN. nomine Provincialis, & Provinciæ Regnorum Castellæ, & Portugalliæ Ordinis nostri, per Deum, & Sacrosancta Dei Evangelia, quæ manibus nostris tangimus, quod observabimus vobis dicto Provinciali, & Provinciæ omnia, & singula pacta, contracta, & conventa inter Mag. Generalem, & dictam Provinciam, quæ fuerunt facta olim per R.P. bonæ memoriæ Fr. Natalem Gaver Magistrum in artibus, & in Theologia dicti Ordinis Magistrū Generalem Prędecessorem nostrum, in Capitulo Generali celebrato in Conventu, seu Monasterio nostri Ordinis Civitatis Guadalfaxaræ extra muros, Toletanæ Diœcesis S. Antolini vulgariter nuncupato, quæ fuerunt laudata, approbata, & iurata per dictum Capitulū. Sic Deus nos adiuvet, & hæc Sacrosancta Dei Evangelia. Et hoc iuramentum teneatur Mag. Generalis reddere in scriptis, manu propria, & nomine suo subscriptum, & suo sigillo munitum ipsi Provinciali, vel ab eo misso, vt in Provinciam ducat; alias Provincia non habeat ipsum pro Mag. Generali cui nec vestuarium solvat, vt superius est scriptum.

Iuramentū fiat in scriptis.

20 Item quod Provincialis dictæ Provinciæ Regnorum Castellæ, & Portugalliæ nunc, vel pro tempore existens nomine dictæ Provinciæ solvat annis singulis R. Mag. Generali pro vestuario suo quadraginta duplas auri Castellanas, vel eorum iustam æstimationem, positas, & solutas in Monasterio Ordinis nostri Civitatis Valentiæ annis singulis, vsque ad diem Nativitatis Beati Ioannis Baptistæ. Et si Generalis in dicto Monasterio Civitatis Valentiæ non fuerit, solventur dictæ duplæ suo Procuratori, si præsens extiterit, sin autem Commendatori, vel eius Locumtenenti in dicto Monasterio, qui si noluerit recipere, non obligetur dictus Provincialis illo anno iterum mittere, sed Mag. Generalis teneatur propriis expensis illo anno mittere ad Provincialem pro solutione illarum quadraginta duplarum,

Quota vestuarij red dendi M. Generali.

21 Et cum contigerit Provincialem dictæ Provinciæ Regnorum Castellæ, & Portugalliæ mori, antequam Magister Generalis, habeat equitaturam Provincialis, & meliorem taxam, quàm ipse habebat cum mortuus est, & hæc sint iura Mag. Generalis in dicta Provincia præcise, & dumtaxat.

Mortuo Provinciali, eius equitatura pertineat M. Gē.

22 Item si contingat aliquem de dicta Provincia Regnorum Castellæ, & Portugalliæ eligi, & assumi in Mag. Generalem Ordinis, omnia, quæ sunt superius scripta observet, & faciat observari cęteris Provincijs Ordinis; ita tantum, vt cęteræ Provincię sibi exhibeant, & persolvant pro vestuario suo octoginta duplas aureas Castellanas, vel earum æstimationem, positas, & solutas annis singulis vsque ad dictum diem S. Ioannis Baptistæ in Conventu, seu Monasterio Ordinis Civitatis Toleti.

Quid tenēātur pro vestuario solvere aliæ Provinciæ.

23 Et cum aliquem Provincialem cęterarum Provinciarum mori contingat, habeat Mag. Generalis equitaturam, & taxam, sicut superius est scriptum. Et si talis electus, & confirmatus in Mag. Generalem fuerit ipse Provincialis Regnorum Castellæ, & Portugalliæ, nullus, eo durante, sit Provincialis in dicta Provincia, sed ipse regat illam. Si autem alius, qui non fuerit Provincialis dictæ Provinciæ fuerit electus de dicta Provincia in Mag. Generalem, & confirmatus, qui erat Provincialis maneat in suo Provincialatu, & solvat dictas quadraginta duplas, sicut superius est expositum; & Mag. Generalis nō possit in dicta Provincia in alijs se intromittere, sicut si non esset de Provincia electus.

Quid quādo Provincialis, vel alius dictę Provinciæ eligitur in M. Gener.

24 Item quod quotiescumque Provincialis dictæ Provinciæ Regnorū Castellæ, & Portugalliæ voluerit copiare, vel facere copiari, & cum decreti interpositione transcribi Privilegia, & indulta Ordini concessa, vsque in præsentem diem, & requisiverit à R. M. Generali, vt faciat sibi originalia exhiberi, ipse Mag. Generalis teneatur hoc facere gratis, nihil exigendo, ita vt ipse Provincialis, vel ab eo missus possit facere copiari, & in publicam formam redigi propriis expensis dictæ Provinciæ, & ad dictam Provinciam sic copiata, & ad publicam formam redacta possit ducere. Hoc etiam teneatur facere dictus Provincialis, quotiescumque à M. Generali, vel à quocumque Provinciali cęterarum Provinciarum dicti Ordinis nostri fuerit requisitus, & hoc de omnibus indulgentijs, privilegijs, indultis, gratijs, & exemptionibus à Sede Apostolica dicto Ordini nostro vsque in hodiernum diem concessis. De concedendis vero talis servetur ordo, quod si M. Generalis cum cęteris Provincijs Ordinis aliqua obtinere voluerit à Sede Apostolica, quibus Provincia Regnorum Castellæ, & Portugalliæ gaudere velit, M. Generalis teneatur exhibere originalia, vt faciat in publicam formam redigi, sicut superius est scriptum: ita tamen, vt Provincia solvat tertiam partem taxæ in ipsis litteris Apostolicis positæ, & si Provincialis eiusdem Provinciæ Castellæ, & Portugalliæ obtinuerit, quibus M. Generalis, & cęteræ Provinciæ gaudere voluerint, quod solvant Provinciali, & Provinciæ duas partes dictæ

M Generalis requisitus teneatur exhibere Provinciali originalia privilegiorum.

dictæ taxæ; sumptus vero, & expensas impertrantis, & quidquid talia concessa constiterint vltra dictam taxam Apostolicam, eis positam, solvat Provincia, quæ originalia tenuerit.

25 In ceteris vero negotijs, & causis Ordinis expediendis, & impetrandis, & in contributione Procuratoris Ordinis pro Romana Curia, & in ceteris contributionibus, nihil dicta Provincia Regnorum Castellæ, & Portugalliæ cum ceteris Provincijs de similibus cōtribuat, nec persolvat, nisi hoc pervenerit de Provincialis, & dictæ Provinciæ assensu: liceat tamen, & possit Provincialis, & Provincia Regnorum Castellæ, & Portugalliæ Ordinis nostri suū Procuratorem continuum, vel ad tempus habere in Curia Romana, pro suis causis, & negotijs expediendis, nulla obtenta, nec petita à Mag. Generali licentia; in quibus negotijs, & causis nil ceteræ Provinciæ Ordinis habeant contribuere, nisi hoc venerit de earum assensu.

Quid de expensis Procuratoris Gen. in Vrbe.

26 Et vt omnia supradicta, & singula rata, firma, & illibata permaneant perpetuis futuris temporibus duratura, Nos Fr. Natalis Gaver M. in artibus, & in Theologia, totius Ordinis S. MARIÆ de Mercede, Redemptionis Captivorū, Dei, & Apostolicæ Sedis gratia M. Generalis nomine nostro, & successorum nostrorum iustè, & canonice intrātium, & Nos Fr. Didacus de Muros M. in Theologia Provinciæ Regnorum Castellæ, & Portugalliæ dicti Ordinis S. MARIÆ de Mercede Redemptionis Captivorum Provincialis nomine nostro, & successorum nostrorum canonice intrātium, & dictæ Provinciæ iuramus ambo, & vnusquisque nostrum per Deum, & Sacrosancta Dei Evangelia, quæ manibus nostris tangimus, omnia supradicta, & singula observare, & facere observari sub pœna periurij, & infamię, & sub pęna, quam super nos, & successores nostros ponimus: quod si Mag. Generalis nunc, vel pro tempore existens omnia supradicta, & singula non observaverit, amittat vestuarium, in quo sibi obligatur dicta Provincia per vnum annum; & si requisitus ex parte Provincialis dictæ Provinciæ non revocaverit, quidquid fuerit, vsque ad viginti dies, quod ipso facto amittat, & perdat vestuariū, quod ipsi tenetur solvere Provincia per totam vitam suam: & quod incidat in pęnas Cameræ Apostolicæ, pro qua Camera Apostolica solvat etiam quingentos ducatos de Camera, quibus se reddit condemnatū ex nunc provt ex tūc, & ex tunc provt ex nunc.

Iurantur statuta.

Pœnæ pro corū fractione.

27 Et si Provincialis dictæ Provinciæ Regnorum Castellæ, & Portugaliæ pro nunc, vel pro tempore existens non solverit annis singulis dictas quadraginta duplas Mag. Generali, vt superius continetur, solvat dictas quadraginta duplas cum duplo: & si requisitus ex parte Magistri Generalis non solvat dictas quadraginta duplas cum duplo, & cum expensis, quas fecerit Mag. Generalis mittendo ad requirendum eum, vsque ad octoginta dies, à quo fuerit requisitus, ipso facto sit privatus Provincialatu, & Mag. Generalis mittat ad Provinciam, quatenùs Electores eligāt; qui si remissi etiam, & negligentes fuerint in electione à die, qua requisiti fuerint ex parte Mag. Generalis, vsque ad nonaginta dies, pro illa vice Mag. Generalis provideat de Provincialatu: & insuper Provincialis sic amotus incurrat pęnas Cameræ Apostolicæ, pro quo etiam solvat quingentos ducatos de Camera, quibus ex nunc provt ex tunc, & ex tunc provt ex nunc se reddit condemnatum.

28 Et ad maioris roboris firmitatem Nos dicti Diffinitores, & Commendatores, & Fratres in dicto Capitulo personaliter assistentes omnes capitulariter iuncti cum dicto R. M. Generali, & cum dicto Provinciale nomine totius Ordinis tàm præsentium, quàm absentium, & omnium futurorum in dicto Ordine laudamus, & approbamus, & firmamus, & consentimus omnia supradicta, & singula pacta, compositiones, & transactiones inter dictum R. M. Generalem; & dictam Provinciam factas, perpetuis temporibus duraturas: Et iutamus per Sacra Dei Evangelia, quæ manibus nostris tangimus illa omnia, & singula perpetuo, & inviolabiliter observare, & facere observari; sic Deus nos adiuvet, & hæc Sacrosancta Dei Evangelia, sub penis supra contentis, quas super nos, & super successores nostros, tàm absentes, quàm futuros ponimus.

Confirmantur, & iurantur pacta à toto Capitulo.

29 Et vt omnia, & singula supradicta sint maioris roboris, & firmamenti, omnes nos dicti Mag. Generalis, & Provincialis, & Diffinitores, & Commendatores, & Fratres in dicto Capitulo assistentes, iuncti, & Capitulariter supplicamus Summo Pontifici, quatenùs Sanctitas sua dignetur nobis hæc omnia, & singula confirmare, laudare, & approbare, non obstātibus constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, & dicti Ordinis, & quibusvis indultis, & privilegijs per Sedem Apostolicam dicto Ordini cōcessis, & etiam iuramento vallatis, & contrarijs alijs quibuscumque.

Petitur confirmatio Sedis Apostolic.

30 In quorum omnium, & singulorum fidem, & testimonium quatuor publi-

publica instrumenta eiusdem tenoris fieri iussimus, & per Notarium infrascriptum in publicam formam redigi, vt Mag. Generalis portaret duo, vt essent in certis Provincijs ad futuram rei memoriam, & duo manerent in dicta Provincia Regnorum Castellæ, & Portugalliæ propter casus inopinatos, qui evenire solent; vt si alterum eorũ amitti contigerit, alterum illorum remaneret, vnumquodque eorum subscriptum manibus, & nominibus nostri M. Generalis, & dictorũ Provincialis, & Diffinitorum dicti Capituli, clausum per Notarium publicum infrascriptum, sigillatum sigillis appendentibus Generalatus nostri Mag. Generalis officij, & Provincialatus dicti Provincialis.

Clausio concordiæ

31 Acta, dicta, tractata, iurata fuerunt hæc omnia, & singula supradicta intra dictum Monasterium dicti Ordinis dictæ Civitatis Guadalfaxaræ extra muros, in vigilia S. Michaelis, 28. die, scilicet, mensis Septembris, anno à Nativitate Domini 1467. præsentibus ibidem honorabilibus, & discretis, viris Ioanne Guterri de Ezija Archipresbytero dictæ Civitatis Guadalfaxaræ, & Alphonso Poncij, & Alphonso Sanctij Clericis eiusdem Civitatis, testibus ad præmissa vocatis, pariter, & assumptis: Fr. Natalis Ordinis Mercedis Mag. Generalis. Fr. Antonius Pascuet M. Prior Barcinonensis, pro Provincia Cathaloniæ Definitor. Fr. Didacus M. Provincialis, Provinciæ Castellæ, & Portugalliæ, & pro eadem Provincia Definitor. Fr. Georgius de la Puerta Commendator Daroce Definitor pro Provincia Cathaloniæ. Fr. Velascus de Figueroa Cõmendator, ac Provinciæ Castellæ, & Portugalliæ Definitor. Fr. Ludovicus Commendator Burgensis, Provinciæ Regnorum Castellæ, & Portugalliæ Definitor. Fr. Petrus de Logroño Commendator pro Provincia Regnorum Castellæ, & Portugalliæ Definitor.

Subscriptio cócordiæ.

32 *Et ego Alphonsus Didaci de Cifuentes incola, & habitator Civitatis Guadalfaxara Toletana Diœcesis, Sedis Apostolica authoritate publicus Notarius, omnibus, & singulis supradictis, dum, vt premittitur, dicerentur, fierent, & iurarentur, vna cum pranominatis testibus interfui, & presens fui, eaque omnia, & singula dici, & iurari audivi, & vidi, & in notam sumpsi, ex qua prasens publicum instrumentum confeci, aliena manu subscriptum, & in hanc publicam formã redegi, clausumque, & subscriptum manibus, & nominibus dictorum RR. Mag. Generalis, Provincialis, & Definitorum in dicto Capitulo, signo, & nomine meis solitis signavi, & subscripsi in fidem, & testimonium rogatus, & requisitus loco, die, mense, & anno, quibus supra cum desuper scriptis in 66. linea vbi dicitur Ordinis, & in 71. vbi dicitur omnium, & in 76. vbi dicitur Commẽdatores, & Fratres, & in 77. vbi dicitur, & Alphonsus Didaci Apostolicus Notarius.*

Signũ Notarij, & clausio.

33 Nulli ergo omninò hominum liceat, hanc paginam nostræ confirmationis, approbationis, & communitionis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis hoc autem attentare præsumpserit, indignationem Omnipotentis Dei, & BB. Petri, & Pauli Apostolorum eius se noverit incursurum.

Imprecatio in contradictores.

Datis Romæ apud S. Petrum anno Incarnat. Dominicæ 1469. 10. Kalendas Februarij, Pontific. nostri anno 6.

Huius authentica servatur Barcinona, eam affert vetus Bull.

CReavit ad annum 1464. Episcopũ Tuidensem in Gallecia præfatum Castellæ, & Portugalliæ Provincialem Fr. Didacum de Muros Regis Enrici Castellç Concionatorem, & ab eo ad Summum Pontificem, aliosque Principes sæpius legatum.

Fr. Didacus de Muros Episc. Tuidensis creatur.

PAVLO II. qui obijt anno 1471. succedit

SIXTVS IV.

Savonensis, Ligur, Fr. Franciscus de Ruvere. Ordinis Fratrum Minorum, Presbyter Cardinalis, Tit. S. Petri ad Vincula. Creatus 5. Idus Augusti, anno 1471. Coronatus 8. Kalendas Septembris eiusdem. Vixit annos 13. dies 4. Creavit Cardinales 34. Obijt pridiè Idus Augusti, anno 1484. Sepelitur in Basilica S. Petri.

SIXTI IV.

CONSTITVTIO I.

Vigesimo Magistro Generali V. P. Fr. Natale Gaver. Procuratore in Vrbe P. Fr. Francisco Barthulono.

COMPENDIVM.

Indulgentias (vt colligitur) impartit benefactoribus Redemptionis.

SIXTVS EPISCOPVS, SERVVS servorum Dei, &c. Rationi convenit, congruit æquitati, vt ea, quæ de Romani Pontificis gratia processerunt, licet eius superveniente obitu, litteræ Apo-

Edita an. 1471.

Iam ergo vivæ vocis oraculo

gratiæ fuerat concessa.

Apostolicæ super illis confectæ non fuerint suum consequantur effectum.

1 Dudum siquidem fœl. rec. Paulo Papæ II. Prædecessori nostro pro parte Francisci de Barthulono Ordinis Beatę MARIÆ de Mercede Redemptionis Captivorum expositum est, quod cum aliàs ipse, qui prædicationi verbi Dei pro liberatione Christianorum, qui apud Barbaros Christi nominis inimicos dure carceribus detinebantur, ne Fidem Sanctam Catholicam, & ortodoxam abnegent, operam dare cupiebat, habitum per Frarres dicti Ordinis Beatæ MARIÆ gestari solitum suscepisset, & illum per septennium gestavisset, provt nunc gestabat, mulras eleemosynas à pluribus Christi Fidelibus in Regno Siciliæ vltra Pharum sibi ad liberationem Captivorum huiusmodi oblaras recepisset, & ex illis triginta Christianos, qui aqud Barbaros ipsos gravi, & intolerabili servitute detinebantur, liberaverat, & in dies plures Chtistianos cum Dei auxilio, & eleemosynis sibi erogandis ab eadem servitute liberare intendebat, &c.:::

Redēptio facta à M. Barthulono.

Datis Romæ apud S.Petrum anno Incarnationis Dominicæ 1471.8.Kalendas Septembris.

Hanc Bullam ita truncatam originalem invenit in archivo nostri Conventus Panormi M.Vargas, qui sic eam affert loco cit. fol. 330.

SIXTI IV.

CONSTITVTIO II.

Vigesimo primo Mag.Generali V. P. Fr.Laurentio Company.

COMPENDIVM.

Prædecessorum suorum, & Regum privilegia confirmat, & aliqua speciali gratia roborat.

Edita an. 1472.

SIXTVS EPISCOPVS, SERVVS servorum Dei ad futuram rei memoriam. Dilectis filijs Magistro Generali, & Fratribus Ordinis Beatæ MARIÆ, de Mercede Redemptionis Captivorum, sub Regula Sancti Augustini degentibus, Salutem, & Apostolicam Benedictionem. Cum à nobis peritur, quod iustum est, & honestum, tam vigor æquitatis, quàm ordo exigit rarionis, vt id per solicitudinem officij nostri ad debitum perducarur effectum.

1 Eapropter, dilecti in Domino filij, vestris iustis postulationibus grato concurrentes assensu, omnes libertates, & immunitates à Prædecessoribus nostris Romanis Pontificibus, sive per privilegia, sive alias indulgentias vobis, & Ordini vestro concessas, necnon libertates, & exemptiones Secularium exactionum à Regibus, & Principibus, vel alijs Christi Fidelibus rationabiliter vobis, & Ordini vestro indultas, sicuti ea iustè, & pacificè obtinetis, vobis, & per vos eidem Ordini authoritate Apostolica approbamus, & confirmamus, & de gratia speciali de novo concedimus, & præsentis scripti partocinio communimus.

Privilegia confirmat

2 Specialiter autem nonnullas gratias, ac alias indulgentias per Alexandrum IV. Clemētem VI. Nicolaum III. Prædecessores nostros misericorditer elargitas, quarum tenores immediatè subscribuntur, authoritate prædicta cōfirmamus, ac approbamus, ac plenum robur obtinere, & perpetuis viribus subsistere decernimus; mandantes, conrenra in eis perpetuis temporibus inviolabiliter observari, iravt illis, vel eorum effectui per alias quasvis Apostolicas, aut Sedis Apostolicæ Legatorum litteras, quorumcumque tenorum fuerint, & quascumque in se derogatorias clausulas continentes, derogari non possint, nisi, de eisdem litteris Apostolicis de verbo ad verbum, & eiusdem Magistri dicti Ordinis pro tempore existētis nomine, & cognomine facta fuerit mentio specialis, non obstantibus constitutionibus, & ordinationibus, cęterisque contrarijs quibuscumque.

Specialia indulta à liquorum Pontificū cōfirmat, & irrevocabilia reddit.

3 Volumus etiam, & de gratia speciali concedimus pro animarum remedio salutari, vt illa Bulla sive gratia, quæ à Domino Alexandro Papa IV. data fuit, sit plenaria, itavt in vita, & in mortis articulo toties quoties benefactores Redemptionis Captivorum Christianorum in eo fuerint constituti, ab omnibus peccatis suis valeant obtinere plenariam remissionem, corde contriti, & ore confessi.

Declarat indulgentias ab Alex. IV. benefactoribus Redemptionis cōcessas esse plenarias.

4 Necnon etiam volumus quod illa Bulla à Nicolao Papa III. concessa, quæ pro vivis, & defunctis data fuit, scilicet pro animabus Patris, & Matris, sit generalis etiam pro omnibus animabus defunctorum, sive Patris, sive Matris, sive viri, sive vxoris, vel generaliter pro illis, qui beneficium conrulerint, vel fecerint, in Domino relaxamus pariter, & dimittimus illam pœnam, quàm post lucem huius sęculi pro peccatis purgandis pati mereantur authoritate Apostolica, solvendo pro quolibet defuncto illud pretium designatū à Domino Nicolao Papa III. conrinens duos florennos auri Aragoniæ, vel eius pretium æquivalens.

Eamdem declaratione sua prę cōcessione Nicolai III. facit.

Volu-

Taxaelecmosynæ Redéptionis pro pauperibus valeât Fratres minuere.

5 Volumus etiam quod si fortè aliquis Fidelis Catholicus illo pretio nimis graverur, videlicet quia non valeat persolvere illud supradictum pretium propter nimiam paupertatem, seu inopiam, Fratres dicti Ordinis possint, & valeant arbitrari vsque ad medietatem pretij præfati, vel secundum facultatem bonorum gentium.

Alexandri Papæ IV. tenor talis est.

Alex. IV. Constitut. 6. benefactoribus indulgentias, & alia privilegia concedit.

Alexander Episcopus, Servus servorum Dei Venerabilibus Fratribus Archiepiscopis, Episcopis, & dilectis filijs Abbatibus, Prioribus, &c. Provt Sacra pagina testatur particeps mercedis efficitur, &c. *Insere Bullam VI. Alexandri IV. pag.* 11.

Clementis Papæ VI. tenor talis est.

Clem. VI. Bull. 3. cócedés plenariam indulgentiá confratribus duos florenos erogantibus pro Captivis.

Clemens Episcopus, Servus servorum Dei. Vniversis Christi Fidelibus, ad quos præsentes litteræ pervenerit, &c. Licet indigentibus vniversis aperire teneamur viscera charitatis, &c. *Insere Bull. 3. Clem. IV. pag.* 40.

Tenor Nicolai Papæ III. talis est.

Nicol. III. Bull. I. cócedés plenariam indulgétiá proParentibus defúctis eius qui præstat fores cóntulerit, &c.

Nicolaus Episcopus, Servus servorum Dei. Ad futuram rei memoriam. Omnibus Christi Fidelibus, ad quos litteræ istæ pervenerint, &c. Cum Magister Generalis, & Fratres Beatæ MARIÆ de Mercede, &c. *Insere Bullam* 1. *Nicolai III. pag.* 24.

6 Nec non dilectis filijs Magistro Generali, Prioribus, seu Commendatoribus dicti Ordinis personas vestras, & locum, in quo estis Divinis obsequijs mancipati cum omnibus bonis, quę impræsentiarum rationabiliter, & iustè possideris, aut in futurum iustis modis, præstante Domino, poteritis quomodolibet adipisci sub Beati Petri, & nostra protectione suscipimus, specialiter autem terras, possessiones, domos, vineas, prata, pascua, nemora, molendina, & alia bona mobilia, & immobilia ad pręfatum Ordinem legitimè spectantia, ea omnia sicuti iustè, & pacificè possideris, vobis, & per vos eidem Ordini vestro authoritate Apostolica confirmamus, & præsentis scripti patrocinio cōmunimus.

Nós & bona nostra sub Apostolica protectione suscipit, & privilegia confirmat.

Contradictores reprimit.

7 Nulli ergo omninò hominum liceat, hanc paginam nostræ confirmationis, & concessionis, susceptionis, & communitionis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem Omnipotentis Dei, & BB. Petri, & Pauli Apostolorum eius se noverit incursurum.

Datis Romæ apud S. Petrum, anno Incarnationis Dominicæ 1472. 4. Kalendas Septembris, Pontificatus nostri anno 2.

Extant authentica huius Bullæ trāsumpta apud Generalia Conventuum nostrorum Matriti, & Barchinonæ Archiva: quam & adducunt Bullar. vet. authentic. Ordin. nostri Bull. 2. huius Pontific. fol. 109. *& M. Vargas in dicta Chronic. pag.* 330. *ad finem.*

SIXTI IV.

CONSTITVTIO III.

Vigesimo primo Mag Generali V. P. Fr. Laurentio Company.

AD instantiam Magistri Fratris Petri de Logtoño concedit in favorem, vtilitatem, & augmentum Monasterij nostri Ordinis Civitatis Guadalfaxaræ annuos redditus cuiusdam eremitorij quod sua ipse solertia obtinuerat.

Datis Romæ apud S. Petrum, anno Incarnationis Dominicæ 1473. die 10. Aprilis, Pontificatus sui anno 3.

SIXTI IV.

CONSTITVTIO IV.

Vigesimo primo Mag. Generali V. P. Fr. Laurentio Company.

AD supplicationem Commendatoris, & Fratrum Conventus nostri Ordinis Civitatis Segoviensis facultatem concedit, in prædicti Conventus causis, emergentibusque negotijs Iudicem conservatorem eligendi.

Datis Romæ apud S. Petrum anno Incarnat. Dominicæ 1474. pridiè Kalendas Septembris, Pontificatus sui anno 4.

Vtriusque meminit citat. Bullar. fol. 110. *& M. Vargas, pag.* 332. *& pag.* 334.

SIXTI IV.

CONSTITVTIO V.

Vigesimo primo Mag. Generali V. P. Fr. Laurentio Company.

COMPENDIVM.

Prædecessorum suorum, specialiter Callixti III. & aliorum privilegia Ordini nostro concessa confirmat.

Edita an. 1478.

SIXTVS EPISCOPVS, SERVVS servorum Dei. Ad perpetuam rei memoriam.

N Sedis

Sedis Apostolicæ gratiosa benigniras pijs quarumlibet, & præsertim sublimium, ac aliarum sub regulari castimonia Domino militantium personarum, quarum labore, industria, & auxilio vtriusque sexus Christi Fideles in miserabilem servitutem, & Captivitatem Sarracenorum Christi Fidei inimicorum dari, à servitute, & Captivitate huiusmodi liberantur, votis libenter annuit, & his, quæ ab ea pro Religiosis huiusmodi personis, ac earum officio faciliùs exercendo processisse comperit, interdum Apostolici muniminis vinculum, vt eo firmius illibata persistant, quo frequentiori suo fuerint præsidio pro tempore stabilita, cum ab ea petitur, vberius adjicit, prout Catholicorum Principum exposcit devotio, & in Domino conspicit salubriter expedire.

Exordiū.

1 Dudum siquidèm fælicis recordationis Callixtus Papa III. Prædecessor noster nonnulla præcepta, monitiones, concessiones, relaxationes, & remissiones, ac omnia, & singula in quibusdam litteris per pię memorię Bonifacium VIII. Alexandrum IV. Clementem VI. Gregorium XI. Martin. V. & Eugenium IV. Romanos Pontifices etiam Prædecessores nostros Generali, & Fratribus Beatæ MARIÆ de Mercede Redemptionis Captivorum sub Regula Sancti Augustini viventibus concessa, contenta, & inde sequuta quæcumque authoritate Apostolica, & ex certa scientia approbavit, & confirmavit, ac Apostolici scripti patrocinio communivit, decernens illa perpetuis futuris temporibus irrefragabiliter observari, prout tunc hactenùs ritè, & pacificè observata fuerant, prout in dicti Callixti Prædecessoris litteris, quibus aliorum Prædecessorum litteræ sunt insertæ, & quas de verbo ad verbum præsentibus inseri fecimus, plenius continetur.

Memorat Bullam 3. Callix. III

2 Quare pro parte charissimi in Christo filij Ioannis Aragonum Regis Illustris, Generalis, & Fratrum dicti Ordinis dilectorum filiorum asserentium dictum Ordinem per præclaræ memoriæ Aragonum Reges dicti Ioannis Prædecessores fundatum fuisse, ipsosque Generalem, & Fratres ex eleemosynis, quas in Christi Fidelibus inveniunt, Fideles Captivos à Captivitate huiusmodi liberare, nobis fuit humiliter supplicatum, vt omnia, & singula per Callixtum, & alios Prædecessores Generali, & Fratribus Ordinis huiusmodi concessa, & in omnibus litteris prædictis contenta robur perpetuæ firmitatis obtinere decernere, illaque eis denuo concedere: Et vt Christi Fideles libentius, & promptius ad Christi Fidelium Captivorum, apud eosdem Sarracenos detentorum, Redemptionem, & libertationem manus porrigant adiutrices, vt omnes, & singuli vtriusque sexus Christi Fideles, qui in ingressu Confraternitatis dicti Ordinis duos solidos cum dimidio monetæ iacensis, & quolibet anno septem denarios præfatæ monetæ, aut tantum in æquivalenti moneta pro Redemptione Captivorum huiusmodi erogaverint, quemcūque Presbyterum Sæcularem, vel Regularem in suum possint eligere Confessorem, qui eorum Confessione diligenter audita, eos, & eorum quemlibet ab omnibus, & singulis excessibus, peccatis, criminibus, & delictis, Sedi prędictę nō reservatis, semel in vita absolvere, & pœnitentiam salutarem iniungere, necnon in mortis articulo plenariam omnium peccatorum suorum remissionem, & indulgentiam concedere valeant, perperuo statuere, & ordinare, aliàsque in præmissis opportune providere de Apostolica benignitate dignaremur.

Ioannis Regis supplicatio pro cōfirmatione privilegiorum, & novorum concessione.

3 Nos igitùr qui Christi Fideles prędictos à Captivitate, & servitute huiusmodi nostris potissimè temporibus liberari summoperè affectamus, huiusmodi supplicationibus inclinati, omnia, & singula per Callixtum, & alios Prædecessores Romanos Pontifices prædictos Generali, & Fratribus prædictis concessa, ac in Callixti, & insertis aliorum Prædecessorum litteris contenta robur perpetuæ firmitatis obtinere authoritate prædicta ex certa nostra scientia tenore præsentium decernimus, illaque Generali, & Fratribus prædictis, prout sibi per eosdem Prædecessores nostros concessa fuerunt de novo concedimus.

Privilegia nostra cōfirmat, & de novo concedit.

3 Ac vt omnes, & singuli vtriusque sexus Christi Fideles præfati, qui in ingressu Confraternitatis prædictæ duos solidos cum dimidio, & quolibet anno septem denarios huiusmodi, aut tātumdem, vt ręfertur, pro Redemptione prędicta erogaverint, quemcumque Presbyterum Sæcularem, vel Regularem in suum possint eligere Confessorem, qui eorum confessione diligenter audita, eos, & eorum quemlibet ab omnibus, & singulis excessibus, peccatis, criminibus, & delictis Sedi Apostolicæ nō reservatis semel in vita absolvere, & pœnitentiam salutarem iniungere, nec non in mortis articulo plenariam omnium peccatorum suorum remissionē, & indulgentiam, conferre valeant authoritate, & scientia nostra prædictis, earumdem præsentium tenore perpetuo statuimus, & ordinamus, non obstantibus Constitutionibus, & Ordinationibus,

Confratri: bus nostris vt possint eligere cōfessarium qui eos à non reservatis Papę absolvat, & in mortis articulo plenariam indulgentiā impendat.

bus, ac quibusvis litteris Apostolicis suspensionum, & revocationum indulgentiarum quarumcumque tàm à nobis, quàm à recolendæ mem. Pio II. & Paulo etiam II. similiter Romanis Pontificibus, etiam Predecessoribus nostris, ac Callixto prædicto cum quibusdam etiam derogatoriarum derogatorijs, & alijs fortioribus, & insolitis clausulis emanatis, & etiam à nobis emanandis, quorumcumque tenorum existāt, etiam si in illis expressè caveatur, vt in eis nullatenus, aut non nisi sub certis modo, & forma tunc expressis derogari possit, quas, & illarum vim, seu effectum ad præmissa non extendi debere, sive posse, etiam decernimus, & pariter declaramus, cæterisque contrarijs quibuscumque. Tenor vero dictarum litterarum talis est.

Non obstantibus quibuscumque.

Callixtus Episcopus, Servus servorum Dei. Ad perpetuam rei memoriam. Dispositione Divina, &c. *Insere Bullam 3. Callixti III. p. 80.*

Callix. III. Bull. 3.

5 Nulli ergo omninò hominum liceat, hanc paginam nostræ constitutionis, & concessionis, statuti, decreti, & declarationis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem Omnipotentis Dei, & Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum eius se noverit incursurum.

Imprecatio in contradictores.

Datis Romæ apud S. Petrum, anno Incarnationis Dominicæ 1478. 7. Kalendas Novembris, Pontificatus nostri anno 8.

Habetur authentica in præfatis archivis, & veteri Bullario, eam affert M. Vargas.

SIXTI IV.

CONSTITVTIO VI.

Vigesimo primo Mag. Generali V. P. Fr. Laurentio Company.

COMPENDIVM.

Redemptionem, à nobis factam commemorat, Generali Magistro, Redemptoribus, eorum Socijs, & Captivis, semel in vita, & toties quoties in articulo mortis ab omnibus etiam Sedi Apostolicę reservatis criminibus absolvit, & plenariam indulgentiam largitur.

SIXTUS EPISCOPUS, SERVUS servorum Dei. Ad perpetuam rei memoriam.

Edita an. 1478.

Tunc Pastoralis officij debitum exercere censemus, dum Sacræ Religioni adstrictarum, ac pro liberatione, & Redemptione Christi Fidelium in miserabili Captivitate, & servitute Sarracenorum detentorum laborantium pro tempore deputatarum personarum, nec non fidelium eorundem animarum salutem procuramus.

1 Cum itaque, sicut accepimus, dilecti filij Generalis, & Fratres Ordinis Beatæ MARIÆ de Mercede Captivorum sub Regula Sancti Augustini, quem claræ memoriæ Iacobus Aragonū Rex fundavit, eleemosynis à Christi Fidelibus pia largitione adquisitis fideles apud Sarracenos eosdem in dura Captivitate, & servitute detentos, ne nomen Christi blasphement, & abnegent ipsius Fidem, redimere consueverint, ac anno proximè præterito, centum & octoginta Christianos apud Sarracenos in servitute huiusmodi detentos præsatis eleemosynis ab eadem servitute redemerint, & propriæ libertati restituerint.

Redemptio in qua Fr. Ioan. Rodriguez, & Fr. Petrus Teruel pro Aragonia, & Castella liberarunt 180. Captivos.

2 Nos cupientes animarum saluti Generalis, & Fratrum dicti Ordinis, nec non per illos ad redimendum dictos Captivos eiusdem Ordinis Fratrum, ac eorum Sociorum pro tempore deputatorum, ac Captivorum huiusmodi consulere, authoritate Apostolica tenore præsentium perpetuo statuimus, & ordinamus, vt Generalis, & Fratres dicti Ordinis præsentes tantum, ac pro Redemptione huiusmodi quinque, vel sex dumtaxat deputati, & pro tempore deputandi Fratres, & singuli eorum Socij, nec non Captivi præsentes, & futuri quemcumque Presbyterum Sæcularem, vel Regularem in suum possint eligere Confessorem, qui eorum Confessione diligenter audita, eos, & ipsorum quemlibet à quibusvis excessibus, delictis, criminibus, & peccatis per eos commissis, de quibus ore confessi, & corde contriti fuerint, etiamsi talia forent propter quę Sedes Apostolica esset merito consulenda: scilicet Generalem, & Fratres præsentes tantum, ac in Captivitate detentos semel in vita dumtaxat, & deputatos, & pro tempore deputandos ad Redemptionē Captivorū, ac Socios eorum huiusmodi toties quoties pro ipsa Redemptione ad ipsos infideles mitterentur, absolvere, & pœnitentiam salutarem iniungere: ac ipsis omnibus in mortis articulo plenariam omnium peccatorum suorum remissionem, & indulgentiam in sinceritate Fidei, vnitate S. Romanæ Ecclesiæ, ac obedientia, & devotione nostra, vel successorum nostrorum Romanorum Pontificum canonice intrantium persistentibus, dicta authoritate largiri possit, & valeat: non obstantibus constitutionibus,

M. Generali, sex Redemptoribus, eorum Socijs Fratribus præsentibus, & Captivis præsentibus, & futuris, quod possint eligere Confessorem, qui eos ab omnibus peccatis etiam Sedi Apostolicæ reservatis absolvat, & in mortis articulo plenariam indulgentiam concedat.

bus, & ordinationibus, ac quibusvis aliis litteris Apostolicis suspensionum, & revocationum plenariarum indulgentiarum quarumcũque, tam à Nobis, quàm à fœl. rec. Callixto III. Pio II. & Paulo etiam II. Romanis Pontificibus Prædecessoribus nostris, cum quibusvis etiam derogatoriarum derogatorijs, ac aliis fortioribus, & insolitis clausulis emanatis, & à Nobis emanandis, quorumcumque tenorum existant, etiam si in illis expressè caveatur, vt eis nullatenus, aut nisi sub certis modis, & forma tunc expressis derogari possit, quarum vim, & effectum ad præmissa non extendi debere decernimus, pariter & declaramus, cæterisque contrarijs quibuscumque.

Non obstātibus quibuscūque.

3 Nulli ergo omninò hominum liceat, hanc paginam nostræ ordinationis, constitutionis, declarationis, & statuti infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem Omnipotentis Dei, & Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum eius se noverit incursurum.

Imprecatio in cōtradictores.

Datis Romæ apud S. Petrum, anno Incarnationis Dominicæ 1478. 7. Kalendas Novembris, Pontific. nostri anno 8.

Eam affert Vargas, & vetus Bull. habetur authentica Barcinonæ, & Matriti, & apud Cherubinum tom. 4. in Appendice Const. 8.

SIXTI IV.

CONSTITVTIO VII.

Vigesimo secundo M. Generali V. P. Fr. Antonio Morell.

COMPENDIVM.

Commissionem facit Officiali Tolosano, vt electionem Mag. Generalis in persona præfati Antonij, si canonicè factam comperit, authoritate Apostolica confirmet.

Edita an. 1480.

SIXTUS EPISCOPVS, SERVVS servorum Dei. Dilecto filio Officiali Tolosano, salutem, & Apostolicam Benedictionem.

1 Inter solicitudines varias, quibus assiduè premimur, illa potissimè pulsat, & excitat mẽtem nostram, vt opem, & operam, quantùm cum Deo possumus impendamus, quod singulæ Religiones per idoneas personas fœliciter gubernentur: & his quæ propterea processisse dicuntur, vt illibata persistant, Apostolici mandamus adjici muniminis firmitatem.

2 Exhibita siquidèm Nobis nuper pro parte dilecti filij Antonij Morelli Ordinis Beatæ MARIÆ de Mercede Captivorum sub Regula Sancti Augustini, & Theologiæ Professoris petitio continebat, quòd aliàs, Magistratu Generali dicti Ordinis, cui quondam Laurentius Company ipsius Ordinis Magister Generalis, dum viveret, præsidebat, per obitum eiusdem Laurentij, qui extra Romanam Curiam diem clausit extremã, vacante, dilecti filij Fratres dicti Ordinis pro electione futuri ipsius Magistri Generalis Capitulum Generare celebrantes, præfatum Antonium in eorum, & eiusdem Ordinis Magistrum Generalem concorditer elegerũt, prout in quodam publico instrumento desuper confecto dicitur pleniùs contineri.

3 Quare pro parte dicti Antonij Nobis fuit humiliter supplicatum, vt eidem electioni pro illius subsistentia firmiori robur Apostolicæ confirmationis adjicere, aliàsque in præmissis opportunè providere de benignitate Apostolica dignaremur.

4 Nos itaque de præmissis certam notitiam non habentes, ipsumque Antonium à quibuscumque excommunicationis, suspensionis, ac interdicti, ac alijs Ecclesiasticis sententijs, censuris, & pœnis à iure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatus existit, ad effectum præsentium dumtaxat consequendum, harum serie absolventes, & absolutum fore censentes, huiusmodi supplicationibus inclinati, discretioni tuæ per Apostolica scripta mandamus, quatenus, si, & postquam tibi de electione huiusmodi, & quod illa de persona idonea, & canonicè celebrata fuerit, legitimè constiterit, electionem ipsam, & prout illam concernunt, omnia, & singula in dicto instrumento contenta authoritate nostra approbes, & confirmes, suppleasque omnes, & singulos defectus, tam iuris, quàm facti, siqui forsan intervenerint in eadem. Non obstantibus Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, ac dicti Ordinis iuramento, Confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis, statutis, & consuetudinibus contrarijs quibuscumque.

Datis Romæ apud S. Petrum anno Incarnationis Dominicæ 1480. 12. Kalendas Maij, Pontificatus nostri anno 8.

Huius authenticam vide in Archivo Matritensi.

SIXTI IV.

CONSTITVTIO VIII.

Vigesimo secundo Mag. Generali P.Fr. Antonio Morell.

Procuratore in Vrbe Fr. Ludovico Ruiz.

COMPENDIVM.

Indulgentias pro opere Redemptionis concessas à revocatione generali, qua omnes affecit, per annum excipit motu proprio.

Edita an. 1481.

SIXTUS EPISCOPUS, SERVUS servorum Dei. Ad futuram rei memoriam.

Providentia Sedis Apostolicæ plurimum circumspecta nonnunquam ea, quæ certis suadentibus causis indulsit, alijs non minus punderandis rationibus in alia parte perstringit, prout in Domino conspicit salubriter expedire.

1. Dudum siquidèm, videlicet sub datum pridie nonas Decembris, Pontificatus nostri anno decimo, universos Christi Fideles ad porrigẽdum manus adiutrices ad pium, & pernecessarium opus defensionis Fidei ab imminenti Turcarum pressura, & per indulgentiarum concessionem, & nostras litteras invitare, & per Prædicatores verbi Dei exhortari curavimus. Et ne propter multitudinem indulgentiarum, tam à Nobis, quam à Prædecessoribus nostris concessarum Fideles Christi ad impertiendum suffragia huiusmodi in hoc sancto opere tardiores existerent, omnes indulgentias à Nobis, & ab eadem Sede, vel eius authoritate quibuscumque Ecclesijs, Monasterijs, Hospitalibus, & pijs locis, Universitatibus, & Confratrijs, & singularibus personis plenarias, temporales, & perpetuas in vita, vel in mortis articulo concessas ad triennium proximum tunc futurum de plenitudine potestatis suspendimus, illasque nemini, dicto durãte triennio, voluimus in vita, & in morte aliquatenùs suffragari (indolgẽtijs Basilicarum almæ Vrbis, & pro defensione Insolæ Rhodi extra terras, & dominia Romanæ Ecclesiæ immediatè subiecta, & ad recuperationem Civitatis Idionis in Regno Siciliæ citra Pharum, & Appulliam solum cõcessis dumtaxat exceptis) prohibuimusque illas prædicari, & publicari, & earum prætextu à Quæstoribus eleemosynarum aliquid postulari, prout in dictis litteris plenius continetur.

Indulgentiarum ad triennium derogatio

2. Postmodum vero dilectus filius Ludovicus Ruiz, Præceptor Domus Podij Valentię, Ordinis B. MARIÆ de Mercede Redemptionis Captivorum, Nobis exposuit; quamplurimos Christi Fideles, qui Captivi detinebãtur apud infideles, per ipsum Ludovicum, Magistrum Generalem, & Fratres dicti Ordinis ad opus ipsum Redemptionis deputatos ab ipsis infidelibus pijs Christi Fidelium suffragijs pro magna pecuniæ summa redemptos fuisse, & ulterius nobis diversimodè certificaverit, quod apud eosdem infideles quamplurimi Christiani in diversis mundi partibus detinentur; dubitatque ne illi, spe Redemptionis sublata, obdurati, in qua detinẽtur servitute, ortodoxã Fidẽ abnegẽt, ipsorumq; infideliũ sequãtur errores, in animarum suarum periculum.

Redemptio facta à Fr. Ludovico Ruiz Podij Commendatore.

3. Nos igitur ipsorum Captivorum servitutes, & incommoda paternis deplorantes affectibus, & periculo huiusmodi animarum eorũdem obviam ire cupientes, & ne opus ipsum, utile, & necessarium Redemptionis Captivorum, prætextu suspensionis prædictæ iterum deficientibus Fidelium suffragijs, quibus Captivi præfati redimuntur interrumpatur, providere cupientes, & volentes, motu proprio (non ad Magistri, & Fratrum prædictorum, vel alterius pro eis oblatæ nobis petitionis instantiam, sed de nostra liberalitate) quascumque indulgentias concessas quolibet modo à nobis, vel Prædecessoribus nostris porrigentibus manus adiutrices ad Redemptionem Captivorum eorumdem, quam Magister Generalis, & Fratres dicti Ordinis prosequuntur concessas, à suspensione prædicta ad annum dumtaxat, à data præsentium computandum, authoritate Apostolica tenore præsentium excipimus, easque anno huiusmodi durante reducimus in pristinum, & eumdem statum, in quo erant antequã suspensio prædicta emanaret. Ac volumus, dictisque Magistro, & Fratribus concedimus, ut anno huiusmodi durante illas publicare, ac publicari facere, & illarum vigore pia suffragia pro Redemptione huiusmodi postulare libetè, & licitè valeant sicut prius, perinde ac si in suspensionis prædictæ indulgentiarum tempore, unà cum alijs ibidem exceptis indulgentijs nominatim exceptæ forent, suspensione ipsa in reliquis indulgentijs, & anno ipso decurso, etiam in prædictis Redemptioni huiusmodi concessis in sua firmitate remanente, non obstante suspensione prædicta, & cæteris contrarijs quibuscumque.

Indulgentiæ Redẽptionis excipiuntur à suspensione per annum.

Possint præfatæ indulgentiæ publicari.

Nulli

4 Nulli ergo omninò hominum liceat, hanc paginam nostræ exceptionis, repositionis, voluntatis, & confirmationis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem Omnipotentis Dei, & Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum eius se noverit incursurum.

Imprecatio in contradictores.

Datis Romæ apud Sanctum Petrum, anno Incarnationis Dominicæ 1481. pridie Idus Aprilis, Pontificatus nostri anno 11.

Habetur authentica Barcinonę, & in veteri Bullario.

SIXTI IV.

CONSTITVTIO IX.

Vigesimo secundo Mag. Generali P.Fr.Antonio Morell.

COMPENDIVM.

Monasterium Monialium S. Benedicti S. Mariæ de Conjo nuncupatum extra muros Compostella ab eis derelictum, cum omnibus iuribus, & pertinentijs suis nostro Ordini consignatur.

Edita an. 1481.

SIXTUS EPISCOPUS, SERVUS servorum Dei. Dilecto filio Priori Monasterij B. MARIÆ de Saar, per Priorem soliti gubernari, extra muros Compostellanos, salutem, & Apostolicam Benedictionem.

Sedes Apostolica pia Mater recurrentibus ad eam cum humilitate filijs post excessum se libèter propitiam exhibet, & benignam : illos quoque favore gratioso prosequitur, quibus ad id aliàs propria virtutum merita laudabiliter suffragantur.

1 Exhibita siquidèm Nobis nuper pro parte dilecti filij Didaci de Saldaña Fratris Ordinis B.MARIÆ de Mercede Redemptionis Captivorum in decretis Baccalauri petitio continebat, quod dudū postquam dilecta in Christo filia Maria Alvarez Cuño, Abbatissa Monasterij Monialium S. MARIÆ de Conjo extra muros Compostellanos Ordinis S. Benedicti regimini, & administrationi dicti Monasterij, cui tunc præerat, in manibus V. Fr. nostri Alphonsi Archiepiscopi Compostellani extra Romanam Curiam sponrè, & liberè cesserat, ipseque Alphonsus Archiepiscopus cessionem huiusmodi duxerat admittendam, tam præfatus Alphonsus Archiepiscopus, quam dilectus filius Ioannes Garcię de Bomara Officialis Compostellanus proindè considerātes, quod licèt præfatum Monasterium aliás in suis redditibus, & proventibus satis abundaret, tamen causantibus sinistris certis eventibus Monasterium ipsum ad tantam fructuum, & proventuum prædictorum diminutionem devenerat, quod in eo Abbatissa cum Monialibus vivere, & eius ædificia vsque adeò collapsa erant, quod inibi habitare commodè nequiebanr; ac volentes super his, ne bona dicti Monasterij totaliter deperirent, salubriter providere, dictus Officialis, habens ad hoc, vt asserebat, à præfato Archiepiscopo specialem per eius litteras facultatem, præfatum Didacum facultatis huiusmodi prætextu Administratorem perpetuū dicti Monasterij in spiritualibus, & temporalibus fecit, constituit, & deputavit, licèt de facto, ipse Didacus ad hoc etiam Petri de Logroño tunc Vicarij Generalis dicti Ordinis Beatæ MARIÆ accedente consensu, administrationis huiusmodi vigore, dicti Monasterij possessionem apprehendit, illudque ex tunc rexit, & gubernavit, provt regit, & gubernat de præsenti, fructus, licer paucos, percipiens ex eodem, vt creditur, de facto.

Fr. Didacus de Saldaña, vide infr. inter Episcopos

Cōventus Monialiū S. Mariæ de Conjo ab Abbatissa renūciatur.

Præfatus Didacus dum Presbyter Secularis Administrator dicti Monasterij instituitur.

2 Cum autem, sicut eadem petitio subiungebat, si Monasterium ipsum, suppressis in eo Abbatissali dignitate, & Ordine S. Benedicti huiusmodi, in Domum, & Præceptoriam Domus dicti Ordinis de Mercede erigeretur, multo melius statui eiusdem Monasterij provideretur: quare pro parte dicti Didaci asserentis, quod in ipso Monasterio, nec Abbatissa, neque aliqua Monialis residet de præsenti, Nobis fuit humiliter supplicatum, vt in præmissis opportunè de benignitate Apostolica providere dignaremur.

Petit Monasterium nostro Ordini consignari.

3 Nos igitur præfatum Didacum ab omnibus, & singulis excommunicationis suspensionis, & interdicti, alijsque Ecclesiasticis sententijs, censuris, & pœnis à iure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatus existit, quoad hoc vt præsentium dumtaxat cōsequatur effectus, harum serie absolventes, & absolutum fore censentes, omnemque ab eo inhabilitatis, & infamiæ maculam, sive notam, præmissorum occasione per eum contractam penitùs abolètes, ac volentes ipsum Didacum, qui, vt etiam asserit, dictum Ordinem Beatæ MARIÆ Redemprionis Captivorum expressè professus existit, apud Nos Religionis zelo, litterarum scientia, vitæ, ac morum honestate, alijsque probitatis, & virtutum meritis multipliciter commen-

Fr. Didaci Apostolica commendatio

commendatum, horum intuitu favore prosequi gratioso, aliásque de præmissis certam notitiam non habentes, huiusmodi supplicationibus inclinati, discretioni tuæ per Apostolica scripta mādamus, quatenùs, si vocatis olim Abbatissa dicti Monasterij, & Monialibus, si quæ sint, & alijs, qui fuerint evocandi, tibi de præmissis legitimè constiterit, Monasterium ipsum, suppressis in eo per te Abbatissali dignitate, & Ordine prædictis, in Domum dicti Ordinis Redemptionis Captivorum, & inibi vnam Præceptoriam, quæ Cōventualis, curata, & electiva, quæ tamen generalis non sit, authoritate nostra erigas, & instituas: & si erectionem, & institutionem huiusmodi per te vigore præsentium fieri contigerit, vt præfertur, & per diligentem examinationem eumdem Didacum ad hoc idoneum esse repereris (super quo tuam conscientiam oneramus) Præceptoriam ipsam, cuius fructus, redditus, & proventus quinque librarum Turonensium parvorum secundum communem æstimationem, valorem annuum, vt dictus Didacus etiam asserit, non excedunt, ab eius primæva erectione huiusmodi vacantem, etiamsi dispositioni Apostolicæ specialiter reservata existat, cum omnibus iuribus, & pertinentijs suis ipsi Didaco, illa prius per eum dimissa, authoritate nostra cōferas, & assignes, inducens per te, vel alium, seu alios eumdem Didacum, recepto tamen prius ab eo, nostro, & Romanæ Ecclesiæ nomine, iuxta formam, quam sub Bulla nostra mittimus inclusam, fidelitatis debitæ solito iuramento, vel Procuratorem suum eius nomine in corporalem possessionem Præceptoriæ, iuriumque, & pertinentiarum prædictorum, & defendens inductum, amoto exindè quomolibet illicito detentore, ac faciens Didacum, vel pro eo Procuratorem prædictum ad Præceptoriam tunc erectam huiusmodi, vt moris est, admitti, sibiq; de illius fructibus, redditibus, proventibus, iuribus, & obventionibus integrè responderi, contradictores authoritate nostra, appellatione postposita compescendo.

[Margin: Cōmittit Priori de Saar, vt de præmissis certus Monasterium in Domū nostram cum Præceptoria curata, & electiva cōvertat.]

[Margin: Quod Fr. Didacum Præceptorem Domus instituat, præcipit.]

[Margin: Iura huius Monasterij multiplicia sūt: gaudet dominio temporali, & spirituali, Vicariatu perpetuo S. Eulaliæ de Dena, dominio Oppidi de Brādomes, iure præsentādi ibid. in benef. & in beneficijs locorū de Miños, Nebra, Luci, Sergudæ, S. Michaelis de Cercada, & S. Mich. de Boullon.]

4 Non obstantibus constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, necnon Monasterij, & Ordinum prædictorum, etiam iuramento, confirmatione Apostolica, vel quacumque firmitate alia roboratis, statutis, & consuetudinibus contrarijs quibuscumque, aut si Archiepiscopo Compostellano pro tempore existenti, & dilecto filio Generali dicti Ordinis B. MARIÆ Redemptionis Captivorum, vel quibusvis alijs communiter, vel divisim à præfata sit Sede indultum, quod ad receptionem, vel provisionem alicuius minimè teneatur, & ad id compelli, aut quod interdici, suspendi, vel excommunicari non possit, quodque de Præceptorijs huiusmodi, vel alijs beneficijs Ecclesiasticis ad eorum collationem, provisionem, præsentationem, electionem, seu quamvis aliam dispositionem coniunctim, vel separatim spectātibus nulli valeat provideri per litteras Apostolicas non facientes plenam, & expressam, ac de verbo ad verbum de indulto huiusmodi mentionem, & qualibet alia dictæ Sedis indulgentia generali, vel speciali cuiuscumque tenoris existat, per quam præsentibus non expressam, vel totaliter non insertam effectus earum impediri valeat quomodolibet, vel differri, & de qua, eiusque toto tenore habenda foret in nostris litteris mentio specialis. Nos enim, si dictus Didacus ad hoc repertus fuerit idoneus, vt præfertur, ex nunc per inde irritum decernimus, & inane, si secus super his à quoquam quavis authoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari, ac si de die datarum præsentium eidem Didaco ad hoc reperto idoneo de dicta Præceptoria cum interpositione decreti mandavissemus providere.

[Margin: Non obstantibus quibuscūque.]

[Margin: Irritat secus facta, vel faciēda.]

Datum Romę apud S. Petrum anno Incarnationis Dominicę 1482. 12. Kalend. Aprilis, Pontificatus nostri anno 12.

Servatur originalis in præfato Conventu Compostellano, & authentica trāsumpta Matriti.

SIXTI IV.

CONSTITVTIO X.

Vigesimo secundo Mag. Generali P.Fr.Antonio Morell.

COMPENDIVM.

Bulla quinta superioris plenariam indulgentiam, & facultatem eligendi Confessarium absque contributione annua septem denariorum per solam trium solidorum cum dimidio in ingressu Confraternitatis Confratribus nostris indulget.

SIXTUS EPISCOPUS, SERVUS servorum Dei. Ad perpetuam rei memoriam.

[Margin: Edita an. 1483.]

Quæ ad liberationem Christi Fidelium, in miserabili servitute, & captivitate Satracenorum pro tempore detentorum dudum petentibus sublimibus,

mibus, alijſque ſub regularis iugo obſervantiæ militantibus perſonis per Nos perinde conceſſa fuerunt, non indignè, cum à Nobis petitur, in aliqua parte limitamus, cum ex limitatione huiuſmodi ad liberationem ipſam faciliùs intendi cognoſcamus.

Memorat Bullam ſuam 5.

2 Dudum ſiquidèm cupientes, vt Chriſti Fideles liberius, & promptius ad aliorum Chriſti Fidelium Captivorum, apud eoſdem Sarracenos detentorum, redemptionem, & liberationem manus porrigerent adiutrices, ad ſupplicationem claræ mem. Ioannis Aragonum Regis, ac tunc Generalis, & dilectorum filiorum Fratrum Ordinis B. MARIÆ de Mercede Redemptionis Captivorum, quod omnes, & ſinguli vtriuſque ſexus Chriſti Fideles huiuſmodi, qui in ingreſſu Confraternitatis dicti Ordinis duos ſolidos cum dimidio, & quolibet anno ſeptem denarios monetę Iacenſis, aut tantum cum ęquivalenti moneta pro redemptione, & liberatione Captivorum huiuſmodi erogarent, quemcumque Presbyterum ſęcularem, vel Regularem in ſuum poſſint eligere Confeſſorem, qui eorum confeſſione diligenter audita, eos, & eorum quemlibet ab omnibus, & ſingulis eorum exceſſibus, peccatis, criminibus, & delictis Sedi Apoſtolicę non reſervatis ſemel in vita abſolvere, & pœnitentiam ſalutarem iniungere; necnon in mortis articulo plenariam omnium peccatorum ſuorum remiſſionem, & indulgentiam cōcedere valeret authoritate Apoſtolica ex certa ſcientia ſtatuimus, & ordinavimus, provt in noſtris indè confectis litteris plenius continetur.

Noſtra ſupplicatio pro tollendo Confratribus ſeptē denariorū annualem contributionem

2 Cum autem, ſicut exhibita Nobis nuper pro parte dilecti filij Antonij Motelli Generalis Magiſtri dicti Ordinis, & Fratrum petitio continebat, multi Chriſti Fideles ab ingreſſu dictę Confraternitatis propter annualem ſeptem denariorum huiuſmodi ſolutionem detrahuntur, ac propterea litteræ prędictę Ordini huiuſmodi inutiles redduntur, & Fidelibus captivis prędictis, vt neceſſitas expoſcit, ſubveniri non poſſit, pro parte Antonij Generalis, & Fratrum prędictorum Nobis fuit humiliter ſupplicatum, vt de cętero perpetuis futuris temporibus Fideles prędicti, qui in ingreſſu huiuſmodi tres ſolidos cum dimidio dictę monetę perſolverint, abſque eo quod dictos ſeptem denarios annuatim perſolvant, Confeſſorem huiuſmodi, qui eos modo præmiſſo abſolvere, & plenariam remiſſionem concedere valeat, eligere poſſint ſtatuere, decernere, & ordinare, aliàſque in præmiſſis opportunę providere de benignitate Apoſtolica dignaremur.

3 Nos igitur, qui Fideles prædictos à Captivitate, & ſervitute huiuſmodi noſtris potiſſime temporibus liberari internis deſideramus affectibus, huiuſmodi ſupplicationibus inclinati, vt Chriſti Fideles prædicti, qui in eodem ingreſſu tres ſolidos cum dimidio prædictos de cætero perpetuis futuris tēporibus elargiri fuerint, abſque eo, quod eoſdem ſeptem denarios annuatim ſolvant, Cōfeſſorem ipſum, qui eos modo præmiſſo abſolvat, & plenariam remiſſionem huiuſmodi concedat, eligere liberè, & licitè valeant; ita vt ad ſolutionem ſeptē denariorum annuatim faciēdam huiuſmodi vlterius non teneantur, authoritate Apoſtolica tenore præſentium perpetuo ſtatuimus, decernimus, & ordinamus. Non obſtātibus præmiſſis, ac conſtitutionibus Apoſtolicis, cæteriſque contrarijs quibuſcumque.

Concedit electionē Confeſſoris, & plenariam indulgentiā in mortis articulo, detracta ſeptem denariorum annuali contributione.

4 Nulli ergo omninò hominum liceat, hanc paginam noſtram ſtatuti, decreti, & ordinationis infringere, vel ei auſu temerario contraire. Siquis autem hoc attentare præſumpſerit, indignationem Omnipotentis Dei, & Beatorum Petri, & Pauli Apoſtolorum eius ſe noverit incurſurum.

Imprecatio in cōtradictores.

Datis Romæ apud Sanctum Petrum, anno Incarnat. Dominicæ 1483. 8. Idus Martij, Pontificatus noſtri anno duodecimo.

Extat originalis Matriti, eam affert Vargas, & vetus Bullar. locis cit.

SIXTO IV. qui obijt anno 1484. ſuccedit

INNOCENT. VIII.

Genuenſis Ioannes Baptiſta Cibo Presbyter Cardinalis S. Laurentij in Lucina. Creatus 4. Kalendas. Coronatus pridie Idus Septembris, anno 1484. Vixit annos 7. menſes 10. dies 27. Creavit Cardinales 8. & ex noſtro Ordine Patriarcham, & Epiſcopum. Obijt 8. Kalendas Auguſti, anno 1492. Sepelitur in Baſilica S. Petri.

INNOCENTII VIII.

CONSTITVTIO I.

Vigeſimo ſecundo Mag. Generali P. Fr. Antonio Morell.

COMPENDIVM.

Prędeceſſorum ſuorum, & Regum privilegia noſtro Ordini conceſſa confirmat.

INNOCENTIUS EPISCOPUS, Servus ſervorum Dei. Dilectis filijs Commen-

Edita an 1484.

Commendatori, & Fratribus Domus B. MARIÆ de Mercede Redemptionis Captivorum Barcinonensis, salutem, & Apostolicam Benedictionem.

Cum à nobis petitur quod iustum est, & honestum, tam vigor æquitatis, quam ordo exigit rationis, vt id per solicitudinem officij nostri ad debitum perducatur effectum.

Nostra privilegia confirmat

1 Ea propter, dilecti in Domino filij, vestris iustis postulationibus grato cõcurrẽtes assensu, omnes libertates, & immunitates á Prædecessotibus nostris Romanis Pontificibus, sive per privilegia, vel alia indulta vobis, & Domui vestræ concessa, necnon libertates, & exemptiones sæcularium exactionum à Regibus, & Principibus, & alijs Christi Fidelibus, vobis, & eidem Domui rationabiliter indultas; sicuti eas iustè, & pacificè possidetis, vobis, & per vos eidem Domui authoritate Apostolica confirmamus, & præsentis scripti patrocinio communimus.

Imprecatio in cõtradictores.

2 Nulli ergo omninò hominum liceat, hanc paginam nostræ confirmationis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem Omnipotentis Dei, & Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum eius se noverit incursurum.

Dat. Romę apud S. Petrum, anno Incarnat. Dominicæ 1484. sexto Idus Martij, Pontific. nostri anno 1.

Originalis extat Barcinonę, authentica Matriti, & in veteri Bullario, eam affert Mag. Vargas.

INNOCENTII VIII.

CONSTITVTIO II.

Vigesimo secundo Mag. Generali P. Fr. Antonio Morell.

Procuratore Generali in Vrbe P. Mag. Fr. Gaspare Burguerre, in Theologia Magistro, & Instituti Zelantissimo.

COMPENDIVM.

Contra aliquos Seculares, & Regulares fraudulenter nostras indulgentias ad eleemosynas Redemptionis adquirendas publicantes vniversis Ecclesię Pręlatis mandatum iniungit, vt eos capiant, & adquisita bona nobis consignent, Indulgentias confirmat.

Edita an. 1487.

INNOCENTIVS EPISCOPVS, Servus servorum Dei. Ad futuram rei memoriam.

Venerabilibus Fratribus vniversis Patriarchis, Archiepiscopis, & Episcopis, dilectis filijs Abbatibus, Prioribus, & alijs Parochialium, Metropolitanarum, & Cathedralium Ecclesiarum, & Monasteriorum Prælatis, eorumque Officialibus, & Locũtenentibus, & Vicarijs in spiritualibus, generalibus, Canonicis, & Capitulis vbilibet constitutis, salutem, & Apostolicam Benedictionem.

Exordium

1 Officij nostri debitum exigit, & ipse ordo rationis exposcit, vt opem, & operam, quantum cum Deo possumus, efficaces adhibeamus, quo concessa per Romanos Pontifices Prædecessores nostros Ordini B. MARIÆ de Mercede Redemptionis Captivorum pro liberãdis Captivis Christi Fidelibus, in miserabili servitute, & captivitate Saracenorum pro tempore detentis, suum debitum consequantur effectum, & eleemosynæ, quæ ab huiusmodi colliguntur in alios vsus non convertantur.

Hic Gaspar Burguerre celebris extitit in Sacra Theolog. Mag. nostri Instituti val de studiosus, & dignissimus Ordinis Procurat. in Vrbe.

2 Sanè pro parte dilecti filij Gasparis Burguerre Fratris dicti Ordinis in Theologia Magistri, & eiusdem Ordinis Generalis Procuratoris Nobis exhibita petitio continebat, quod licèt Innocentius IV. Alexander IV. Clemens IV. Callixtus III. Pius II. & Paulus II. ac Sixtus IV. Romani Pontifices Prędecessores nostri proinde attendentes, quod Magister, & Fratres dicti Ordinis propter gravia impensarum onera, quæ propterea de necessitate subire eos oportebat, facultates nõ suppetebant, extantque ad opus tam laudabile peragendum Christi Fidelium suffragia plurimum opportuna, præfatis Magistro, & Fratribus licentiam prædicandi, eleemosynasque petendi, & quamplurima privilegia, & indulgentias Christi Fidelibus manus porrigentibus adiutricis, tam pro vivis, quam pro defunctis, concesserunt, ac omnibus alijs sub certis pœnis, & censuris, vt à prædicationibus abstinerẽt, & eosdem Magistrum, & Fratres, eorumque Procuratores, & Nuntios, non molestarent inhibuerunt; tamen nonnulli, tam sæculares, quam Religiosi volentes à Christi Fidelibus eleemosynas fraudulenter extorquere, privilegia, & indulgentias huiusmodi sine licentia Magistri prædicare, & publicare, ac illorum prætextu eleemosynas extorquere, illasque in suos vsus convertere non verentur, in animarum suarum periculum, ac Magistri, & Fratrum, necnon Captivorum prædictorum præiudicium, & detrimentũ, perniciosumque exemplum, & scandalum plurimorum: quare pro parte dicti Gasparis nobis fuit humiliter supplicatũ,

Fraudulẽti homines nostras indulgẽtias ad capiendas eleemosynas insciente Religione publicabãt

vt super his opportunè providere de benignitate Apostolica dignaremur.

3 Nos cupientes huiusmodi fraudibus obviare, ac debitè providere, quod eleemosynæ huiusmodi in vsus dictorum Captivorum omninò cõvertantur: vt per eos, ad quos pertinent dumtaxat colligantur, discretioni vestræ, & cuilibet vestrum in virtute sanctæ obedientiæ, & sub excommunicationis maioris latæ sententiæ pœna districtè præcipiendo, per Apostolica scripta committimus, vt omnes, & singulas tam sæculares, quam Ecclesiasticas personas, quæ huiusmodi indulgẽtias, & privilegia contra voluntatem Magistri, & Fratrum prædictorum hactenus prædicarunt, ac in posterum prædicare præsumpserint, quoties pro parte dicti Gasparis, aut cuiuslibet alterius ad huiusmodi Redemptionem deputati, fueritis requisiti, authoritate nostra personaliter capi faciatis, & ab huiusmodi prędicationibus cessare, omniaque, & singula pecuniarum summas, res, & bona pro prædictis Captivis redimendis eis largita, & quæ in posterum eis largiri contigerit, penès vos recipiatis, & dicto Gaspari, aut alij, seu alijs deputatis ad id realiter, & cum effectu tradatis, & consignetis, dictoque Gaspari, & omnibus alijs iuxta privilegiorum eis concessorum continentiam, & tenorem, præstare curetis.

Omnibus Ecclesiæ Prælatis sub excõmunicatione pœna iniungit, vt hos perversos homines capiant, bonaque a pud eos reperta nobis cõsignent.

4 Omnibus, & singulis indulgentijs per eosdem Prædecessores eis concessis, eorumque transumptis authenticis manu Notarij publici subscriptis, vel suo sigillo, aut plumbo Cameræ nostræ emanatis fidem indubiam, & si illorum litteræ originales vobis præsentarentur, adhibeatis, & ab alijs adhiberi faciatis, contradictores quoslibet, & rebelles per censuras Ecclesiasticas, ac alia iuris opportuna remedia apponentes compescendo, invocato etiam ad hoc (si opus fuerit) auxilio brachij sæcularis.

Nostris privilegijs fidem iubet adhiberi.

5 Nos enim eidem Gaspari, vt vnum, aut duos cuiuslibet Religionis eiusdem loci, in quo fuerint intelligentes ad prædicandum Evangelium Dei, ac indulgentias pro redimendis Captivis huiusmodi concessas, & hoc spontè facere volentes (suorum superiorum licentia minimè requisita) eligere possit, authoritate Apostolica tenore præsentium de specialis dono gratiæ indulgemus.

Possit præfatus Gaspar de qua vis Religione Prędicatorẽ pro Redeptione assumere etiã sine sui Prælati licentia

6 Non obstantibus constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, necnon omnibus illis, quæ Prædecessores præfati in singulis eorum desuper confectis litteris voluerunt non obstare, cæterisque in contrarium facientibus quibuscumque.

Non obstantibus quibuscũque.

7 Nulli ergo omninò hominum liceat, hanc paginam nostrorum præcepti, commissionis, concessionis, & voluntatis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem Omnipotentis Dei, & Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum eius se noverit incursurum.

Contradictoribus minatur.

Datis Romæ apud S. Petrum, anno Incarnationis Dominicæ 1486. 10. Kalendas Februarij, Pontificatus nostri anno 3.

Extat in authentico in Bullar. antiquo, & apud Mag. Vargas loc. cit.

Creavit ex nostro Ordine ad annũ 1484. Patriarcham Venetum D. Fr. Rodulphum à Bolonia.

D. Fr. Rodulphus à Bolonia Patriarcha Venetus creatur.

V. M. Fr. Didacus de Saldaña, & Roxas Hispanus in Oppido de Saldaña ortus, doctus in Decretis Baccalaurus, atque ideò meritò apud Sixtum IV. probitatis, ac scientiæ commendatus testimonio, Prima extitit Religiosissimi Monasterij nostri S. MARIÆ de Conjo Compostellani fausta soboles, dum enim ipse sæcularis adhuc Presbyter, præfata in Domo à S. Benedicti Monialibus derelicta, Religiosorum more noctu, dieque iugiter Deo vacans, Matutinis media nocte dicendis, & reliquis Divini Officij horis, & precibus stato tempore recitandis, Processionibusque per Claustra peragendis vnus pro multis singulari, & inaudita devotione vir Sanctus incumbit, Beatissimæ Deiparæ, quæ in huiusmodi Sacris laudibus, & Processionibus cum Angelis ei frequens aderat, iussu, Cœnobium præfatum nostro Ordini obtentum aggregat, ab eiusdemque Religionis Fratribus ex Conventu Vallis-Oletano accitis Habitu nostro indutus, & professus, illud, impetrato diplomate, in Paræciã erigit, eiusque perpetuum gerit Commendatorem, & Parochum, quem deinde Catholici Reges Ferdinandus, & Elisabetha Compostellæ commorantes, eius doctrinæ, & sanctitatis fama inducti sibi in Confessarium coöptarunt, ac postmodum Abulensi Ecclesiæ, præfecere Antistitem, quam sanctissimè, quod vixit administravit.

V. Fr. Didacus Saldaña Ep. Abulens. creatur.

INNOCENTIO VIII. qui obijt anno 1492. succedit

ALE-

ALEXANDER VI.

Hispanus, Valentinus, Rodericus Borja, Lenzolius, Iofredi filius, Episcopus Cardinalis Portuensis, & S. Rufinæ, Collegij Decanus, & S.R.E. Vicecancellarius. Creatus 3. Idus Augusti. Coronatus pridie Kalendas Septembris, anno 1492. Vixit annos 11. dies 8. Creavit Cardinales 45. & ex nostro Ordine Episcopum vnum. Obijt 15. Kalend. Septembris, anno 1503. Sepelitur in Basilica Vaticana.

ALEXANDRI VI.

CONSTITVTIO I.

Vigesimo tertio Mag. Generali V.P.Fr.Ioanne Vrgel.

COMPENDIVM.

Ordini nostro à suis Prædecessoribus, & Regibus collata privilegia confirmat.

ALEXANDER EPISCOPVS, Servus servorum Dei. Dilectis filijs Mag. Generali, & Fratribus Ordinis B. MARIÆ de Mercede Redemptionis Captivorum, salutem, & Apostolicam Benedictionem.

Edita an. 1492.

Cum à nobis petitur, quod iustum est, & honestum, tam vigor æquitatis, quàm ordo exigit rationis, vt id per solicitudinem officij nostri ad debitum perducatur effectum.

1 Ea propter, dilecti in Domino filij, vestris iustis postulationibus grato concurrentes assensu, omnes libertates, & immunitates à Prædecessoribus nostris Romanis Pontificibus, sive per privilegia, vel alias indulgentias, & indulta, vobis, & dicto Ordini concessas, necnon libertates, & exemptiones sæcularium exactionum à Regibus, & Principibus, ac alijs Christi Fidelibus vobis, & eidem Ordini rationabiliter indulta, sicuti ea iustè, & pacificè possidetis, vobis, & per vos eidem Ordini authoritate Apostolica confirmamus, & præsentis scripti patrocinio communimus.

Nostra privilegia confirmat

2 Nulli ergo omninò hominum liceat, hanc paginam nostræ confirmationis, & communitionis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem Omnipotentis Dei, & Beatorum Petri, & Pauli se noverit incursurum.

Imprecatio in cõtradictores.

Datis Romæ apud S. Petrum, anno Incarnationis Dominicæ 1492. pridie Nonas Octobris, Pontificatus nostri anno 1.

Habetur originalis Barcinonæ, authentica Matriti, & in veteri Bullario, eam affert M. Vargas vbi sup.

ALEXANDRI VI.

CONSTITVTIO II.

Vigesimo tertio Mag. Generali V.P.Fr.Ioanne Vrgel.

COMPENDIVM.

Ad querelam nostram contra occupantes, & retinentes bona Redemptionis plures Iudices Conservatores designat, qui contra eos à Nobis requisiti de iure procedant.

ALEXANDER EPISCOPVS, Servus servorum Dei. Dilectis filijs S. Saturnini, & Populeti Monasteriorũ, ac sæcularis, & Collegiatæ Ecclesiæ S. Antonini de Medina del Campo, Toletanę, & Tarraconensis, ac Salmanticensis Diœcesum Abbatibus, salutem, & Apostolicam Benedictionem.

Edita an. 1492.

Militanti Ecclesiæ, licèt immeriti, disponente Domino, præsidentes, circa curam Ecclesiarum, & Monasteriorum omnium solertia reddimur indefessa soliciti, vt iuxta debitum Pastoralis officij, eorum occurramus dispendijs, & profectibus, Divina cooperante clementia, salubriter intendamus.

1 Sanè dilectorum filiorum Magistri Generalis, Provincialis, ac Præceptorum Commendatorum nuncupatorum, necnon Fratrum Ordinis Beatæ MARIÆ de Mercede Redemptionis Captivorum conquestione percepimus, quod nonnulli Archiepiscopi, Episcopi, alijque Ecclesiarum Prælati, & aliæ Ecclesiasticæ personæ, tam Religiosæ, quàm sæculares, necnon Duces, Marchiones, Comites, Barones, Nobiles, Milites, Laici, communia Civitatum, Vniversitates Oppidorum, Castrorum, Villarum, & aliorum Locorum, ac aliæ singulares personæ partium diversarum occuparunt, & occupari fecerunt Castra, Villas, & alia loca, terras, domos, possessiones, iura, & iurisdictiones, necnon fructus, census, redditus, & proventus dicti Ordinis, illiusque Præceptoriarum, Prioratuum, beneficiorum, & locorum & nõnulla alia bona mobilia, & immobilia spiritualia, & tẽporalia ad Magistrum,

Conquestio nostra cõtra bona nostra occupantes.

Præceptores, Priores Ordinis, necnon Prioratus, Præceptorias, beneficia, & loca huiusmodi spectantia, ac etiam eleemosynas pro Redemptione dictorum Captivorum percipi consuetas, & ea detinent indebitè occupata, seu ea detinentibus præstant auxilium, consilium, vel favorem. Nonnulli etiam parrium prædictarum, qui nomen Domini in vanum recipere non formidant, eisdem Magistro, Provinciali, Præceptoribus, & Fratribus sub prædictis Castris, Villis, & locis alijs, terris, domibus, & possessionibus, iuribus, & iurisdictionibus, fructibus, censibus, redditibus, proventibus, & eleemosynis Captivorũ, ac perceptione eleemosynarũ, & quibuscumque bonis mobilibus, & immobilibus, spiritualibus, & tẽporalibus, ac aliis rebus, ad eosdem Magistrum, Præceptores, & Fratres spectantibus, ac privilegijs Ordinis prædicti, ac illius personis, & eorum familiaribus, ac inquilinis per Sedem Apostolicam concessis multiplices molestias, & iniurias inferunt, & iacturas. Quare Magister, Provincialis, Præceptores, & Fratres prædicti Nobis humiliter supplicarunt, vt cum eis valdè redderatur difficile pro singulis querelis ad Sedem Apostolicam habere recursum providere ipsis super hoc paterna diligentia curaremus.

Conquestio de iniurijs, ac molestijs nobis inflictis cõtra nostra privilegia

Petitio nostra super his.

2 Nos igitur adversus occupatores, detentores, præsumptores, molestatores, & iniuriatores huiusmodi illo volentes eisdem Magistro, Provinciali, Præceptoribus, Fratribus, personis, familiaribus, & inquilinis remedio subvenire, per quod ipsorum compescatur temeritas, & alijs aditus committendi similia præcludatur, discretioni vestræ per Apostolica scripta mãdamus, quatenùs vos, vel duo, aut vnus vestrum per vos, vel alium, seu alios, etiam si sint extra loca, in quibus deputati estis Conservatores, & Iudices præfatis Magistro, Provinciali, Præceptoribus, Fratribus, personis, familiaribus, & inquilinis nunc, & pro tempore existentibus efficacis defensionis præsidio assistentes, non permittatis eosdem super his, & quibuslibet alijs bonis, & iuribus Magistrum, Provincialem, Præceptores, Fratres, Ordinem, illorumque personas, familiares, & inquilinos prædictos, nunc, & pro tempore existentes ab eisdem, vel quibuslibet alijs indebitè molestari, vel eis gravamina, vel damna, seu iniurias irrogari: facturi dictis Magistro, Provinciali, Præceptoribus, Fratribus, personis, familiaribus, & inquilinis, ac eorum cuilibet, cum ab eis, vel Procuratoribus suis, aut eorum aliquo fueritis requisiti de prædictis, & alijs personis quibuslibet super restitutione huiusmodi Castrorum, Villarum, & aliorum locorum, iurisdictionum, iurium, & bonorum mobilium, & immobilium, redditũum quoque, & proventuum, ac aliorum quorumcumque bonorum, ac dictarum eleemosynarum percipi solitarum perceptione, necnon de quibuslibet alijs molestijs, iniurijs, atque damnis præsentibus, & futuris (in illis videlicet, quæ iudicialem requirunt indaginem summariè, & de plano, sine strepitu, & figura iudicij; in alijs verò prout qualitas negotiorum exegerit) iustitiæ complementum, occupatores, seu detentores, præsumptores, & iniuriatores huiusmodi, necnon contradictores quoslibet, & rebelles, cuiuscumque dignitatis, status, gradus, conditionis, vel Ordinis extiterint quandocumque, & quotiescumque expedierit, authoritate nostra per censuram Ecclesiasticam, appellatione postposita, compescendo, invocato ad hoc, si opus fuerit, auxilio brachij sæcularis.

Committit Abbatibus S. Saturnini Populeti, & S. Antonini, vt bona, & iura nostra per iuris remedia protegant.

4 Cæterùm si forte huiusmodi occupatorum, seu detentorum, præsumptorum, molestatorum, seu iniuriatorum, contradictorum, & rebellium præsentia præmonitionibus, & requisitionibus, seu citationibus per vos, vel aliquem vestrum de ipsis faciendis tutè, & securè haberi nequiverit, Nos vobis monitiones, & requisitiones huiusmodi, & citationes quaslibet per edicta publica locis publicis affigenda, de quibus sit verisimilis coniectura, quod ad notitiam citatorum huiusmodi pervenire valeant, faciendi plenam, & liberam concedimus tenore præsentium facultatem, volentes, vt monitiones, requisitiones, & citationes huiusmodi proinde ipsos citatos, requisitos, & nominatos, vt præmittitur, arctent, ac si eis factæ, & intimatæ præsentialiter extitissent. Non obstantibus fœl. rec. Bonifacij Papæ VIII. Prædecessoris nostri, in quibus cavetur, ne aliquis extra suam Civitatem, & Diœcesim, nisi in certis exceptis casibus, & in illis vltra vnam dietam à fine suæ Diœcesis ad iudicium evocetur, seu ne Iudices, & Conservatores præfati à Sede Apostolica deputati prædicta extra Civitatem, & Diœcesim in quibus deputati fuerint contra quoscumque procedere, seu alij, vel alijs suas vices committere, aut aliquos vltra vnam dietam à fine Diœcesis eorumdem trahere præsumãt, & de duabus dietis in Concilio Generali edita: seu quod de alijs, quam de manifestis iniurijs, & violentijs, quæ iudicialem requirunt indaginem, pœnis in eos, si secus egerint, adiectis, Conservatores

Citatio rebellium fieri valeat per Edicta publica publicis locis affixa.

Non obstanti Cõstit. Bonifacij VIII de vna dieta, &c.

Nec de duabus dietis in Concil. Gen.

Nec obstante privilegio Episcopi Burgensis à Callixto III. concesso.

vatores nullatenùs se intromittant: ac quibusdam per piæ mem. Callixtum Papam III. etiam Prædecessorem nostrum Episcopo Burgensi pro tempore concessis, quibus inter alia motu proprio omnes, & singulas litteras conservatorias, quibusvis Ecclesijs, Monasterijs, prioratibus, dignitatibus, locis, Capitulis, Conventibus, Collegijs, ac etiam studiorum Vniversitatibus, illisque, & aliquibus suis personis, cuiuscumque status, gradus, Ordinis, & conditionis extiterint, etiamsi Patriarchali, Archiepiscopali, Episcopali, Magistrali, seu alia quavis, etiam maiori, Ecclesiastica, vel mundana dignitate præfulgerent, exemptis, etiam motu simili, & ex certa scientia, ac sub quibusvis formis, & expressionibus verborum, & sub quibuscumque clausulis, etiam talibus, quod illæ revocari, seu modificari, aut aliàs eis in aliquo præiudicari non possit, nisi de ipsis, eorumque totis tenoribus de verbo ad verbum specialis, specifica, & expressa mentio, aut aliqualis specificatio fieret, seu certus modus servaretur per eumdem Callixtum, vel alios Romanos Pontifices, aut Sedem Apostolicam prædictam concessas, in quantum Episcopi prædicti, aut successorum suorum pro tempore existentium, nec non Iudicum, & Conservatorum in illis eisdem litteris nostri Prædecessoris deputatorum, ac illius, & illorum personas, iurisdictionem, dominium, potestatem, libertatem, exemptionem, vel authoritatem concernebant, aut concernere poterant, etiamsi personæ ipsæ præfato Episcopo de iure communi subditæ non forent, aut in Civitate, vel Diœcesi Burgensi iurisdictionem ex tenore litterarum eis concessarum exercere valeant authoritate Apostolica ex certa scientia revocavit, cassavit, & annullavit, & pro infectis haberi voluit: concedendas autem, nisi in ipsis de eiusdem Callixti Prædecessoris litteris de verbo ad verbum mentio fieret de eisdem motu, & scientia similibus cum tali earumdem litterarum insertione de plenitudine potestatis expresse derogaretur, ad dictos Episcopi Successores, & Officiales, etiamsi ad illos nominatim, specificè, & expressè extendi viderentur, nullatenus extendi decrevit, & declaravit; necnon præmissas, quæ ad subditos dirigantur, vel quibuslibet alijs concessas, & concedendas conservatorias, quarum omnium, & singularum tenores, ac si de verbo ad verbum insererentur pro expressis haberi voluit quoad Episcopum, Successores, & Officiales, & subditos, vel aliquem eorum tangentes, Ecclesiasticas, vel Sæculares tunc præsentes, vel futuras ad ius commune reduxit: ita vt conservatores, seu ab eis deputati, subconservatores quoad causā dictos Episcopum, Successores, Officiales, & Subditos, vel aliquem eorum tangentem, præterquam de manifestis iniurijs, vel violentijs per eos hactenus commissis, vel in posterum committendis nullatenus cognoscerent, vel aliquam iurisdictionem exercerent, nisi in quantum à iure noscitur esse statutum, & ad quævis alia suam potestatem non extenderent, super quibus eis potestatem omnimodam denegavit: nec Episcopus, Successores, Officiales, & subditi præfati, vel aliquis eorum super alijs causis, & rebus coram dictis Conservatoribus, aut eorum aliquo comparére, seu respondére, aut eorum mandatis parere tenerentur: & insupèr voluit, vt Conservatores prædicti in casibus à iure concessis nullatenus exercere possent, seu deberent quoquo modo, nisi præfato Episcopo, aut ipsius Successoribus pro tempore existentibus de litterarum conservatoriarum tenoribus, ac commissionibus eis factis plenam fidem facerent: ac decrevit ex tunc motu, & scientia prædictis omnes, & singulos processus, nec non excommunicationes, suspensiones, & interdicta, aliasque Sententias, Censuras, & pœnas, & quidquid per dictos Conservatores contra præmissa fieri, vel attentari contingerit irrita, & inania, nulliusque roboris, & momenti existere, necnon similibus, vel dissimilibus litteris, & concessionibus, tam eisdem Burgensi, quàm Legionensi, & Zamorensi Episcopis, & Officialibus super prædictis, vel alijs clausulis derogatoriarum derogatorijs, & decretis, etiam motu, & scientia similibus concessis: quibus (illis aliàs in suo robore permansuris) hac vice dumtaxat derogamus, quàm alijs quibuscumque constitutionibus à Prædecessoribus nostris Romanis Pontificibus, tam de Iudicibus delegatis Conservatoribus, quàm personis vltra certum numerū ad iudicium non vocandis, aut alijs editis, quæ vestræ possent in hac parte iurisdictioni, aut potestati, eiusque libero exercicio quomodolibet obviare, seu si aliquibus communiter, vel divisim à prædicta Sede sit indultum, quod interdici, suspendi, vel excommunicari, seu extra, vel vltra certa loca ad iudicium evocari non possint per litteras Apostolicas non facientes plenam, & expressam, ac de verbo ad verbum de indulto huiusmodi, & de eorum personis, locis, Ordinibus, & nominibus proprijs mentionem, & qualibet alia dictæ Sedis indulgentiā generali, vel speciali, cuiuscumque tenoris existat, per quam præsentibus

tibus non expressam, vel totaliter non insertam vestræ iurisdictionis explicatio in hac parte valeat quomodolibet impediri, de qua eiusq; toto tenore habenda de verbo ad verbum sit in nostris litteris mentio.

Quilibet conservator valeat prosequi articulum ab alio inceptum.

4 Et insupèr volumus, & authoritate Apostolica decernimus, quod quilibet vestrum prosequi valeat articulum, etiam per alium inchoatum, quamvis idem inchoans nullo fuerit impedimẽto canonico præpeditus, quodque à data præsentium sit vobis, & vnicuique vestrum in præmissis omnibus, & eorum singulis cęptis, vel non cęptis, præsentibus, & futuris perpetua potestas, & iurisdictio attributa, vt eo vigore, & firmitate possitis in præmissis omnibus cæptis, & non cæptis, præsentibus, & futuris, & pro prædictis procedere, ac si prædicta omnia, & singula coram vobis cæpta fuissent, & iurisdictio vestra, & cuiuslibet vestrum in prædictis omnibus, & singulis per citationem, vel modum aliquem perpetuata legitime extitissent (constitutione prædicta super Conservatoribus, & alia qualibet in contrariũ edita non obstante) quodque transumpto pręsentium litterarum, manu alicuius Notarij publici subscripto, & sigillo alicuius Episcopi, Archiepiscopi, aut alterius Prælati, seu personæ in dignitate Ecclesiastica constitutæ munito, ea fides in iudicio, & extra adhibeatur, sicuti ipsis originalibus litteris adhiberetur, si forent exhibitæ, vel ostensæ, præsentibus perpetuo valituris.

Eadem fides detur transumptis huius Bullæ, ac originali.

valeant perpetuo.

Datis Romæ apud S. Petrum anno Incarnationis Dominicæ 1492. 18. Kalendas Ianuarij, Pontific. nostri anno 1.

Habetur authentica Barcinone, & in veteri Bullar. eam affert Mag. Vargas.

SVB ALEXANDRO VI.

CONSTITVTIO III.

Vigesimo tertio Mag. Generali V. P. Fr. Ioanne Vrgel.

COMPENDIVM.

Apostolicę Cameræ Auditor confirmationem indulgentiarũ nostrarum à SS. Alex. VI. factam testatur, præcipitque Ecclesię Prelatis, vt eas sub excommunicationis pœna publicari aut faciant, aut permitant.

Edita an. 1493.

PETRVS DE VICENNA V. I. D. Episcopus Cæcenotensis SS. Domini nostri Vicarius, & eius Cameræ Apostolicæ Auditor, Romanæque Curiæ, ac causarum, & sententiarum, nec non litterarũ Apostolicarũ Iudex, & executor Ordinarius. Vniversis, & singulis Reverendissimis, & Reverendis, &c.

Alex. VI. confirmavit indulgẽtias omnes à suis Prædecess. in subsid. Captivor. concessas.

1 Noveritis, quod SS. Dominus noster Alexander Papa VI. per suas proprias litteras omnes, & singulas indulgentias suorum Prædecessorum Ordini de Mercede in subsidium, & pro liberatione pauperum Captivorum confirmavit. Quapropter omnes, & singulos, qui in publicatione indulgẽtiarum huiusmodi, & litterarum Apostolicarũ negligentes, aut rebelles extitissent, si locorum Ordinarij, eorum Vicarij, seu Officiales, seu Abbates, &c. cuiuscumque dignitatis Ecclesiasticæ, & Parrochialium Ecclesiarum Rectores, seu eorum Vicarij, &c. etiamsi Mendicantium Ordinum Prædicatorum, Minorum, Eremitarum Sancti Augustini, & Carmelitarum, & alij cuiuscumque Ordinis, & conditionis fuerint, ij debite non publicaverint, & ex more publicari non permisserint, excommunicationis sententiam eo ipso incurrere voluit cum suspensione à divinis pariter, & mandavit, prout in litteris Apostolicis desupér confectis, quarum terminos pro brebiori facta mentione hic haberi volumus pro expressis.

Excõmunicavit renuẽtes publicationẽ harum indulgẽtiarum, & suspẽsionem.

Impediebãt aliqui nostras indulgẽtias publicari.

2 Tamen nonnulli iniquitatis filij indulgentias huiusmodi propalari, & prædicari impediunt, & impediri faciunt. Fuimus igitùr pro parte Generalis Magistri requisiti, quatenùs de opportuno remedio provideremus.

Præcipit omnibus, vt in suis Ecclesijs prędicent, aut prędicari permittãt indulgẽtias.

3 Nos autem Petrus Episcopus vobis omnibus, & singulis præcipuè Minoribus, Sancti Francisci, & Ordinis Prædicatorum Fratribus sub eisdẽ pœnis strictè mandamus, si, & postquam pro parte dictorum Magistri Generalis, Fratrumque, Procuratorum, Nuntiorũ, aut Commissariorum fueritis requisiti, huiusmodi indulgentias in vestris Ecclesijs, Monasterijs, Capellis, & vbique locorum publicari curetis, seu ab illis propalari, & nuntiari non impediatis. Quod si secùs, &c.

Declarantur excõmunicati impedientes dictam publicationem.

4 Volumus omnes, & singulos contradictores, & rebelles dictas pœnas, & Censuras incurrere, &c, dantes plenam licentiam, & liberam potestatem Generali, Fratribus, & eorum Nuntijs, & Commissarijs declarandi omnes, & singulos Contradictores, impedientes, aut perturbãtes in aliquo, dictas pœnas incurrisse. Absolutionem vero Nobis, & Superiori Nostro tantummodo reservamus.

Dat. Romę die 10. Aprilis anno 1493.

Ita habetur authentica in veteri Bull.

ALE-

ALEXANDRI VI.
CONSTITVTIO IV.

Vigesimo tertio Mag. Generali V. P. Fr. Ioanne Vrgel.

COMPENDIVM.

Confirmat Pontificum, ac Regum privilegia.

Edita an. 1493.

ALEXANDER EPISCOPVS, Servus servorum Dei. Dilectis filijs Magistro Generali, & Fratribus Ordinis Beatæ MARIÆ de Mercede Redemptionis Captivorum, salutem, & Apostolicam Benedictionem.

Bullam 1. reproducito.

Cum à Nobis petitur quod iustum est, &c. *Tenor ommittitur, quia est idem, qui habetur in huius Pontificis Bulla* 1.

Datum Romæ apud S. Petrum, anno Incarnationis Dominicæ 1493. Idibus Aprilis, Pontificatus nostri anno primo.

Bulla hac habetur authentica Barchinone, eam affert vetus Bullar. & Mag. Vargas locis citatis.

ALEXANDRI VI.
CONSTITVTIO V.

Vigesimo tertio Mag. Generali V. P. Fr. Ioanne Vrgel.

COMPENDIVM.

Confirmat concessiones Martini V. & Calixti III. super transitu Religiosorum alterius instituti ad nostram, & nostrorum ad alium ordinem, absolvit ab apostasia alienos in nostro Ordine professos, receptos, nosque, & illos ab omni Censura liberat.

Edita an. 1493.

ALEXANDER EPISCOPVS, Servus servorum Dei. Ad perpetuam rei memoriam.

Solet Sedis Apostolicæ clementia circumspecta recurrentium ad eam cum humilitate personarum, præsertim Religionis iugo adstrictarum, statui libenter consulere, & ea, per quæ ttanquillis possint mentibus incedere, vota favorabiliter exaudire, & dum hoc humiliter petierint, erga eas pietatis gremium aperire, ac ea, quæ propterea per eam concessa sunt, vt firmius illibata persistant, suæ approbationis munimine roborare.

Constit. Martini V. super trãseuntes ab aliis Ordinibus in nostrum.

1 Dudum siquidèm fœlicis recordationis Martinus Papa V. Prædecessor noster ad supplicationem claræ memoriæ Alfonsi Regis Aragonum, necnon Magistri Generalis tunc existentis, ac dilectorum filiorum Fratrum Ordinis Beatæ MARIÆ de Mercede Redemptionis Captivorum per quasdam litteras suas authoritate Apostolica statuit, & ordinavit, vt, si qui Mendicantium, vel aliorum ordinum Fratres, seu Religiosi ad præfatum Ordinem Beatæ MARIÆ de Mercede pro tẽpore transferri Regulam per annum, eius habitum gestando approbassent, seu expressam in eo professionem emisissent regularẽ, ex tunc ab eo ad alium Ordinem se transferre nequirent absque Sedis Apostolicæ licentia, specialem, & expressam faciente de statuto, & or. inatione huiusmodi mentionem, dec rnens ex tunc irritũ, & innanè quidquid secùs in contrarium à quoquam quavis authoritate scienter, vel ignoranter contingeret attentari.

Constit. Callix III super Fratres nostros ne ad alium Ordinẽ valeant transire.

2 Et deindè piæ memoriæ Callixto Papæ III. etiam Prædecessori nostro pro parte Magistri præfati, & dilectorum filiorum Definitorum Generalium, & Provincialium Capitulorum Fratrum Ordinis Beatæ MARIÆ de Mercede huiusmodi exposito, quod nonnulli ex Fratribus eiusdem Ordinis Beatæ MARIÆ de Mercede, & illum expressè professi, vocatione sua non contenti, & immemores, quod ipsi voluntatem propriam abnegantes, semetipsos pro Redemptione Captivorum, qui in potestate Infideliũ dire servituti subiicebantur Altissimo devoverant, profitentes se paratos, etiam pro vnius Redemptione Captivi, non modo se ipsos Captivitati paganorum in excambium tradere, sed etiam, si opus fuerit, mortem, & tormenta quælibet tolerare, se ab huiusmodi sancti voti iugo authoritate propria subtrahendo, ad Mendicãtium, & aliorum Ordinum Monasteria, sive domos evolaverãt: nonnulli ex eisdem, habitu retento, obedientiæ tamen freno effracto per Curias Prælatorum, aut Regum, Reginarum, aut aliorum Secularium Principum in opprobrium dicti Ordinis hinc indè discurrebant, & varia scandala sæpenumero parabant. Præfatus Callixtus Prędecessor per alias suas litteras authoritate prædicta ex certa eius scientia, etiam statuit, & ordinavit omnes, & singulos, qui in præfato Ordine de Mercede solemne votum professionis pro tempore expressè emisserint, ita ipsi Ordini perpetuis eorum vitæ tẽporibus fore efficaciter obligatos, vt absque dictæ Sedis Apostolicæ licentia eis ad alios quoscumque Regula-

gulares, etiam Mendicantium Ordines transeundi libertas, vel potestas minimè esset concessa, decernens statutum, & ordinationem suam huiusmodi etiã ad præfatas eorumdem professionum trahi translationes: ita videlicet, vt Generalis Magister, & Definitores præfati tunc præsentes, & qui pro tempore forent, per se, vel alium, seu alios quoscumque Religiosos, qui dictum Ordinem de Mercede expressè professi fuissent, vt præfertur, de quibusvis alijs ordinibus, eorumque Monasterijs, domibus, seu locis, ad quæ forsan, etiam cum suorum superiorum licentia, & habitus portatione, pro tempore (præterquam qui ad Ordinem Carthusianum transierant) repetere possent, & debetent: ipsique sic translati Religiosi etiam sine repetitione huiusmodi ad priorem Ordinem de Mercede prædictum sub virtute Sanctæ obedientiæ redire omnimodè tenerentur, provt in singulis litteris prædictis plenius continetur.

Petitio contra super Fratres qui ab alijs Ordinibus ad nostrum transierũt

3 Cum autem sicut exhibita Nobis nuper pro parte dilectorum filiorum Magistri Generalis, & Provincialium dicti Ordinis Beatæ MARIÆ de Mercede petitio continebat, fuissent postmodum nonnulli aliorum Ordinum, etiam Mendicantium, professores in prædicto Ordine Beatę MARIÆ recepti, qui & in eo adhuc existunt: ipsique Magister Generalis, & Provinciales, ac alij Fratres Ordinis Beatæ MARIÆ de Mercede non nisi ad evitanda scandala, quæ quotidiè non solum in eorum Ordine huiusmodi, sed etiam in tota Christiana Religione oriuntur, circa præmissa intenti essent: cum plerumque compertum fuisset aliquos dicti Ordinis Beatæ MARIÆ Religiosos pia Christi Fidelium suffragia, & subventiones pro redimendis Christi Fidelibus Captivis in potestate, & manibus infidelium emancipatis elargita, & per eosdem Fratres dicti Ordinis de Mercede percepta apud se retinere: & ne à Generali Magistro, ac alijs superioribus dicti Ordinis Beatæ MARIÆ ad illa, ad tam pium opus deputata, restituendum, & applicandum compelli valeant, à Sede Apostolica, vel Legatis eius exemptiones contra, & adversus Magistrum Generalem, & alios superiores Ordinis Beatæ MARIÆ huiusmodi, etiam falsis suggestionibus, & alijs exquisitis modis, impetrare non erubuerunt hactenùs, provt etiam adhuc nonnulli adhuc minimè erubescunt, ac aliàs propterea se ad alios Ordines transferre procurant in maximam Ordinis B. MARIÆ, & pauperum Captivorum huiusmodi iacturam; pro parte Magistri Generalis, & Provincialium, ac eorum, qui sic de alijs Ordinibus prædictis ad eundem Ordinem de Mercede Fratrum prædictorum se transtulerunt, & qui eos receperunt, Nobis fuit humiliter supplicatum, quatenus eosdem Fratres, qui de alijs Ordinibus huiusmodi, ad dictum Ordinem de Mercede, vt præfertur trãsierunt, & impræsentiarum in dicto Ordine de Mercede receperunt, & ipsorum omnium singulos ab excommunicationis, & apostasiæ alijsque Ecclesiasticis Sententijs, Censuris, & pœnis (si quas propter transitum, & receptionem huiusmodi, aut aliàs forsan pro eo, quod in huiusmodi translatione, & receptione requisita debitè observata non fuerunt, incurrerunt) absolvere, & cum eis super irregularitate, si quam Censuris huiusmodi ligati Missas, & alia Divina Officia (non tamen in contẽptum clavium) celebrando, aut illi aliàs se immiscendo contraxerunt, dispensare, omnemque inhabilitatis, & infamiæ maculam, sive notam per eos, præmissorum occasione, quomodolibet cõtractam abolere: ac litteras Martini, & Callixti Prædecessorum huiusmodi, pro earum subsistentia firmiori, nostræ approbationis robur adijcere: nec non dictis Fratribus, qui de alijs Ordinibus ad Ordinem de Mercede, vt præfertur, transierunt, & in eo impræsentiarum existunt, & eorum singulis, vt in eodem Ordine de Mercede sub illius habitu, & institutis regularibus, quoad vixerint, permanere valeant: ac Magistro Generali ac Provincialibus prædictis, vt de cętero nullus Religiosus dicti Ordinis de Mercede, saltem qui semel pecunias quantascumque pro Redemptione Captivorũ huiusmodi receperit, ad alium Ordinem, etiam arctioris regulæ, se transferre possit, quòdque exemptiones à dicta Sede, vel Legatis eius pro tempore habendæ, nisi ad id præfatorum Generalis Magistri, & Provincialis expressus accedat assensus, nullius sint roboris, vel momenti: ipsique Fratres dicti Ordinis de Mercede, qui pecunias ex dicta causa receperint præfato Magistro Generali, seu Provinciali ad id pro tempore deputato computa, ac rationem, & reliqua reddere teneantur, & exemptiones quoque, & translationes secùs habendæ, nullius pariter roboris, vel momenti existant, statuere, concedere, & indulgere, aliàsque eis, & statutis ipsorum in præmissis opportunè providere de benignitate Apostolica dignaremur.

Causa cõcessionis.

4 Nos igitur, qui illius vices gerimus in terris, cuius proprium est misereri semper, & parcere singulorum Christi Fidelium peccatis, præsertim sub regulari habitu Altissimo iugiter famu-

famulatium conscienriarum pacem,& animarum salurem sinceris affectibus appetentes,ac attendentes quod præfatæ Sedis clementia consuevit petentibus veniam non denegare,ipsos Fratres tam in dicto Ordine Beatæ MARIÆ de Mercede, vt præfertur, receptos, quàm ipsos recipientes, & eorum singulos, à quibuscumque excommunicationis, suspensionis, & interdicti, alijsque Ecclesiasticis Sententijs, Censuris, & pœnis à iure, vel ab homine quavis alia, quàm præmissorum occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodati existunt, ad effectum præsentium dnmtaxat consequendum, harum serie absolventes,& absolutos fore censentes, huiusmodi supplicationibus inclinati, Fratres in dicto Ordine Beatæ MARIÆ de Mercede, vt præfertur, receptos ab Apostasiæ, nec non tam illos, quàm eos, qui illos sic recèperunt,ab excommunicationis, alijsque Ecclesiasticis, Sententijs, Censuris, & pœnis, si quas propter trāsitū, & receptionē huiusmodi, aut in trāslatione, & receptione requisita debitè observata non fuerint,incurrerunt, auctoritate Apostolica tenore præsentium absolvimus, & cum eis super irregularitate, si quam Censuris, & Sententijs huiusmodi ligati Missas, & alia Divina Officia (non tamen in contemptum clavium) celebrando,aut illis aliàs se immiscendo,contraxerunt, dispensamus, omnemque inhabilitatis, & infamiæ maculam, sive notam per eos, præmissorum occasione quomodolibet contractam abolemus. Nec non singulas litteras Martini,& Callixti Prędecessorum prædictorum, ac omnia,& singula in eis contenta eisdem authoritate, & tenore approbamus, & præsentis scripti patrocinio cōmunimus, supplentes, omnes & singulos defectus, si qui forsan intervenerint in eisdem.

Absolutio à censuris.

Cōfirmat Martin.V. & Callix. III. concessiones.

5 Et nihilominus eisdem Fratribus, qui de alijs Ordinibus ad dictum Ordinem de Mercede, vt præfertur, transierunt, & in eo impræsentiarum existunt, & eorum singulis, vt in eodem Ordine de Mercede sub illius habitu, & instituris regularibus,quoad vixerint, permanere valeant, ac Magistro Generali, & Provincialibus prædictis, vt de cætero perpetuis futuris temporibus nullus Religiosus dicti Ordinis de Mercede, saltem qui semel pecunias quascumque pro Redemptione Cptivorū huiusmodi, aut bona aliqua dicti Ordinis de Mercede receperit, ad alium Ordinem, etiam arctioris regulæ, se transferre possit. Quodque exemptiones à dicta Sede vel Legatis eius, pro tempore habendæ, nisi ad id Magistri Generalis, & Provincialis præfatorum expressus accedat assensus, nullius sint roboris, vel momenti: ipsique Fratres dicti Ordinis de Mercede,qui pecunias aliquas.ex dicta causa receperint, præfato Magistro Generali,seu Provinciali ad id pro tempore deputato computa, & rationem,ac reliqua reddere teneantur: exemptiones quoque,& translationes secùs habendæ, etiam cū quibusvis derogatotiarum derogatorijs, & efficacissimis clausulis, & verborum expressionibus, etiam motu proprio, & ex certa scientia concedendæ, nullius sint roboris, vel momenti,eisdem authoritate, & tenore statuimus, concedimus pariter, & indulgemus, non obstantibus præmissis, ac præfati Martini Prædecessoris, quæ incipit *viam ambitiosæ cupiditatis*, & quibusvis alijs Constiturionibus, & Ordinationibus Apostolicis, necnon Ordinum prædictorum iuramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis,consuetudinibus, cæterisque contrarijs quibuscumque.

Maneant perpetuo in nostro Ordine qui ab alio trāsierunt.

Nullus Frater nostri ad alium etiā arctiorem Ordinem valeat trāsire.

Absq; assensu Prælatorū indultum Sedis Apost. nō suffragatur, vt ad alium Ordinē transeamus.

Extravag. cōm.lib.3. de Regulari.& trāseunt ad Relig.c.1.

6 Volumus autē,quod pręfati Fratres tam recipientes, quàm recepti pœnitentiam per Confessorem per eos, aut eorum quemlibet eligendum, eis propterea iniungendam adimplere teneantur, alioquin absolutio, & præsentes litteræ quoad absolutionem huiusmodi nullius roboris, vel momenti existant. Nulli ergo omninò hominum liceat, hanc paginam nostræ absolutionis,dispensationis, abolitionis, approbationis, communitionis, supplerionis,statuti, concessionis, indulti, & voluntatis infringere,vel ei ausu temerario cōtraire. Si quis autem hoc attentare pręsumpserit,indignationem Omnipotentis Dei, & BB.Petri, & Pauli Apostolorum eius se noverit incursurum.

Pœnitentiam iniūgendā absoluti à cēsurit adimplere teneantur.

Datis Romæ apud S. Petrum, anno Incarnationis Dominicæ 1493. 12. Kalendas Maij,Pontific.nostri anno 1.

Habetur authentica Matriti,in veteri Bullario,& apud Mag.Vargas.

CReavit ex nostro Ordine ad annū 1499.Episcopum Mirobrigensem præfatum D.Fr.Didacum de Muros,seu potius assumpsit ab Episcopatu Tuidensi.

Fr. Didacus deMurosEpiscopus Civitatensis eligitur.

ALEXANDRO VI. qui obijt anno 1503. succedit

PIVS III.

Senensis, Franciscus Picholomineus antea dictus.Creatus die 22.Septembris, anno 1503. Sedit dies 28.Obijt die 18. Octob. an.1503. Nullum huius Pōtificis reperi Ordini nostro indultum Diploma.

Cui succedit.

P IVLIVS

IVLIVS II.

Savonensis, Iulianus de Ruvere Raphaelis filius, Episcopus Cardinalis Ostiensis, & maior Pœnitentiarius. Creatus Kalendis Novembris, anno 1503. Coronatus 6. Kalendas Decembris eodem anno. Sedit annos 9. menses 3. dies 2. Creavit Cardinales 27. & ex nostro Ordine Episcopos duos. Obijt 9. Kalendas Martij, anno 1513. in Æde Sancti Petri ad Vincula sepelitur.

IVLII II.

CONSTITVTIO I.

Vigesimo tertio Mag. Generali V. P. Fr. Ioanne Vrgel.

COMPENDIVM.

Pontificum, & Regum nostro Ordini concessa privilegia confirmat.

Edita an. 1503.

IVLIVS EPISCOPVS, SERVVS servorum Dei. Dilectis filijs Præceptori, & Fratribus Domus B. MARIÆ de Mercede Redemptionis Captivorum Barcinonensis Ordinis eiusdem B. MARIÆ de Mercede Redemptionis Captivorum, Salutem, & Apostolicam Benedictionem.

Cum à nobis petitur, quod iustum est, & honestum, tàm vigor æquitatis, quàm Ordo exigit rationis, ut id per solicitudinem officij nostri ad debitum perducatur effectum.

Nos, & nostra sub Apostolica protectione suscipit.

1 Eapropter, dilecti in Domino filij, vestris iustis postulationibus grato concurrentes assensu, personas vestras, & locum, in quo divino estis obsequio mancipati, cum omnibus bonis, quæ impræsentiarum rationabiliter possidetis, & in futurum iustis modis, præstante Domino, poteritis adipisci sub Beati Petri protectione suscepimus, atque nostra: omnesque libertates, & immunitates à Prædecessoribus nostris Romanis Pontificibus, sive per privilegia, vel alia indulta vobis, & domui prædictæ concessas, nec non libertates, & exemptiones Secularium exactionum à Regibus, & Principibus, ac alijs Christi Fidelibus vobis, & eidem domui rationabiliter indultas, nec non oblationes, census, fructus, redditus, proventus, terras, domos, possessiones, campos, agros, prata, pascua, nemora, silvas, casalia, grangias, aquarum decursus, stagna, lacus, piscarias, iura, iurisdictiones, & alia mobilia, & immobilia bona ad dictam domum legitime spectantia, sicuti omnia ea iustè, & pacificè possidetis, vobis, & per vos eidem domui authoritate Apostolica confirmamus, & præsentis scripti patrocinio communimus.

Privilegia confirmat & bona nostra.

Comminatio in contradictores.

2 Nulli ergo omninò hominum liceat, hanc paginam nostræ confirmationis, & communitionis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit indignationem Omnipotentis Dei, & BB. Petri, & Pauli Apostolorum eius se noverit incursurum.

Datis Romæ apud S. Petrum anno Incarnat. Dominicæ 1503. Idibus Februarij, Pontific. nostri anno 1.

Habetur originalis Barcinonæ, eam invenies apud M. Vargas, & in antiquo Bullario.

IVLII II.

CONSTITVTIO II.

Vigesimo tertio Mag. Generali V. P. Fr. Ioanne Vrgel.

COMPENDIVM.

Ad querelam nostram contra aliquos Regulares, qui in Sicilia collectas pro Redemptione fieri, & indulgentias publicari impediebant, commissionem facit Episcopo Cephaludensi, & Vicario Generali Panormitano, ut ipsis citatis, & auditis de iure declarent.

Edita an. 1504.

IVLIVS EPISCOPVS, SERVVS servorum Dei. Venerabili Fratri Episcopo Cephaludensi, & dilectis filijs Bernardino de Bononia, Canonico Ecclesiæ Panormitanæ, ac Vicario Venerabilis Fratris nostri Archiepiscopi Panormitani in spiritualibus Generali, salutem, & Apostolicam benedictionem.

1 Querelam dilectorum filiorum Præceptoris, & Fratrum Domus Beatæ MARIÆ de Mercede Redemptionis Captivorum accepimus continentem, quod licet iuxta privilegia, & indulta à Sede Apostolica præfato Ordini concessa (quibus non est hactenus in aliquo derogatum) & de antiqua, & approbata hactenus pacificè observata consuetudine sub nomine dicti Ordinis Redemptionis Captivorum in manibus infidelium existentium quæstas, & coltas, eleemosynas, & alias oblationes pro eisdem Captivis redimendis à Christi Fidelibus petere, eleemosynasque, oblatio-

tiones, ac quæstas huiusmodi recipere, necnon privilegia, gratias, indulgentias, & alia indulta prædicto Ordini eleemosynas dantibus pro redemptione huiusmodi concessa publicare, & in publicis locis, & in Ecclesijs coram populo illa prædicare facere consueverint, necnon per Præceptorem, & Fratres dictæ domus pro tempore existentes idoneæ personæ ad quæstas, coltas, eleemosynas, & oblationes huiusmodi ab vtriusque sexus personis petendas, & indulta, privilegia, & indulgentias prædicta publicanda in Insula Siciliæ, & in his locis deputantur, tamen Sanctæ Ciitæ, Sancti Augustini, ac del Carmine, & Sanctæ MARIÆ à IESV, & Sancti Fracisci Panormitani, & nonnullarum aliarum domorũm prædictarum Eremitarum Sancti Augustini, & Carmelitarum, necnon Minorum de Observantia, & etiam Conventualium nũcupatorum Priores, Guardiani, Vicarij, & Fratres, ac alij Clerici, & Laici Panormitanæ, Syracusanæ, & Messanensis Civitatum, ac Diœcesum, & in illis commorantes, falso prætendẽtes, quod privilegia, & indulta præfato Ordini concessa, in vigore seu robore non permaneant, ipsosque illorum vigore ad quæstas, & eleemosynas huiusmodi petendas, & recipiendas deputatos, quo minus illas petere, & recipere, necnon indulgentias, privilegia, gratias, & indulta præfato Ordini concessa publicare, seu publicari facere possint, & debeant, contra iustitiam impedire, gravesque molestias, iacturas, impedimenta, & damna eis super his inferre temere præsumpserint in animarum suarum periculum, & perniciem, ipsorumque Præceptoris, & Fratrum, ac Domus Beatæ MARIÆ de Mercede præiudicium non modicum, & gravamen: Quare pro parte Præceptoris, & Fratrum dictæ Domus Beatæ MARIÆ de Mercede Nobis fuit humiliter supplicatum, vt impeditores huiusmodi cessent, compesci mandare, & aliàs super his iustitiæ ministerio subvenire paterna diligentia curaremus.

Fratres S. Augustini, Carmelitæ, Fracisc ani, & alij eleemosynas pro redẽptione; nobis impediũt, & privilegia cõstringunt.

Remediũ postulamus opportunũ.

2 Quo circa discretioni vestræ per Apostolica scripta mandamus, quatenus, vocatis, qui fuerint evocandi, & auditis hinc inde propositis, quod iustũ fuerit, appellatione remota, decernatis, facientes, quod decreveritis per censuram ecclesiasticam firmiter observari. Testes autem, qui fuerint nominati, si se gratia, odio, vel amore subtraxerint, censura compellatis veritati testimonium perhibere.

Iudices constituit, qui iura nostra propugnent.

3 Non obstante, si eisdem impeditoribus, & Ordini Minorum de observantia, & Conventualium nuncupatorum ab eadem Sede indultum existat, quod ipsi, & dicti Ordinis personæ ad iudicium trahi, aut suspendi, vel excommunicari, seu ipsi, & dicti Ordinis de Observantia, & Cõventualium nuncupatorum loca interdici non possint per litteras Apostolicas non facientes plenam, & expressam, ac de verbo ad verbum de indulto huiusmodi mentionem, & qualibet alia dictæ Sedis indulgentia generali, vel cuiuscumque tenoris existat, per quam præsentibus non expressam, vel totaliter non insertam vestræ iurisdictionis explicatio valeat in hac parte quommodolibet impediri, quoad hoc ipsis nolumus aliquatenus suffragari. Quod si non omnes his exequendis poteritis interesse, duo, aut vnus vestrum causam nilhominus exequatur.

Derogatoria contra morum ve effectus præsen- tium non impedjatur.

Datum Romæ apud S.Petrum anno Incarnationis Dominicæ 1503. 3. Idus Martij, Pontificatus nostri anno primo.

Bullam istam ponit M.Vargas supra pag. 362.

IVLII II.

CONSTITVTIO III.

Vigesimo tertio Mag. Generali V. P.Fr. Ioanne Vrgel.

COMPENDIVM.

Confirmationem privilegiorum, & novorum concessionem, plurimasque indulgentias Nobis, Confratribus, & Benefactoribus indulget.

IVLIVS EPISCOPVS, SERVVS servorum Dei. Ad perpetuam rei memoriam.

Edita aõ 1505.

1 Romanorum Pontificum benignitas consueta Prædecessorum gesta, ea præsertim, quæ pro fœlicis status Monasteriorum, & piorum locorum quorumlibet, ac personarum in illis sub suavi Religionis iugo Altissimo famulãtium, ac pro Christiana Religione contra hostes Fidei quotidiè militantium, & Fidelium Captivorũ libertati vacantium commodo, ac animarum salute emanarunt, aliquando approbar, & aliàs Apostolico munimine roborat, illaque, & alia de novo concedit, nec non Monasteriorum, & personarum earumdem dispendijs obviat, & commoditatibus consulit, provt in Domino conspicir salubriter expedire.

Cõtra Fidei hostes directe Captivorũ militat Redemptio.

2 Sanè dudum fœlicis recordationis Bonifacius VIII. Alexander IV. Clemens VI. Gregorius XI. Martinus V. Euge-

Eugenius IV. Callixtus III. Romani Põtifices Prædecessores nostri, dilectis filijs Generali, & Fratribus Ordinis B. MARIÆ de Mercede Redemprionis Captivorum, sub Regula S. Augustini degẽtibus suas litteras concesserunt, munitiones, & alia indulta continentes, quas, & in eis contenta postmodum, piæ memoriæ Sixtus IV. etiam Prædecessor noster per suas litteras, cum litteris Bonifacij, Alexandri, Clementis, Gregorij, Martini, Eugenij, & Callixti Prædecessorum huiusmodi de verbo ad verbum insertis approbavit, & nonnulla alia de novo concessit, provt in eisdem litteris (quas præsentibus de verbo ad verbum inseri fecimus) plenius continetur.

3 Quare pro parte dilectorum filiorum moderni Generalis, & Fratrum dicti Ordinis, ac Petri Ludovici Sans Præceptoris Domus Beatæ MARIÆ Valentinæ Ordinis prædicti Magistri in Theologia asserentis, decrescentibus quotidie fidelium devotione, pariter & meritis, ac paganorum potentia invalescente, Christianisque in impiam eorum Paganorum servitutem turmatim, & oppidatim ductis, expedire propterea ipsos Christi Fideles specialibus donis ad spiritualia beneficia invitari, ac Generali, & Fratribus præfatis ad piũ eorumdem fidelium Captivorum Redẽptionis opus prosequẽdum nova ope succurri, seque per eosdem Generalem, & Fratres pro præmissis ad Nos, & Sedem Apostolicam destinatum fuisse, Nobis fuit humiliter supplicatum, vt Sixti, & aliorum Prædecessorum prædictorum litteras huiusmodi innovare, & approbare, ac inviolabiliter observari debere, decernere: ac quod Confessor quem Confraternitatis dicti Ordinis canonice institutæ vtriusque sexus Confratres pro tempore existentes, & eorum quilli bet duxerint eligendum, ipsos ab omnibus, & singulis eorum excessibus peccatis, criminibus, & delictis, etiam in dictæ Sedis reservatis casibus semel in vita; in alijs vero semel annis singulis, provt Confratribus Cõfraternitatis Ordinis Sanctę Trinitatis ab eadem est Sede concessum, absolvere, & eisdẽ pro cõmissis pœnitentiam salutarem iniungere possit: & si ipsos Confratres Confraternitatis Beatæ MARIÆ ad loca Ecclesiastico interdicto Ordinarij authoritate supposita declinare contigerit, in illis, clausis ianuis, excommunicatis, & interdictis exclusis, non pulsatis campanis, & submissa voce, Missis, & alijs Divinis Officijs interesse, eorumdemque Confratrum tempore interdicti huiusmodi decedentium cadavera Ecclesiasticæ sepulturæ tradi libere, & licitè possint: Quod si dicti Confratres Confraternitatis Beatæ MARIÆ tempore eorum ingressus coniugati fuerint, solutis per virum, & vxorem in dicto ingressu, triginta, & deinde annuatim septem denarijs monetæ Iacensis, tam virum, quàm vxorem Confratres esse, ac omnibus, & singulis concessionibus indulgentijs, & remissionibus prædictis gaudere censeantur, statuere, & ordinare, aliàsque in præmissis opportunè providere de benignitate Apostolica dignaremur.

Paganorũ potentia, invalescit, fideliũ pietas decrescit, vrgentior ex Christianorũ frequentiori, & copiosiori Captivitate Redẽptio.

Nostra pro confirmatione privilegiorũ, & novorũ concessione pro nostris Confratribus petitio.

4 Nos igitur Generalem, ac Petrum Ludovicum, & alios Fratres prædictos, & eorum singulos, à quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, alijsque Ecclesiasticis Sententijs, Censuris, & pœnis à iure, vel ab homine, quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodati existũt, ad effectum præsentium dumtaxat consequendum, harum seriè absolventes, & absolutos fore censentes huiusmodi supplicationibus inclinati, litteras Sixti, & aliorum Prædecessorũ huiusmodi, quarenus sunt in vsu, authoritate Apostolica tenore præsentium confirmamus, & innovamus, & præsentis scripti patrocinio communimus, illasque perpetuæ firmitatis robur obtinere decernimus: & nilhominus pro poriori cautela omnia, & singula in prædictis litteris contenta eisdem Generali, & Fratribus de novo concedimus: Ac quod dictus confessor Sæcularis, vel regularis, quem ipsius Confraternitatis Beatæ MARIÆ Confratres pro tempore existentes huiusmodi, & eorum quilibet, cuiuscumque dignitatis, gradus Ordinis, & condirionis fuerint, duxerint eligendum, ipsos ab omnibus, & singulis eorum excessibus, peccatis criminibus, & delictis, etiam prædictæ Sedi reservatis casibus semel in vita; in alijs vero singulis annis: quemadmodum Confratribus dictę Confraternitatis Ordinis Sanctæ Trinitatis ab eadem est Sede concessum, absolvere, eisque pro commissis pœnitentiam salutarem iniungere possit: Et quod ipsi Confratres Confraternitatis Beatę MARIÆ cũ eos ad loca Ecclesiastico interdicto præfati Ordinarij authoritate supposita declinare contigerit (cum ipsi causam non dederint, nec in eos specialiter emanaverit) in illis, clausis ianuis, excommunicatis, & interdictis exclusis, non pulsatis campanis, & summissa voce, Missis, & alijs Divinis Officijs interesse: & qui ex ipsis Confratribus Confraternitatis B. MARIÆ Presbyteri fuerint, eas celebrare: eorumdemque Cõfratrum tempore interdicti huiusmodi decedentium cadavera absque aliqua pompa solemni Ecclesiasticæ sepulturæ tradi libere, &

Summorũ Pontificũ Bullæ nostræ Religionicõcessæ sunt in vsu, potentia, & actu.

Electionẽ Confessarij nostris Confratribus, qui de reservatis etiam eos absolvat indulget.

Tempore interdicti possint divinis interesse.

& licitè valeant. Quodque dicti Confrarres Confraternitatis B. MARIÆ si tempore eorum ingressus côiugati fuerint, solutis per virum, & vxorem triginta, & deindè annuatim septem denarijs prædictis, tam vir, quam vxor Confratres dictæ Confraternitatis Beatæ MARIÆ esse, ac omnibus, & singulis concessionibus, indulgentijs, & remissionibus supradictis gaudere censeantur. Vel si ijdem, vel alij Fideles præfati eamdem Confraternitatem B. MARIÆ pro tempore ingredientes, in eorum ingressu tres solidos cum dimidio dictæ monetę, sive quadraginta duos denarios similes, sive aliam æquivalentem monetam solvere maluerint, ad dictorum septem denariorum, vel aliquam aliam solutionem ratione Confraternitatis huiusmodi faciêdam obligati de cætero non existant, authoritate, & tenore præsentium statuimus, & ordinamus.

Viro, & vxori ia xatur eleemosyna.

Taxa vt Côfratres indulgentias consequantur.

5 Et vt eidem Ordini, & Fratribus B. MARIÆ vberiora proveniant subsidia, de Omnipotentis Dei misericordia, ac Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum eius authoritate confisi, vniversis, & singulis vtriusque sexus Christi Fidelibus veré pœnitentibus, & confessis, qui aliquam Ecclesiarum, Monasteriorum, sive Domorum dicti Ordinis B. MARIÆ in Nativitatis, & Resurrectionis Domini, ac Pentecostes, necnon omnibus, & singulis eiusdem Beatæ MARIÆ totius anni Festivitatibus à primis Vesperis, vsque ad occasum Solis dictarum Festivitatum, ac in omnibus diebus Dominicis quadragesimæ devote visitaverint, & inibi manus porrexerint adiutrices, pro singulis Festivitatibus, & diebus prędictis, quibus id fecerint, decem annos, & totidem quadragenas: & qui tempore, quo dicti Captivi, postquam redempti sunt per diversa loca ad misericordiam Dei propalandam sub eius Crucis vexillo ducuntur, triginta denarios similiter ipsis Fratribus Redemptoribus erogaverint triginta annos, & totidem quadragenas de iniunctis eis pœnitentijs relaxamus.

Indulgentiæ statis diebus Côfratribus nostras Ecclesias visitantibus conceffę.

Indulgentiæ erogâtibus eleemosynâ pro Captivis dum hi processionaliter procedût.

6 Et insupèr, vt Generalis, & Fratres præfati, qui pro eadem Redemptione spiritu, & corpore assiduè laborant, in tam laudabili Instituto ardenter perseverent, eis, & eorum cuilibet, quod in omnibus, & singulis gratijs, concessionibus, indulgentijs, & remissionibus, quibus Confratres, seu Confraternitatem pro tempore ingredientes, cęterique eiusmodi benefactores vtuntur, & gaudent, ac vti, & gaudere poterunt quomodolibet in futurum, vtantur, & gaudeant, indulgemus.

Fratres nostri easdem indulgêtias consequûtur.

7 Necnon eisdem Generali, & ad id, ipsius pro tempore existentis Generalis expresso consensu, pro tempore deputatis Fratribus quęcumque legata ad Redemptionem Captivorum huiusmodi pro tempore facta à quibusvis personis, & locis in Hispania, & Regis Hispaniæ toto dominio exigendi, & recipiêdi plenam, & liberam facultatem eisdèm authoritate, & tenore largimur: Non obstantibus Constitutionibus, & ordinationibus, ac quibusvis litteris Apostolicis suspensionum, & revocationum similium, vel dissimilium indulgentiarum, concessionum, & facultatum, tam à Nobis, quam à recolendæ mem. Innocentio VIII. & Alex. IV. etiam Romanis Pontificibus similiter Prædecessoribus nostris, aç Sixto, & Se. de prædictis, cum quibusdam etiam derogatoriarum derogatorijs, ac alijs fortioribus, efficacioribus, & insolitis clausulis, irritantibusque decretis, quę hactenus emanarunt, & forsan in posterum emanabunt, quorumcumque tenorum existant, necnon quibusdam constitutionibus Provinciæ Tarraconensis præsata authoritate Apostolica forsan côfirmatis, illis pręsertim, quibus inter alia caveri dicitur expresśè, vt nullus etiã Apostolico desuper privilegio fulctus côstitutionis dictę Provinciæ vigore appositis, Missis, alijsq; Divinis Officijs in ipsa Provincia interesse possit: quibus omnibus, etiam si pro eorum sufficienti derogatione de illis, eorumque totis tenoribus de verbo ad verbum, non tamen per generales clausulas id importantes mentio habenda, seu quęvis exquisita forma servanda foret, & in eis caveretur expresśè, vt illis nullatenús, aut non nisi sub certis inibi modis, & formis expressis derogari possit, tenores, modos, & formas huiusmodi præsentibus, ac si de verbo ad verbum insererêtur, pro suficiêter expressis habêtes (illis aliàs in suo robore permãsuris) hac vice dumtaxat harum serie specialiter, & expresśè derogamus, pręsentesque nostras litteras sub illis nequaquam comprehendi, sed ab eis etiam quoties pro tempore emanaverint, omninò expressas esse, & censeri debere authoritate Apostolica, & tenore prædictis decernimus, & declaramus, ac omnibus illis, quę idem Sixtus Prædecessor in dictis suis litteris voluit non obstare, cæterisque contrarijs quibuscumque. Tenor verò prædictarum litterarum sequitur, & est talis: Sixtus Episcopus, Servus servorum Dei. Ad perpetuam rei memoriam. Sedis Apostolicæ gratiosa benignitas. *Sequitur Sixti IV. Bulla 5. p. 97.*

Legata pro Redemptione relicta à nobis exigi côcedit.

Non obstantibus quibuscûque.

Derogatio côstitutionis Tarraconensis in quantû huic concessioni adversatur.

8 Cæterùm quia difficile foret præsentes

Eadem fides adhibeatur trāsumptis.

sentes litteras ad singula loca, in quibus expediens fuerit, deferri, volumus, & etiam dicta authoritate decernimus, vt illarum transumptis vnius, vel duorum publicorum Notariorum subscriptione, & dicti Generalis, vel alterius Prælati, seu alicuius Curiæ Ecclesiasticç, vel personæ in dignitate Ecclesiastica constitutæ sigilli impressione munitis ea prorsus fides adhibeatur indubia, quæ præsentibus adhiberetur, si essent exhibitæ, vel ostensç.

9 Nulli ergo omninó hominum liceat, hanc paginam nostræ absolutionis, approbationis, innovationis, communitionis, constitutionis, concessionis, statuti, ordinationis, relaxationis, indulti, elargitionis, derogationis, declarationis, voluntatis, & decreti infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem Omnipotentis Dei, & Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum eius se noverit incursurum.

Datis Romæ apud S. Petrum, anno Incarnationis Dominicæ 1505. 17. Kalendas Maij, Pontificatus nostri anno 2.

Habetur originalis Barchinone, authentica Matriti, & in veteri Bullario, eam affert M. Vargas pag. 364.

JULII II.

CONSTITVTIO IV.

Vigesimo tertio Mag. Generali V. P. Fr. Ioanne Vrgel.

COMPENDIVM.

Magistro Generali concedit, vt taxam pro Redemptionis eleemosyna ad lucrandas indulgentias à Clemente VI. manus adiutrices porrigentibus concessas designare valeat.

Edita ān. 1509.

IVLIVS EPISCOPVS, SERVVS servorum Dei. Ad perpetuam rei memoriam.

Gregi Dominico, disponente Domino, præsidentes, ad ea libenter intendimus, per quæ nostræ providentiæ adversus malitiam temporum adhibito moderamine, indulgentiæ, & peccatorum remissiones à Prædecessoribus nostris Romanis Pontificibus pro Fidelium, dira Paganorum servitute oppressorum, Redemptione concessa optatum consequantur effectum.

Clem. VI. Constit. 4. commemorat.

1 Dudum siquidém fœl. rec. Clemens Papa VI. Prædecessor vniversis Christi Fidelibus, qui de bonis sibi à Deo collatis duos florenos auri in Regno Atagoniæ cursum habentes, seu pretium çquivalens Ordini B. MARIÆ de Mercede conferentibus pro solutione quarumdam exactionum, quas Saraceni Christi nominis hostes á Fratribus dicti Ordinis ad redimendum Captivos Christianos in ipsorum Saracenorum dura servitute detentos pro tēpore deputatis extorquebant, vt Confessor idoneus, quem ipsi Fideles pretium huiusmodi conserentes ducerent eligendum, omnium peccatorum suorum, de quibus corde contriti, & ore confessi forent plenariam eis remissionem impendere possit, indulsit, si tamen prædicti conferentes de cætero in prædicti Ordinis pia Confraternitate statuerint se collegas, & beneficia eidem Ordini annuatim, vel aliàs ad discretionē pro tēpore existentis Generalis, vel Fratrum dicti Ordinis cōferrent, provt in suis desuper confectis litteris pleniùs continetur.

Bella, & pestis Europam devastavit, & ex paupertate taxa pro indulgentijs in favorem Redemptionis à Clem VI. indicta minuenda venit.

2 Cùm autem, sicut exhibita Nobis nuper pro parte dilectorum filiorum moderni Generalis, & Fratrum dicti Ordinis, sub Regula S. Augustini degentium, petitio continebat, propter bella, & pestilentiam quibus (proh dolor!) superioribus annis tota fermé Europa afflicta fuit, aliosque quam plures sinistros eventus ad tantam inopiam deventum sit, vt pauci admodum reperiantur Fideles, qui dictum pretium duorum florenorum pro huiusmodi remissione consequenda solvere velint, ac propterea Fidelium Captivorum Redemptio retardetur: & sicut eadem petitio subiungebat, si pretium huiusmodi arbitrio dicti pro tempore existentis Generalis dicti Ordinis, iuxta personarum, locorum, & temporum qualitatem limitaretur, profecto ex hoc dicti Captivi Christiani frequentius, & in maiori numero redimerentur, & aliorum Christi Fidelium animarum saluti faciliùs cōsuleretur: quare pro parte dictorum filiorum Generalis, & Fratrum fuit humiliter supplicatum, vt pretium huiusmodi limitare, aliàsque eisdem Fidelibus, opportuné in præmissis providere de benignitate Apostolica dignaremur.

Magistro Generali concedit, vt pro sua discretione taxam prædictā minuat.

3 Nos igitur, qui Captivorum prędictorum miseræ compatimur servituti, & eorum, ac aliorum omnium Fideliū spiritualis salutis desideramus augmentum, præfatos Generalem, & Fratres, ac eorum singulos, à quibuscumque excommunicationis, suspensionis, & interdicti, alijsque Ecclesiasticis sententijs, censuris, & pœnis à iure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodati existunt,

exiſtunt, ad effectum præſentium dumtaxat conſequendum, harum ſerie abſolventes, & abſolutos fore cenſentes, huiuſmodi ſupplicationibus inclinati, authoritate Apoſtolica tenore præſentium ſtatuimus, & ordinamus, vt dictus, & pro tempore exiſtens Generalis dicti Ordinis, pretium prædictum, provt, perſonarum, locorum, & temporū qualitate penſata, viderit expedirè, limitare, & ad quamcumque aliam minorem ſummam reducere liberè, & licitè poſſit: vtque Fideles ſummam ſic reductam, ad executionem ſolutionis huiuſmodi pro tempore conferentes eamdem peccatorum ſuorum remiſſionem conſequantur, quam conſequerentur, ſi dictos duos florenos, iuxta præfati Clementis Prædeceſſoris litterarum tenorem, perſolverent. Non obſtantibus conſtitutionibus, & ordinationibus Apoſtolicis, cæteriſque contrarijs quibuſcumque.

5 Nulli ergo omninò hominum liceat, hanc paginam noſtræ abſolutionis, ſtatuti, & ordinationis infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præſumpſerit, indignationem Omnipotentis Dei, & Beatorum Petri, & Pauli Apoſtolorum eius ſe noverit incurſurum.

Datis Romæ apud Sanctum Petrum, anno Incarnationis Dominicæ 1505. 13. Kalendas Iunij, Pontificatus noſtri anno 2.

Hac bulla extat originalis vbi ſupra, tranſumpta quoque illius authentica in dicto Matriti Archivo inveniuntur, afferunt & illam Bullar. citat. in hoc Pontif. 8.3. fol. 131. & M. Vargas pag. 567.

Fr. Raymundus Folc Epiſcopus Cōchenſis eligitur.

AD annum 1504. creavit ex noſtro Ordine Epiſcopum Conchenſem in Caſtella Fr. Raymundum Folç Ducis de Cardona ſobolem Conventus noſtri Barchinon. filium, Virum doctrina, & ſanctitate præſtabilem, pręhumilitate renuit, nec compulſus eſt admittere.

Fr. Iacobus Cunchillus Epiſcopus Catanēſis creatur.

Ad annum 1509. creavit Epiſcopum Catanenſem apud Siciliam Fr. Iacobum Cunchillos Celtiberum Conventus noſtri Cæſarauguſtani filium, Secretarij Aragoniæ Regum Germanum fratrem.

IVLIO II. qui obijt anno 1513. ſuccedit

LEO X.

Florentinus, Ioannes Medices, Laurentij filius, Diaconus Cardinalis S. Mariæ in Dominica. Creatus Idibus Martij. Coronatus 4. Idus Aprilis, anno 1513. Vixit annos 8. menſes 8. & dies 21. Creavit Cardinales 24. & ex noſtro Ordine Epiſcopum vnum. Obijt anno Domini 1521. Kalendis Decembris. Sepultus fuit in Baſilica Principis Apoſtolorum, poſteà tranſlatus fuit in Eccleſiam S. Mariæ ſuper Minervam.

LEONIS X.

CONSTITVTIO I.

Vigeſimo tertio Mag. Generali V. P. Fr. Ioanne Vrgel.

COMPENDIVM.

Prædeceſſorum ſuorum, & Regum privilegia nobis collata confirmat.

Edita an. 1513.

LEO EPISCOPVS, SERVVS ſervorum Dei. Dilectis filijs Magiſtro, & Fratribus Ordinis B. MARIÆ de Merede Redemptionis Captivorum ad Romanam Eccleſiam vllo medio pertinentibus, ſalutem, & Apoſtolicam Benedictionem.

Cùm à Nobis petitur quod iuſtum eſt, & honeſtum, tam vigor æquitatis, quàm ordo exigit rationis, vt id per ſolicitudinem officij noſtri ad debitum perducatur effectum.

Privilegia confirmat.

1 Ea propter, dilecti in Domino filij, veſtris iuſtis poſtulationibus grato concurrentes aſſenſu, omnes libertates, & immunitates, tam à fœl. recor. Alex. IV. Clem. V. Vrban. IV. & Nicol. III. quàm ab alijs Prædeceſſoribus noſtris Romanis Pontificibus, ſive per privilegia, ſive alias indulgentias vobis, & dicto Ordini conceſſas, necnon libertates, & exemptiones ſæcularium exactionum à Regibus, & Principibus, ac alijs Chriſti Fidelibus rationabiliter indultas vobis, & per vos eidem Ordini authoritate Apoſtolica confirmamus, & præſentis ſcripti patrocinio communimus.

Minatur contradictores.

2 Nulli ergo omninò hominum liceat, hanc paginam noſtræ confirmationis, & communitionis infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præſumpſerit, indignationem Omnipotētis Dei, & Beatorum Petri, & Pauli Apoſtolorum eius ſe noverit incurſurum.

Datis

Datis Romæ apud Sanctum Petrum, anno Incarnationis Dominicæ 1513. 15. Kalendas Iunij, Pontificatus nostri anno 1.

Extat authentica in præcitatis locis, & eam refert Mag. Vargas.

SVB LEONE X.

CONSTITVTIO II.

Vigesimo quarto Mag. Generali V.P.Fr.Iacobo Laurentio de la Mata.

COMPENDIVM.

Vivę vocis oraculo iniungit Cardinali Pœnitentiario, vt Priori S. Anę Panormi concedat, quod pro toto Siciliæ Regno ad augmentum Capellæ B. Marię Consolationis Nuntios eleemosynarum mittat, & Fratres aliorum Ordinum, etiam invitis eorum Prælatis, ad nostrum Habitum admittat.

LEONARDVS MISERATIONE Divina Tit. S. Susannæ Presbyter Cardinalis. Dilecto in Christo moderno Priori Domus S. Annæ Panormitanæ Ordinis B. MARIÆ de Mercede Redemptionis Captivorum, &c.

Festi B.M. de Consolatione celebritas

1 Tuis supplicationibus inclinatus, authoritate Domini Papæ, cuius Pœnitentiarię curam gerimus, & de eius speciali mandato, super hoc vivæ vocis oraculo nobis facto, vt in honorem, & laudem Nominis B. MARIÆ Virginis Consolationis, die Dominico post Octavam Festi Resurrectionis Dominicæ in Capella de Consolatione in dicta Ecclesia sita Festum, seu Solemnizationem de eadem Virgine celebrare: Quæstoresque per vniversam Siciliæ Insulam pro eleemosynis in manutentionem, reparationem, & conservationem dictæ Capellæ convertendis deputare;

Eleemosynas petere valeat.

necnon Fratres cuiuscumque, etiam arctioris, atque Mendicantium Ordinũ in Fratres dictæ Domus vsque ad numerum trium, vel quatuor (in eventu quod non repetiantur Fratres alterius Ordinis in Insula prædicta, qui se trãsferre valeant) recipere liberè, & licitè valeas, & possis.

Fratres etiam arctiorũ Ordinum ad nos valeãt transire.

Et Fratres ipsi sic vocati (etiam superiorum suorum licentia petita, licet non obtenta) ad dictam Domum se transferre, & postquam translati fuerint omnibus, & singulis privilegijs, quibus alij dictæ Domus Fratres vtuntur, potiuntur, & gaudent, vti, frui, & gaudere possint.

Datis Romæ sub sigillo Pœnitentiariæ tertio Kalendas Februarij, anno 1514. & SS. Domini nostri Leonis Papæ X. anno 1.

LEONIS X.

CONSTITVTIO III.

Vigesimo quarto Mag. Generali V.P.Fr.Iacobo Laurentio de la Mata.

Procurantibus Fr. Ioanne Lupo, & Fr. Arnaldo de Duce.

COMPENDIVM.

Privilegia, & gratias Prędecessorum quæ sunt in vsu, & expressę à Iulio II. Bull. 3. & omnia Mendicantium indulta, ac visitantibus nostras Ecclesias eas indulgentias, quę visitantibus Ecclesias Almę Vrbis concessę sunt indulget, eroganti-bus triginta denarios plenariam in morte remissionem largitur, custodiam bonis Redemptionis designat, tertiam pecuniarum partem in subsidium Domorum pro expensis in colligendo cõcedit, legata Redemptionis ad nullas pias causas permutari statuit, publicare Indulgentias, nec eas vetari à quibusvis iubet, taxamque litterarum designat.

LEO EPISCOPVS, SERVVS servorum Dei. Ad perpetuam rei memoriam.

Edita an. 1516.

1 Dum grata Deo, & accepta hominibus charitatis opera, quæ dilecti filij Fratres Ordinis Beatæ MARIÆ de Mercede Redemptionis Captivorum omni studio, quo Nos modo (deductis in Vrbem septuaginta vtriusque sexus Christi Fidelibus per dictos Fratres nuper ab impia Sarracenorum servitute non parvo pretio redemptis) oculata fide perspeximus, exercere non desinunt, animo voluimus, dum quàm necessaria sit huiusmodi Redemptio ad obviandum periculis animarum, quas tam dura servitus premit, mente complectimur, ea dicto Ordini, & de eo ad dictæ Redemptionis opus benemerentibus personis libenter concedimus, per quę Divinum hoc pietatis officium erga Christi pauperes propensius in dies valeãt exercere, & ea, quæ propterea á Prædecessoribus nostris pia consideratione concessa fuisse dignoscuntur, vt eo firmius inconcussa persistãt, quo fuerint crebrius Apostolico circũfulta pręsidio, dum à Nobis petitur, nostrarum approbationis, & innovationis munimine roboramus.

Hæc Redemptio facta est an. 1516.

Ex 158 Captivis redemptis 70 Romã adducti sunt.

Necessitas Redemptionis.

Dudum

Hodie nulla extat Nicolai IV. Bulla quę hoc privilegiũ contineat, habetur tamẽ supra à Sixto IV. B. 4.

2 Dudum siquidèm foelicis recordationis Nicolaus Papa IV. Prædecessor noster animabus defunctorum, qui in sinceritate Fidei, ac vnitate, & obedientia Sanctæ Romanæ Ecclesię, & sua, suorumque Successorum Romanorum Pontificum, contritione, & confessione integra, si tempus adsoret, & confitendi facultas, ab hac luce migrassent, & pro quibus duo floreni auri Aragoniæ, vel pretium ęquivalens ad præfatum Redemptionis opus dicti Ordinis Fratribus erogarentur, omnem pœnam, quam post eorum decessum pro suorum expiatione peccatorum pati deberent, per modum suffragij misericorditer in Dño relaxavit. Et piæ mem. Iulius Papa II. Prædecessor etiam noster, postquam recolendæ mem. Bonifac. VIII. Alex IV. Clem. IV. Greg. XI. Mart. V. Eug. IV. & Callix. III. Romani Pontifices similiter Prædecessores nostri Generali Magistro, & Fratribus dicti Ordinis suas litteras concesserant, monitiones, relaxationes, concessiones, & alia indulta cõtinentes, quas, & in eis contenta postmodum sanctæ commemorationis Sixtus Papa IV. Prædecessor quoque noster per suas litteras cum litteris Bonifacij, Alex. Clem. Greg. Mart. Eug. & Call. Prædecessorum huiusmodi de verbo ad verbum referri approbasse, & nonnulla alia de novo concesserat, litteras Sixti, & aliorum Prædecessorum huiusmodi, quarenus essent in vsu, authoritate Apostolica approbavit, illasque perpetuæ firmitatis robur obtinere decrevit, ac pro potiori cautela omnia, & singula in dictorum Prædecessorum litteris contenta eisdem Generali Magistro, & Fratribus de novo concessit, ac quod Confessor sæcularis, vel regularis, quem Confraternitatis eiusdem B. MARIÆ canonicè institutæ, vtriusque sexus Confratres pro tempore existentes, & eorum quilibet, cuiuscumque dignitatis, gradus, ordinis, & conditionis forent, ducerent eligendum, ipsos ab omnibus, & singulis eorum excessibus, peccatis, criminibus, & delictis, etiam Sedi Apostolicæ reservatis casibus semel in vita, in alijs verò semel singulis annis, quemadmodum Confratribus Confraternitatis Ordinis Sanctæ Trinitatis ab eadem erat Sede concessum, absolvere, eisque pro commissis pœnitentiam salutarem iniungere posset: & si ipsos Confratres Confraternitatis B. MARIÆ ad loca Ecclesiastico interdicto authoritate ordinaria supposita declinare contingeret, & quod in eos specialiter non emanasset, in illis, clausis ianuis, excommunicatis, & interdictis exclusis, non pulsatis campanis, & submissa voce, Missis, & alijs Divinis Officijs interesse: ac qui ex dictis Confratribus Confraternitatis B. MARIÆ Presbyteri forent, eas celebrare, necnõ eorumdem Confratrum tempore interdicti huiusmodi decedentium cadavera absque aliqua pompa solemni Ecclesiasticæ sepulturæ tradi liberè, & licitè valeant: quodque si Confratres Confraternitatis B. MARIÆ tempore ingressus eorum coniugati forent, solutis per virum, & vxorem triginta, & deindè annuatim septem denarijs monetæ Iacensis, tam vir, quàm vxor dictæ Confraternitatis B. MARIÆ Confratres essent, ac omnibus, & singulis concessionibus, indulgentijs, & remissionibus supradictis gaudere censerentur: vel si ijdem, & alij Fideles præfati eamdem Cõfraternitatem B. MARIÆ pro tempore ingredientes in eorum ingressu tres solidos cum dimidio dictæ monetę, sive quadraginta duos denarios similes, sive aliam equivalentem monetam solvere mallent, ad dictorum septem denariorum, vel aliquam aliam solutionem ratione Cõfraternitatis huiusmodi faciendam obligati vlterius non essent perpetuo statuit, & ordinavit; & vt eidem Ordini, & Fratribus Beatæ MARIÆ vberiora pervenirent subsidia, Omnipotentis Dei misericordia, & Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum eius authoritate confissus, vniversis, ac singulis vtriusque sexus Christi Fidelibus verè confitentibus, seu pœnitentibus, & confessis, qui aliquam Ecclesiam Domorum dicti Ordinis B. MARIÆ in Nativitatis, & Resurrectionis Domini Nostri IESV CHRISTI, ac Pentecostes, necnon omnibus, & singulis eiusdem B. MARIÆ totius anni Festivitatibus à primis Vesperis, vsque ad occasum Solis dictarum Festivitatum, ac in omnibus diebus Dominicis Quadragesimæ devotè visitarent, & inibi manus porrigerent adiutrices, pro singulis Festivitatibus, & diebus prędictis, quibus id facerent, decem annos, & totidem quadragenas: qui tempore quo dicti Captivi postquam redempti forent, per diversa loca, ad misericordiam Dei propalandam sub eius Crucis Vexillo publicè deducuntur, triginta denarios similes ipsis Fratribus Redemptoribus erogarent, triginta annos, & totidem quadragenas de iniunctis eis pœnitentijs in Domino relaxavit. Et insupèr vt Generalis Magister, & Fratres præfati, & eorum quilibet omnibus, & singulis gratijs, concessionibus, indulgentijs, & remissionibus, quibus Confratres B. MARIÆ pro tempore existentes, ac illam ingredientes, & Ecclesias visitantes, ac manus adiutrices porrigentes,

Iulij II. Bull. 3.

Sixti IV. Bulla qua Prædecessorũ concessiones cõfirmat.

Electio Confessarij Cõfratribus indulta.

Sepultura tempore interdicti

Taxa à Cõfratribus cõtribuenda.

Indulgẽtiæ Cofratribus cõcessæ.

Nobis indulgentiæ Confratrũ concessæ.

gentes, cęterique benefactores huiusmodi vtebantur, & gaudebant, vti, & gaudere possent quomodolibet in futurum, vterentur, & gauderent, indulsit: necnon eidem pro tempore existenti Magistro, & ad id de ipsius expresso consensu pro tempore deputatis Fratribus quęcumque legata ad Redemptionem Captivorum huiusmodi pro tempore facta, à quibusvis personis, & locis in Hispania, & Regis Hispaniæ toto dominio exigendi, & recipiendi plenam, & liberam facultatem concessit, prout in dictis Iulij Prædecessoris desuper confectis litteris plenius continetur.

Legata nobis pro Redemptione cōsignanda.

3 Et sicut exhibita nobis nuper pro parte dictorum filiorum moderni Generalis Magistri, & qui dictos 70. Captivos redemptos in Vrbem duxerunt, Ioannis Lupi Oscēsis Magistri in Theologia, & Arnaldi de Duce Tolosanensis dicti Ordinis B. MARIÆ Domorum Pręceptorum petitio continebat, plura, & diversa alia immunitates, exemptiones, privilegia, indulta, remissiones peccatorum, & aliç gratiæ spirituales, temporalesque Ordini B. MARIÆ huiusmodi, & illius Fratribus, & benefactoribus, ac locis per eosdem, & alios Romanos Pōtifices, etiam Prædecessores nostros, & dictę Sedis Legatos concessæ fuerunt: quare pro parte dictorū Generalis Magistri, ac Ioannis, & Arnaldi nobis fuit humiliter supplicatum, vt singulis litteris, privilegijs, & immunitatibus, exemptionibus, cæterisque indultis, & gratijs prædictis, pro illorum subsistentia firmiori nostræ approbationis, & innovationis robur adjicere: & vt Christi Fideles, crescentibus in dies infidelium terra, marique potentia, & Fidelium in servitute sua rapina, & præda, sua ad Redemptionem huiusmodi suffragia eo largius exhibeant, quo maiora inde conspexerint pręmia assequuturos dicto Ordini B. MARIÆ, & illius personis, & locis, ac benefactoribus eadem, & alia quæ ad exequendum tam necessarium charitatis officium esse viderimus opportuna, de novo concedere, aliàsque in pręmissis opportunè providere de benignitate Apostolica dignaremur.

Captivi ad Romā ducti per Redemptores M. Ioannem Lupum, & Arnaldum de Duce.

Petitio nostra pro confirmādis, & innovādis Apostolicis concessionibus.

4 Nos igitur pręfatum modernum Generalem Magistrum, ac Ioannem, & Arnaldum, & eorum quemlibet à quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, alijsque Ecclesiasticis sententijs, censuris, & pœnis, à iure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodati existunt, ad effectum præsentium dumtaxat consequendum, harum serie absolventes, & absolutos fore censentes, singulorum privilegiorum, gratiarum, & indultorum, spiritualium, & temporalium, tam B. MARIÆ, quam Mendicantibus Ordinibus, illorumque personis, & locis concessorum huiusmodi tenores, ac si de verbo ad verbum insererentur, pręsentibus pro sufficienter expressis habentes, huiusmodi supplicationibus inclinati: *Ex certa nostra scientia* authoritate Apostolica tenore pręsentium huiusmodi litteras, necnon immunitates, exemptiones, privilegia, indulta, & alias gratias dicto Ordini B. MARIÆ, & illius Fratribus, locis, & personis de illo benemerentibus concessa huiusmodi, quatenus sunt in vsu, approbamus, & innovamus, ac præsentis scripti patrocinio communimus, & eidem Ordini B. MARIÆ, & eius Fratribus, locis, & benefactoribus illa de novo concedimus: Necnon omnia, & singulas gratias, privilegia, & indulta dictis Mendicantibus Ordinibus, & eorum personis, & locis, per Sedem prędictam concessa concedimus. Et volumus, vt dicta relaxatio pœnarum Purgatorij animabus defūctorum, pro quibus dicti duo floreni erogarentur, per Nicolaum Prędecessorem, vt præfertur, concessa eisdem animabus, aliàs iuxta ipsius Nicolai Prędecessoris litteras qualificatas etiam pro quarum singulis non nisi vnum florennum similem ad dictæ Redemptionis opus erogari contigerit, suffragetur. Et statuimus insupèr, & ordinamus, vt dicti Ordinis B. MARIÆ Fratres Quadragesimalibus, & alijs anni temporibus, & diebus, quibus nonnullę Vrbis, & extra illius muros consistentes Ecclesiæ pro stationibus consequendis à Christi Fidelibus visitantur, vnum, vel duo Altaria in Ecclesijs Domorum dicti Ordinis B. MARIÆ sita devotè visitando, omnes, & singulas indulgentias, & peccatorum remissiones cōsequantur, quas consequerentur, si singulas Vrbis, & extra muros existentes Ecclesias prædictas personaliter visitarent, vt sint participes omnium, & singulorum sacrificiorum, ieiuniorum, peregrinationum, etiam vltra mare, & aliorum operum, quæ nunc, & pro tempore in Sacrosancta Vniversali Ecclesia, & omnibus eius membris fient.

Nostra, & Confratrū indulta confirmat

Privilegia omnia Mēdicantium nobis indulget.

Tāxat eleemosynā Confratribus, vt indulgētias consequātur.

Stationes Almę Vrbis in nostris Ecclesijs largitur.

5 Et vt singuli vtriusque sexus Christi Fideles, in Civitatibus, & Diœcesibus, in quibus dicti Ordinis B. MARIÆ aliqua Domus consisterit, viro, & vxore pro vna persona computatis, qui eiusdem Ordinis Fratribus ad hoc pro tempore deputatis singulos triginta denarios monetę ibidem cursum habentis, seu eorum valorem pro Redemptione huiusmodi erogaverit, vltra

De novo Confratribus plenariā semel in vita, & in mortis articulo indulgentiam concedit.

alias

alias gratias, & indulta benefactoribus ipsius Ordinis B. MARIÆ dicta authoritate Apostolica concessa, quoad vixerint, semel in vita, & in mortis articulo, plenariam omnium peccatorum de quibus corde contriti, & ore confessi, indulgentiam, & remissionem consequantur. Et quævis pecuniarum summa, aut res aliqua pro Redemptione alicuius personæ specificé pro tempore oblata, & per dictos Fratres Ordinis B. MARIÆ accepta in Redemptione eiusdẽ personæ, aliæ verò eleemosynæ, & pia suffragia à Christi Fidelibus pro Redemptione Captivorum in genere pro tempore erogata, & proventuum partes, quæ à singulis B. MARIÆ Domibus, seu earũ Præceptoribus ad Redemptionem eamdem assignantur, in ipsum Redemptionis opus dumtaxat exponi fideliter debeant, & in nulla alia pietatis opera valeant commutari: eaque omnia in Arcam ad hoc per dictum Generalem Magistrum specialiter deputandam, & sub quatuor clavibus apud quatuor ex prioribus eiusdem Ordinis B. MARIÆ Fratribus deponendis custodiram, congerantur, ac conserventur.

Ea, quę ad certum vsum largitione sunt destinata Fidelium, in illum debent, non in alium converti. Singuli Ordini nostri Conventus certam suorum provẽtuũ partem ad Redemptionem Captivorum assignabant.

6 Liceat autem dicto Generali Magistro, qui pro tempore fuerit, de tertia solum parte pecuniarum, & rerum pro Redemptione huiusmodi in genere congestarum, & ipsius Ordinis Beatæ MARIÆ, Domorum pauperum, & eorum qui in hoc sancto opere versabuntur, & se exercebunt, ingruentium pro tempore necessitatum subsidium disponere.

Hoc indulto nunquã vsa est nostra Religio, quin potius statim in primis, sequentibusque comitijs generalibus eidem renũtiavit, videlicet in Capitulo Generali Barchinone habito an. 1520. & in Capitulo Gen. an. 1632. Ibidem celebrato, & in Murciẽsi anno 1636. & in Cap. Gen. Olivetano 1603. Vide Clem. VIII. B. 25. nu. 20. & nostra Cõst. dist. 2. cap. 28.

7 Declaramus etiam scientia, & Apostolica authoritate similibus quæcumque ad Redemptionem huiusmodi pro tempore legata relicta, & donata sub quibusvis rerum ad pias causas relictarum, vel donatarum applicationibus, etiam in favorem fabricæ Principis Apostolorum de Vrbe, vel subsidium expeditionis contra infideles etiam in specie de bonis ad eamdem Redemptionem pertinentibus per Nos, & Sedem Apostolicam factis, & faciendis, nequaquam comprehendi: sed esse ab illis perpetuis futuris temporibus prorsus excepta.

8 Demùm dictis Fratribus Ordinis B. MARIÆ, & Commissarijs ab eis super negotio Redemptionis huiusmodi pro tempore deputatis, indulgentias, & peccatorum remissiones, cæteraque privilegia, & indulta ipsis, & alijs Christi Fidelibus eorũ pia suffragia ad præmissa exhibentibus pro tempore concessa, vbi, quando, & quoties eis opportunum videbitur, per se, vel alium, seu alios in Ecclesijs, & alijs locis etiam solemniter publicandi, & publicari faciendi plenam, & liberam licentiam, elargimur.

9 Præcipientes districtius vniversis, & singulis Venerabilibus Fratribus nostris Archiepiscopis, Episcopis, & alijs locorum Ordinarijs, in virtute sanctæ obedientiæ, & sub interdicti ingressus Ecclesiæ latæ sententiæ pœna ipso facto, quo in aliquo contravenerint, incurrenda, ne dicti Ordinis B. MARIÆ Fratres, & Commissarios, & alios ab eis, etiam ad prædicationis, seu publicationis huiusmodi opus pro tempore depurandos, aut eorum aliquem, super præmissis directè, vel indirectè, quovis quæsito colore impediant, inquietent, vel perturbent: Nec ab eis ratione singularum litterarum, quas ipsi pro publicationibus huiusmodi, in eorum Ecclesijs, Civitatibus, & Diœcesibus, seu districtibus commodius faciendis concedere solent, vltra quinque florenos similiter pro eis, eorumque Secretarijs, & Notarijs, & alijs Ministris accipiant.

Præcipit Ecclesiæ Prælatis observantiã huius Constitutionis.

10 Decernentes præsentes litteras quibusvis revocationibus, suspensionibus, aut alijs contrarijs dispositionibus, per Nos, & Sedem eamdem pro tempore factis nullatenus subjacere, non obstantibus Apostolicis, ac in Provincialibus, & Synodalibus Concilijs editis generalibus, vel specialibus Constitutionibus, & Ordinationibus, ac omnibus illis, quæ Nicolaus, Sixtus, & Iulius Prædecessores præfati in singulis suis litteris prædictis voluerunt non obstare, cæterisque contrarijs quibuscumque.

A revocatione libe rar hanc Constitutionem.

11 Cæterùm quia difficile foret præsentes litteras ad singula quæque loca, vbi earum vsus ad præmissa necessarius foret, originaliter posse transferri, volumus, & eadem Apostolica authoritate etiam decernimus, vt ipsarum præsentium transumpto publici Notarij subscriptione, & alicuius Curiæ Ecclesiasticæ, vel personæ in dignitate Ecclesiastica constitutæ, sigilli impressione munito, ea vbique fides adhibeatur indubia, quæ præsentibus adhiberetur, vbicumque essent exhibitæ, vel ostensæ.

Eamdem Fidem iubet adhibe ri transumptis, ac origina li.

12 Nulli ergo omninò hominum liceat, hanc paginam nostræ absolutionis, approbationis, innovationis, communitionis, concessionis, declarationis, voluntatis, & decreti infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem Omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum eius se noverit incursurum.

Contradictoribus minatur.

Datis Romę apud Sanctum Petrum,

trum, anno Incarnationis Dominicæ 1516. 5. Kalendas Augusti, Pontificatus nostri anno 4.

Hæc Bulla extat originalis apud generale Matritense Ordinis nostri Archivum, authentica Barcinone, quam triplici Constitutione sequenti ipse Leo X. variis Conservatoribus ad executionem committit. Eamdem ferè refert Clem. VII. Constit. I. qua incipit Redemptionis. Adduciturque in citato veteri Bullario in hoc Papa B. 3. fol. 135. & à Cherubino in Bullar. Romano, impresso Lugduni tom. 4. in Append. Const. 9.

LEONIS X.

CONSTITUTIO IV.

Vigesimo quarto Mag. Generali V.P.Fr.Iacobo Laurentio de la Mata.

COMPENDIUM.

Abbates S. Saturnini Tolosana, & Sanctæ Fidei Cæsaraugustana, & Sanctæ Mariæ Rivipulli Diœcesum in Indices Conservatores, cum potestate coercendi contradictores per Ecclesiasticam Censuram, & alia opportuna iuris remedia super Bullæ præcedentis executione designat, derogat contrariis quibuscumque.

Edita an. 1516.

LEO EPISCOPUS, SERVUS servorum Dei. Dilectis filiis Sancti Saturnini Tolosanæ, & S. Fidei Cæsaraugustanæ, & S. MARIÆ Rivipulli Cæsaraugustanæ, & Vicensis Diœcesum Monasteriorum Abbatibus, salutem, & Apostolicam Benedictionem.

Hodie emanarunt à Nobis litteræ tenoris sequentis. Leo Episcopus, Servus servorum Dei. Ad perpetuam rei memoriam. Dum grata Deo, & accepta hominibus charitatis opera, &c. *Insere Bullam immediatè antecedentem.*

Bulla immediate antecedēs memoratur.

1 Quo circa discretioni vestræ per Apostolica scripta mandamus quatenus vos, vel duo, aut unus vestrum per vos, vel alium, seu alios litteras prædictas, & in eis contenta quæcumque ubi, & quando expediens fuerit, ac quoties pro parte Generalis Magistri, & Fratrum prædictorum, vel alicuius eorum desuper requisiti fueritis, solemniter publicãtes, eisque in præmissis efficacis defensionis præsidio assistentes faciatis ipsos, & eorum quemlibet litteris nostris prædictis, & omnibus in eis contētis pacificè frui, & gaudere: non permittentes eos per locorum Ordinarios, aut quoscumque alios desuper molestari, contradictores per censuram Ecclesiasticam, & alia iuris remedia, appellatione postposita compescendo: non obstantibus supradictis, aut si Ordinariis præfatis, aut quibusvis aliis communiter, vel divisim à dicta sit Sede indultum, quod interdici, suspendi, vel excommunicari non possint per litteras Apostolicas non facientes plenam, & expressam, ac de verbo ad verbum de indulto huiusmodi mentionē.

Indices executores instituit, & præcipit supra concessa exequi facere

Non obstantibus quibuscūque.

Datis Romæ apud S. Petrum, anno Incarnationis Dominicæ 1516. 5. Kalendas Augusti, Pontificatus nostri anno 4.

Habetur originalis Barcinone, authentica Matriti, & in veteri Bullario, eam affert M. Vargas ubi sup.

LEONIS X.

CONSTITUTIO V.

Vigesimo quarto Mag. Generali V.P.Fr.Iacobo Laurentio de la Mata.

COMPENDIUM.

Decanos Toletanum, & Hispalensem, ac Scholasticum Vallis-Oletanum Indices executores præfatæ concessionis adauget.

Edita an. 1516.

LEO EPISCOPUS, SERVUS, servorum Dei. Dilectis filiis Toletanæ, & Hispalensis Decanis; necnon Scholastico Vallis-Oleti, Palentinæ Diœcesis Ecclesiarum, salutem, & Apostolicam Benedictionem.

Hodie emanarunt à Nobis litteræ tenoris sequentis. Leo Episcopus, Servus servorum Dei. Ad perpetuam rei memoriam. Dum grata Deo, & accepta hominibus charitatis opera, &c. *Insere Bullam 3. huius Pontificis.*

1 Quo circa discretioni vestræ per Apostolica scripta mandamus, quatenus vos, vel duo, aut unus vestrum per vos, vel alium, seu alios litteras prædictas, & in eis contenta quæcūque, ubi, & quando expediens fuerit, ac quoties pro parte Generalis Magistri, & Fratrū prædictorum, vel alicuius eorum desuper requisiti fueritis solemniter publicãtes, eisque in præmissis efficacis defensionis præsidio assistentes faciatis ipsos, & ipsorum quemlibet litteris nostris prædictis, & omnibus in eis contentis pacificè frui, & gaudere: non permittentes eos per locorum Ordinarios, aut quoscumque alios desuper indebite mo-

Commissio mādata ad Bullæ executionem.

molestari, contradictores per Censuram Ecclesiasticam, & alia iuris remedia, appellatione postposita, compescendo: non obstantibus omnibus supradictis, aut si Ordinatijs præfatis, aut quibusvis alijs communiter, vel divisim à dicta sit Sede indultum, quod interdici, suspendi, vel excommunicari non possint per litteras Apostolicas non facientes plenam, & expressam, ac de verbo ad verbum huiusmodi mentionem.

Datis Romæ apud S. Petrum anno Incarnationis Dominicæ 1516. 5. Kalendas Augusti, Pontificatus nostri anno 4.

Habetur ubi supra originalis, & authentica.

LEONIS X.

CONSTITVTIO VI.

Vigesimo quarto Mag. Generali V. P. Fr. Iacobo Laurentio de la Mata.

COMPENDIVM.

Magistro Generali iniungit, ut Capitulum Generale convocet, & acta reformationis instituat, & observari faciat.

Edita an. 1516.

LEO PAPA X. DILECTO FILIO Iacobo Laurentio Mag. Generali Ordinis Beatæ MARIÆ de Mercede, Redemptionis Captivorum salutem, & Apostolicam benedictionem.

Commissio facta pro Ordinis reformatione Cardinali Protectori

1 Dilecte fili. Quoniam, sicut fide digna relatione intelleximus, multa sunt in Ordine tuo, quæ necessaria, pro ipsius Ordinis, & illius personarum, & domorum fœlici successu, & statu prospero innovatione indigent; & quæ ad reformationis modum, per Nos desuper ordinatum dilecto filio nostro Francisco Tit. SS. Ioannis, & Pauli, dicti Ordinis Protectori, per eum tibi congruo tempore, & loco significanda commisimus oraculo vivæ vocis.

Mag. Gen. iniugitur Capit. Gē. celebratio Cæsaraug.

2 Devotioni tuæ præsentium tenore mandamus, quatenùs vniversis, & singulis dicti Ordinis Præceptoribus, in Cathaloniæ, Aragoniæ, Franciæ, Castellæ, Valentiæ, & alijs Orbis Provincijs, & locis cōstitutis in Civitate Cæsaraugustaoa Regni Aragonum, per totum mensem Septembris, anni 1517. celebrandum Capitulum Generale indicas; & eis sub excommunicationis latæ sententiæ, & privationis præceptoriarum, quas obtinent, ac vocis activæ, & passivæ, inhabilitatisque, & alijs, quæ tibi opportunę videbuntur, pœnis, ipso facto, quo non paruerint, cum effectu incurrendis, vt ad dictum per te sic indicendum Capitulum, omni privilegio, exemptione, pactis, & conventionibus, etiam per Sedem Apostolicā concessis, & confirmatis, cessantibus, pro vniversali dicti Ordinis bono se cōferant, præcipias, atque mandes.

Quę in Capitulo agenda pręcipiat.

3 Et in ipso Capitulo, quorumvis contumacia circunscripta, ad faciendum prædicta, iuxta ea, quæ à dicto Francisco Cardinali, cui super id plene aperuimus mentem nostram, per eius litteras acceperis, vna cū ipsius Capituli Definitoribus procedas, & illa etiam, sub Censuris, & pœnis prædictis perpetuis futuris temporibus observanda, statuas, atque ordines authoritate nostra: non obstantibus præmissis, ac constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, necnon statutis, & consuetudinibus dicti Ordinis, iuramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis, privilegijs quoque, & indultis, ac litteris Apostolicis aliquibus Præceptoribus, aut Provincijs, & Domibus dicti Ordinis concessis, etiā per quæ ab accessu ad Capitulum huiusmodi, & observantia gerendorum in eo, quavis ratione exempti censeri possent, aut viderentur; quibus omnibus, quorumcumque tenorum existant, harum serie specialiter, & expresè derogamus, cæterisque contrarijs quibuscumque.

Revocantur exceptiones.

Datum Romæ apud S. Petrum, sub annulo Piscatoris, die 17. Septembris 1516. Pontificatus nostri anno 4.

Habetur authentica in nostro Archivo Barchinone.

LEONIS X.

CONSTITVTIO VII.

Vigesimo quarto Mag. Generali V. P. Fr. Iacobo Laurentio de la Mata.

COMPENDIVM.

Scholasticis Hispalensis, Malacitanæ, & Cordubensis Ecclesiarum committit, & præcipit, ut tanquam Iudices executores concessa nobis in præfata Bulla 3. faciant observari.

Edita an. 1517.

LEO EPISCOPVS, SERVVS servorum Dei. Dilectis filijs Hispalensis, ac Malacitanæ, Cordubensisque Ecclesiarum Scholasticis salutem, &

& Apostolicam Benedictionem.

Dudum pro parte dilectorum Generalis Magistri, & Fratrum Ordinis Beatæ Mariæ de Mercede Redemptionis Captivorum Nobis exposito, quod fæl. recordationis Nicolaus Papa IV. Prædecessor noster animabus defunctorum, qui in sinceritate fidei, ac vnitate, & obedientia S. R. E. & sua suorumque Successorum Romanorum Põtificum, contritione, & confessione integra, si tempus adsoret, & confitendi facultas, ab hac luce migrassent, &c. *Sequitur residuum in Bulla 3. à n. 2. ad num. 12. ad ea verba exhibita, vel ostensa.*

Memorat Bull. 3. à se emanatam.

Et deinde per alias nostras litteras dilectis filijs Decanis Toletanæ, Hispalensis, ac Scholastico Vallisoletano Palẽtinæ Diœcesis Ecclesiarum dedimus in mandatis, quatenùs ipsi, vel duo, aut vnus eorum per se, vel alium, seu alios litteras prædictas, & in eis contenta quæcumque, vbi, & quando expediens foret, ac quoties pro parte Generalis Magistri, & Fratrum prædictorum, vel alicuius eorum desupèr requisiti forent, solemniter publicantes, eisque in præmissis efficacis defensionis præsidio assistentes, facerent ipsos, & eorum quemlibet litteris nostris prædictis, & omnibus in eis contentis pacificè frui, & gaudere, non permittentes eos, per locorum Ordinarios, aut quoscumque alios desupèr indebite molestari, contradictores pèr Censuram Ecclesiasticam, & alia iuris remedia, appellatione postposita, compescendo, provt in singulis litteris nostris huiusmodi desupèr confectis plenius continetur.

Memorat Bull 5. à se cócessã.

1 Cum autem, sicuti exhibita Nobis posteà pro parte dictorum Generalis Magistri, & Fratrum petitio continebat, ipsi super præmissis ad Decanos, & Scholasticum Ecclesiæ Vallisoletanę præfatos de facili non possent habere recursum, pro parte eorundem Generalis Magistri, & Fratrum Nobis fuit humiliter supplicatum, vt, ne earundem litterarum frustraretur effectus, aliquos probos viros loco Decanorum, & Scholastici Ecclesiæ Vallisoletanæ eorundem subrogare, & aliàs super his opportune providere paterna diligentia curaremus.

Alios Iudices conservatores præfatæ Bullæ subrogari petimus.

2 Nos igitùt huiusmodi supplicationibus inclinati, discretioni vestræ per Apostolica scripta mandamus, quatenùs vos, vel duo, aut vnus vestrum per vos, vel per alium, seu alios, postquam nostræ dictæ literæ, vel earum authoritate transcripta vobis, seu alteri vestrum præsentata fuerint, ad illarum exequutionem, illarum forma servata in omnibus, & per omnia procedatis, ac si singulæ nostræ literæ prædictæ vobis, & non ipsis Decanis, & Scholastico Ecclesiæ Vallisoleti à principio directæ fuissent.

Petitio cõceditur, & alij assignãtur Iudices conservatores

Datis Romæ apud S. Petrum, anno Incarnationis Dominicæ 1517. pridiè Kalendas Martij, Pontificatus nostri anno 5.

Bullam istam addacit vetus authenticatum Ordinis nostri Bullar. in Leone X. Bull. 6. fol. 141. illius quoque meminit M. Vargas supra pag. 378. ad an. 1517.

LEONIS X.

CONSTITVTIO VIII.

Vigesimo quinto Mag. Generali V. P. Fr. Iacobo de Sancto Laurentio.

COMPENDIVM.

Revocaverat Pontifex omnes indulgẽtias in ditione Hispanię concessas, etiam ad opus Redemptionis occasione expeditionis contra infideles: Nunc autem certior factas quod plures Milites classis Caroli V. apud Algariam Captivi detinebantur, postquam Patribus SS. Trinitatis ad annũ concesserat suas pro redemptione indulgentias publicare; eo quod hęc Religio apud Aragoniam perpaucos haberet Conventus, nobis ad annum pro redemptione indulgentias concessas publicare indulget; Ecclesię Prælatis præcipit, ne pro licentijs publicandi redemptionem, & eius indulgentias pretium exquirant sub gravibus pœnis.

LEO PAPA X. VENERABILI Fratri Ioanni Episcopo Burgensi. Venerabilis Frater salutem, & Apostolicam Benedictionem.

Edita an. 1519.

1 Aliàs per Nos, non quidem sine gravi cordis dolore, accepto, quod paucis tunc antea mensibus ex classe charissimi in Christo filij nostri Caroli Hispaniarum Regis Catholici apud Africam naufragium passa, multi Christiani Milites in Sarracenorum inciderunt servitutem, & in ea cum animarum simul, & corporum periculo detinebantur, Nos desiderantes tanto periculo quàtocitius obviare, motu propio, & ex certa nostra scientia Fraternitati tuę alijs nostris litteris dedimus in mandatis, quatenùs de præfati Regis consensu omnes, & singulas indulgentias, & peccatorum remissiones, & super illis facultates, & indulta, vniversis vtriusque sexus Christi Fidelibus aliquid dè bonis eorum modo ibi expresso dilectis filijs

Classis Imperatoris naufragiũ passa in Captivitatem venit.

Occurritur remedio Redẽptionis per PP. SS. Trinitatis.

filijs Fratribus Ordinis Sanctiſſimæ Trinitatis Redemptionis Captivorum ad ipſum Redemptionis opus pro tempore erogantibus à Sede Apoſtolica conceſſa in ſingulis eiuſdem Regis Regnis, & Dominijs faceres authoritate noſtra publicari, tolleresque quoad illam ſuſpenſionem generalem omnium,& ſingularum indulgẽtiarum, & per earum proſequutionẽ,facultatũ quibuſvis Eccleſijs, & locis, in dictis Regnis, & Dominijs conſiſtentibus, etiam prædictæ Redemptioni tunc conceſſarum, & in poſterum concedendarum, ac earum publicationis prohibitionẽm per Nos in favorem expeditionis contra Infideles vſque ad certũ ibi expreſſum tempus motu, & ſcientia ſimilibus factas, quas etiam Nos tunc ſuſtulimus vſque ad annum tunc immediatè futurum,& alia faceres provt in dictis litteris plenius continetur.

Suſpenſio indulgentiarum in ſubſidium contra infideles.

2 Cum autem, ſicut accepimus, noſtræ literæ commodè publicari hactenus non potuerunt,& in Aragonum, & illis adhærentibus Regnis, & Dominijs paucæ dictæ Sanctiſſimæ Trinitatis, multæ vero Beatæ MARIÆ de Mercede Redemptionis eiuſdem Ordinis Domus ad idem Redemptionis opus exequendum inſtitutæ exiſtant: cuius Ordinis Beatæ MARIÆ Fratribus etiam aliquid in quantitatibus ibi expreſſis pro redemptione huiuſmodi pro tempore erogantes varia etiam ibi expreſſa, indulgentias, peccatorum remiſſiones, & alia ſpiritualia dona ex Sedis Apoſtolicæ,& diverſorum Romanorum Pontificum Prædeceſſorum noſtrorum largitione conſequuntur. & cõſuetudo quædam, ſeu potius corruptela In ſingulis fere Regnis, ſeu Dominijs prædictis à tanto tempore citra,de cuius initio forſan non extat hominum memoria,inoleverit, vt dictorum Ordinum Fratres indulgentias, & indulta huiuſmodi prædicare, & eleemoſynas ad dictum Redemptionis opus petere, & legata eis pro eadem redemptione pro tempore facta exigere, & habere per locorum Diœceſanos, & etiam inferiores Prælatos, & Hoſpitalis S.Ioannis Ieroſolimitani Præceptores, & Fratres in Eccleſijs, & locis eorum dominio, vel iuriſdictioni ſubiectis impediãtur, niſi prius ipſorum Diœceſanorum, & aliorum Prælatorum, ac Præceptorum deſupèr licentia pecunia compararur, aut aliàs cum eis pro ea obtinenda aliquam compoſitionem faciãt: ad celerem quoque dictorum Captivorum Militum Redemptionẽ pertineant quantitates eleemoſynarum erogandarum pro indulgentijs,& alijs gratijs prędictis conſequẽdis,taxatæ pro locorum, & perſonarum qualitatibus alteratæ,& conſuetudinem huiuſmodi ad eumdem ſaltẽ effectum ſuſpendere motu,& ſciẽtia ſimilibus per annum in dictis litteris conceſſũm,à die illarum, & præſentium litterarum in ſingulis Cathedralibus Eccleſijs publicationis faciendæ quoad Civitates, & Diœceſes ipſarum Eccleſiarum, in quibus publicatio fiet reſpectivè, illis exceptis, quæ in Regno Neapolitano exiſtunt, incipere declaramus: & eaſdem noſtras litteras cum omnibus, & ſingulis commiſſionibus, mandato, facultatibus, & alijs in eis contentis clauſulis ad indulgentias, & peccatorum remiſſiones, atque indulta dicto Ordini Beatæ MARIÆ, & illius Fratribus pro eodem redemptionis negotio, vt præfertur conceſſa: & ad perſonas etiam in Inſulis maris Occeani ſub dicti Regis ditione degentes extendimus,& ampliamus.

Conqueritur de Diœceſanis, & alijs, qui pro licẽtia publicandi Redemptionem, & eius indulgẽtias pecunias exigant.

Fiat publicatio in omnibus Hiſpaniæ Dominijs, præter in Regno Neapolis pro Redẽptione.

3 Necnon vniverſis locorum Diœceſanis, Abbatibus, Conventibus, ac alijs Prælatis,Præceptoribus præfatis,ac eorum cuilibet ſub ingreſſus Eccleſiaſtici interdicti,& ſuſpenſionis ab Eccleſiarum,quibus præſũnt regiminibus quò ad Archiepiſcopos, & Epiſcopos,quoad alios vero inferiores ſub excommunicationis latæ ſententiæ pœna, & quoad omnes mille ducatorum auri, quos ex nunc provt ex tunc dictæ Redemptioni applicamus, pœnis ipſo facto incurrendis, diſtrictè præcipimus, quatenus, anno prædicto durante, vbi, & quando,ac quoties pro parte tua fuerint requiſiti, quibuſvis perſonis per ſe ad hoc deputandis, & dictorum Ordinum Fratribus, liberam abſque aliqua ſolutione, vel compoſitione,præterquam mercede laboris,ſcripturam deſupèr neceſſariam conficientis, licentiam pro indulgentijs, & indultis prædictis in eorum Eccleſijs, Civitatibus,Diœceſibus, & locis alijs publicandis, & prædicandis concedant, & ab omni contra eas indulgentias, atque indulta huiuſmodi publicantes, & prædicantes, & eleemoſynas quærentes impedimento directè, vel indirectè quovis quæſito colore abſtineant; quinimò eis favorẽ auxilium, & conſilium, illius intuitu,qui pro ſalute humani generis ſanguinem,& vitam exponere dignatus eſt,præbere ſtudeant opportuna.

Prohibet ne Diœceſani pro publicatio ne indulgentiarum Redemptionis aliquid exigant.

Hoc etiam prohibuit generaliter Concil. Trid. ſeſ. 21. de reform cap. 9 ad finem.

4 Fraternitati vero tuæ, de cuius providentia, & fide multò Nobis maiora promittimus, quãtitates prædictas provt iuxta locorum,& perſonarũ qualitates faciẽdas eſſe coghoveris,augendi, & moderandi, & eos, qui in Cenſuras, & pœnas huiuſmodi incidere non erubuerunt, illis innodatos eſſe per te, vel alium, ſeu alios declarandi, ipſaſ-

ipsasque Censuras, etiam iteratis vicibus, aggravandi, & pœnas pecuniarias exigendi, & in dict.m Redemptionis opus omninò convertendi, quavis appellatione remota, & brachium sæculare, quoties opus fuerit, invocandi, plenam, & liberam earundem tenore præsentium concedimus facultatem: Non obstantibus præmissis, ac omnibus alijs, quæ in alijs nostris voluimus non obstare, cæterisque contrarijs quibuscumque.

Datum Romæ apud S. Petrum sub annulo Piscatoris die 11. Iunij 1519. Pōtif. nostri anno 7.

Transumptum authenticum huius brevis asservatur in nostro archivo Generali Conventus Matritensis, illudque affert authenticatum Ordinis nostri Bullar. in hoc Pontif. B. 7. fol. 142. easdem quoque litteras ipsemet Pōtifex extendit ad triennium constit. sequenti.

LEONIS X.

CONSTITVTIO IX.

Vigesimo quinto Mag. Generali V. P. Fr. Iacobo de Sancto Laurentio.

Edita an. 1519.

PRÆCEDENTEM BVLLAM extendit ad triennium, sub eisdem pœnis, & Censuris, & eisdem fere verbis.

Datis Romæ apud Sanctum Petrum anno Incarnationis Dominicæ 1519. 5. Kalendas Iulij, Pontific. nostri anno 7.

Transumptum huius brevis authenticum extat vbi supra, quod etiam refertur in citato Bullar. ibidem fol. 143. à tergo.

D. Fr. Iacobus Cunchillos Episcopus Illerden. assumitur.

AD annum 1512. creavit seu potius assumpsit ab Episcopatu Catanensi præfatum Dominum D. Fr. Iacobum Cunchillos ad Illerdensem Ecclesiam, vbi litterarum zelo in eius Vniversitate Chathedram Theologiæ S. Thomæ instituit. Obijt ibid.

LEONI X. qui obijt anno 1521. succedit

ADRIANVS VI.

Florentinus, Belga, Vrbe Traiecto natus, Episcopus Dertusensis, Presbyter Cardinalis Tituli SS. Ioannis, & Pauli. Creatus 3. Idus Ianuarij. Coronatus 4. Kalendas Septembris, anno Domini 1522. Vixit annum 1. menses 8. dies 3. Creavit Cardinalem vnum. Obijt 8. Kalendas Octobris anno Domini 1523. Sepultus fuit in Basilica S. Petri, postea translatus fuit in Ædes S. Mariæ Germanorum.

ADRIANI VI.

CONSTITVTIO I.

Vigesimo sexto Mag. Generali V. P. Fr. Benedicto Safont.

CONCEDIT OMNIBVS CHRISTI Fidelibus Ecclesiam nostri Conventus Granatensis statutis diebus visitantibus indulgentiam plenissimam in forma Iubilei quæ per modum suffragij posset pro defunctis applicari.

Ita M. Varg. to. 1. lib. 2. cap. 25. fol. 386.

ADRIANI VI.

CONSTITVTIO II.

Vigesimo sexto Mag. Generali V. P. Fr. Benedicto Safont.

CONFIRMAT OMNES concessiones Ordini nostro à suis Præcessoribus indultas.

Concedit vt Fratres nostri possint eligere vnum ex Confessoribus per Officialem illius Diœcesis approbatis, qui possit eos absolvere in casibus ad Sedē Apostolicam reservatis semel in vita, in alijs vero semel intra singulos annos, prout concessum fuit Fraternitatibus Fratrum Ordinis Sanctissimæ Trinitatis.

Indulget vt ijdem nostri Confratres Divinis Officijs assistere possint tēpore interdicti.

Sic dictum authenticum nostri Ordinis Bullar. in hoc Pontif. fol. 150. Hanc quoque Bullam citant Paul. III. Constit. Vnic. Paul. IV. Constit. 1. & 2. & Pius IV. Constit. 1.

ADRIANO VI. qui obijt anno 1523. succedit

CLEMENS VII.

Florentinus de Familia Medicea, Archiepiscopus Florentinus Presbyter Cardinalis Tituli Sancti Laurentij in Damaso, Vice-Cancellarius, Iulius antea vocatus. Creatus 13. Kalendas Decembris. Coronatus 6. Kalendas eiusdem mensis anno Domini 1523. Vixit annos 10. menses totidem, dies 7. Creavit Cardinales 32. Obijt 7. Kalendas Octobris anno Domini 1534. Sepultus fuit in Basilica Sancti Petri.

CLE-

CLEMENTIS VII.

CONSTITVTIO I.

Vigesimo sexto Mag. Generali V. P.Fr. Benedicto Safont. MM. Hieronymo Perez, Dominico Claveria, & Augustino Molinar Procurantibus.

COMPENDIVM.

Plures gratias, & indulgentias Praedecessorum suorum, quos specialiter recenset, confirmat.

Edita an. 1525.

CLEMENS EPISCOPVS SERVVS Servorum Dei. Ad perpetuam rei memoriam.

Exordium

Redemptoris D.N.IESVCHRISTI, qui nos ad pietatis cultum, & charitatis zelum misericorditer exercendum suis hortatus est exemplis, vices, licet immeriti, gerentes in terris, Romanorum Pontificum, praesertim pro regulatium locorum foelici statu, & Personarum in illis sub suavi Religionis iugo Altissimo famulantium, ac fidelium Captivorum libertati continuo studio vacantium commoditate, ac animarum salute, gesta, cum à Nobis petitur, approbamus, & nostri patrocinij praesidio communimus, illaque de novo concedimus, ac aliàs desupèt providemus, provt huiusmodi Captivorum liberationi, & animarum saluti conspicimus in Domino plenius expedire.

Bonifacii VIII. Alex. IV. &c. concessiones nobis factas commemorat.

1 Dudum siquidèm, postquam foelicis recordationis Bonifac. VIII. Alex. IV. Clem. IV. Greg. XI. Martinus etiam V. Eugenius etiam IV. & Callixtus similiter III. Romani Pontifices Praedecessores nostri tunc Generali Magistro, & Frattibus Ordinis Beatae MARIÆ de Mercede Redemptionis Captivorũ, certas erga locorum Ordinarios, & alias tunc expressas monitiones, necnon peccatorum relaxationes, atque alia indulta, & gratias per diversas suas litteras concesserant. Et piae memoriae Nicolaus Papa IV, etiam Praedecessor noster animabus defunctorum, qui in sinceritate fidei, ac vnitate Sanctae Romanae Ecclesiae, ac sua suorumque successorum Romanorum Pontificum obedientia, contritioneque, & confessione integra (si tempus, & confitendi facultas afforet) ab hac luce migrassent, & pro quibus duo florenni aurei Aragoniae, vel pretium aequivalens, ad opus Redemptionis Christi Fidelium apud Infideles Captivorũ, Fratribus dicti Ordinis erogarentur, omnem poenam, quam post eorum decessum pro suorum expiatione peccatorum pati deberent, per modum suffragij misericorditer in Domino per alias suas relaxaverat.

Sixti IV. concessiones.

2 Ac recolendae memoriae Sixtus Papa IV. similiter Praedecessor noster Bonifacii, Alexand. Clem. & Gregor. necnon Martini, & Eugenij, Callixtique Praedecessorum litteras huiusmodi cum illarum de verbo ad verbum insertione per reliquas suas litteras approbaverat, & nonnulla alia de novo concesserat. Nec non Sanctae memoriae Iulius Papa II. etiam Praedecessor noster, Sixti, & aliorum Praedecessorum huiusmodi litteras, quantascumque essent, cum auctoritate Apostolica approbaverat, & innovaverat, illasque perpetuae firmitatis robur obtinere decreverat: & pro potiori cautela omnia, & singula, in dictorum Praedecessorum litteris contenta eisdem Generali Magistro, & Fratribus de novo cõcesserat: Quodq; cõfessor idoneus Saecularis, qui Confratres vtriusque sexus Confraternitatis eiusdẽ B. MARIÆ canonicè institutae pro tempore existentes, & eorũ quilibet, cuiuscumque dignitatis, status, gradus, Ordinis, vel conditionis forent, ducerent eligendum.; ipsos ab omnibus, & singulis eorum excessibus, peccatis, criminibus, & delictis, etiam in casibus Sedi Apostolicae reservatis semel in vita, in alijs vero semel in singulis annis, quemadmodum Confrattibus Confraternitatis Ordinis Sanctissimae Trinitatis Redemptionis Captivorum ab eadem erat Sede concessum, eisque pro commissis poenitentiam salutarem iniungere posset, & si praefatos Confratres Confraternitatis Beatae MARIÆ ad loca Ecclesiastico interdicto ordinaria auctoritate supposita declinare contingeret (si tamen interdicto huiusmodi causam non dedissent) in illis, clausis ianuis, excommunicatis, & interdictis exclusis, non pulsatis campanis, & sub missa voce Missis, & alijs Divinis Officijs interesse; ac qui ex dictis Confratribus Confraternitatis Beatae MARIÆ Presbyteri forent, eas celebare: Nec non eorundem Confratrum tempore interdicti huiusmodi decedentium cadavera absque aliqua pompa solemni Ecclesiasticae sepulturae tradi libère, & licite valetent: quod si Confratres dictae Confraternitatis Beatae MARIÆ tempore eorum in eadem Confraternitate ingressus, coniugati forent, solutis per virum, & vxorem triginta, & deinde annuatim septem denarijs monetae Iacensis, tam vir, quàm vxor huiusmodi, Confratres dictae Confrarernitatis B. MARIÆ esse, ac omnibus, & singulis con-

Iulij III. indulta.

ceffionibus, indulgentijs, & remiffionibus fupradictis gaudere cenferentur; vel fi ijdem, & alij fideles præfati eamdem Confraternitatem Beatę MARIÆ pro tempore ingredientes in eorum ingreffu tres folidos cum dimidio dictæ monetæ, five quadraginta duos denarios fimiles, feu aliam equivalentem monetam folvere mallent, ad dictorum feptem denariorum, vel aliquam aliam folutionem ratione Confraternitatis huiufmodi faciendam obligari vlterius nō poffent, perpetuo ftatuerat, & ordinaverat. Et vt eifdem Ordini, & Fratribus Beatæ MARIÆ vberiora provenirent fubfidia, vniverfis, & fingulis vtriufque fexus Chrifti Fidelibus verè pœnitentibus, & confeffis, qui aliquam Ecclefiarum Domorum dicti Ordinis B. MARIÆ totius anni feftivitatibus à primis Vefperis, vfque ad occafum folis dictarum feftivitatnm, ac in omnibus diebus Dominicis quadrageffimæ devotè vifitarent, & inibi manus adiutrices porrigerent, pro fingulis feftivitatibus, & diebus prædictis, quibus id facerent, decem annos, & totidem quadragenas, & qui tempore qno dicti Captivi Redempti forent, per diverfa loca ad mifericordiam Domini propalandam, fub eius Crucis vexillo ducerentnr triginta denarios fimiles ipfis Fratribus ducentibus erogarent, triginta annos, & totidem quadragenas de iniunctis eis pœnitentijs mifericorditer in Domino relaxaverat. Et infupèr, vt Generalis Magifter, & Fratres prefati, ac eorum quilibet, omnibus, & fingulis gratijs, cōceffionibus indulgētijs, & remiffionibus, quibusCōfratresCōfraternitatisB.MARIÆ pro tempore exiftentes, ac illam ingredientes, & Ecclefias vifitantes, & manus adiutrices porrigentes, cæterique benefactores huiufmodi vtebantur, potiebantur, & gaudebant, ac vti, potiri, & gaudere poteranr quomodolibet in futurum, vterentur, & gauderent indulferat. Nec non eidem, & pro tempore exiftenti Generali Magiftro, & ad id de expreffo eius confenfu, pro tēpore deputatisFratribus quęcūq; legata adRedēptionem Captivorū huiufmodi pro tempore facta à quibufvis perfonis, & locis in Hifpania, & Regis Hifpaniæ toto dominio exigendi, & recipiendi plenam, & liberam facultatem per fuas etiam litteras concefferat.

Leonis X. conceffiones.

3 Et fœlicis recordationis Leo Papa X. etiam Prædeceffor nofter per reliquas fuas litteras ad tunc Generalis Magiftri, & qui feptuaginta Captivos, è manibus Infidelium redempros ad vrbem tunc deduxerant, certorum Fratrum dicti Ordinis fupplicationē, emanatas, fingulas Prædeceflorum huiufmodi litteras, nec non omnia, & fingula alia immunitates, exemptiones, privilegia, indulta, & alias gratias dicto Ordini Beatæ MARIÆ & illius Fratribus, & locis, & perfonis de illo bene merentibus conceffas, quatenùs effent in vfu, authoritate Apoftolica ex certa fcientia approbavit, & innovavit, ac illa eidem Ordini Beatæ MARIÆ, & eius Fratribus, locis, & benefactoribus de novo, nec non omnia, & fingula gratias, & privilegia, & indulta Mendicantium Ordinibus, & eorum perfonis, & locis per Sedem prędictam conceffa indulfit; ac voluit vt dicta relaxatio pœnarum Purgatorij animabus defunctorum, pro quibus duo floreni auri Aragoniæ erogarentur, per Nicolaum Prędeceſſorem, vt præfert, conceffa, eifdem animabus aliàs iuxtà ipfius Nicolai Prædeceforis litteras qualificatas, pro quarum fingulis non nifi vnum florennum fimilem ad dictæ Redemptionis opus erogari contingeret fuffragaretur. Statuit infupèr, & ordinavit, quod prędicti Ordinis Beatę MARIÆ Fratres quadragefimalibus, & alijs anni temporibus, & diebus, qnibus nonnullę Vrbis, & extra illius muros cōfiftētesEcclefiæ pro ftationibus cōfequendis à Chrifti Fidelibus vifitabantur, vnū vel duo altaria in Ecclefijs Domorum dicti Ordinis B.MARIÆ fita devotè vifitando, omnes, & fingulas indulgentias, & peccatorum remiffiones confequerentur, quas confequi poffent, fi fingulis diebus, & temporibus huiufmodi vrbis, & extra illius muros confiftentes Ecclefias prædictas perfonaliter vifitarenr: & omnium, & fingulornm factificiorum, ieiuniorum, peregrinationum, etiam vltra mare, & aliorum operom, quę tūc, & pro tempore in Sacrofancta vniverfali Ecclefia, & omnibus eius membris fierent, parricipes exifterent: & quod finguli vtriufque fexus Chrifti Fideles in Civitatibus, & Diœcefibus, in quibus dicti Ordinis Beatæ MARIÆ aliqua Domus confiriterit, viro, & vxore pro vna perfona computatis, qui eidem Ordini, & Fratribus ad id pro tempore deputatis rriginta denarios monetæ ibidem curfum habentis, feu eorum valorem pro Redēptione huiufmodi erogarent, vltra alias gratias, & indulta, benefactoribus ipfius Ordinis B. MARIÆ dicta authoritate Apoftolica conceffa, femel in vita, & in mortis articulo plenariam indulgentiam omnium peccatorum fuorum, de quibus corde contriti, & ore confeffi forent, & remiffionem confequerentur: & quod quævis pecuniarum fumma, aut res alia pro Redemptione alicuius perfonæ fpecificè pro tempore oblata, & per dictos

Fra-

Fratres Ordinis Beatæ MARIÆ accepta in Redemptionem eiusdem personæ, aliæ vero eleemosynæ, & pia suffragia à Christi Fidelibus pro Redemptione Captivorum pro tempore erogata, & ex proventuum partibus, quæ à singulis dicti Ordinis Beatæ MARIÆ domibus, seu earum præceptoribus ad Redemptionem eandem assignarentur, in ipsum Redemptionis opus dumtaxat fideliter exponi deberent, & in alia pietatis opera commutari non possent, ipsaque omnia in arcam ad hoc per dictum Magistrum specialiter deputandam sub quatuor clavibus, apud quatuor ex principalibus eiusdem Ordinis Beatæ MARIÆ Fratribus deponendis, custodiam congercrentur, & conservarentur, atque liceret dicto pro tempore existenti Generali Magistro de terria solum parte pecuniarum, & rerum pro Redemptione in genere coniunctarum in suarum, & ipsius Ordinis B. MARIÆ domorum pauperum, & eorum, qui in hoc opere viverent, & se exercerent, ingruentium pro tempore necessitatum subsidium disponere. Declaravit etiam scientia, & Apostolica authoritate similibus quæcumque ad Redemptionē huiusmodi pro tempore legata relicta, & donata, sub quibusvis ad pias causas relictorum, & legatorum applicationibus (etiam in favorem Fabricæ Principis Apostolorum de Vrbe, vel subsidiū expeditionis contra Infideles, etiā in specie) de bonis ad idem Redemptionis opus pertinentibus factis; & faciendis, nequaquam comprehendi: sed esse ab illis perpetuis temporibus prorsus exempta. Demum dictis Fratribus Ordinis Beatæ MARIÆ, Commissarijs ab eis super negotio Redemptionis huiusmodi pro tempore deputatis indulgentias, & peccatorum remissiones, cæteraque privilegia, & indulta ipsis, & alijs Christi Fidelibus eorum pia suffragia ad præmissa exhibentibus pro tempore concessa vbi, quādo, & quoties eis opportunū videretur per se, vel alium, seu alios in Ecclesijs, vel locis etiam solemniter publicandi, & publicari faciendi, plenam, & liberam licentiam elargitus fuit. Necnon omnibus, & singulis locorum Ordinarijs in virtute Sāctæ obedientiæ sub interdicti ingressus Ecclesiæ latæ sententiæ pœna ipso facto incurrenda, ne dicti Ordinis B. MARIÆ Fratres, aut Commissarios, vel alios ab eis etiam ad prædicationis, sive publicationis huius operis, pro tempore deputatos, aut eorum aliquem directè, vel indirectè quovis quæsito colore impedirent: Nec ratione singularum litterarum, quas ipsis pro publicatione huiusmodi, in eorum Ecclesijs, Civitatibus, & Diœcesibus, seu districtibus commodiùs faciendis concedere solebant, vltra quinque florennos similes pro se ac Secretarijs, aut alijs ministris acciperent, præcepit. Ac litteras suas desupèr confectas quibusvis revocationibus, seu suspensionibus, aut alijs contrarijs dispositionibus per eum, & Sedem prædictā pro tēpore factis nullatenus subiacere decrevit, pro vt in singulis litteris prædictis plenius continetur.

4 Cum autem sicut exhibita nobis nuper pro parte dictorum filiorum Hieronymi Perez, & Dominici de Claveria, & Augustini de Molinar Fratrum dicti Ordinis Modernorum pro Redēptione ac liberatione Fidelium Captivorum huiusmodi, provt per Fratres dicti Ordinis de triēnio in triēnium fieri consuevit, deputatorum petitio continebat, ipsi cupiant omnia, & singula præmissa pro eorum subsistētia firmiori etiam per Nos approbari, pro parte Hieronymi, & Dominici, ac Augustini prædictorum Nobis fuit humiliter supplicatum, vt præmissis omnibus, & singulis nostræ approbationis robur adjicere; & vt Christi Fideles ad tam necessarium charitatis officium suffragia promptius exhibeant, & ex merito maxima præmia consecuturos sperarent, eleemosynas pro consequendis indulgentijs prædictis, vt præfertur, ordinatas moderari, aliásque in præmissis opportunè providere de benignitate Apostolica dignaremur.

Petitio nostra pro prædictorum confirmatione.

5 Nos igitur Hieronymum, & Dominicum, ac Augustinum prædictos, nec non eorum singulos à quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, alijsque Ecclesiasticis Sententijs, Censuris, & pœnis à iure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodati existunt, ad effectum præsentium dumtaxat consequendum harum seriè absolventes, & absolutos fore censentes, huiusmodi supplicationibus inclinati, omnia, & singula privilegia, quatenus sunt in vsu, ac immunitates, exemptiones, & gratias, nec non post finitum præsentis Iubilei annum, indulgentias prædicta authoritate Apostolica tenore præsentium approbamus, & præsentis scripti patrocinio communimus, illaque omnia de novo concedimus.

Præfata omnia privilegia, & concessiones cōfirmat.

6 Et insupèr vt Christi Fideles indulgentias prædictas consequi, & relaxationem pœnarum Purgatorij per Nicolaum Prædecessorem animabus defunctorum concessas huiusmodi procurare facilius valeant, volumus, quod indulgentiæ, & relaxatio huiusmodi, tàm viventibus, quàm singulorum defunctorum prædictorum animabus pro quorum

Tres solidos pro consequēda indul-

gentia redemptionis taxat. quorum singulis tres solidos monetę in partibus illis cursum habentis ad dictæ Redemptionis opus erogari contigerit, similiter post finitum Iubilei annum suffragetur, non obstantibus præmissis, ac constitutionibus Apostolicis, nec non omnibus illis, quæ in singulis litteris prædictis concessum fuit non obstare, cęterisque contrarijs quibuscumque.

Contraria abrogat.

Contradictoribus minatur. 7 Nulli ergo omninò hominum liceat, hanc paginam nostræ approbationis, absolutionis, communicationis, concessionis, & voluntatis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem Omnipotentis Dei, & Beatorum Petri, & Pauli se noverit incursurum.

Datis Romæ apud S. Petrum, anno Incarnationis Dominicæ 1525. 10. Kalendas Octobris, Pontificatus nostri anno 2.

Extat originalis Matriti, & Barcinone, eam afferunt Vargas, & vetus Bullar. locis citatis.

CLEMENTIS VII.

CONSTITVTIO II.

Vigesimo sexto Mag. Generali V. P. Fr. Benedicto Safont.

COMPENDIVM.

Protectores præcedentis Bullæ instituit Episcopum Vigorniensem, Abbatem Monasterij de Banyolas, & Priorem Sanctæ Mariæ del Pilar Cęsaraugustanę.

Edita an. 1525. CLEMENS, EPISCOPUS Servus servorum Dei. Venerabili Fratri Episcopo Vigorniensi, & dilectis filijs Abbati Monasterij de Banyolas Gerundensis Diœcesis, ac Priori Prioratus Beatæ MARIÆ del Pilar Cæsaraugustanæ, salutem, & Apostolicam Benedictionem.

Hodie à Nobis emanarunt litteræ tenoris subsequentis:

Clemes Episcopus, Servus servorum Dei. Ad perpetuam rei memoriam. Redemptoris D. N. IESV CHRISTI, &c. *Sequitur ad verbum Bulla præcedens, & hęc tandem clauditur in hunc modum.*

Commissio Apostolica pro Iudicibus conservatoribus ad executionem superioris Bullæ. 1 Quo circa discretioni vestræ per Apostolica scripta mandamus, quatenùs vos, vel duo, aut vnus vestrum, per vos, vel alium, seu alios litteras prædictas, & in eis contenta quæcumque vbi, quando, & quoties opus fuerit, ac pro parte Generalis Magistri, & Fratrum pro tempore existentium dicti Ordinis Beatæ MARIÆ, seu alicuius eorum fueritis requisiti, solemniter publicantes, ac eis efficacis defensionis præsidio assistentes, faciatis authoritate nostra eosdem Magistrum, & Fratres omnibus, & singulis in eisdem litteris contentis pacificè frui, & gaudere, non permittentes eos, seu eorum aliquos per Ordinarios præfatos, seu quoscumque alios desupèr quomodolibet indebitè molestari, contradictores authoritate nostra, appellatione postposita compescendo; non obstantibus omnibus supradictis; seu si Ordinarijs prædictis, vel quibusvis alijs, communiter, vel divisim ab eadem sit Sede indultum, quod interdici, suspendi, vel excommunicari non possint, per litteras Apostolicas non facientes plenam, & expressam ac de verbo ad verbum de indulto huiusmodi mentionem.

Datis Romæ apud S. Petrum, anno Incarnationis Dominicæ 1525. 10. Kalendas Octobris, Pontific. nostri anno 2.

Originales litterę huius Bullę Barchin. transumptum authenticum Matriti, & in veteri Bullar.

CLEMENTIS VII.

CONSTITVTIO III.

Vigesimo sexto Mag. Generali V. P. Fr. Benedicto Safont.

Procurantibus FF. Augustino Molinar, & Dominico Claveria.

COMPENDIVM.

Reductionem Missarum indulget pro nostris Cæsaraugustano, Barcinonensi, & Gerundensi Conventibus ad instar concessionis factæ Patribus SS. Trinitatis.

Edita an. 1525. IN NOMINE SANCTÆ, ET individuæ Trinitatis Patris, & Filij, Spiritus Sancti. Amen.

Auditoris attestatio. Noverint vniversi, & singuli hoc præsens publicum transumptum inspecturi, visuri, lecturi pariter, & audituri, quod Nos Nicolaus de Picholomineus I. V. D. Præpositusque Senen. ac Reverendi in Christo Patris, & Domini D. Hieronymi Ghinuccij Dei, & Apostolicæ Sedis gratia Episcopi Vigornien. SS. Domini nostri Papæ, eiusque Camerarii, nec non Curiæ causarum Cameræ Apostolicæ Generalis Auditoris, Romanæque Curiæ Iudicis Ordinarij locum tenentes habuimus, vidimus, tenuimus,

&

& diligenter inspeximus SS. in Christo Patris, & Domini nostri D. Clementis Divina Providentia Papæ VII. supplicationem quandam indulti, sive dispensationis, ac reductionis Missarum pro Fratribus pauperibus Domuum, sive Monasteriorum, & eorum Conventuum B. MARIÆ de Mercede Redēptionis Captivorum Barchinonensis, & Gerundensis in præsentia eiusdem Domini nostri Papæ, manu Reverendi in Christo Patris, & Domini D. Ioannis Baptistæ Dei, & Apostolicę Sedis gratia Episcopi Carsetan. signatam, & per eiusdem Domini nostri Papæ Datarium, vt in eius prima facie apparuit, datam, vt moris est, copiamque duarū aliarum supplicationum, sive indulti in eius Capite habentem, & insertam, sanamque, & integram, illæsam, non vitiatam, neque in aliqua sui parte suspectam, sed omni prorsus vitio, & suspicione omnimoda carentem invenimus. Idcircò ad instantiam R. D. Dominici de Claveria, in Artibus, & Theologia Magistri, dictæ Domus Gerundensis Præceptoris, sive Commendatoris per Honorabilē virum D. Ioannem Frumenri Civem Romanum dictæ Curiæ Causarum Cameræ Apostolicę Notarium, & Scribam nostrum infrascriptum transumi, & exemplari, ac in publicam vidimus transumpti formam, redigi mandavimus, & fecimus, decernentes, & authoritate dictæ Curiæ volentes, vt huic præsenti transumpto publico, sive exemplo plena fides deinceps adhibeatur vbilibet in locis omnibus, & singulis, quibus fuerit opportunum, huiusmodique transumptum fidem faciat, illique stetur, & fides indubia habeatur, ac si præfata originalis supplicatio cum copia aliarum supplicationum in eius capite inserta in medium appareret, & exhiberetur, quatum quidém supplicationis, & copię in eius capite insertæ, vti supra fit mentio tenores de verbo ad verbum sequuntur, & sunt tales.

Supplicatio pro Convētibus SS. Trinitatis ad gratiā reductionis Missarum.

1 Beatissime Pater, exponitur Sanctitati vestræ pro parte devotorum illius Oratorum Provincialis, ac Ministrorum, necnon Conventuum, Monasteriorum Ordinis SS. Trinitatis Redemptionis Captivorum Provinciæ Aragoniæ, quòd cùm ipsi sint adeo pauperes, & Fratrum paucitatem, necnon pestem, & bellum, Populorumque dictæ Provinciæ Aragoniæ dissensiones, ac differentias, ac etiam, &c. Ex nonnullis tam antiquis, quam modernis legatis per Christi Fideles factis ad quamplurimas Missas, Aniversaria, & alia Divina Officia pro aliquorū Christi Fidelium, & eorum Parentum, consanguineorum, & aliorum Christi Fidelium defunctorum animarum salute singulis diebus celebrandis obligari, & gravati existant, & quotidie sibi nonnullæ eleemosynæ pro alijs Missis celebrandis per Christi Fideles ex devotione largiantur, quod minimè pro rantis Missis celebrandis sufficiunt, & cum eleemosynis præmissis sibi daris plurimum in dies magis graventur, & semper in præfatis necessitatibus inveniantur, taliter quod sine quotidianis eleemosynis vix sustentari valeant: & si pro omnibus Missis prædictis, ad quarum celebrationem, occasione prædicta tenentur, & illas celebrare, dicere, ant celebrari facere non valent, vnā Missam solemnem, sive generalem cum Aniversario, & AbsolutioneGenerali, iuxta superiorum suorum ordinationem, seu voluntatem, quolibet mense dicerent, profectò ex hoc ipsorum conscientiæ serenitati, ac quieti, consolarionique spirituali sibi plurimum, & opportunè provideretur, & omnis scrupulus penitùs, & omninò tolleretur. Supplicant igitur humiliter eidem Sanctitati vestræ Oratores pręfati quatenus in præmissis eorum votis annuētes, & sibi specialem gratiam facientes, & eorum inopiæ super præmissis paterna compatientes dilectione, & eisdem providere, & subvenire volentes, quod tam prædictis Provinciali, & Monasteriorum prædictorum Ministris, quam Frarribus nunc, & pro tempore in eisdem Monasterijs, sive Domibus Ordinis, & Provinciæ prædictorum existentibus singulis diebus, iuxta facultatem, & dispositionem ipsorum Fratrum Presbyterorum in Domibus his pro tempore, vt præmittitur, consistentium, eorum quilibet, prævia vtriusque hominis præparatione, ac bonæ conscientiæ devotione celebrate possit, celebrando loco Missarum, & aliorum Divinorum Officiorum, pro quibus legata prædicta, seu aliquam eleemosynam receperint, & si forsitan propter paupertatem, vel paucitatem eorum ad id non sufficiant Missas, & alia Divina Officia celebrare, vnam generalem, & solemnem Missam cum Aniversario, & Absolutione, vt præfertur celebrando, ad Missarum, & aliorum prædictorum Officiorum Divinorum, quibus ratione dictarum eleemosynarum suarum, & legatorum huiusmodi defunctorum, seu vivorum tenentur, & non sufficiunt celebrare, seu pro tēpore non sufficient, minimè teneantur: Quodque illi Fratres, seu Provincialis, aut Minister in præfatis Domibus, sive Monasterijs pro tempore existentes, qui simul, vel sigillatim aliquas eleemo-

eleemosynas pro Missarum celebratione receperint, & morte præventi illas dicere nequiverint, si Fratres Domorum, sive Monasteriorum eorumdem viventes illas tres, vel plures Missas, quas pro quolibet Fratre defuncto dicere tenentur, iuxta eorumdem Priorum, sive Ministrorum, vel aliorum pro tempore existentium voluntatem pro animabus eorum, qui eleemosynas elargiti fuerint, ac pro dictorum Fratrum defunctorum animarum salute celebraverint, ab obligatione huiusmodi absolvantur, & absolutos esse ex nunc à data præsentium declarentur, & decernantur: Necnon Fratres illi, qui pro tempore fuerint vivẽtes, etiam eleemosynas pro Missis, & alijs Divinis Officijs celebrandis, quas adimplere non possint, pro ipsorum conscientiæ quiete, quod scilicet Prælatus, seu Minister, aut Prior, vel Superior eorum, iniungendo sibi, secundum quantitatem, & qualitatem, tam in Missis, quam in alijs Divinis Officijs eos, vel eorum quemlibet absolvere possit, seu possint, concedere, & perpetuo indulgere dignemini de gratia speciali; non obstãtibus constitutionibus, & ordinationibus in dicti Ordinis Capitulis Generalibus, sive Provincialibus, vel prædictis Monasterijs, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia iuramento, &c. roboratis, privilegijs quoque, & indultis, ac litteris Apostolicis eidem Ordini, aut Provinciæ, sive Regno coniunctim, seu divisim sub quibusvis verborum formis, & tenore etiam concessis, confirmatis, & pluries innovatis, &c. latissimè in litteris exten. adeò quod penitùs, & omninò tollantur, & non obstent pro hac vice dumtaxat specialiter, & expresè, de potestatis plenitudine derogare placeat, ceterisque in contrarium facientibus, non obstantibus quibuscumque, cum clausulis opportunis, & consuetis.

Concessum, vt petitur in præsentia Domini Papa.

P. Sabinen.

Et cum absolutione à censuris, ad effectum pro omnibus præmissis, etiam in casibus, &c. & cum illorum derogatione, &c. & quod obstantia omnia habeantur pro expressis, &c. & cum opportuna derogatione constitutionum, ordinationum, institutorum, vsuum, & naturarum, ac privilegiorum, & indultorum, & litterarum Apostolicarum latissimè exten. adeò quod penitus, & omninò tollantur, & non obstent, vt præfertur, vt de absolutione, commutatione, ac dispensatione, & omnibus, & singulis prędictis perpetuo, &c. & quod nomina, & cognomina præfatorum Provincialis, & Ministrorum, & Fratrum, ac de prçterito, & futuro quantitates, & qualitates legatorum, aut Missarum vivorum, & mortuorum habeantur pro expressis, & quod omnium, & singulorum præmissorum, ac circa ea necessariorum maior, & verior specificatio, & narratio fiat in confectione litterarum, quæ per Sanctitatem vestram, attenta materia, & oratorum paupertate expediantur.

Concessum P. Sabinens.

Datis Romæ apud Sanctum Petrum, sexto Idus Martij anno 2.

Sequitur pro S. Lazari Cæsaraugustano Cænobio eiusdem dispensationis concessio.

DIgnetur Sanctitas vestra litteras super supplicatione, cuius copia præinseritur simul, vel separatim conficiendas etiam pro Augustino de Molinar moderno Ministro, & Conventu, sive Domo Sancti Lazari extra muros Cæsaraugustæ, Ordinis B. MARIÆ de Mercede Redemptionis Captivorum cum omnibus, & singulis dispensationibus, indultis, gratijs, decretis, & clausulis in ea contentis, conventionibus, reductionibus, etiam perpetuo, iuxta eiusdem præinsertæ tenorem, & per Sanctitatem vestram expediri mandare.

Huiusmodi namque supplicatio manu D.N. Papę sub his verbis fuit signata, videlicet.

F I A T I.

Deinde data Domini Datarij sic subsequebatur videlicet.

Datis Romæ apud Sanctum Petrum 3. Idus Augusti, anno 2.

Eiusdem indulti ad Domos Barchinonen. & Gerunden. extensio.

CLementissime Pater, non solum Domus, de quibus in præinsertis fit mentio, reductione, licentia, facultate, indulto, dispensatione, derogatione, commutatione, decreto, & alijs gratijs in præinserta contentis indigẽt, verumetiam Barchinonen. & Gerunden. dicti Ordinis Domus, sive Monasteria, & eorum Conventus B. MARIÆ de Mercede, qui similiter ex alijs Fidelium largitionibus, & eleemosynis ex Missarum, & celebratione Divinorum provenientibus vivunt, & ad tanta onera suportanda eorum vires non sufficiunt. Placeat igitur Sanctitati vestræ litteras super supplicatione, & reformatione, quarum copiæ præinseruntur conficiendas ad preces Devoti Oratoris vestri Dominici de Claveria, in Artibus,

tibus, & Thologia Magistri, dictæ Domus Gerundensis Præceptoris, sive Commendatarij de eisdem licentia, & facultate, indulto, dispensatione, derogatione, commutatione, decreto, & alijs grarijs in omnibus, & per omnia, provt in eisdem præinsertis continetur, eriam pro Præceptoribus, & Fratribus dictarum Barchinonen. & Gerunden. Domorum, iuxta earumdem præinsertarum teoorem expediri mandare.

In fine huiusmodi supplicationis taliter est signatum, videlicet.

Concessum. Ioannes Baptista Casertan.

Deinde data manu eiusdem D. N. Papæ Datary in eadem supplicatione apposita sic subsequuntur, videlicet.

Datis Romæ apud Sanctum Petrum, 13. Kalendas Novembris, anno secundo.

IN quorum fidem omnibus, & singulis tamquam ritè, & legitimè factis nostram, & dictæ Curiæ authoritatem iudiciariā, & ordinariam interposuimus, ac præsentibus interponimus pariter, & decretum: & ad ampliorem evidentiam prēmissorum sigillum dictæ Curiæ Causarum Cameræ Apostolicæ præsenribus duximus, & iussimus apponendum. Datum, & actum Romæ in Ædibus habitarionis solitæ residentiæ, in quibus iura reddi solent, hora audientię causarum consueta Nobis inibi ad iura redendom, & causas audiendum in loco nostro solito, & consueto pro tribunali sedeotibus sub anno à Nativitate Domini 1525. indictione 13. die verò Veneris 30. mensis Octobris, Pontificatus SS. in Christo Patris, & D. N. D. Clementis Divina Providentia Papę Septimi, aooo 2 prę sentibus ibidem discretis vitis Dominis Philippo de Quinrilis Cive Romano, & Antonio de Grangia Clerico Gevenensis Diœcesis dictæ Curię Causarum Cameræ Apostolicæ Norarijs testibus ad præmissa vocatis specialiter, atque rogatis. Ioannes Frumenti eiusdem Curię Caosarum Cameræ Apostolicę Notarius.

Huius originale in Barchinonen. & varia authentica eiusdem transumpta in Matritēsi memoratis Archivis inveniuntur. Extat quoque in præfato Bullar. in Clem. VII. B. 4. Originales indulti litteras affert Vargas pag. 390.

CLEMENTIS VII.

CONSTITVTIO IV.

Vigesimo sexto Magist. Generali V.P.Fr.Benedicto Safont.

COMPENDIVM.

Concedit vt Mag. Generalis nostri Ordinis possit minuere taxam à suis Prędecessoribus impositam ad lucrandas Indulgentias concessas porrigentibus manus adiutrices pro Redemptione Captivorum, & quod idem M. possit Fideles ab excommunicatione minori absolvere legata Redemptionis nobis revelari, & consignari iubet: & alia indulget.

CLEMENS EPISCOPVS, Servus servorum Dei. Dilecto filio moderno Magistro Generali Ordinis B. MARIÆ de Mercede Redemptionis Captivorum, salurem, & Apostolicam Benedictionem.

Edita an. 1529.

1 Exponi Nobis nuper fecisti, quod dudum fœl. rec. Bonif. VIII. Alex. IV. Clem. VI. Greg. XI. Mart. V. Eug. IV. Callixt. III. Leo X. Romani Pontifices Prædecessores nostri multa privilegia, & indulta, ac indolgenrias Ordini, & Religioni B. MARIÆ de Mercede Redemptionis Captivorum pro redimendis pauperibus Christi Fidelibus Captivis de manibus infidelium, & Turcarum concesserunt.

Expositio nostra.

2 Et, sicut eadem expositio subiungebat, licèt Nos pro dicto pio opere exercendo privilegia, & indulgenrias huiusmodi confirmaverimus, tamen quia multi Christi Fideles dictas indulgentias se consequi posse dubitāt, cum vinculo excommunicarionis se innodatos, ac forrè gravaros esse formidēt, ac ex eo, quod taxa trium solidorum, & trigints denariorum à Christi Fidelibus pro consequenda indulgeotia persolveodorum aliquibus personis videtur gravis, dicta Religio effectum indulgentiarum prædictarum integrè consequi non valet: quare Nobis humiliter supplicari fecisti, vt in prēmissis opportunè ptovidere de benignitate Apostolica dignaremur.

3 Nos igitur, qui ad ea, per quæ animarum cunctorum Christi Fidelium salus procuratur, & paupetibus Captivis subveniri possit libenter inrendimus, huiusmodi supplicationibus iocli nati, tibi, & pro rempore existenti M. Geoerali dicti Ordinis, quod tu, & ipse,

Concedit M. Gen vt excōmunicatos possit absolvere ad consequendas indulgentias Re-

ac

demptionis, & taxã provt iudicaverit opportunum mi nuere.

ac per vos pro tempore deputandi omnes, & singulos Christi Fideles, ad effectum gratiarum prędictarum consequendum, à quocumque vinculo excommunicationis minoris absolvere: quodque tu, & pro tempore existens ipsius Ordinis Generalis Magister, tam triginta denariorum, & trium solidorum, quam alias quascumque taxas pecuniarum pro consequendis indulgentijs, & peccatorum remissionibus, tam pro vivis, quam pro defunctis, & alijs gratijs, vt præfertur, vel alias designatas, & impositas quoties vobis placuerit, & provt vobis videbitur moderari, & minuere, liberè, & licitè possitis, & valeatis authoritate Apostolica tenore præsentium concedimus, & indulgemus.

Indulgentia prosit defunctis data à quovis stipe.

4 Necnon quod relaxatio pœnarum Purgatorij, animabus defunctorum concessa, huiusmodi animæ, pro qua summam, per te, & pro tempore existentem dicti Ordinis Magistrum Generalem taxandam huiusmodi solvi contingat, etiam si ex parentibus, vel consanguineis solvens huiusmodi non exiftat, suffragetur, ipsaque anima relaxationem eandem consequatur.

Eleemosynã taxatã conferentes omnes Confratrũ indulgentias cõsequantur.

5 Et quod quilibet ex viris, sive mulieribus, qui taxam ad hoc per te, & pro tempore existentem Magistrum Generalem huiusmodi taxandam persolverit, omnibus, & singulis indulgentijs, concessionibus, & gratijs Confratribus, & benefactoribus, ac alijs huiusmodi per Nos, & Prædecessores nostros concessis vti possit. Nullusque sæcularis, vel quivis, etiam prædicti Ordinis Regularis, absque expressa licentia Magistri Generalis pro tempore existentis dicti Ordinis, in scriptis tradita, indulgentias dictæ Religioni concessas, & pro tempore concedendas prædicare, ac legara, eleemosynas, seu quæstas pro Redemptione Captivorum petere, aut capere possit; & qui contra fecerit, censuras, ac pœnas per Callixtum, & alios Romanos Pontifices prædictos in talia vsurpantes inflictas incurrat.

Notarij tenentur relicta pro Captivis nobis manifestare sub excom. pœn.

6 Quodque quilibet Notarius de relictis pro Redemptione Captivorum huiusmodi in instrumentis, de quibus rogatus fuerit, contentis, infra duos menses à die rogationis, aut obitus testatorum huiusmodi computandos, de omnibus, & singulis pro Redemptione Captivorum huiusmodi instrumentis, seu notis, aut prothocollo Notarij huiusmodi quomodolibet contentis tibi, & pro tempore existenti dicti Ordinis Magistro Generali, vel alicui ex vestris Commissarijs, si illius copiam habere poterit, alioquin vni ex Fratribus dicti Ordinis, etiam si opus fuerit, Nuntium ad ipsum Generalem, expensis tamẽ ipsius Generalis, aut ex relictis huiusmodi deducendis, destinando, dare, & manifestare sub excommunicationis sententia debeat, & teneatur.

Executores intra annũ solvant legata Redẽptionis.

7 Executoresque testamentorum quorumcumque relicta pro Redemptione Captivorum huiusmodi, infra annum, à die ipsorum testatorum obitus computandum, relicta huiusmodi Mag. Generali dicti Ordinis realiter, & cum effectu solvere debeant, & teneantur.

Vbivis publicentur indulgentiæ Redẽptionis.

8 Quodque publicatio indulgentiarum, & aliorum præmissorum, etiam in locis, in quibus nulla Domus dicti Ordinis B. MARIÆ de Mercede existat, publicari possit; necnon præmissa sub quibusvis revocationibus, etiam in favorem fabricæ Basilicæ Principis Apostolorum de Vrbe, ac Cruciatæ, ac Fidei, etiam motu proprio, & certa scientia, ac de Apostolicæ potestatis plenitudine, & consistorialiter, & cum quibus etiam derogatoriarum derogatorijs, alijsque efficacioribus, efficacissimis, & insolitis clausulis, à Sede Apostolica quomodolibet, etiam pluries emanatis, & emanandis, nullatenùs comprehendi possint: sicque per quoscumque, tam ordinaria, quam delegata, & mixta authoritate fungentes Iudices, & personas vbique iudicari, cognosci, atque decidi debere, sublata eis, & eorum cuilibet quavis aliter iudicandi, & cognoscendi, ac decidendi facultate. Necnõ irritum, & innane quidquid secus super his à quoquam quavis authoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari, decernimus.

Ab omni revocatione præfatas concessiones liberat.

Iudices Cõservatores huius concessionis instituit.

9 Et nihilominùs dilectis filijs Valentino, & Cæsaraugustensi, ac Barchinonensi Officialibus, per præsentes committimus, & mandamus, quatenùs ipsi, vel duo, aut vnus eorum per se, vel alium, seu alios tibi, & pro tempore existenti Magistro Generali dicti Ordinis in præmissis efficacis defensionis præsidio assistentes, faciant præsentes litteras, & in eis contenta quæcumque plenum effectum sortiri, non permittentes vos desuper molestari, impediri, aut inquietari, contradictores quoslibet, & rebelles, etiam per quascumque, quibus eis placuerit, censuras, & pœnas, ac alia opportuna iuris remedia, appellatione postposita, compescendo, ac legitimis, super his habendis servatis processibus, censuras, & pœnas ipsas iteratis vicibus aggravando, invocato etiam ad hoc (si opus fuerit) auxilio brachij sæcularis: Non obstantibus præmissis, ac fœl. rec. Bonif. Papæ VIII. Prædecessoris nostri de vna, & Concilij Generalis de duabus dietis

dietis edita, dummodo vltra tres dietas aliquis authoritate præsentium ad iudicium non trahatur, & aliis Apostolicis, ac Provincialibus, & Synodalibus constitutionibus, & ordinationibus, necnon quibuscumque in contrarium forsan editis statutis, & consuetudinibus, ac fundatione, etiam iuramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis privilegijs quoque indultis, & litteris Apostolicis quibusvis personis forsan concessis, confirmatis, & innovatis.

Contraria infirmat.

10 Quibus omnibus, etiam si pro illorum sufficiēte derogatione, de illis, eorumque totis tenoribus specialis, specifica, expressa, & individua, ac de verbo ad verbū, non autē per clausulas generales idem importantes mentio, seu quævis alia expressio habenda, aut aliqua exquisita forma, servanda foret, tenores huiusmodi, ac si de verbo ad verbum insererentur, præsentibus pro plenè, & sufficienter expressis habentes, illis aliàs in suo robore permansuris, hac vice dumtaxat, specialiter, & expressè derogamus, cęterisque contrarijs quibuscumque.

Datis Romę apud Sanctum Petrum sub annulo Piscatoris, die 23. Iulij, anno 1529. Pontificatus nostri anno 6.

Originales litterę istius Brevis apud Matritense, transumptum quoque authenticum apud Barchinon. generalia Ordinis nostri Archiva servantur, adducunt illud insuper authenticum vetut Bullar. nostrum B.2. Clem. VII. Cherubinus in Bullar. Romano, Lugduni impresso, tom.4. in Appendice, Constit. 10.

CLEMENTIS VII.

CONSTITVTIO V.

Vigesimo sexto Magist. Generali V.P.Fr.Benedicto Safont.

Concedit in perpetuum septem annos, & totidem quadragenas indulgentiæ de iniunctis pœnitentijs Capellam in Ecclesia nostra Vallis Oleti, sub invocatione Sanctorum Apostolorum Petri, & Pauli sitam, visitantibus in diebus eorumdem Sanctorum Petri, & Pauli, atque Andreæ, & diebus Nativitatis, & Assumptionis Virginis MARIÆ, & die S. Hieronymi, Ecclesiæ Doctoris.

Datum Romæ apud Sanctum Petrum, sub Annulo Piscatoris, anno Domini 1530. 14. Kalendas Novembris, Pontificatus sui anno 7.

Sic refert Vargas in citato Chronic. tom.1. lib.2. cap.28. ad an. 1530. p. 397. vbi & cap. 27. pag. 393. etiam dicit Capellam, quę est in eadem Ecclesia sub invocatione S. Ioannis Lateranensis gaudere omnibus, & singulis gratijs, privilegijs, immunitatibus, & indultis Romanę Ecclesiæ Lateranensis, sub dat. Romę die Sabbati 18. Septembris 1529. & sub dat. Kalend. Iunij 1530.

CLEMENTIS VII.

CONSTITVTIO VI.

Vigesimo sexto Magist. Generali V.P.Fr.Benedicto Safont.

COMPENDIVM.

Plurium Quęstorum abusu permotus Pontifex gratias, & indulgentias ad manus adiutrices suspenderat; quam suspensionem pro eleemosyna Redemptionis tollit, nos innocuos contestans.

CLEMENS PAPA VII. VNVERsis Christi Fidelibus præsentes litteras inspecturis, salutem, & Apostolicam Benedictionem.

Edita an. 1530.

1 Pium, & meritorium apud Deum, & suæ Maiestati non modicum acceptabile non ambigentes, dum in ipsius memoriam Christicolis in ignominiam Christiani nominis in servitute detentis subvenitur, ad ea, per quæ detenti ipsi ab huiusmodi servitute liberentur, & Fidelium animę Domino lucrifiant, nostri ministerij partes solertius impartimur.

2 Dudum siquidèm, postquam Ordo Beatissimæ MARIÆ Virginis de Mercede Redemptionis Captivorum ex ipsius Gloriosissimę Virginis revelatione in Civitate Barchinonensi, & Festo Sancti Laurentij Martyris anno Domini 1218. à claræ memoriæ Iacobo Aragonum Rege sub invocatione eiusdem Beatissimę Virginis MARIÆ, vt opera, & diligentia Fratrum ipsius Ordinis Christi Fideles ab infidelibus capti redimerentur, institutus, ac eidem Ordini, & illius Fratribus pro tempore existentibus per ipsum Iacobum Regem plura privilegia pro eleemosynis in suo Regno pro ram pio opere quærendis, ac vt ipsi Fratres arma sua Regia deferrent (prout deferunt) concessa fuerant, ex tunc etiam diversi Romani Pontifices Prædecessores nostri Ordini, & illius Fratribus prędictis, quam plura privilegia concesserant; & cum

Religio nostra anno 1218. fundata declaratur.

Privilegia Regia nobis indulta memorantur.

Pontificia recensentur.

Christiani captivi de manibus infidelium sine pecunijs redimi non possint, vt Christi Fideles ad porrigẽdum manus adiutrices,& pecunias pro tali pia Redemptione erogãdum allicerentur, & invitatentur, fœl.rec. Nicolaus IV. etiam Prædecessor noster, vt animabus defunctorum, qui in sinceritate Fidei, & vnitate Sanctæ Romanæ Ecclesiæ, ac sua,& suorum successorum Romanorum Pontificum obedientia, contritioneque, & confessione integra (si tempus confitendi daretur) ab hac luce migrassent, & pro quibus duo floreni auri Aragoniæ, vel pretium equivalens ad opus Redemptionis Christi Fidelium apud infideles Captivorum Fratribus dicti Ordinis erogarentur, omnem pœnam, quam post eorum decessum pro suorum expiatione peccatorum pati deberent, per modum suffragij misericorditer in Domino relaxaverat. Ac piæ memoriæ Sixtus IV. & Iulius II. Romani Pontifices etiam Prædecessores nostri litteras aliorum Romanorum Pontificum, etiam Prædecessorum nostrorum,quatenus essent in vsu approbaverant, ac innovaverãt; ipseque Iulius Prædecessor potiori pro cautela etiam ea omnia pro tempore existentibus Generali, & Fratribus dicti Ordinis de novo concesserat: ac quod Confessor idoneus sæcularis,quem Confratres vtriusque sexus Confraternitatis eiusdem Beatæ MARIÆ canonicè institutæ pro tempore existentes, & eorum quilibet ducerent eligẽdum, eorum confessionibus diligenter auditis, ab omnibus peccatis, etiam in casibus Sedi Apostolicæ reservatis, semel in vita, in alijs verò semel singulis annis absolvere, & pœnitentiam salutarem iniungere possit: & tempore interdicti possent Divinis Officijs interesse,& eorum cadavera Ecclesiasticæ Sepulturæ tradi,& Confratres videlicet vir, & vxor dictam Confraternitatem ingredi volentes, & tempore ingressus triginta denarios, & deinde singulis annis septem denarios erogantes, gauderent omnibus privilegijs; & illi, ac alij Fideles eamdem Confraternitatem ingredientes in eorum ingressu tres solidos cum dimidio solventes non tenerentur singulis annis ad dictam solutionem septem denariorum, neque ad aliquam aliam solutionem ratione Confraternitatis huiusmodi faciẽdam vlterius obligarentur, statuerat, & ordinaverat. Ac illis, qui tempore, quo Captivi redempti per diversa loca ad misericordiam Dei propalandam sub eius Crucis vexillo ducerentur,triginta denarios,similes ipsis Fratribus ducentibus erogarent, triginta annos, & totidem quadragenas misericorditer in Domino relaxaverat. Et quod Generalis, ac deputatus ab eo legata pro Redemptione Captivorum huiusmodi facta exigere posset,concesserat. Et deindè recol. mem. Leo Papa X. similiter Prædecessor noster omnia litteras, & privilegia, per eosdem Prædecessores concessa, quatenùs essent in vsu,etiam approbaverat: ac voluerat quod dicta relaxatio pœnarũ Purgatorij animabus defunctorum, pro quibus dicti duo floreni Aragoniæ erogarẽtur, per dictum Nicolaum Prædecessorem concessa, eisdem animabus, aliàs iuxta ipsius Nicolai Prædecessoris litteras qualificatas, etiam singulis defunctis, pro quibus nisi vnum florenum similem ad dictæ Redemptionis opus erogari contingeret, suffragaretur. Necnon Fratribus Ordinis huiusmodi indulgentias stationum Almę Vrbis,ac quod singuli vtriusque sexus Christi Fideles in Civitatibus,& Diœcesibus,in quibus dicti Ordinis aliqua Domus cõsisteret,viro, & vxore pro vna persona computatis, qui dicti Ordinis Fratribus, ad id pro tempore deputatis, triginta denarios monetæ ibidem currentis, seu horum valorem pro Redemptione huiusmodi erogarent, vltra alias gratias, & indulta, benefactoribus dicti Ordinis authoritate Apostolica concessa, semel in vita,& in mortis articulo plenariam omnium peccatorum suorum de quibus contriti, & ore confessi forent,indulgentiam, & remissionem consequerentur, indulserat. Et oblata pro huiusmodi Redemptione in Arcam ad hoc deputatam sub quatuor clavibus apud quatuor ex principalibus ipsius Ordinis Fratribus deponendis custoditam conservari, & illorum tertia pars in Generalis, & Domorum Ordinis pauperum, & illorum, qui huius operis ministri essent,ingruentium pro tempore necessitatum subsidium, reliquę vero duæ partes in huiusmodi Captivorum Redemptionem cõverti deberent, voluerat. Ac Fratribus dicti Ordinis, & Commissarijs ab eis deputatis indulgentias, & peccatorum remissiones, cæteraque privilegia, & indulta ipsis, & alijs Christi Fidelibus eorum pia suffragia ad præmissa exhibentibus pro tempore concessa, vbi, quando, & quoties opportunum videretur, per se, vel alium, seu alios in Ecclesijs etiam solemniter publicandi,& publicari faciendi licentiam concesserat. Ac locorum Ordinarijs, ne Fratres dicti Ordinis, aut Commissarios, vel alios ab eis etiam ad prædicationis, vel publicationis huiusmodi opus pro tempore deputatos, aut eorum aliquem quoquo modo

Nicolai IV. cõcessio.

Sixti IV. & Iulij II. confirmatio, & indulta.

Leonis X. gratia.

modo impedirent, nec ratione litterarum, quas ipsis pro publicatione huiusmodi in eorum Ecclesijs, Civitatibus, Diœcesibus, seu districtibus commodiùs facienda concedere solebant, vltra quinque florenos pro se, Secretarijs, & alijs ministris acciperent, præceperat: Nos per quasdam sub plumbo omnia privilegia, quatenùs essent in vsu, ac immunitates, exemptiones, & gratias, necnon post finitum annum Iubilæi tunc currentis, etiam indulgẽtias Ordini, & Fratribus huiusmodi concessa, & concessas authoritate Apostolica approbavimus, illaque omnia de novo cõcessimus. Et vt Christi Fideles ipsi indulgentias prædictas consequi, & relaxationem pœnarum Purgatorij per Nicolaum Prædecessorem animabus defunctorum concessas huiusmodi procurare facilius valerent, voluimus indulgentiam, & relaxationem huiusmodi tam viventibus, quam singulorum defunctorum prædictorum animabus, pro quibus singulis tres solidos monetæ Regni Aragoniæ, seu equivalentem summam in alia moneta in partibus illis cursum habente, ad dictæ Redemptionis opus erogare contigerit, post finitum Iubilæi annum suffragari, ac per alias nostras, in forma brevis litteras quod publicatio indulgẽtiarum, & aliorum præmissorum, etiam in locis, in quibus nulla Domus dicti Ordinis existeret, fieri posset, concessimus.

Suàmet confirmationem sup. factã recolit.

3 Cum autem nuper, ob multiplices quærelas, quæ ex varijs Regionibus contra quæstas facientes, qui ad extorquendum pecunias, indulgentias, & alia dona spiritualia, quæ per Nos, iuxta facultates eis concessas, concedi non poterant, concedebant, afferebantur. Nos privilegia per Prædecessores nostros concessa, & per Nos approbata, ac litteras nostras super illis expeditas per alias nostras litteras sub plumbo ad beneplacitum nostrum suspenderimus, necnon eisdem Quæstoribus, ac illis, qui ad quæstas huiusmodi faciẽdas fuerint deputati sub excommunicationis latæ sententiæ pœna, ne de cætero quæstas facere præsumerent inhibuerimus: omniaque, & singula quæ per eos contra inhibitionem nostram huiusmodi gesta, vel facta forent, irrita, & innania decreverimus; necnon Venerabilibus Fratribus Patriarchis, Archiepiscopis, Episcopis, & alijs locorum Ordinarijs virtute sanctæ obedientiæ, & suspensionis à Divinis Officijs mãdaverimus, quatenùs easdem quæstas de cetero in Civitatibus, & Diœcesibus, & alijs locis iurisdictionis eorum stare, & quæstas, ac alia in dictis nostris litteris, ac privilegijs Prædecessorum huiusmodi concessa, facere, nullatenùs permitterent, quæ per eos in eorum Civitatibus, & Diœcesibus, necnon pecunias per eos collectas sequestrari facerent, & in sequestro tenerent, donec aliud à Nobis in mandatis haberent, prout in singulis litteris prædictis plenius continetur. Et sicut accepimus, propter suspensionem, inhibitionem, decretum, & mandatum nostrum huiusmodi Christi Fideles à pijs suffragijs, quæ dicto Ordini pro redimendis Christi Fidelibus in manibus Turcarum, & infidelium detentis erogabant, si suspensio, inhibitio, decretum, & mandatum nostrum huiusmodi obstare viderentur, erogantes retrahantur, & tam pium ipsorum Fidelium Captivorum opus, cui ab omnibus favor est præstandus, impediatur; Nos attendentes suspensionem, inhibitionem, decretum, mandatum, & posteriores litteras huiusmodi, non culpa Fratrum dicti Ordinis, sed aliorum qui causam huiusmodi querelis dederant, emanasse, & quod si oblationes à sponte dantibus porrigantur, & contenta in dictis nostris litteris servarentur, ac privilegiorum, & indulgentiarum eidem Ordini Redemptionis Captivorum concessorum prædicatio, & publicatio, per Fratres professores eiusdem Ordinis, & non per Commissarios, qui dicti Ordinis Professores non existant, fiant, nullum scandalum generatur, ac propterea, ne huiusmodi pium opus intermittatur obviare, ac singularum litterarum prædictarum tenores pro expressis habere volentes, suspensionem, inhibitionem, decretum, & mandatum, ac posteriores litteras huiusmodi quoad Fratres Ordinis Redemptionis Captivorum, dummodo ipsi Fratres contenta in dictis litteris nostris per se ipsos eiusdem Ordinis Professores, & non per Commissarios, & alios ipsius Ordinis non professos, seu alios Ordinum Mendicantium professores bonæ famæ prædicent, & in Ecclesijs publicent, authoritate Apostolica tenore præsentiũ revocamus: necnon eleemosynas, quæ collectæ, & forsan iuxta tenorem posteriorum litterarum nostrarum sequestrata fuerint, ac quæ colligendæ erunt, & in huiusmodi Captivorum Redemptionem converti debent authoritate, & tenore prædictis relaxamus.

Suspenderat Pontifex concessiones factas ob quæstorũ imposturas.

Ordinem testatur de prædictis insontem.

Publicatio indulgentiarũ pro Redemptione à solis Fratribus nostris, nõ per Commissarios fieri debet.

Derogat inhibitioni publicandi nostras Indulgentias, & eas publicari, & eleemosynas nobis consignari statuit.

4 Mandantes dilectis filijs Abbati sæcularis, & Collegiatæ Ecclesiæ Oppidi Vallis-Oleti, Palentinæ Diœcesis, & Venerabilium Fratrum Archiepiscopi Cussentini, & Episcopi Barchinonen. in spiritualibus Vicarijs Generalibus, quatenùs ipsi, vel duo, aut vnus eorum per se, vel alium, seu alios præsentes

Iudices Cõservatores pro hoc instituit indulto.

sentes litteras, & in eis contentæ, quæcumque vbi, & quando opus fuerit, ac quoties pro parte existentis Generalis, & Fratrum Ordinis Redẽptionis Captivorum huiusmodi desuper fuerint requisiti, solemniter publicantes, eisque in præmissis efficacis defensionis præsidio assistentes, faciant authoritate nostra præsentes litteras, & in eis contenta huiusmodi firmiter observari, ac singulos, quos eædem præsentes litteræ concernunt, illis pacificè gaudere: non permittentes eos desuper per dictos locorum Ordinarios, seu quoscumque alios, quomodolibet impediri, seu molestari, contradictores quoslibet, & rebelles per censuras Ecclesiasticas, appellatione postposta, compescendo. Non obstantibus suspensione, inhibitione, decreto, mandato, & posterioribus litteris nostris prædictis, ac alijs constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis contrarijs quibuscumque, aut si eisdem Ordinarijs, vel quibusvis alijs communiter, vel divisim ab Apostolica sit Sede indultum, quod interdici, suspendi, & excommunicari non possint, per litteras Apostolicas non facientes plenam, & expressam, ac de verbo ad verbum de indulto huiusmodi mentionem. Decernentes earundem præsentium transumptis, manu Notarij publici subscriptis, & sigillo alicuius personæ in dignitate Ecclesiastica constitutę munitis eamdem prorsus fidem in iudicio, & extra adhibendam fore, quæ ipsis præsentibus adhiberetur, si forent exhibitæ, vel ostensæ.

Non obstantibus quibuscũque.

Datis Romę apud Sanctum Petrum, sub annulo Piscatoris, die 21. Octobris, anno 1530. Pontificatus nostri anno 7. A. Colasius.

Hoc Breve extat originale apud Archivum Generale nostri Conventus Barchinonen. & varia eiusdem trāsumpta authentica sunt in nostro Archivo Generali Matritensi. Illud refert præfatam Bullar. in hoc Pontific. Bull. 6. fol. 166. à tergo, & Vargas loc. cit.

CLEMENTI VII. qui obijt anno 1534. succedit

PAVLVS III.

Romanus, Alexander Farnesius antea dictus, Episcopus Cardinalis Ostiensis, & Sacri Collegij Decanus. Creatus 7. Idus Octobris. Coronatus 3. Nonas Novembris, anno salutis 1534. Vixit annos 15. dies 29. Creavit Cardinales 71. & ex nostro Ordine Archiepiscopum vnum, & Episcopos 3. Obijt 4. Idus Novembris, anno Domini 1549. In Basilica S. Petri conditus fuit.

PAVLI III.

CONSTITVTIO VNICA.

Ordinis Sede Vacante.

COMPENDIVM.

Prædecessorum, ac Regum Bulla vnica circumfulcit indulta.

PAVLVS EPISCOPVS, SERVVS servorum Dei. Dilectis filijs Generali Magistro, & Fratribus Ordinis B. MARIÆ de Mercede Redemptionis Captivorum, salutem, & Apostolicam Benedictionem.

Edita an. 1535.

1 Cùm à Nobis petitur, quod iustum est, & honestum, tam vigor æquitatis, quàm ordo exigit rationis, vt id per solicitudinem officij nostri ad debitum perducatur effectum.

Exordiũ.

2 Ea propter, dilecti in Domino filij, vestris iustis postulationibus grato concurrentes assensu, omnes libertates, & immunitates, à fœl. recor. Nicol. IV. Bonif. VIII. Alex. IV. Innocen. VIII. Alex. VI. Iulio II. Leone X. Adriano VI. Greg. XI. Martino V. Eug. IV. Callix. III. Sixto IV. Clem. VII. & alijs Romanis Pontificibus Prædecessoribus nostris, sive per privilegia, & alia indulta vobis, & Ordini vestro concessa; necnon libertates, & exemptiones, secularium exactionum, à Regibus, & Principibus, ac alijs Christi Fidelibus vobis, & dicto Ordini, illiusque benefactoribus, & Fratribus in communi rationabiliter indultas, sicuti eas iustè, & pacificè possidetis, vobis, & per vos eidem Ordini, & Confratribus, ac benefactoribus authoritate Apostolica confirmamus, ac præsentis scripti patrocinio communimus.

Cõfirmat privilegia nostra, Cõfratrũ, & benefactorum.

3 Nulli ergo omninò hominum liceat, hanc paginam nostræ confirmationis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem Omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum eius se noverit incursurum.

Contradictores coercet.

Datis Romæ apud Sanctum Marcum, anno Incarnationis Dominicæ 1535. 12. Kalendas Septembris, Pontificatus nostri anno 1.

Litteræ originales istius Bullæ in Barchinonensi, transumptum quoque authenticum in Matritensi relatis Archivis inveniuntur. Eam affert Bullar. antiq. B. 1. huius Papę, fol. 17c. & Vargas cap. 29. pag. 402. ad an. 1535.

Ad

Fr. Ludovic. Suarez Episc. Dragonēs. & Alguerēn.

AD annum 1539. creavit ex nostro Ordine Episcopum Dragonerensem in Regno Neapolitano Fratrem Ludovicum Suarez, Conventus nostri Burgensis filium, Oscensis Academię Theologiæ primarium Moderatorem, qui & ad Alguerensem Ecclesiam in Sardinia postea translatus est. Erectioni hospitalis S. Ioannis Toletani astitit, primumque lapidē pro fundamento benedixit: obiit Alguerij Sanctitatis, & doctrinæ fama commendatus.

Fr Gabriel de S. Maria Archiepisc. Pisan. creatur.

Ad annum 1540. creavit Archiepiscopum Pisanum Fr. Gabrielem de S. MARIA Caroli V. Concionatorem, Collegij nostri Salmanticensis filium.

Fr. Alfōsus Zurita Episc. Asturicēsis creatur.

Ad annum 1542. creavit Episcopum Asturicensem Fr. Ildefonsum Zurita Conventus nostri Carracēsis filium, virum doctrina prętantissimum, qui ante additam possessionem cessit è vita.

Fr. Ioānes de los Barrios Episc. de la Asūpcion, & Archiepiscopus de S. Fide creatur.

Ad annum 1548. creavit Episcopum de la Assumpcion apud Indos Fr. Ioannem de los Barrios primum eiusdē Ecclesiæ erectorem, Cōvētus nostri Granatensis filium, qui postea ad Archiepiscopatum de S. Fide assumptus Sanctitatis fama clarus obdormivit in Domino.

PAULO III. qui obijt anno 1549. succedit

IVLIVS III.

De Monte S. Sabini, qui est in agro Arietino, Ioannes Maria de Monte antea dictus, Episcopus Cardinalis Prenestinus. Creatus 6. Idus Februarij. Coronatus 2. Kalendas Martij anno salutis 1550. Vixit annos 5. mensem 1. dies 16. Creavit Cardinales 20. & ex nostro Ordine Episcopos 2. Obijt 10. Kalendas Aprilis, & in Lateritio monumento iuxta Aram S. Andreæ sepultus fuit.

IVLII III.

CONSTITVTIO I.

Vigesimo octavo Mag. Generali V.P. Fr. Michaële Puig.

COMPENDIVM.

Confirmat nostra privilegia, & nos, atque nostra sub sua suscipit protectione.

Edita an. 1550.

IVLIVS EPISCOPVS, SERVVS servorum Dei. Dilectis filijs Præceptori, & Fratribus Domus B. MARIÆ de Mercede Redemptionis Captivorum Barcinonensis Ordinis eiusdem B. MARIÆ de Mercede Redemptionis Captivorum, Salutem, & Apostolicam Benedictionem.

Cum à nobis petitur, quod iustum est, & honestum, tàm vigor æquitatis, quàm Ordo exigit rationis, vt id per solicitudinem officij nostri ad debitum perducatur effectum.

Nos, & nostra sub Apostolica protectione suscipit, & privilegia confirmat.

1 Eapropter, dilecti in Domino filij, vestris iustis postulationibus grato concurrentes assensu, personas vestras, & locum, in quo divino estis obsequio mancipati, cum omnibus bonis, quæ impręsentiarum rationabiliter possidetis, & in futurum iustis modis, pręstante Dño, poteritis adipisci, sub Beati Petri ac nostra protectione suscepimus; necnon omnes libertates, & immunitates à Prædecessoribus nostris Romanis Pontificibus, sive per privilegia vel alia indulta vobis, & domui vestræ concessas, nec non libertates, & exemptiones Secularium exactionum à Regibus, & Principibus, ac alijs Christi Fidelibus vobis, & eidem domui rationabiliter indultas, nec non oblationes, census, fructus, redditus, proventus, terras, domos, possessiones, campos, agros, prata, pascua, nemora, silvas, piscarias, iura, iurisdictiones, & alia bona vestra mobilia, & immobilia, sicuti eā omnia iustè, & pacificè possidetis, vobis, & per vos eidem domui authoritate Apostolica confirmamus, & pręsentis scripti patrocinio communimus.

2 Nulli ergo omninò hominum liceat, hanc paginam nostræ confirmationis, & communitionis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem Omnipotentis Dei, & BB. Petri, & Pauli Apostolorum eius se noverit incursurum.

Datis Romæ apud S. Petrum tertio Idus Februarij 1550. Pont. nostri anno 1.

Hanc Bullam refert Vargas in cit. tom. Chronic. lib. 2. cap. 32. pag. 412.

SVB IVLIO III.

CONSTITVTIO II.

Vigesimo octavo Mag. Generali V.P. Fr. Michaële Puig.

COMPENDIVM.

Confirmat Cardinalis ex commissione SS. acta Capituli Provincialis Segoviensis.

Edita

RAYNVNTIVS MISERATIONE Divina Tit. Sancti Angeli Pres-

Presbyter Cardinalis. Dilectis in Christo Præceptoribus, siue Commendatoribus, cæterisque Fratribus Monasteriorum Ordinis B. MARIÆ de Mercede Redemptionis Captiuorum Prouinciæ Castellæ Capitulum Prouinciæ repræsentantibus salutem in Domino.

His, quæ pro salubri directione Religiosorum locorum, & personarum prouidè facta fuisse noscontur, libenter, dum à Nobis petitur, Apostolicæ cõfirmationis robur adijcimus. Exhibitæ nobis nuper pro parte vestra petitionis series continebat, quod vos, seu maior, & sanior pars vestrom nuper in Capitulo, seu congregatione Prouinciali dicti Ordinis Prouinciæ Castellæ in Monasterio eiusdem Ordinis Ciuitatis Segouiensis Prouinciæ præfatæ conuocato Capitulariter congregati, cum decreto Vicarij Generalis dicti Ordinis Constitutiones, & acta fecistis, & ordinastis, tenoris subsequentis.

Decreta Cap. prov. Segovicē.

1 De licentia admodum Patris nostri Fr. Ioannis de Somorostro, Vicarij Prouincialis Præsidentis, necnon Diffinitorum, ac Commendatorum, & Graduatorum, & aliorum Fratrum in nostro Monasterio Segouiensi pro eligendo Prouinciale capitulariter congregatorum de communi concordia, & consensu, pro maiori bono, & pace nostri Ordinis Constitutiones, & acta sequentia statuimus, & ordinamus.

Hæc omnia fere decreta in isto Provinciali Capitulo edita novis Pontificijs constitutionibus abrogata sunt.

2 Primò, quod in qualibet domo nostræ Prouinciæ, vbi defuerit numerus Religiosorum ad minus decem, qui iuxta sequentem declarationem votum habuerint, eligant Commendatorem in suo Conuentu, semper quod vacare contigerit, siue per obitum, vel renuntiationem, vel priuationem, vel quouis alio modo, dummodo huiusmodi eligentes, ita sint qualificati. Primò quod per quatuor annos completos professionẽ expressam emiserint. Secundò, quod de licentia Prouincialis, aut alterius ad id facultatem habentis, ad aliquem ex Sacris Ordinibus fuerint promoti: Tertiò, quod per eundem Prouincialem, vel suas vices gerentem, aut Capitulum in Conuentuales assignati fuerint, & ipsi Conuentuales, ante dictam electionem per dimidium annum completum in huiusmodi domo resederint: & sic dumtaxat habentes votum absque Commendatore, si aliquis fuerit, congregentur in suo Capitulo, in quo Vicarius, vel si non fuerit, ex votis, qui professione antiquior fuerit, præsideat, ac inter se Notarium, ac alium Fratrem nominent, ac deputent: & proposito ab eo, qui præsederit, qui sibi pro domus bona gubernatione in Prælatum videatur eligendus, iuxta conscientias

Commendator per Fratres Conventuales eligatur.

Capitula, & Conventus nominant Notarium Monachũ cui integra fides adhibetur.

votorum, ac præstito per prædictos tres iuramento de eligendo magis idoneo, deueniatur ad electionem, in qua quilibet ex prædictis eligentibus secretè, aut publicè, vt maiori parti visum fuerit, suffragium illi præstet, quem iuxta ipsius eligentis conscientiam, omni odio, & amore postposito, vtilior, & magis idoneus ad bonam domus gubernationem in spiritualibus, & temporalibus, videtur expedire: & Præsidens auctoritate vestra cum prædicto Notario, alioque nominato ipsam electionem describant, ac omnes tres subscribant, claudant, atque signent, vt minimè ab aliquo, videri, seu legi possit. Post hæc dicti eligentes nominent, ac eligant quemdam Socium Commendatoris cũ eo ad Capitulum iturum, eritque qui maiorem partem votorum habuerit; si vero contingat æqualitas sorte dirimatur, cui sic in Socium electo prædicta Commendatoris Electio clausa sigillataque tradatur, quam ipse socius Domino Prouinciali vna cum Diffinitoribus in Diffinitorio tradere teneatur: quam quidem Prouincialis, ac Diffinitores aperiant, & legant: & si iuxta eorum conscientias dicta Electio, vt debuit, ad bonam gubernationem, & vtilitatem illius domus facta fuerit, ipsum Electum in Prælatum confirment, sed sibi constito de incommoda electione, absque omni odio, vel amore pro illa vice ipsi vtiliorem Prælatum prouideant.

Vocales Capituli Provincia lis Castellę

3 Secundo statuimus, & ordinamus, ac declaramus, quod in electionibus Prouincialis, & Diffinitorum, ac alijs quibuscumque arduis negotijs dictam Religionem tangentibus, votum habeant omnes Commendatores, & ipsi dumtaxat cum vero titulo Cõmendæ à Prouinciale, vel Diffinitorio tradito, & postquam suarum domorum possessionem habuerint, & in eisdem in suo officio residentiam fecerint, necnon eorundem Commendatorum Socij Cõuentualiter nominati, & electi: ac etiam graduati in Sacra Theologia per aliquam Vniuersitatem, in qua artes liberales, ac Theologiam publicè profiteantur, cum solius Prouincialis licentia, & facultate. Declarantes insuper quamlibet ipsius Prouincialis licetiam, seu facultatem, ad quoscumque gradus suscipiendos nulli Religioso suffragari posse, nisi prios per publicum instrumẽtum constiterit authenticè, huiusmodi Religiosum per quatuor annos continuè, aut maiorem eorum partem in Vniuersitate præfata Sacræ Theologiæ incubuisse. Ij itaque dumtaxat, iuxta præfatas declarationes, votum habebũt, dummodo personaliter interfint, & non aliàs,

aliàs, licet legitimo fuerint impedimento impediti.

De electione Provincialis.

4 Tertiò statuimus, & declaramus pro maiori Divini cultus augmento, & maxima totius Ordinis vtilitate, quod Provincialis eligi non possit vltra quam per triēnium à computatione Reverendissimi N. Generalis computandum: & tam præsens, quam absens eligi possit, dummodo duæ electiones diversarum personarum prius elapsæ fuerint, quamvis huiusmodi duæ distinctæ electiones per sex annos completos non duraverint: qui in fine triennij Provincialatus, quacūque alia anticipatione, seu postpositione sibi pœnitus prohibita, Capitulum celebrare teneatur: In cuius principio post vivorum, mortuorumque commendationem consuetam primo fiat electio Provincialis ab omnibus votum habentibus, & ad Capitulum, atque electionem convocatis eo modo, & ordine, quo maiori parti Capituli visum fuerit: Qui sit in Provincialem electus antiquam suam Sedem in omni loco habebit, donec confirmatus extiterit: antequam vero ei præstetur obedientia, de observandis præsentibus cōstitutionibus super Sacra Dei Evangelia iuramentum præstet, ac de non petendo vmquam relaxationes iuramenti prædicti, deindè obedientia ei ab omnibus præstetur: si verò in triennio sui Provincialatus constiterit contrarium prætendere, vsurpare videlicet vtcūque per triennium prædictam dignitatem, seu gubernationem, vel à Religione eximi velle, ipso facto sit perpetuo privatus omni dignitate, & ex tunc obediētiam ei impēdentes, aut non denegātes excōmunicationis maioris ex tunc ipso facto incurrant sententiam, favorem, vel auxilium eidem præstantes per tres annos, ad omne officiū nostri Ordinis, omni relaxatione prohibita, sint inhabiles: & si ita evenerit, tunc Vicarius Provincialis congregandi Capitulum potestatem habebit, vt electio novi Provincialis fiat: ipso vero Vicario Provinciali deficiente, vel per sexaginta dies Capitulum dilatante, quatuor tunc Diffinitoribus, aut maiori ipsorum parti, erit facultas plena convocandi ad Capitulum, & sic congregati eligant novum Provincialem. Quam quidem electionem ex nunc validam, & canonicam habemus, & pro tali haberi volumus, donec eligantur á toto, eodemque Capitulo quatuor Diffinitores ex præsentibus Electoribus, dummodo in Capitulo præcedenti proximo nullus eorum electus fuerit, publicè, vel secretè, vt maiori votorum parti visum fuerit, quorum singuli votum habentes in hac, vel in quacumque alia electione, vel domorum provisione vnicam vocem dumtaxat habebunt: & tunc Provincialis confirmatus, ac quatuor Diffinitores electi, vt moris est, celebrabunt Capitulum, habebuntque plenam providendi, ac confirmandi ac omnia, & singula Divino cultui, & Religionis augmento quomodolibet incumbentia ordinandi, & præcipiendi: Teneanturque in suo Diffinitorio nominare vnum Visitatorem ad visitandum in illo triēnio domos, quas Provincialis non visitaverit; quod si per alium visitentur, huiusmodi visitatio nullius sit roboris, vel momenti, sed visitator nominatus absque alia sibi de novo specialiter concedenda facultate possit visitare domos, quas Provincialis personaliter non visitaverit. Finito vero, & absoluto Capitulo, vel ante Capitulum electio de novo fiat Provinciale, cui antiquior Provincialis à suo officio se exonerans de sui triēnij tempore novo electo, ac quatuor Diffinitoribus rationē redat. Quas quidem constitutiones, ac omnia, & singula in eis contenta dilectus etiam in Christo Fr. Michael Puig dicti Ordinis Magister Generalis, attendens constitutiones huiusmodi in dictæ Religionis, seu Provincialatus commoditatem, seu vtilitatem cedere, sive redundare, sine periudicio tamen, aut innovatione aliqua Bullæ concordiæ, vt dixit, laudavit, & approbavit, ratificavit, confirmavit, eisque suam authoritatem, & decretum interposuit, dummodo non fiat eidem Generali, suisque Successoribus canonicè intrantibus aliquod præiudicium in toto eo, quod assuetum est dari, ac ex tunc pro constitutionum præfatarum confirmatione Sedi Apostolicæ supplicavit, ac aliàs, provt in dicto instrumento publico desuper confecto dicitur latius contineri.

Adhuc celeberrima concordię Bulla vigebat, de qua supra in Paul II. Bul. 5.

5 Cum autem, sicut eadem subiungebat petitio, firmiora sint ea, quibus Apostolica Sedes intercedit, cunctas, tam vos, quàm, vt præfertur, dictus Magister Generalis cupiatis constitutiones præfatas, pro illarum subsistētia firmiori, Apostolicæ confirmationis muniminè roborari, supplicari fecistis humiliter vobis super his per Sedem eandem de opportuno remedio provideri.

6 Nos igitur omnium, & singulorum actorum dicti Capituli Provincialis necnon instrumenta ratificationis, approbationis, & confirmationis Generalis huiusmodi, veriores tenores ac si de verbo ad verbum, nihil penitùs omisso, insererentur, præsentibus pro sufficiēter expressis habentes, huiusmodi supplicationibus authoritate D. Papæ, cuius primariæ Curiam gerimus, & de eius speciali mandato super hoc vivę vocis

Cõfirmatio Cardin. ex Iul. III. Pontif. vivæ vocis oraculo facta. Eandem habẽt authoritatẽ cõcessiones per oracula Põtificis, ac per scripturam.

cis oraculo nobis facto, constitutiones præfatas, provt per præfatum Generalẽ laudatæ, approbatæ, ratificatæ, & confirmatæ fuerunt, ac ipsius Generalis laudem, approbationem, ratificationẽ, & confirmationem tenore præsentium approbamus, & confirmamus, eisque perpetuæ firmitatis robur adjicimus: ac omnes, & singulos tam iuris, quàm facti defectus, si qui forsan intervenerint in eisdem, etiam ob non insertionem dictorum actorum, & instrumentorum, aut aliàs quomodolibet supplemus, ipsasque constitutiones in singulis dictorum Ordinis, & Provinciæ Monasterijs inviolabiliter observari: Sicque per quoscumque Iudices, & personas, sublata eis, & eorum cuilibet quavis aliter iudicandi, interpretandi, & diffiniendi facultate, & authoritate, iudicari, interpretari, & diffiniri debere; ac irritum, & innane quidquid contra præmissa contigerit attentari, decernimus.

7 Quo circa discretis viris curiæ causarum Cameræ Apostolicæ Generali Auditori, & Scholastico, atque Abbati maiori Sæculari, & Collegiato Oppidi Vallisoleti, & Scholastico Salmantino dictis Ecclesiarum, & eorum cuilibet eisdem authoritate, & mãdato committimus, & mandamus, quatenùs vobis, vestrisque successoribus Capitulum Provinciale huiusmodi pro tempore repræsentãtibus in perpetuum, & in præmissis per se, vel alium, seu alios specialis defensionis præsidio assistentes, faciant præmissas constitutiones, & statuta perpetuò inviolabiliter observari, ac vos, & Successores vestros præfatos, illis & præsentibus confirmatione, supplicatione, approbatione, & alijs præmissis pacificè finitis inviolabiliter gaudere: non permittentes vos, & eos desupèr per quoscumque tam Ecclesiasticos, quàm Sæculares Iudices, & personas cuiuscumque status, gradus, Ordinis, & conditionis fuerint, & quacumque etiam Pontificali, Imperiali, seu Regia, aut alia præfulgeãt dignitate, vel authoritate etiam Apostolica fungantur publicè, vel ocultè, directè, vel indirectè quovis quæsito colore vel ingenio, molestari, perturbari, aut aliàs quommodolibet inquietari; contradictores quoslibet, & rebelles, per Censuram Eclesiasticam, & alia iuris opportuna remedia appellatione postposita, compescendo, invocato etiam (si opus fuerit) auxilio brachij sæcularis: Non obstantibus constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis etiam Provincialibus, dictorumque Ordinis, & Provinciæ, etiam iuramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus, privilegijs quoque, indultis, & litteris Apostolicis illis, ac Generali præfato forsan concessis. Quibus omnibus, illorum tenores, ac si de verbo ad verbus insererentur, præsentibus pro plenè, & sufficienter expressis habéntes, illis aliàs in suo robore permansuris, hac vice dumtaxat specialiter, & expresse derogamus, cæterisque contrarijs quibuscumque.

Vivæ vocis oracula si lapsu tẽpor desint esse vtilia, possunt per Capitulũ Generale, & Provinciale suspendi, & revocari æquè, ac si per Summum Pontificẽ suspensa, & abrogata fuissent.

8 Volumus autem, quod quicumque dicti Ordinis Frater, qui aliàs idoneus sit, etiam si graduatus non fuerit, in Socium Commendatorum eligi possit.

Datum Romæ apud S. Petrum sub sigillo officij Primariæ 3. kalendas Decembris, Pontificatus Domini Iulij Papæ III. anno 3.

Originale extat hoc duploma apud nostrum Matritẽsis Conventus archivum generale, idque affert citat. Bullar. in Iulio III. Bulla vnica, fol. 174. à tergo.

IVLII III.

CONSTITVTIO III.

Vigesimo octavo Mag. Generali V. P. Fr. Mechaële Puig.

COMPENDIVM.

Nostra privilegia confirmat.

IVLIUS EPISCOPVS, SERVVS servorum Dei. Dilectis filijs Magistro Generali, & Fratribus Beatæ MARIÆ de Mercede Redemptionis Captivorum, salutem, & Apostolicam Benedictionem.

Edita an. 1551.

1 Cùm à Nobis petitur quod iustum est, & honestum, tam vigor æquitatis, quàm ordo exigit rationis, vt id per sollicitudinem officij nostri ad debitum perducatur effectum.

2 Ea propter, dilecti in Domino filij, vestris iustis postulationibus grato concurrentes assensu, omnes libertates, & immunitates, ac gratias, & concessiones à fœl. recor. Nicolao IV. Bonifacio VIII. Alex. etiam IV. Clem. VI. Gregor. XI. Marrino V. Eugen. similiter IV. Callix. III. Iulio II. Leone X. Adriano VI. Clementis VII. & Paulo etiam III. quàm ab alijs Prædecessoribus nostris Romanis Pontificibus, sive per privilegia, vel alia indulta vobis, & Ordini vestro concessa, necnon libertates, & exemptiones sæcularium exactionum à Regibus, & Principibus, ac alijs Christi Fidelibus vobis, & Ordini

ni prædicto rationabiliter indultas, sicut eas iustè, & pacificè possidetis, vobis, & per vos eidem vestro Ordini authoritate Apostolica confirmamus, & præsentis scripti patrocinio communimus.

3 Nulli ergo omninò hominum liceat, hanc paginam nostræ confirmationis; & communitionis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem Omnipotētis Dei, & Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum eius se noverit incursurum.

Datis Romæ apud S. Petrum, anno Incarnationis Dominicæ 1553. Idibus Martij, Pontificatus nostri anno 2.

Habetur authentica in nostro Barchinonensi archivo.

Fr. Dionysius de Avila Episc. Troyanus creatur.

AD annum 1550. creavit Episcopum Troyanum Fr. D. Dionisium de Avila, & Cavezon Conventus nostri Xerezensis Sobolem.

Fr. Petrus de Oriona Episc. Troyanus creatur.

Ad annum 1552. substituit in eodem Episcopatu Fr. Petrum de Oriona, Conventus nostri Toletani filium.

IVLIO III. qui obijt anno 1555. succedit

MARCELLVS II.

De Oppido Montisfani in Piceno, Marcellus Cervinus Ricardi filius Presbyter Cardin. Tit. S. Crucis in Hierusalem. Creatus 5. Idus Aprilis 1555. Sedit dies 22. Obijt 3. Kalend. Maij eodem anno, sepultus est in Basilica Vaticana. Nihil indulsit.

MARCELLO II. qui obijt anno 1555. succedit

PAVLVS IV.

Archiepiscopus Theatinus Neapolitanus, Petrus Carafa antea dictus, Episcopus Cardinalis Ostiensis, & Sacri Collegij Decanus. Creatus 10. Kalendas. Coronatus 7. Kalendas Iunij anno salutis 1555. Sedit annos 4. menses 2. dies 27. Creavit Cardinales 19. & ex nostro Ordine Episcopum vnum. Obijt 15. Kalendas Septembris, anno 1559. Corpus eius in Basilica Vaticana conditum à Pio V. in Ecclesiam S. Mariæ super Minervam translatum fuit.

PAVLI IV.

CONSTITVTIO I.

Vigesimo octavo Mag. Generali V. P. Fr. Michaële Puig.

COMPENDIVM.

Indulta nobis, & Confraternitati Conventus Tolosani à suis Prædecessoribus confirmat.

Edita ann. 1556.

PAVLVS EPISCOPVS, SERVVS servorum Dei. Dilectis filijs Magistro, & Fratribus Domus B. MARIÆ Tolosanensis Ordinis Fratrum eiusdem B. MARIÆ de Mercede Redemptionis Captivorum, salutem, & Apostolicam Benedictionem.

Cum à nobis petitur, quod iustum est, & honestum, tàm vigor æquitatis, quàm Ordo exigit rationis, vt id per solitudinem officij nostri ad debitum perducatur effectum.

Septem Romanorum Pontificum Privilegia confirmat

1 Ea propter, dilecti in Domino filij, vestris iustis postulationibus grato concurrentes assensu, omnes libertates, & immunitates à fœl. record. Nicolao Papa IV. Bonifac. VIII. Alex. IV. Clem. VI. Greg. XI. Martin. V. Eugen. IV. Callix. III. Sixto IV. Inocen. VIII. Alex. VI. Clem. VII. Iul. II. Leone X. Adriano VI. Paulo III. Iulio III. Romanis Pontificibus Prædecessoribus nostris, siue per privilegia, concessiones, & alia indulta vobis, & Ordini, ac benefactoribus vestris, necnon in Ecclesia vestra canonicè institutæ Confraternitati, illiusque Confratribus communiter concessas, necnon libertates, & exemptiones sæcularium exactionum à Regibus, & Principibus, & alijs Christi Fidelibus, vobis, & Ordini, ac benefactoribus, nec non Confraternitati, & Confratribus præfatis in communi rationabiliter indultas, sicut ea omnia iustè, & pacificè possidetis, vobis, & per vos eidem Ordini, & benefactoribus, nec non Confraternitati, & Confratribus huiusmodi authoritate Apostolica confirmamus, & præsentis scripti patrocinio cōmunimus.

Comminatio in contradictores.

2 Nulli ergo omninò hominum liceat, hanc paginam nostræ confirmationis, & communitionis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem Omnipotentis Dei, & Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum eius se noverit incursurum.

Datis Romæ apud Sanctum Pe-

T trum

trum, anno Incarnationis Dominicæ 1556. 6. Kalendas Aprilis, Pontificatus nostri anno 1.

Habetur authentica vbi sup. eam affert Mag. Vargas, & vetus Bullarium.

PAVLI IV.

CONSTITVTIO II.

Vigesimo octavo Mag. Generali V. P. Fr. Michaële Puig.

COMPENDIVM.

Iterum privilegia nostra confirmat.

Edita an. 1557.

PAVLVS EPISCOPVS, SERVVS servorum Dei. Dilectis filijs Magistro, & Fratribus, ac Syndico Ordinis Beatæ MARIÆ de Mercede Redemptionis Captivorum, salutem, & Apostolicam Benedictionem.

Cum à nobis petitur quod iustum est, & honestum, tàm vigor æquitatis, quàm Ordo exigit rationis, vt id per solicitudinem officij nostri ad debitum perducatur effectum.

Cõfirmat privilegia.

1 Ea propter, dilecti in Domino filij, vestris iustis postulationibus grato concurrentes assensu, omnes libertates, & immunitates, ac gratias, & concessiones à fœl. record. Nicolao IV. Bonif. VIII. Alex. etiam IV. Clem. VI. Greg. XI. Martin. V. Eug. IV. Callix. III. Iulio II. Leone X. Adriano VI. Clem. VII. & Paulo III. ac Iulio etiam III. & alijs Romanis Pontificibus Prædecessoribus nostris sive per privilegia, & alia indulta vobis, & Ordini, necnon libertates, & exemptiones sæcularium exactionum à Regibus, & Principibus, ac alijs Christi Fidelibus vobis, & Ordini vestro in communi rationabiliter indulta, sicuti ea omnia iustè, & pacificè possidetis, vobis, & per vos eidem Ordini authoritate Apostolica confirmamus, & præsentis scripti patrocinio communimus.

Commina tio in cõtradictores.

2 Nulli ergo omninò hominum liceat, hanc paginam nostræ confirmationis, & cõmunitionis, infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem Omnipotentis Dei, & BB. Petri, & Pauli Apostolorum eius se noverit incursurum.

Habetur originalis Matriti, eam refert Varg. fol. 415.

PAVLI IV.

CONSTITVTIO III.

Vigesimo octavo Mag. Generali V. P. Fr. Michaële Puig.

COMPENDIVM.

Tertio confirmat nostra privilegia, & speciatim quæ in Insula Melitanensi obtinemus.

Edita an. 1558.

PAVLVS EPISCOPVS, SERVVS servorum Dei. Dilectis filijs Magistro, & Syndico, ac alijs Fratribus Ordinis Beatæ MARIÆ de Mercede Redemptionis Captivorum, salutem, & Apostolicam Benedictionem.

Cum à Nobis petitur quod iustum est, & honestum, tam vigor æquitatis, quàm Ordo exigit rationis, vt id per solicitudinẽ officij nostri ad debitum perducatur effectum.

Privilegia confirmat.

1 Ea propter, dilecti in Domino filij, vestris postulationibus grato concurrentes assensu, omnes libertates, immunitates, gratias, & concessiones à fœl. record. Nicolæ. IV. Bonif. VIII. Alex. IV. Clem. VI. Greg. XI. Martin. V. Eug. IV. Callix. III. Iul. II. Leone X. Adriano VI. Clem. VII. Paulo III. Iul. etiam III. & alijs Romanis Pontificibus Prædecessoribus nostris, sive per privilegia, & alia indulta vobis, & Ordini vestro, etiam in Insula Melitanensi, cõcessas, necnon libertates, & exemptiones sæcularium exactionum à Regibus, & Principibus, ac alijs Christi Fidelibus vobis, & eidem Ordini vestro in communi rationabiliter indultas, sicuti ea omnia iustè, & pacificè possidetis, vobis, & per vos eidem Ordini vestro authoritate Apostolica confirmamus, & præsentis scripti patrocinio cõmunimus.

2 Nulli ergo omninò hominum liceat, hanc paginam nostræ confirmationis, & communitionis, infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem Omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum eius se noverit incursurum.

Datis Romę apud Sanctum Petrum, anno Incarnationis Dominicæ 1558. 14. Kalendas Ianuarij, Pontificatus nostri anno 4.

Habetur originalis Barcinonæ, authentica Matriti, & in veteri Bullar. eam refert M. Vargas.

AD

D. Fr. Petrus Oriona Episc. Asturiēsis assumitur.

AD annũ 1556. assumpsit ad Episcopatum Asturiensem D. Fr. Petrum de Oriona Episcopum Troyanum.

PAVLO IV. qui obijt anno 1559. succedit

PIVS IV.

Mediolanensis, de familia Medicea, Ioannes Angelus, Patre Bernardino, Cardinalis Tit. S.Priscæ. Creatus Romæ 7. Kalendas Ianuarij, anno 1560. Coronatus in festo Epiphaniæ sequenti. Sedit annos 5. menses 2. dies 15. Creavit Cardinales 46. & ex nostro Ordine Episcopos 2. Obijt anno 1565. 5. Idus Decembris, sepelitur in Basilica S.Petri.

PII IV.

CONSTITVTIO I.

Vigesimo octavo Mag. Generali V. P. Fr. Michaële Puig.

COMPENDIVM.

Ad augenda Captivorum subsidia indulgentias, & privilegia a Prędecessoribus emanata confirmat, & Paulum Pla, ac Petrum Paulum Zaragoza Canonicos Barcinonenses Iudices executores instituit.

Edita an. 1560.

PIVS EPISCOPVS, SERVVS servorum Dei. Dilectis filijs Magistro Generali, & Fratribus Ordinis B. MARIÆ de Mercede Redemptionis Captivorum, salutem, & Apostolicam Benedictionem.

Cum à Nobis petitur quod iustum est, & honestum, tàm vigor æquitatis, quàm Ordo exigit rationis, vt id per solicitudinem officij nostri ad debitum perducatur effectum.

Concessiones Prędecessorũ.

1 Sane pro parte vestra Nobis nuper exhibita petitio continebat, quod olim fæl. record. Paulus Papa IV. Prædecessor noster precibus vestris tunc inclinatus, omnes libertates, & immunitates à piæ mem. Nicolao IV. Greg. XI. Martin. V. Bonif. VIII. Alex. IV. Eug. IV. Callix. III. Six. IV. Innoc. VIII. Adriano VI. Iul. II. Leon. X. & Clem. VII. ac alijs Romanis Põtificibus, etiam Prædecessoribus nostris, tunc suis, sive per privilegia, & alia indulta, ac indulgentias vobis, & Ordini vestro, illiusque benefactoribus rationabiliter indultas, sicuti ea omnia iustè, & pacificè possideris vobis, & eisdem benefactoribus per suas sub plumbo expeditas litteras auctoritate Apostolica confirmavit, prout in eisdem litteris dicitur plenius contineri: vosque postmodum tàm litterarum confirmationis huiusmodi, quàm aliorũ privilegiorũ vobis, & dicto Ordini per Sedem Apostolicam concessorum vigore indulgentias pro Redemptione Captivorum in diversis Civitatibus, terris, & locis, ac forsan regnis publicari fecistis, eleemosynas pro eorumdem Captivorum Redemptione à Christi Fidelibus misericorditer elargitas recipiendo.

Vsus privilegiorũ in publicandis indulgentijs &c.

Petitio nostra pro confirmatione.

2 Cum autem, sicut eadem petitio subiungebat, vos, vt Christi Fideles devotionis causa ad pia charitatis opera magis incitentur, vt Christi Fidelium eorumdem eleemosynis Captivis subveniatur, cupiatis omnia, & singula privilegia, gratias, & concessiones, facultates, exemptiones, immunitates, ac etiam plenarias indulgentias per prædictos, & alios Romanos Pontifices dicti Ordinis benefactoribus, ac Fratribus concessa, necnon confirmationem Pauli Prædecessoris huiusmodi, & alia præmissa per Nos approbari, & confirmari, pro parte vestra Nobis fuit humiliter supplicatum, vt eis robur Apostolicæ confirmationis adijcere de benignitate Apostolica dignaremur.

Privilegia, & indulgētias cõfirmat, etiam plenarias.

3 Nos igitur vestris iustis postulationibus grato concurrẽtes assensu, omnia, & singula privilegia, gratias, concessiones, facultates, & etiam plenarias indulgentias per præfatos, & alios quosvis Romanos Pontifices Prædecessores nostros dicto Ordini, & illius benefactoribus, & Confratribus, & alijs Christi Fidelibus per eorum privilegia, & alia indulta, ac litteras, aut aliàs quomodolibet concessa, necnon confirmationem Pauli Prædecessoris nostri, & alia præmissa, quatenus sint in vsu, vobis, & dicto Ordini, atque ipsius Ordinis benefactoribus, & Confratribus, ac si de verbo ad verbum insererentur, ac præsentibus pro sufficienter expressis habentes, authoritate Apostolica tenore præsentium confirmamus.

Iudices executores constituit, qui cẽsuris privilegia tueantur.

4 Mãdantes dilectis filijs Paulo Pla, & Petro Paulo Zaragoza Canonicis Ecclesiæ Barcin. quatenus ipsi, aut vnus eorũ per se, vel alios, seu alium vobis in præmissis efficacis defensionis præsidio assistentes, faciant authoritate nostra vos cõfirmatione prædicta, & pręsẽtibus litteris pacificè frui, & gaudere, non permittentes vos per quoscumque contra tenorem præsentium desuper molestari contradictores quoslibet, & rebelles per Sententias, Censuras, & pœnas Ecclesiasticas, appellatione postposita, compescendo; necnon legitimis super his adhibendis servatis processibus, censuras

ras prædictas, etiam iteratis vicibus augendo, invocato etiam ad hoc, si opus fuerit, auxilio brachij Sæcularis: non obstantibus constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, cæterisque contrariis quibuscumque.

Comminatio in contradictores.

5 Nulli ergo omninò hominum liceat, hanc paginam nostræ confirmationis, & mandati infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit indignationem Omnipotentis Dei, & Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum eius se noverit incursurum.

Habetur authentica vbi supra, eam refert Mag. Varg. loc. cit.

PII IV.

CONSTITVTIO II.

Vigesimo octavo Mag. Generali V. P. Fr. Michaele Puig.

COMPENDIVM.

Quæ revocatoria est omnium indulgentiarum, & aliarum, facultatum, quę deferantur per Commissarios cum reductione illarum ad visitantes personaliter; in qua excipiuntur à revocatione indulgentia concessę pro Redemptione Captivorum.

Indulgentiæ varijs Religionibus, & locis concessæ memorantur.

CVM NOS NVPER, SEV ALIAS ex certis tunc expressis causis nonnulla privilegia, indulgentias, indulta, & facultates dudum per diversos Romanos Pontifices Prędecessores nostros, & Sedem Apostolicam, & forsan per Nos concessa S. Sebastiani extra muros Vrbis, ac Beatæ MARIÆ de Populo, & eiusdem Beatæ MARIÆ supra Minervam de Vrbe, ac S. Catherinæ Montis Sinaì, S. Annæ Neapolitanensis, Spiritus Sancti Venetiarum, Cisterciensis, & S. Augustini, ac S. Dominici Prædicatorum, S. Basilij, ac S. Francisci Mendicantium Ordinum Monasterijs, necnon S. Iacobi de Gallæcia, & Beatę MARIÆ de Monte-Serrato, ac eiusdem Beatæ MARIÆ de Guadalupe, & Beatæ Virginis MARIÆ de Anunciata, ac alterius Beatæ MARIÆ de Mercede Redemptionis Captivorum, Compostellanensis, Toletanensis, Avenionensis, & Neapolitanensis, & aliarum Civitatum, & Diœcesum Ecclesijs, necnon S. Spiritus in Saxia, & Sanctæ MARIÆ Consolationis, ac S. Iacobi pauperum incurabilium, S. Rochi de Vrbe, eiusdem S. Spiritus, seu S. Gregorij Regin. & crucifixi Siracusani, & Hospitalibus, Confraternitatibus, & certis alijs pijs locis, & Confraternitatibus, necnon diversis personis pro Redemptione Captivorum ab Infidelibus, in expeditione, ac servorum, & ex direptione diversarum Civitatum, & Monasteriorum: Ordinis S. Basilij; itàquod litteræ desupèr confectæ sub quibusvis revocationibus, aut suspensionibus similium, vel dissimilium indulgentiarum, & facultatum minimè comprehenderentur, & quoties revocari, seu suspendi contingeret, toties in pristinom statum restitutæ essent, & esse censerentur, irritandi desupèr de cætero de supradicto, & aliàs sub certis modo, & forma tunc expressis confirmaverimus, concesserimus, & elargiti fuerimus: ac sicuti fidedignorū relatione percepimus, Priores, Abbates, Præceptores, Commendatarij, Præpositi, Ministri, Guardiani, Priorissæ, Moniales, ac Fratres, & Hospitalarij, & aliæ personæ præfatæ indulgentias, concessiones gratias, indulta, & facultates hoiusmodi per diversos Commissarios, Nuntios, Quæstores, Collectores, Thesautarios, & Procuratores Deum præ oculis non habentes in diversis Provincijs, & locis vno, eodemque tempore publicari procuraverint facultates, quæ sibi præscriptæ extiterint, & nonnulli etiam super ipsam publicationem verbis contumeliosis divetsimodè contenderint in evidens scandalum Christi Fidelium, & Sedis Apostolicæ dedecus, & opprobrium. Nos scandalis huiusmodi, quantum in Nobis est, providere volentes, motu proprio, & de Apostolicæ potestatis plenitudine, non alicuius super hoc Nobis oblatæ petitionis instantiam, sed ex nostra deliberata voluntate, firmis semper, & illæsis remanentibus omnibus, & singulis privilegijs, facultatibus, & gratijs Basilicę fabricę Principis Apostolorū de Vrbe per dictos Prędecessores, & Nos concessis, & firmatis, omnia, & singulas indolgentias, etiam plenarias, concessiones, ac alias gratias, & indulta etiam erigendi Capellam, & Confraternitates sub nomine Sancti Sebastiani, & allis nominibus cum participatione indulgentiarum, & facultatum huiusmodi, necnon eligendi, & depntandi Confessores, qui absolvant, ac alia faciant, ac Commissarios, Collectores, Nuntios, & Qnæstores pro huiusmodi indulgentijs publicandis de confessionalibus pręebendis, Capellis, & Confraternitatibus, & alijs regularibus, ac pijs locis erigendis, & quæstis faciendis deputandis, ac reliquas omnes, & facultates huiusmodi indulgentias, facultates, concernentes prædictis, ac omnibus, & singulis alijs Monasterijs, Hospitalibus, Ecclesijs Confra-

Pravus Quæstorū vsus ad revocationē indulgentiarum impellit.

Revocantur omnes gratiæ, & indulgentiæ pijs locis, & Religionibus pro eleemosynis concessæ.

fraternitatibus, & alijs regularibus, ac pijs locis, & personis in quibusvis Regnis, Provincijs, & dominijs existentibus, præter quam pro Redemptione Captivorum, & expeditione contra infideles, Cruciata nuncupata, in Regnis Hispaniarum, & illis annexis, & pro fabrica præfatę Basilicę Principis Apostolorum de Vrbe, ex quibusvis causis, & sub quibuscumque tenoribus, formis, etiam Imperatoris, Regum, Ducum, vel aliorum Principum intuitu, seu contemplatione, etiam motu simili concessas, & concessa, præterquam quod ea, in quibus indulgentiæ confessionaliũ, & facultates ipsæ in aliqua sui parte iam sint sortitæ effectum, suspendimus, tollimus, cassamus, irritamus, revocamus, aonullamus, & pro suspensis, ablaris, & revocatis haberi volumus, easque ad Christi Fideles personaliter tantum visitantes ipsas Ecclesias S. Sebastiani, B. MARIÆ de Populo, & supra Minervam de Vrbe, ac S. Catherinæ Montis Sinai, S. Spiritus, B. MARIÆ Consolationis, S. Iacobi de Gallæcia, B. MARIÆ de Mõte-Serrato, ac de Guadalupe, & Virginis MARIÆ de Anunciata reducimus, & restringimus, ipsisquè Christi Fidelibus illa devotè personaliter tantum visitantibus, & non alijs suffragari volumus, & decernimus. *Residuum vide apud Cherubin.*

Mirabile Redemptionis opus ab hac generalissima excipitur revocatione.

Visitantes personaliter præcõtenta sanctuaria tãtum lucrãtur indulgẽtias.

PII IV.

CONSTITVTIO III.

Vigesimo octavo Mag. Generali V.P.Fr.Michaele Puig.

COMPENDIVM.

Castella Provincialis confirmavit decretum, & statutum Salmanticæ Capitulariter editum, ne scilicet aliquis Frater noster ad Salmanticense Veræ Crucis Collegium, vt Collega, aut Rector recipiatur, nisi diligenti prius informatione facta, ex qua à veterũ Christianorum stirpe originem ducere sit compertum. Hoc statutum approbat, ratum, ac gratum habet, & Apostolico munit patrocinio.

PIVS EPISCOPVS, SERVVS servorum Dei. Dilectis filijs Preceptori, & Fratribus, ac Collegialibus Conventus Monasterij, & Collegij Veræ Crucis Ordinis Fratrum B. MARIÆ de Mercede Redemptionis Captivorum Professotibus Civitatis Salmanticæ, salutem, & Apostolicam Benedictionẽ.

Edita an. 1564.

Cùm à Nobis petitur, quod iustum est, & honestum, tam vigor æquitatis, quàm ordo postulat rationis, vt id per officij nostri solicitudinem ad debitum perducatur effectum.

1 Sanè pro parte vestra Nobis nuper exhibita petitio continebat, quod nuper dilectus filius Gaspar de Torres, Provinciæ Castellæ, & Portugalliæ dicti Ordinis Magister Provincialis, sufficiẽti ad hoc facultate suffultus, cupiẽs vobis Collegij dicti Ordinis nuper in dicta Civitate fabricatoribus, & de Religione benemerentibus morem gerere, per suas desuper expediras patẽtes litteras, statutum, & ordinationem, per vos aliàs capitulariter, vt moris est, congregatos existentes sub die nona mensis Februarij anni proximi præteriti factam, inter cætera conriectem, quod nullus Frater, qui de genere Hebræorum, aut aliorum Hæreticorum, sive Neophitus sit, in dicti vestri Collegij Collegialem, & nemo alius nisi facta per vos, aut personam ad id per vos deputandam prius de descendentia sua diligenti informatione, & comperto etiam per publicam vocem, & famam, ac communem opinionem, quod non de Hebræorum, aut Hæreticorum, sed de bonorum Christianorum veterum genere talis admittẽdus descendat, in Conventu, & Collegio vestro Veræ Crucis huiusmodi assumatur, aut quovis modo preficiatur in Præceptorem, neque Collegialis fiat, vel admittatur, neque ibi assignetur quomodolibet, approbavit, & confirmavit, & in virtute sanctæ obedientiæ, ac sub excommunicationis maioris sententia eo ipso incurrenda sibi inferioribus, quod statutum, & ordinationem huiusmodi perpetuò inviolabiliter observari faceret, mandavit, prout in patentibus litteris præfatis dicti Magistri Provincialis latius dicitur contineri. Quæ quidem ordinationem, statutum, & mandatum, dilecti filij, vt perpetuò illibata persistant, à Nobis petistis Apostolico munimine roborari.

2 Nos itaque vestris iustis postulationibus grato concurrentes assensu statutum, ordinationem, & mandatum Magistri Provincialis huiusmodi, sicuti ritè, & providè facta fuerunt, rata, & grata habentes, illa Apostolica auctoritate approbamus, & confirmamus, ac præsentis scripti patrocinio communimus.

Cõfirmat statutum, ne aliquis Frater ad Collegiũ Salmanticensem admittatur, nisi facta prius de eius origine informatione.

3 Nulli ergo omninò hominum liceat, hanc paginam nostræ approbationis, confirmationis, & communitionis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem Omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum eis se noverit incursurum.

Datis Romæ apud Sanctum Petrum, anno Incarnationis Dominicę 1564.

1564. 3. Idus Ianuarij, Pontificatus nostri anno 5.

Bulla hęc habetur apud antiquũ nostrum authentiecatum Bull.f.265.à tergo, & originalis in prefato Collegio. Huius Collegij prestantissimos filios, Magistros, & Cathedrarios illius percelebris Athenai hic tu ferere decrevi, sed nimis tardante, quam postulavi acurata notitia, nec Prelum expectet, praterennt; sicut & Cathedrarij nostri Complutenses ad sequentem Bullam spectantes.

PII IV.

CONSTITVTIO IV.

Vigesimo octavo Mag. Generali V.P.Fr.Michaele Puig.

COMPENDIVM.

Collegio nostro Complutensi statutum de non admittendo in Collegam, nisi pravia informatione de natura, moribus, & vita postulantis confirmat.

Edita an. 1564.

PIVS EPISCOPVS, SERVVS servorum Dei. Dilectis filijs Præceptori, & Fratribus, ac Collegialibus Conventus, Monasterij, & Collegij B. MARIÆ, Ordinis Fratrum eiusdem B. MARIÆ de Mercede Redemptionis Captivorum professoribus Oppidi Civitatis nuncupati de Alcalà de Henares, Toletanę Diœcesis, salutem, & Apostolicam Benedictionem.

Cum à Nobis petitur, quod iustum est, & honestum, tam vigor æquitatis, quam ordo exigit rationis, vt id per sollicitudinem officij nostri ad debitum perducatur effectum.

Petitio ne quis Frater in Collegam Cõplutẽsem, nisi præ-via informatione, quod Hebræus, Hæreticus, aut Neophitus nõ sit, admittatur.

1 Sanè pro parte vestra Nobis nuper exhibita petitio continebat, quod nuper dilectus filius Gasparde Torres, Provinciæ Castellæ, & Portugalliæ dicti Ordinis Magister Provincialis sufficiẽti ad hoc facultate suffultus, cupiens vobis dicti Ordinis benemerentibus morem gerere, per suas desuper expeditas patentes litteras statutum, & ordinationem per vos capitulariter, vt moris est, congregatos, sub die quinta mensis Februarij anni proxime præteriti factam, inter cætera continentem, quod nullus Frater, qui de genere Hebræorum, aut aliorum Hæreticorum, seu Neophitus sit in dicti vestri Collegij Collegialem, &c. *Reliqua vt in proxime pracedenti Bulla.*

Concedit Pontifex iuxta quod petitur.

Subdatum Romæ apud Sanctum Petrum, anno Incarnationis Dominicæ 1564. Pontificatus nostri anno 5.

Ita habetur in veteri Bullario, fol. 180. originalia perquire in præfati Collegij ęrario.

Magister Gaspar de Torres peritissimus Salmanticensis Vniversitatis Theologus Doctor, frequens Scholasticus, & Gubernator publicus, à 30. annis Philosophiæ, & Theologiæ Magister, & Cathedrarius, constitutionum, & legum, quas eadem nunc servat Academia Doctissimus Cocinator, Matritensis Cœnobij Erector, Provinciarum Castellæ, & Lusitaniæ Antistes, & Reformator, Collegiorum, & litterarum privilegijs, & redditibus amplificator, & Author, adeò de nostri Instituti, & Voti complemento solicitus, vt suæ administrationis tempore celeberrima illa peracta sit Redemptio, qua pretio quadraginta millium scutorum aureorum, eius opera, & industria comparato quingenti fere Christi Fideles Algerij à Maurorum sũt iugo soluti, à Philippo Secundo Rege Catholico electus Episcopus Medaurensis. Obijt Hispali anno Domini 1583. irreprehensibilis quidem, & suæ semper Domui bene Præpositus: dormit in nostro Assumptionis Monialiũ Cœnobio.

Idem ad annum 1564. creavit Episcopum Tuidẽsem in Gallæcia Fr. Ferdinandum Daza Conventus nostri Vallis-Oletani filium.

PIO IV. qui obijt anno Domini 1565. succedit

PIVS V.

Alexandrinus de Ghislerijs Frater Michael Ordinis Prædicatorum, Presbyter Cardinalis Tit. S. Mariæ supra Minervam. Creatus 7. Idus Ianuarij. Coronatus 16. Kalendas Februarij 1566. Vixit annos 6. menses 3. dies 23. Creavit Cardinales 21. Obijt Kalendis Maij, anno Incarnationis 1572. Sepelitur ad S.Petrum. Indè à Sixto V. ad Sacellum ad Præsepe transfertur.

PII V.

CONSTITVTIO I.

Vigesimo nono Magist. Generali V.P.Fr.Mathia Papiol.

COMPENDIVM.

Conventus Monialium Ordinis nostri Hispalensis sub invocatione Assumptionis Beatę Marię fundationem confirmat.

Edita an. 1565.

PIVS EPISCOPVS, SERVVS servorum Dei. Dilectis filiabus Mariæ Zapata, & Beatrici de las Roelas, &

& Franciscæ Martel mulieribus Hispalensis Ciuitatis, seu Diœcesis, salutem, & Apostolicam Benedictionem.

Cùm à Nobis petitur quod iustum est, & honestum, & ad Diuini Cultus augmentum, Religionisque deuotionem tendit, tam vigor æquitatis, quam ordo exigit rationis, vt id per sollicitudinem officij nostri ad debitum perducatur effectum.

Hæ potissimæ filiæ mundi illecebris spretis nostri Ordinis institutum in fragili sexu virili fortitudine suscitantes hoc erexere Cœnobium virtutum omnium flore amenũ viridariũ, in quo per celebres virtute omni tẽpore emicuere virgines, fũdatricium semitis inhærentes, quarum præcipue Francisca Deus triẽnio repetita Cõmẽdatrix, humilitate, ac charitate, virgineoque fragans odore, orationis assiduitate, communibus actibus, & si ægra valetudine, assiduitate in ægerrima signis clara, præmunitata morte Sãctarũ Virginũ Mater ad cœlestia vocatur. Vide Mag. Vargas tom. 2.

1 Sanè pro parte vestra Nobis exhibita petitio continebat, quod aliàs postquam vos feruore deuotionis ductæ cupientes terrena pro cœlestibus, & transitoria pro æternis fœlici commercio commutare, ac de bonis vestris à Deo collatis aliquod Monasterium cum illius Ecclesia, ac alijs necessarijs de Ordinarij loci licentia sub honore, & deuotione Beatæ, semperque Virginis MARIÆ, ac sub protectione, correctione, regula, ordine, ac obedientia Fratrum eiusdem Beatæ MARIÆ de Mercede Redemptionis Captiuorum construere, erigere, & ædificare, ac nonnullas Domos vestras pro constructione, ædificatione, & erectione huiusmodi exhibere, & assignare, ac postquam constructum, & ædificatum foret, illud competenter pro receptione nonnullarum Monialium ex tunc, & in futurum inibi recipiendarum dotare desideraretis, matura super his deliberatione præhabita, ob singularem deuotionis, quem erga Ordinem prædictum geritis affectum, post tractatus, & decursus inter vos, & dilectum filium Ioãnem Peñaranda totius Ordinis prædicti Prouinciarum, seu Regni Castellæ, & Portugalliæ, & nonnullarum aliarum Prouinciarum, seu locorum Prouincialem Magistrum, prædicti Ordinis professorem, in Sacra Theologia Magistrum habitos; desideriumque vestrum in hac parte adimplere nequiueritis, absque Ordinarij loci, seu eius vices gerentis expressa licẽtia, & assensu, præmissa propterea dilecto filio moderno, seu tunc ordinariam iurisdictionem pro Venerabili Fratre Archiepiscopo Hispalensi loci Ordinario gerenti, Prouissori forsan nuncupato exposuistis. Idem Prouissor ea, quæ in ea parte fingebatur, ordinatia authoritate, attendens nullum Monasterium Ordinis prædicti in prædicta Ciuitate existere, volens tam vestris, quam Prouincialis præfati laudabilibus, ac pijs, & deuotis desiderijs annuere, præmissis, & alijs rationabilibus causis motus, & ad id sufficienti facultate, etiam per decreta generalis Concilij Tridentini Apostolica authoritate confirmati, vt asserebat, suffultus, vobis, inter alia, vt Monasterium prædictum cum illius Ecclesia, ac alijs necessarijs, sub eisdem honore, & deuotione, ac obedientia, & protectione in quibusdam Domibus vestris cum suis pertinentijs, & alijs eis adiacentibus construere, seu construi facere, illudque competenter dotare (ita tamen vt nulla Monialis ibi recipi possit, nec valeat, nisi futuri redditus, & prouentus dicti Monasterij pro cuiuslibet Monialis illud ingredientis honesta, & congrua sustentatione suppetant, & vsque ad summam quadraginta ducatorum annui redditus pro qualibet ascendant) licentiam, & facultatem concessit, & impartitus est, cum clausulis, conditionibus, & expressionibus tunc allegatis, ad augmentum Diuini Cultus, præfatæque Religionis tendentibus, prout in instrumento publico, sub die 25. mensis Maij, anni Domini 1567. manu dilecti filij Francisci Aragones Notarij publici rogati, seu alijs documentis desuper confectis dicitur plenius cõtineri: vosque licẽtiæ, & facultatis huiusmodi vobis authoritate ordinaria concessæ vigore, dictum Monasterium sub honore, & deuotione, ac vocabulo Assumptionis eiusdem Beatę MARIÆ Virginis erexistis, construxistis, ædificastis, atque dotastis. Quæ omnia, & singula, pro illorum subsistentia firmiori, à Nobis Apostolico petistis munimine roborari.

M. Fr Ioãnes Peñaranda, Castellæ Prouin. Fundationis Monialium promotor

Ordinarij loci assensus.

Pactorum Fundationis instrumentum publicum.

2 Nos igitur vestris iustis postulationibus grato concurrentes assensu, præmissa omnia, & singula, & quæ illa concernunt, in instrumento, seu documentis huiusmodi contenta, & inde secuta quæcumque licita tamen, & honesta, sicut ritè, & prouidè, ac ordinaria authoritate interueniente facta sunt, ac in Diuini Cultus augmentũ, & præfatæ Religionis ampliationem tendunt, ac Sacris Canonibus, Concilioque prædicto non aduersantur, rata, & grata habentes, illa Apostolica authoritate confirmamus, & præsentis scripti patrocinio communimus.

Conuentuum Fundatio est Diuini Cultus augmentũ, & Religionis ampliatio.

Apostolica confirmatio.

7 Nulli ergo omninò hominum liceat, hanc paginam nostræ approbationis, absolutionis, communitionis, concessionis, & voluntatis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem Omnipotentis Dei, & Beatorum Petri, & Pauli se nouerit incursurum.

Contradictoribus minatur.

Datis Romæ apud S. Petrum, anno Incarnationis Dominicæ 1568. 14. Kalendas Iunij, Pontificatus nostri anno 3.

PII V.

PII V.

CONSTITVTIO II.

Vigesimo nono Magist. Generali V. P. Fr. Mathia Papiol.

COMPENDIVM.

Archiepiscopum Panormitanum, & Episcopos Mazaren. ac Agrigentin. Iudices Apostolicos instituit, vt contra iniustos detentores bonorum quorumdam Conventuum nostrorum in Regno Siciliæ per iuris remedia procedant.

Edita an. 1568.

PIVS EPISCOPVS, SERVVS servorum Dei. Venerabilibus Fratribus Archiepiscopo Panormitano, & Mazaten. ac Agrigentin. Episcopis, seu dilectis filijs, eorum Vicarijs in spiritualibus generalibus, salutem, & Apostolicam Benedictionem.

Conquestio Commendatoris Panormitani cõtra occupantes bona nostra.

1 Significavit Nobis dilectus filius Antonius Cabrera, Ordinis Fratrum B. MARIÆ de Mercede Redẽptionis Captivorum Regni Siciliæ Procurator, & Vicarius Generalis, ac Monasterij Beatæ Annæ Civitatis Panormitanæ dicti Ordinis Prior, quod nonnulli diversorum status, gradus, Ordinis, & conditionis vtriusque sexus iniquitatis filij (quos prorsus ignorat) super eo quod quondam Ioannes de Conchillos, dum viveret, dicti Monasterij Prior, nonnullas pecuniarum quantitates, &c. revelare differre, necnon introitus, census, fructus, redditus, proventus, Calices, Cruces, Patenas, Candelabra, paramenta, & ornamenta, ac jocalia Ecclesiastica, & profana, terras, domos, possessiones, hortos, vineas, campos, prata, pascua, nemora, silvas, arbores, arborum fructus, vinum, granum, frumentum, ordeum, avenam, linum, lanam, ceram, oleum, aurum, argentum, &c. & diversa alia mobilia, & immobilia bona in executione, seu supplicatione latiùs arbitrio dicti significantis, vel pro eo agentium, &c. in quacumque parte Regni Siciliæ specificanda, declaranda, & publicanda ad Monasterium B. MARIÆ Panormi præfatum; necnon Monasterium Beatæ MARIÆ de Misericordia Agrigentin. Et aliud Monasterium S. Salvatoris, & similiter aliud Monasterium S. Laurentij Terræ Careni Mazaren. Diœcesis vndecumque, & quomodocumque legitime respective spectantia, & perdictum quondam Ioannem de Conchillos, ac alios dicti Ordinis Superiores, & Fratres Fideles defunctos, & viventes eisdem Monasterio, & Ordini dimissa, seu legata temerè, & malitiosè subtrahere, ac furto surripere, & occultare, occultèque detinere, &c. non curantes ea revelare, & exhibere, ac de eis satisfacere, in animarum suarum periculum, & dictorum Monasteriorum non modicum detrimentum: super quo idem significans Apostolicæ Sedis remedium imploravit.

Commissio facta Iudicibus delegatis, vt bona præfata restituere cogant.

2 Quo circa Fraternitati, seu discretioni vestræ per Apostolica scripta mandamus, quatenùs omnes huiusmodi, præmissorum occasione damnorũ illatores, veritatisque præmissorum, & eorum circa ea necessariorũ celatores, ac defraudatores, necnon pecuniarum, bonorum, rerum prædictarum, & latius specificandarum, subtractores, detentores, & occultatores ex parte nostra publicè in Ecclesijs, & populo per vos, vel alium, seu alios modo, & forma, & intra competentem terminum, quem eis præfixeritis, ea dicto significanti à se debita restituanr, & occulta revelẽt, ac de ipsis, & damnis huiusmodi plenè, & debitè satisfaciant. Et si id non adimpleverint, intra alium competentem terminum, quem eis peremptorium ad hoc præfigendum duxeritis, ex tunc in eos generalem excommunicationis sententiam proferatis, eamq; faciatis vbi, & quando expedire videbitis, vsque ad revelationem, & satisfactionem condignam solemniter publicati: quod si non omnes his exequendis poteritis interesse, duo, aut vnus vestrum nihilominus exequatur, &c.

Datum Romæ apud Sanctum Petrum, anno Incarnationis Dominicæ 1568. 12. Kalendas Iunij, Pontificatus nostri anno 3.

Adducit hanc Bullam M. Vargas tom. 1. Chronic. lib. 2. cap. 27. pag. 429.

PII V.

CONSTITVTIO III.

Ordinis Sede Vacante. Procuratore speciali in Vrbe Fr. Georgio del Olivar.

COMPENDIVM.

Archiepiscopo Cæsaraugustano cõmittit, vt contra iniquos bonorum Redemptionis, & Conventus Cæsaraugustani detentores vt Iudex Apostolicus etiam per censuras procedat.

Edita an 1569.

PIVS EPISCOPVS, SERVVS servorum Dei. Venerabili Fratri Archie-

Archiepiscopo Cæsaraugustano, seu dilecto filio eius officiali, seu Vicario in spiritualibus Generali, salutem, & Apostolicam benedictionem.

Bonorum nostrorũ specificè numeratorum iniusta occupatio.

1 Significavit Nobis dilectus filius Georgius de Olivar Ordinis Fratrum B. MARIÆ de Mercede Redemptionis Captivorum professor, agens pro Monasterio S. Lazari Cæsaraugustano eiusdem prædicti Ordinis in Romana Curia Procurator, ad præsens in eadem Romana Curia residens, quod nonnulli vtriusque sexus iniquitatis filij, quos prorsus ignorant, legata, & per fideles pro Redemptione Captivorum ad pios vsus, aut aliàs dimissa, necnon census, fructus, redditus, proventus, terras, domos, hortos, campos, prata, pascua, nemora, silvas, arbores, arborum fructus, vineas, possessiones auri, argenti monetati, non monetati, vini, olei, bladi, frumenti, ordei, abenæ, siliquæ, leguminum, lini, lanæ, canabis, & aliarum rerum quantitates, tascas, discos, sciphos, vasa, aurea, argentea, ænea, ærea, cuprea, stannea, ferrea, terrea, pannos, linos, sericos, zonas, perlas, iocalia, vestes, mantellos, tunicas, & alia indumenta, lectos, culcitras, linteamina, mappas, manutergia, mensas, scamna, tapetia, & alia domus vtensilia, equos, iumenta, oves, boves, porcos, & alia animalia, libros, contractus, litteras, scripturas publicas, & privatas, protocolla, notas, instrumenta obligationes, quitantias, schedulas, recognitiones, restamenta, codicillos, & alia documenta, debita, credita, legata, mutua, deposita, iura, pecuniarum summas, & nonnulla alia mobilia, & immobilia bona in executione, seu publicatione præsentium latius arbitrio tuo quantum, & provt tibi videbitur specificanda, declaranda, & exprimenda, ad dictum significantem, tam ratione personæ suæ, & dicti Monasterij, ac S. Michaelis, vt illius membri, seu ab eo dependentis legitime spectantia, etiam per aliquos dicti Monasterij Fratres professos tempore obitus illorum, seu post per aliquas personas dimissa, temere, & malitiose occultare, & occulte detinere præsumpserunt, & præsumunt, non curantes ea revelare, restituere, & exhibere in animarum suarum periculum, & significantis, ac Monasterij prædictorum non modicum præiudicium: super quo ipse significans Apostolicæ Sedis remedium imploravit.

Cõmissio Archiepiscopo Cæsaraugust. qua mandatur, vt ad restitu-tionẽ detentores compellat.

2 Quocirca Fraternitati tuæ, Frater Archiepiscope, seu discretioni tuæ, fili Vicari, vel Officialis per Apostolica scripta mandamus, quatenus omnes censuum, fructuum, auri, argenti, pecuniarum, scripturarum, ac iurium prædictorum, & aliarum, vt præfertur, specificandarum rerum, bonorum, & numorum occultatores, & detentores occultos ex parte nostra publice in Ecclesijs coram populo per te, vel alium, seu alios moneas, vt infra competentem terminum, quem eis præfixeritis, ipsi dicto significanti à se debita restituant, & revelent, ac de illis plenam, & debitam satisfactionem impendant; & si id non adimpleverint, infra alium competentem terminum, quem eis ad hoc duxeritis peremptoriũ præfixendum, ex tunc in eos generalem excommunicationis sententiã proferas, eamque facias vbi, & quando expedire videris, vsque ad revelationem, & satisfactionem condignam solemniter publicare.

Datis Romæ apud S. Petrum anno Incarnationis Dominicæ 1569. 3. Kalendas Novembris, Pontificatus nostri anno 4.

Extat originalis Matriti, eam affert vetus Bull. fol. 186.

PIO V. qui obijt anno 1572. succedit

GREGORIVS XIII.

Italus, ex Civitate Bononiæ, Vgo antea dictus, Christophori de Boncompagni filius Presbyter Cardinalis Tit. S. Sixti. Creatus die 13. Maij. Coronatus in Festo Pentecostes anno 1572. Vixit annos 12. menses 10. dies 29. Creavit Cardinales 34. & ex nostro Ordine Archiepiscopum vnum. Obijt die 10. Aprilis, anno 1585. eius corpus ad Basilicam S. Petri delatum, in Sacello, quod ipse construxerat, & ex suo nomine gregorianum appellaverat, conditum est.

GREGORII XIII.

CONSTITVTIO I.

Ordinis Sede Vacante.

Procuratore Gen. in Vrbe Fr. Bernardo Duran.

COMPENDIVM.

Pro restitutione bonorum Conventus nostri Barchinon. Indices executores Archiepiscopum Tarraconen. & Episcopos Barchinon. & Gerunden. constituit.

Edita an. 1572.

GREGORIVS EPISCOPVS, Servus servorum Dei. Venerabilibus

V

libus Fratribus Archiepiscopo Tarraconen. ac Barchinonen. & Gerunden. Episcopis, seu dilectis filijs eorum Vicarijs in spiritualibus Generalibus, salutem, & Apostolicam Benedictionem.

Bona à nostro Cōventu Barchin. ablata.

1 Significavit Nobis dilectus filius Bernardus Duran Vicarius Generalis totius Ordinis B. MARIÆ de Mercede Redemptionis Captivorum Barchinonen. dicens, quod, sicut prætendit, nonnulli iniquitatis filij vtriusque sexus diversorum statuum, gradus, ordinis, & conditionis, quos protsus ignorar, census, redditus, proventus, terras, domos, possessiones, silvas, arbores, arborum fructus, vini, frumenti, lini, lanæ, olei, auri, argenti, & aliarum rerum, & bonorum quantitates, suppellectilia argentea, pannos, lineos, laneos, sericos, vestes, iocalia, & alia domus vtensilia, equos, & alia animalia, libros, & rationum instrumenta, scripturas publicas, & privatas, testamenta, credita, legata, mutua, deposita, iura, iurisdictiones, pecuniarum summas, etiam mutuo, & in custodiam datas, ac ex diversis legitimis causis debitas, & nonnulla alia mobilia bona, res, & actiones in executionem, seu publicationem præsentium latius, & verius, provt opus fuerit, & dicto significanti videbitur, exprimenda, arbitrio tuo declaranda, ad Domum Beatæ MARIÆ de Mercede de Barchinonen. spectantia, & pertinentia, temerè, & malitiosè occultant, & occultè, aut aliàs indebitè detinent in animarum suarum periculum, & dicti significantis non modicum detrimentum, super quo significans ipsius Apostolicæ Sedis remedium imploravit.

Ad corū restitutionem Iudicea cōstituit.

2 Quo circa Fraternitati, seu discretioni tuæ, seu vestræ, & vestrum cuilibet in sua respectivè Civitate, & Diœcesi per Apostolica scripta mandamus, quatenùs, si causa diligenter, & magna maturitate per vos examinata pro loci, temporis, & personæ qualitatibus, pro vestra conscientia videbitur expedire, omnes huiusmodi præmissorum damnorum illatores, veritatis zelatores, detentores, vsurpatores, ex parte nostra publiceris in Ecclesijs coram populo, per vos, vel alium, aut alios moneas, vt infra competentem terminum, quem eis præfixeris, ea prædicto significanti debita restituant, & occulta debitè revelent; & si id non impleverint, infra alium competentem terminum, quem eis ad hoc duxeritis præfigendum, ex tunc in eos generalem excommunicationis sententiam proferatis, eamque faciatis, vbi, quando, & quoties videritis expedire, vsque ad satisfactionem, & revelationem condignam solemniter publicari.

Datis Romæ apud S. Petrum anno Incarnationis Dominicæ 1572. Idibus Novembris, Pontificatus nostri anno 1.

Habetur authentica in nostro Barchinonensi archivo.

GREGORII XIII.

CONSTITVTIO II.

Ordinis Sede vacante.

COMPENDIVM.

Irritat Capitulum Generale Barcinonæ celebratum contra formam constitutionum in Capitulo Guadalfaxaræ editarum. Hispaniarum Nuntio committit, vt capitulum congreget, & Guadalfaxarensis ordinationes confirmat.

GREGORIUS PAPA XIII. Ad futuram rei memoriam.

Edita an. 1576.

1 Vt Sacris Religionibus, iuxta editas de novo ordinationes viri præficiantur idonei, authoritate nostra providendum est. Cum autem, sicut accepimus, nuper in Monasterio S. Eulaliæ Ordinis Fratrum Beatæ MARIÆ de Mercede Redemptionis Captivorū Barcinonensis contra formam constitutionum, & Capitulorum editorum in Generali Capitulo, quod vltimo loco in Monasterio eiusdem Ordinis Oppidi de Guadalfaxara, Toletanæ Diœcesis, die 14. Novembris, vel alijs die, & mense, anno Domini 1574. præsentibus ibidem in Capitulo, duobus Commissarijs Apostolicis celebratum fuit ad electionē Generalis eiusdē Ordinis, minùs canonicè, & de facto processū fuerit. Nos ea, quæ minus canonicè, & de facto facta sūt, abhorrētes, electionis prædictę tenores præsentibus pro expresso habentes, motu proprio, non ad alicuius super hoc Nobis oblatæ petitionis instantiam, sed ex mera deliberatione, certaque scientia nostris, electionem prædictam, non servata dictarum constitutionum forma, nulliter factam, & attentatam cum inde sequutis quibuscumque, Apostolica authoritate tenore præsentium cassamus, & annullamus, nullamque, & irritam, nulliusque roboris, vel momenti fore, viribusque penitùs carere, nec per illam ius aliquod electum acquisisse, nec adquiri posse decernimus, & declaramus.

Fratres Gottolani Capitulū contra formam constitutionis cōgregare, & M. Gen. perperuō eligere contendunt.

Capitulū Guadalfaxare Commissarijs Apostolicis assistētibus celebratur.

Anulatur Capitulū Barcinon. in quo electus in M. Gen. fuerat V. PFr. Antonius Tremulles Gallus, Tolosanus, & eiusdem Cōventus filius litteris, & virtute præstātissimus. Hetrico III. Galliæ Re-

2 Ne autem idem Ordo diutius Prælato careat, qui eiusdem vniversi Ordinis curam gerat, idemque Generalatus munus longæ vacationis exponatur incommodis, paterna solicitudine prospicientes Venerabili Fratri Nicolao

gi. eiusque Procerribus magoi habitus, Senatus Tolosani Consiliarius qui plures à Catholica Ecclesia ab errātes ad eius finū attraxit obijt fama celebris Tolosę ao. 1576. colao Episcopo Paduanensi, nostro, & apud charissimum in Christo filium nostrum Philippum Hispaniarum Regem Catholicum Nuntio per pręsentes committimus, & mandamus, vt pro futura electione Generalis eiusdem Ordinis Generale Capitulum dicti Ordinis eo in Monasterio, in quo per dictas novas constitutiones statutum fuit ab eis, à quibus per dictas novas constitutiones est convocandum, convocari, & indici faciat, & eis impeditis, aut recusantibus, seu negligētibus, vel si aliquid obstet, quod aliter fieri arbitrio suo expedite videatur, per se ipsum convocet, & indicat, & ipso congregato, in eo ipse, vel ab eo deputandus præsideat: quo in Capitulo, & Conventu, dictarum novarum constitutionum forma servata, ad electionem Generalis dicti Ordinis procedi curet, & faciat.

NūtioHispaniarum committit facultatē congregādi ad Cap. Gen.

Cōfirmat ordinatio nes Capit. Guadalfaxaræ.

3 Nos enim motu, & scientia similibus capitula, & constitutiones, ac ordinationes, & reformationes quascumque in Capitulo, quod in Oppido de Guadalsaxara vltimo loco celebratum fuit, edita, quarum seriem, & tenorem, ac si de verbo ad verbum præsentibus inserta essent, haberi volumus pro expressis, per præsentes perpetuo authoritate Apostolica approbamus, & confirmamus, illisque perpetuæ, & inviolabilis firmitatis robur adjicimus, ac presentis scripti parrocinio communimus: supplemusque omnes, tàm iuris, quàm facti, & solemnitatum, etiam substantialium defectus, si qui forsan intervenerint in eisdem, illaque omnia, & singula, ac in eis contenta quæcumque ab omnibus, quos illa concernunt inviolabiliter observari debere præcipimus: sicque, & non aliter per quoscumque Iudices Ordinarios, & Delegatos, sublata eis, & eorum cuilibet quavis aliter iudicandi, & interpretandi facultate, & authoritate, iudicari, & definiri debere: & si secus super his à quoquam quavis authoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari, irrirum, & innane decernimus: Non obstantibus præmissis, ac in Provincialibus, & Synodalibus concilijs editis generalibus, vel specialibus constitutionibus dicti Ordinis, statutis etiam iuramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis, privilegijsque quoque indultis, & litteris Apostolicis eidem Ordini, illiusque Superioribus, & personis concessis, confirmatis, & innovatis: Quibus omnibus, illorum tenores præsentibus pro expressis habentes, illis aliàs in suo robore permansuris, hac vice dumtaxat specialiter, & expresse derogamus, cæterisque contrarijs quibuscumque.

Suplet in eis omnes iuris defectus.

Non obstantibus quibuscūque.

Datis Romæ apud Sanctum Petrum sub annulo Piscatoris, die 10. Februarij, anno 1576. Pontificatus nostri anno 4.

Cæsar Glorierius.

Eam affert vetus Bullarium, fol. 189. & M. Vargas tom. 3. p. 89.

GREGORII XIII.

CONSTITVTIO III.

Trigesimo primo Mag. Generali P.M.Fr. Francisco Maldonado.

Procuratore Generali in Romana Curia Mag. Fr. Ioanne Henriquez.

MAGISTRVM GENERALEM in officio confirmat.

Sub datum Romæ apud Sanctum Petrum, die 27. Octobris, anno 1576. Pontificatus sui anno 4.

Ita Mag. Vargas loco citato, cuius ad longum non reperi seriem.

GREGORII XIII.

CONSTITVTIO IV.

Trigesimo primo Magist. Generali P.Fr. Francisco Maldonado.

COMPENDIVM.

Altare privilegiatum instituit in Conventu Matritensi Beatę MARIÆ de los Remedios Sacrum, vt per quamlibet missam in eo celebratam anima à Purgatorio liberetur.

GREGORIVS EPISCOPVS, Servus servorum Dei. Ad perpetuam rei memoriam

Edita an. 1578.

Omnium saluti paterna charitate intenti, inter tam multa pietatis officia, quæ nos pro munere nostro convenuint exercere, sacra interdum loca speciali privilegio insignimus, vt inde fidelium defunctorum saluti amplius consulatur, quo circa, vt Ecclesia Monasterij, seu Domus Sanctæ MARIÆ de Mercede, Ordinis Redemptionis Captivorum Oppidi de Madrid Toletanæ Diœcesis, quindecim Sacerdotum, & aliorum quindecim Fratrum eiusdem Ordinis professorum ibi continuo degentium, ac divinis Ministerijs sedulo vigilantium numero fulcita, nec

simili vsque adhuc privilegio decorata, in eaque altare Beatissimæ Matris de los Remedios hoc speciali dono illustretur, authoritate nobis à Domino tradita concedimus, vt quoties missa ad prædictum altare celebrabitur pro anima cuiuscumque Fidelis, quæ Deo in charitate coniuncta ab hac luce migraverit, ipsa de thesauro Ecclesiæ indulgentiam consequatur, quatenus Domini nostri IESV CHRISTI, & Beatissimæ Virginis MARIÆ, BB. Apostolorum Petri, & Pauli, aliorumque Sanctorum omnium meritis suffragantibus à purgatorij pœnis liberetur.

Altari B. Mariæ de los Remedios privilegium perpetuũ concedit.

Datum Romæ apud S. Petrum anno Incarnationis Dominicæ 1578. Nonis Februarij, Pontificatus nostri anno septimo.

Cæsar Glorierius.

Extat originalis in Conventu nostro Matritensi.

Idem Pontifex sub datum Romæ apud S. Petrum die 15. Ianuarij, anno 1582. Confratribus nostri Ordinis Confratriæ Conventus de Burceña Iubileũ, & indulgentiam plenariam in diebus Assumptionis Beatæ MARIÆ, & Sancti Stephani concedit.

Insuper Altari S. Catharinæ Virginis, & Martyris eiusdem Ecclesiæ privilegium præstat, vt quilibet Frater præfati Conventus Missam pro defunctis in eo celebrans animam à Purgatorij liberet pœnis: sub datum vbi sup. Nonis Augusti eodem anno.

Rursus Fratribus Conventus Taurensis idem privilegium indulget ad Altare Sanctissimæ Resurrectionis Domini nostri IESV CHRISTI, sub datum 10. Kalendas Iunii, eodem anno. Simile concedit in Conventu Segoviensi.

Ita vetus Bullarium, & Mag. Vargas vbi sup.

GREGORII XIII.

CONSTITVTIO V.

Trigesimo primo Mag. Generali P. Fr. Francisco Maldonado.

COMPENDIVM.

In Altari Beatæ MARIÆ de Doloribus Conventus nostri Cæsaraugustani privilegium perpetuum concedit, vt quoties ad illud missa celebretur defunctorum anima à Purgatorio eruatur.

Edita an. 1578.

GREGORIVS EPISCOPVS, Servus servorum Dei. Ad perpetuam rei memoriam.

Omnium saluti paterna charitate intenti, inter tam multa pietaris officia, quæ nos pro munere nostro convenit exercere, Sacra interdum loca speciali privilegio insignimus, vt inde fidelium animarum saluti amplius consulatur. Quocirca, vt Ecclesia Domus S. Lazari Cæsaraugustani Ordinis B. MARIÆ de Mercede Redemptionis Captivorũ, quę triginta Sacerdotes ibi cõtinuo residentes, & Domino inservientes habet, nec simili vsque adhuc privilegio decorata, & in ea Altare Beatæ MARIÆ de Dolore nuncupatæ, quod maius non est, hoc speciali dono illustretur, authoritate Nobis à Domino tradita concedimus, vt quoties Missa defunctorum ad prædictum Altare celebrabitur pro anima cuiuscumque fidelis, quæ Deo in charitate coniuncta ab hac luce migraverat, ipsa de thesauro Ecclesiæ indulgẽtiam consequatur, quatenus Domini N. IESV CHRISTI, & Beatissimæ Virginis MARIÆ Beatorum Apostolorum Petri, & Pauli, aliorumque SS. omnium meritis suffragantibus à Purgatorij pœnis liberetur.

Datis Romæ apud Sanctum Petrum anno Incarnationis Dominicæ 1578. die 18. Aprilis, Pontificatus nostri anno 7.

M. Datis G.

Cæsar Glorierius.

A... de Alexis.

GREGORII XIII.

CONSTITVTIO VI.

Trigesimo primo Mag. Generali P. Fr. Francisco Maldonado.

EIDEM MAGISTRO GENERALI commissionem facit, vt tanquam Sedis Apostolicæ Delegatus Domum nostram Civitatis Oscensis, quæ ex primævis Religionis erecta est sub titulo Sactæ MARIÆ de Acosta, cui Iacobus Rex prædium contiguum attribuit, & in qua anno 1252. fundata fuit Confraternitas Beatæ MARIÆ de Mercede, vt videre est in eiusdem scrinijs, anno 1578. Sertorianæ Academiæ aggregatam in Collegium erigat, cum omnibus exemptionibus, privilegijs, & indultis, quibus alia regularia collegia vti, & frui consuevere.

Sub datum Romæ, anno 1579.

Huius Bullæ ad longum non adinveni transumptum, refertur tamen in libro gestorum eiusdem Collegij, & eius vigore

gore præfatus M. Generalis, die 26. Octobris eiusdem anni Collegium instituit, Sanctissimisque legibus ad regularem, & litterarum culturam communivit; vnde quam plurimi, tum virtute, tum sapientia commendabiles prodière viri; aliquorũ memoriam hic recensere liceat, qui in Sertoriano Lycæo Cathedris suffecti sunt.

Cathedrarij nostri Academię Oscensis M. Fr. Nicolaus Perez.

Primariam Theologię moderatus fuit mira ingenij dexteritate, & Auditorum profectu RR.P.M.Fr.Nicolaus Perez, inde ad nostri Ordinis Magisterium generale suffectus, de quo plura vide in Cath.Gen.& apud M.Vargas, testatur etiam D. Franciscus Didacus de Aynsa in sua historia Oscensi lib.5.cap.8.

M Fr. Guillelmus Loarre.

Eamdem primariam Theologiæ Sedem obtinuit V.P.M. Fr. Guillelmus Loarre, cuius virtutum facinora, vitam mirabilem, redemptioois zelum, in tribulatione constantiam, & prętiosam in conspectu Domini mortem in Cathalogo Gen, summatim descripsimus, videatur Vargas, præfatus D.Aynsa, & P. Valerius Piquer è Sacra IESV Societate in libro, cui titulus *Sagradas noticias de Aragon*; cap. 42.& in Dietario Virg. die 2.Ianuarij, fol.7. ipsum Beatum proclamat noster Aparicio in centuria Religionis hoc ę comio. *Beatus Guillelmus Loarre sapientiam antiquorum exquisivit, & in Prophetis vacavit, & in oculis Domini introivit.*

M.Fr. Ioã. de Lugo.

M.Fr. Iacobus Gotholanus.

M. Fr. Petrus del Rio.

M.F. Ambros Pinto

M.Fr. Iacobus Aymerich.

M.Fr. Th. Perez, & M.Fr. Ioã. Gonzalez.

Insupèr eiusdem primariæ Theologiæ Sedis Moderator extitit P.M.Fr. Ioannes de Lugo, de quo parum scripsere nostri, meminit tamen Aynsa vbi sup. & M.Roxas in suis tabulis. Eiusdem fuit etiam Cathedrarius Fr. Iacobus Gotholanus, de quo Aynsa, & Roxas. Eiusdem Cathedræ regimine insignitum agnovit præfatus D.Aynsa R.P.M.Fr.Petrum del Rio. Eidem etiam Sedit R.P.M.Fr.Ambrosius Pinto Aragoniæ Provincialis. R.P.M.Fr.Iacobus Aymerich. Et eamdem obtinuit M. Fr. Thomas Perez, & M.Fr. Ioannes Gonzalez, provt cum Aynsa testatur noster M.Roxas.

M.Fr. Ludovicus Suarez.

Primarium etiam Theologiæ Cathedrarium huius percelebris Academiæ invenimus R.P.M.Fr.Ludovicum Suarez Episcopum posteà Dragoneren.& Alguaren. cuius meminere RR.Salmeron sæcul.4. recordat 48. Ill. D. Fr. Ioannes de Roxas Episcopus Nicaraguen. in Cathecismo regali, & alphabeto Coronato co. 1. lit.F.n.12.fol. 281. Auctor Compendij Pauli Iovij, & in manuscriptis P.Fr.Petrus à S.Cecilio Recollectus noster, in rerum notitijs acuratissimus, & in omni disciplina versatissimus, de eo vide in Bullar. ad calcem Bullæ Pauli III.

M.Fr. Ioã. Lupi.

R.P.M.Fr. Ioannes Lupi fervens redemptionis zelator, qui sociante sibi R.P.M.Fr.Hieronymo Perez Valentino Cathedrario, & primo Societatis IESV à S.Francisco Borgia accersito Magistro 600. Christicolas è Sarracenorum eruit ergastulis, per triginta sex annos Cathedram Theologię primariam Oscensem obtinuit, & omnium rexit acclamatione, atque Auditorũ profectu. Vixit ad annum 1570. in ipsius Collegij augmentum munificus plurima bona, reditus, & vtensilia adauxit: eius meminere Aynsa, Roxas, & Corbera.

M.Fr. Ioã. de Guevara

M.Fr. Hieron. Booeta.

R. P.M.Fr. Ioannes de Guevara eidem primariæ suffectus est, provt refert citatus Aynsa, sicut & R. P. M.Fr. Hieronymus Boneta, de quo meminit M. Zumel in vitis Patrum.

M F. Iosephus Abad

Nostri ævi celebratissimus Theologus R. P.M.Fr. Iosephus Abad, Loci de Carenas, ipsius Collegij Rector, Definitor Generalis, Vicarius Provincialis in capite Provinciæ Aragoniæ, & Præses Capituli eiusdem pro Reverendissimo M.Gen.Fr.Martino Allue, egregius, subtilis, & fervens Verbi Divini Præco, vitæ austeritate, & pœnitentiæ rigore severus sui animadversor, in eadem sertoriana Academia Philosophię, ac Scoti, Sacræ paginæ, & Theologiæ primariam obtinuit Cathedras; obijt ibidem sanctimoniæ commendatus honore; & vniversi męmore populi de tanti viri amissiooe obsecutus, ac tandem vniversi C eri, Nobilium, ac plebis concursu, Ecclesiæ Cathedrális gravissimo celebrante, ac exequiaote Canonicorum Capitulo tumulatus fuit die 29. Februarij 1667. postridie mortis eius, quàm quinquagenarius obivit.

M.Fr. Paulus Costa.

M.Fr. Ferdin. Leon.

Cathedras insupèr Scoti, & Durandi in eadem Academia moderatus est spatio duodecim annorum R.P.M.Fr.Paulus Costa Cooventus Cæsaraugustani Commendator, supremi Inquisitionis Senatus censor. R. item P.M.Fr.Ferdinandus Leon Theologiæ Sedem in hoc adimplevit lycæo, qui dein Salmaoticam pergens, habituque nostro, iam vir, indutus, ingenij acumine præstans, illius percelebris Athenæi Magister institutus Cathedras Scoti, & S. Thomæ obtentas omnium acclamatione moderás, quinquagenario maior obijt die 4. Septembris 1644. cuius ingenij, & vitæ candoris fama recens ad hæc vsque tempora perseverat.

N.Fr. Ludovic. Bertran.

R.P.M.Fr.Ludovicus Bertran celebratus Theologus, & eiusdem Vniversitatis Magister, decursis Philosophiæ illius, magno Auditorum concursu, per plures annos lectionibus, ad Sacræ paginæ Cathedram evectus, eaque longo temporis intervallo, & plausu emẽsa obijt ibid. circa annum 1675.

MM. Fr. Amb. Machin. Fr. Nicol. Valero, Fr. Barth. Hernandez. F. Dõ. Perez Fr. Anton. Garuz.

Cathedras Philosoph.æ ipsius Sertoriani licæi obtinuere ex nostris Ill. ac R.R. D. D. Fr. Ambrosius Machin de Aquena, de quo vide in Cath. Gen. P.M.Fr.Nicolaus Valero. P. M. Fr. Bartholomæus Hernandez, R. P. M. Fr. Dominicus Perez Aragoniæ Provincialis RR. P. M. Fr. Antonius Garuz, posteà M. Generalis, de quo vide in ipsorum Cath.

Fr. Ioan. Prudentio

Reverend. Pater Magister Frater Ioannes Prudencio, re, & nomine prudens, cuius egregij acuminis index extant eius scripta Prælo data: hic enim spectatissimus vir ortu, & habitu Cęsaraugustanus, decursis Philosophiæ in Oscensi Academia communi acclamatione curriculis, vt vtramque lustráret Hispaniam, Complutum accersitus, totus virtutum, ac litterarum culturæ deditus, inter Principes loquebatur sapientiam; qui non solum ex Cathedra iuvẽtuti eluxit, sed & in Claustro Magnatibus quæsitus Cõsiliarius omnibus omnia factus est. In ea percelebri Academia, decursis Philosophiæ moralis, vespertina, & primaria Scoti, primariæ S.Thomæ suffectus Theologiæ Cathedræ sanctis vacans operibus, religionis integerrimus cultor, puritatis candore eximie ditatus obijt ibid. & io nostro Collegio tumulatur. Extant ex eius operibus Pręlo datis Commẽtaria in primam, & tertiam partem D.Thomæ tribus partita voluminibus. Aliud item elaborationum textualium sup. Mag. Sent. aliud Panegiris ad pulverẽ, & aliud defeosio armorum Hispanię.

M.F. Mart. Caxol.

Eiusdem Sertorianæ Academiæ extitit Philosophiæ Cathedrarius R.P.M.Fr.Martinus Caxol, qui veram scientiam adeptus, dum inter

ter

ter Scolasticos sui ævi ingenij celebraretur præstantia, mundi laqueos, mundialesque devitans plausus, vt soli Christo,qui vera sapientia est, studeret,nostrum induit in eodem Collegio habitum, vbi virtutum studio potiusquam Philosophiæ ratiocinijs deditus, & rigidissimus pœnitentiæ,ac humilitatis cultor obijt ibidem sanctitatis fama commendatus.Eamdem rexit Philosophiæ Cathedram P.M.Fr.Iosephus Sierra,& Velez Navarrus natione.

M. Fr. Ioseph.Sierra

Cathedram insuper Philosophiæ obtinuit in eodem Lycæo R.P.M.Fr.Ioannes Hieronymus de Echauz Cæsaraugustanus ortu, & habitu, eiusdemque D.Lazari Conventus, post Bilbilitani moderatam Commendam, Commendator, Definitor Generalis, ingenio, & copia dicendi tum ad Cathedram, tum ad Conciones mira facilitate præditus, qui dum hæc inscribuntur diem clausit extremum Cæsaraugustæ.

M.Fr.Ioã. Hieron. de Echauz.

Extant hodie in eadem minervali palæstra ad maiora præcincti P. M. Fr. Iosephus Romero, & Abbad, & P.M.Fr. Thomas Ibañez ille sexto Philosophiæ expleto curriculo ad Theologiæ Sedem iam iam ascensurus, ni sinistra sors impediat, paratus, qui & eiusdem Collegij Rector Religionis, & doctrinæ partes æquo percurrit pede; iste, qui incepto Cathedrarij munere primum agit curriculum; in vtroque ea splendent tum ingenij, tum virtutis, & prudentiæ spicula, vt firmam nobis suggerant spem, quod, vita comite, divinaque favente gratia magno futuri sint Religioni splendori, faxit Deus, qui illos pro votis suis, humilitate custodiat,quos egregijs tum concionando, tum docendo dignatus est exaltare donis.

MM Fr. Iosephus Romero, & Fr. Thom. Ibañez.

CReavit ad annum 1581. Archiepiscopum Sancti Dominici apud Indos Primatem Fr. Ioannem Henriquez Conventus nostri Burcenensis sobolem, sibi maximè charum, qui à se oblatas sæpe renuit dignitates: Obijt tamen Romæ, vbi impiger extitit Ordinis Procurator ad annum 1582.

Fr. Ioãnes Hẽriquez Archiep. S. Domini ci creatur.

GREGORIO XIII. qui obyt anno 1585. succedit

SIXTVS V.

Picenus Fr.Felix Perettus, Ordinis S.Francisci Conventualium, Presbyter Cardinalis Tit. S.Hieronymi.Creatus die 22. Aprilis. Coronatus Kalendis Maij anno Incarnationis 1585.Sedit annos 5. menses 4. dies 3. Creavit Cardinales 33. Obijt 6. Kalendas Augusti anno 1590. Sepelitur in Basilica Vaticana.

SIXTI V.

CONSTITVTIO I.

Ordinis Sede Vacante.

COMPENDIVM.

Capitulum Generale intermedium statuit, tempus, & modum disponit, & successionem Priori Barchin. tribuit.

SIXTVS EPISCOPVS, SERVVS servorum Dei. Ad perpetuam rei memoriam.

Edita an. 1584.

1 :::: Motu simili statuimus, & ordinamus vt in posterum Capitulum Generale tertio quoque anno celebretur,in quo Generalis Magister ad allud triennium, & non vltra confirmetur, ita vt sexto quoque anno novus eligatur. Quodsi fortè intra primum, vel intra secundum triennium per dicti Magistri Generalis discessum, vel alio modo Magistratum, seu administrationem huiusmodi vacare contigerit, si per quatuor menses ante festum Pentecostes id evenerit, Capitulum fiat dicto primo tempore dicti festi;si autem successerit mors, vel alia, vt præfertur,vacatio intra tempus quatuor mensium ante dictum tempus, tunc similiter ad tempus Pentecostes non eiusdem, sed sequentis anni post vacationem differatur.Interim autem donecCapitulum, novaque electio fiat, Prior Monasterij Barchinonensis (quod primum erectum, atque constructum in hac Religione fuit) semper sit caput, totius Ordinis Vicarius Generalis.

In Cap. intermedio nõ fiat electio,sed confirmatio Magistri.

Quando celebrandum Cap. Gẽ & quis succedit deficiente Magistro.

2 Primum Capitulum Generale dicti Ordinis Fratrum Beatæ MARIÆ de Mercede Redemptionis Captivorũ in Civitate Cæsaraugustana quamprimum congregetur: & tam in eo quàm deinceps in vnoquoque Capitulo primùm quidem de ipsius Magistri Generalis electione, seu confirmatione,deinde verò electione, seu confirmatione Magistri Generalis expedita,de loco sequentis statim post triennium futuri Capituli per libera, & secreta suffragia eius,qui electus fuerit Gener.Diffinitorum, ac aliorum vocalium, ad quos spectat,deliberetur, ac statuatur. Semper autem quidquid super his ab ipso postremo Capitulo Generali ordinatũ, & decretum fuerit omninò sanè, & inviolatè observetur, nulla loci alicuius distinctione habita,nec personarum exceptione,sed Dei tantùm honorem præ oculos habentes.

Quæ agẽda veniant inCap.Gẽ.

Fra-

Quid in persona eligenda quærendũ à vocalibus.

3 Fratres Capitulares, qui ferendi in Capitulo Generali suffragij ius habent (quos vocales appellant) nihil aliud spectent, nisi vt talis eligatur persona, quæ ad regimen, & gubernationem ipsius Ordinis administrandum, ipsosque Fratres in officio, & disciplinæ regularis observantia continendo maximè idonea sit: talis etiam locus, qui & libertati electionis, & commoditati totius Ordinis, & singularum Provinciarum illius magis opportunus videbitur, &c.

Datum Romæ apud S. Petrum sub annulo Piscatoris die 5. Novembris anno Domini 1585. Pontificatus nostri anno 1.

Ita habetur hac Bulla truncata in constitutionibus à RR. Gebrian editis dist. 2. cap. 2. de ea mentionem faciunt idem Pont. & Legatus infr.

SIXTI V.

CONSTITVTIO II.

Trigesimo secundo Mag. Generali P. Fr. Francisco de Salazar.

COMPENDIVM.

Nostra Religio, peculiari breviario derelicto, Romanum amplexa nonnulla officia propria vsu veteri celebrata ad Romanum ritum reducta celebrari petit, id ipsum concedit Pontifex iuxta Kalendarium infra describendum.

Edita an. 1587.

SIXTUS PAPA V. AD FVTVRAM rei memoriam.

Pijs regularium personarum votis, præsertim, quæ ad Divini cultus, & devotionis augmentum pertinere dignoscuntur libenter annuimus, eaque favoribus prosequimur opportunis.

1 Nuper siquidem, cum pro parte dilecti filij Magistri Generalis Ordinis Beatæ MARIÆ de Mercede Redemptionis Captivorum Nobis expositũ fuisset, ipsum ac reliquos omnes eiusdem Ordinis Fratres, qui secundum vsum, & morem Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Breviario Romano ex Decreto Concilij Tridentini restituto, & fœl. rec. Pij Papæ V. Prædecessoris nostri iussu edito, in recitandis horis Canonicis vti solent, pro eorum devotione valde cupere, proprios quosdam festos dies sui Ordinis, & nonnullos alios ex vetusta, & laudabili consuetudine proprijs Officijs celebrare, eaque ipsa officia quæ antiquitus instituta habent ad ritum, & normam Breviarij prædicti acomodare, Nos dilectis filijs nostris Iulio Antonio S. Bartholomei in Insula S. Severinæ, & Vicentio S. MARIÆ in Via Tit. Montis Regalis nuncupatis Presbyteris Cardinalibus vivæ vocis oraculo dedimus in mandatis, vt officia prædicta diligenter reviderent, & examinarent; qui postmodum convocatis nonnullis alijs pijs, & eruditis viris, omnibus illorum partibus sigillatim perspectis, & accurate recognitis, quædam detraxerunt, alia emendarunt, nonnulla addiderunt, & in congruam formam, ac ritui Breviarij Romanı maximè consentaneam redegerunt. Quare pro parte dicti Mag. Generalis Nobis fuit humiliter supplicatum, vt illa sic correcta, & emendata authoritate nostra comprobare, illorumque vsum eis concedere de benignitate Apostolica dignaremur.

Officia propria nostri Ordinis, vt ex ritu antiquo ad Romanũ mutentur sit commissio Cardinalibus.

2 Nos huiusmodi precibus inclinari, tàm eidem Magistro, quàm Vniversis, & singulis alijs Fratribus, & Monialibus dicti Ordinis pro tempore existentibus, vt in quibusvis domibus, Monasterijs, Collegijs, & locis eiusdem Ordinis tam publicè, quàm privatim, in Choro, & extra Chorum, coniunctim, vel divisim diebus huiusmodi, vt præfertur, designatis proprijs officijs prædictis sic correctis, & emendatis vti, illaque imprimi facere, aut divulgare, necnon secundum eorum tenorem horas Canonicas diurnas, nocturnasque recitare, & officia ipsa sic recitando obligationi plenè satisfacere, libere, & licite valeant, ita vt eisdem diebus ad recitandum aliud Officium iuxta Breviarij Romani regulas, vel antiquum prædicti Ordinis vsum, & morem minimè teneantur dummodo tamen modum, & formam præscriptos in libello per dictos Cardinales de mandaro nostro reviso, correcto, & emendato, cuius Kalendarium inferius describi mandavimus, ad vnguem observent, & nihil penitùs addant, vel diminuant, plenam, & liberam licentiam, & facultatem authoritate Apostolica tenore præsentium perpetuo concedimus, & indulgemus: Non obstantibus dicti Pij Prædecessoris super reformatione, & approbatione Breviarij Romani, ac alijs Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, ac in Generalibus, Provincialibus, vel Synodalibus Concilijs editis, prædictique Ordinis iuramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus, quodque huiusmodi dies festi in novissimo Kalendario Romano descripti non sint, cæterisque contrarijs quibuscumque.

Concedit officia pro pria nostri Ordini sad vsum Breviarij Romani redacta recitare.

Datum Romæ apud Sanctum Petrum

trum sub annulo Piscatoris die 10. Novembris anno 1587. Pontificatus nostri anno 3.

KALENDARIVM FESTORVM DIERVM, & Officiorum Ordinis B. MARIÆ de Mercede Redemptionis Captivorum.

IANVARIVS.

Die 14. Sanctissimi Nominis IESV. *Duplex.*
Die 17. Sancti Antonij Abbatis. *Duplex cum Octava.*
Die 23. Sancti Ildefonsi Episcopi, & Confes. *Duplex.*

FEBRVARIVS.

Die 12. Sanctæ Eulaliæ Virginis, & Martyris. *Cum Octava.*

MARTIVS.

Die 20. S. Ioachim Patris Beatæ MARIÆ Virginis. *Duplex.*
Die 24. Sancti Gabrielis Archangeli. *Duplex.*

APRILIS.

Die 24. Boni Latronis. *Duplex.*

IVLIVS.

Die 16. Triumphi Sanctæ Crucis. *Duplex.*
Die 18. Sanctæ Marinæ Virginis, & Mart. *Duplex.*
Die 20. Sancti Iacobi Apostoli Præcipui Hispaniarum Patroni. *Duplex cum Octava.*

AVGVSTVS.

Die 28. Sancti Augustini Episcopi, & Confes. & Ecclesiæ Doctoris. *Duplex cum Octava.*

SEPTEMBER.

Die 24. Sancti Raphaëlis Archangeli. *Duplex.*

NOVEMBER.

Die 10. Passio Imaginis IESV CHRISTI Domini Nostri. *Duplex.*

Die 21. Præsentatio Beatæ MARIÆ. *Duplex.*

DECEMBER.

Die 18. Expectatio Beatæ MARIÆ Virginis. *Duplex.*

Thomas Gualterius.

Hoc breve cum Kalendario apposito habetur originale in archivo generali Conventus nostri Matritensis, illudque afferunt citat. Bullar. in hoc Pontif. Bull. 1. fol. 191. & Mag. Vargas cap. 4. §. 12. ad ann. 1587.

SVB SIXTO V.

CONSTITVTIO III.

Trigesimo secundo Mag. Generali V.P.Fr. Francisco Salazar.

COMPENDIVM.

Circa Capituli intermedij celebrationem modum, & formam indicit Hispaniarum Nuntius.

CÆSAR SPETIANVS DEI, ET Sanctæ Sedis Apostolicæ gratia Episcopus Novariensis, SS. in Christo Patris, & Domini Nostri, Domini Sixti Divina providentia Papæ V. & eiusdem Sedis in Hispaniarum Regnis cum potestate Legati de Latere Nuntius. Vniversis, & singulis Fratribus Ordinis Sanctæ MARIÆ de Mercede Redemptionis Captivorum, & alijs, qui præsentium tenore fuerint requisiti, salutem in Domino. (Edita an. 1588.)

Inter ea, quæ ad huiusmodi Legationis officij curam, & solicitudinem maxime pertinent, illud quoque non mediocri studio providendum est, vt quę ab eodem SS. Domino nostro statuta, & concessa existunt debitæ executioni mandentur.

1 Sane pro parte Venerabilis in Christo Patris Francisci de Salazar vestri Ordinis Generalis Magistri Nobis fuit expositum, quod aliàs idē SS.D.N. per suas litteras datas sub die 5. Novembris anni elapsi M.D.LXXXV. Pōtificatus sui anno primo inter cætera statuit, & ordinavit, vt in posterum Cap. Gē. tertio quoque anno celebretur, in quo Generalis Magister ad aliud quoque triennium, & non vltra confirmetur, ita vt quolibet sexto anno novus eligatur. (Cōfirmatio Capit. Gē. intermedij.)

Quod

De tempore electionis Magistri ante finitū sexen deficientis.

2 Quod si fortè intra primum, vel secundum triennium per prædicti Magistri Generalis decessum, vel alio modo Magistratum, seu administrationem huiusmodi vacare contigerit, si per quatuor menses ante Festum Pentecostes evenerit, Capitulum fiat dicto primo tempore dicti Festi; si autem successerit mors, vel alia, vt præfertur, vacatio intra tempus quatuor mēsium ante dictum Festum, tunc similiter ad tempus Pentecostes, non eiusdem, sed sequentis anni post vacationem, differatur. Interim autem, donec Capitulum, novaque electio fiat, Prior Monasterij Barchinonen. (quod primum erectum, atque constructum in hac Religione fuit) semper sit Caput totius Ordinis, & Vicarius Generalis.

De servādis in electione Magistri.

3 Primum Capitulum generale dicti Ordinis Beatę MARIÆ de Mercede in Civitate Cæsaraugustana congregetur, & tam in eo, quam deinceps in vnoquoque Capitulo primum quidem de ipsius Magistri Generalis electione, seu confirmatione, deindè verò, electione, seu confirmatione Magistri Generalis expedita, de loco sequentis, & statim post triennium futuri Capituli per libera, & secreta suffragia, qui electus fuerit, Generalis, & Diffinitorum, ac aliorum Vocalium, ad quos spectat, deliberetur, ac statuatur.

Statuta Capituli observanda iubet.

4 Semper autem quidquid super his ab ipso postremo Capitulo generali ordinatum, & decretum fuerit, omninò sanctè, & inviolatè observetur, nulla loci alicuius distinctione habita, neque personarum acceptione: sed Dei tantum honorem præ oculis habentes Fratres Capitulares, qui ferendi in Capitulo generali suffragij ius habent (quos Vocales appellant) nihil aliud spectent, nisi vt talis eligatur persona, quæ ad regimen, & gubernationem ipsius Ordinis administrandum, ipsosque Fratres in officio, & disciplina regularis observantiæ continendos maximè idonea: talis etiam locus, qui & libertati electionis, & commoditati totius Ordinis, & singularum Provinciarum illius magis opportunus videbitur.

Capitulū intermedium non valeat Magistrum ab officio amovere.

5 Licet autem, vt eadem petitio subiungebat, confirmatio Generalis huiusmodi nullo modo voluntaria, sed præcisa, ac omninò Capitularibus facienda sit, cum ipsius tempus ad sex annos perduret, & sexto quoque tantummodo novus eligi debeat, ac proinde dicti Capitulares nihil aliud quam confirmare Generalem valeanr, nihilominùs ad evitandas ambages, & dissensiones, seu dubitandi occasiones fuimus humiliter requisiti, quatenùs in præmissis opportunè providere dignaremur.

Præcipit Nuntius Apostolicus ne in Cap. Gen. intermedio M. à munere amoveatur.

6 Nos igitur, qui quieti, & tranquillitati singulorum, pręsertim Religiosarum personarum quam maximè studemus, ac ne seditiones oriantur, atque scandalis obvietur, eiusdemque SS. Domini nostri mandata debitæ executioni mandentur, plurimum cupimus, ac debemus, Apostolica authoritate, qua fungimur, vos, seu aliquos vestrum in Capitulo intermedio generali nullo modo de Generalis electione tractate posse, sed electionem iam factam in aliud triennium confirmare debere tenore pręsentium declaramus: præfatas, & in eis contentas per vos executioni demandandas fore, & esse pręcipimus, & mandamus non obstantibus contrarijs quibuscumque.

Datum Matriti, Toletanæ Diœcesis, anno Incarnationis Dominicæ 1588. 14. Kalendas Iulij, Pontificatus prædicti S.D.N. Papæ anno 4.

Hoc Diploma servatur originale in Archivo Matriti supra relato: & affertur in dicto nostro Bullar. in hoc Pontif. B. 5. fol. 197.

SIXTI V.

CONSTITVTIO IV.

Trigesimo secundo Mag. Generalī Fr. Francisco de Salazar.

Generali apud Vrbem Procuratore M. Fr. Francisco de Torres.

COMPENDIVM.

Dispensat super Constitutione celebrandi Capitulum intermedium ne pro vna vice celebretur.

SIXTUS EPISCOPUS, SERVUS servorum Dei. Ad perpetuam rei memoriam.

Edita an. 1588.

1 Licet Nos motu proprio statuerimus, & ordinaverimus, vt in posterum Capitulum generale per Frattes Ordinis Beatæ MARIÆ de Mercede Redemptionis Captivorum tertio quoque anno celebretur, in quo Generalis Magister dicti Ordinis ad aliud triēnium, & non vltra confirmetur, ita vt sexto quoque anno novus eligatur, provt nostris die 5. Novembris, Pontificatus nostri anno 1. desuper confectis litteris plenius continetur, nihilominus, quia sicut dilectus filius Franciscus de Torres, Vicarius, & Procurator Genetalis totius Ordinis prædicti exponi nobis

Fr Franciscus de Torres in Theologia Mag. Valētinæ Provinc. filius Cōventus S. Adriani

X nuper

nuper fecit, tempus celebrandi Capituli huiusmodi hoc primo triennio instare, & dictum Capitulum non sine magna difficultate, & incommodo dictorum Fratrum celebrari posse. Nos indemnitati eorumdem Fratrum consulere hac in parte cupientes, necnon tenores dictarum litterarum præsentibus pro expressis habentes, supplicationibus dicti Francisci hac in parte inclinati, omnibus, & singulis huius Ordinis Fratribus, vt hoc dumtaxat triennio dictum Capitulum (quod est intermedium, & non de electione Magistri Generalis) celebrare minimè teneantor, nec ad id à quoquam cogi, ac compelli, seu censuras, vel pœnas aliquas propterea incurrere possint: necnon dilecto filio Francisco de Salazar, Magistro Generali dicti Ordinis locum convenientem, & congruum pro celebrando Capitulo huiusmodi altero triennio, in quo novus Magister Generalis Ordinis præfati, iuxta prædicti statoti, & ordinationis huiusmodi tenorem eligi valeat, assignandi, & deputandi facultatem autoritate Apostolica tenore præsentium concedimus: non obstãtibus statuto, & ordinatione prædictis, necnon dicti Ordinis iuramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus, privilegijs quoque, indultis, & litteris Apostolicis in contrarium quomodolibet concessis, approbatis, & innovatis: quibus omnibus, illis aliàs in suo robore permansuris, hac vice dumtaxat specialiter, & expressè derogamus, cæterisque contrarijs quibuscumque.

de Vrbe Fundator, & Illust. Antistes, Vir sanè Apostolicus apud Sanctam Sedem magni habitus vigilantiae præclarus sanctitatis fama obijt Romæ die 17. Augusti ann. 1590.

Capitulũ intermedium fe. mel dispẽsatur.

Mag. Gen. facultatẽ concedit designãdi locũ pro Cap. Gen.

Non obstantibus quibuscũque.

2 Volumus autem, vt præsentium transumptis, manu alicuius Notarij publici subscriptis, & sigillo personæ in dignitate Ecclesiastica constitutę obsignatis eadem prorsus fides adhibeatur, quæ præsentibus adhiberetur si forent exhibitæ, vel ostensæ.

Eadem fides detur transumptis, ac originali.

Datum Romæ apud Sanctum Petrum, sub Annulo Piscatoris, die 8. Decembris, anno 1588. Pontificatus nostri anno 4.

Ita citatum Bullar. fol. 193. & M. Vargas 174.

SIXTI V.

CONSTITVTIO V.

Trigesimo secundo Mag. Generali V. P. Fr. Francisco Salazar.

Procuratore Generali in Romana Curia Magistro Fr. Francisco de Torres.

COMPENDIVM.

Vsum Diaconię S. Adriani de Vrbe cum Domo adiacente ex consensu Augustini Cardinalis Cusani illius Tit. concedit Ordini nostro.

SIXTVS EPISCOPVS, SERVVS servorum Dei. Ad perpetuam rei memoriam.

Edita an. 1589.

1 Cum ex omnibus Christianæ charitatis officijs, quibus æterna salus per gratiam Dei comparatur, illa Redemptori nostro Iesu-Christo, vel maxime placere credamus, per quę infelices Captivi à tetra impiorum servitute revocantur, primum, & salutiferum propositum dilectorum filiorum Fratrum Ordinis Beatæ MARIÆ de Mercede Redemptionis Captivorum, qui huic operi ex eorum primævo instituto, iugiter intendunt, ptomovere cupientes, ea illis loca in Vrbe libenter concedimus, & assignamus, in quibus ipsi Altissimo famulari, Divinamque opem ad eam rem perficiendam assiduè implorare possint.

Excellentia Instituti nostri.

2 Motu itaque proprio, & non ad alicuius Nobis desuper oblatę petitionis instantiam, sed de nostra mera liberalitate, ac certa scientia, atque Apostolicę potestatis plenitudine vsum Ecclesiæ S. Adriani de Vrbe prædicta, quæ denominatio Diaconi Cardinalis existit, cui dilectus filius noster Augustinus eiusdem S. Adriani Diaconus Cardinalis Cusanus nuncupatus præest, & in qua numquam ferè Divinum Officium celebratur, cum Domo illi adhærente, ac situ ad ipsam Ecclesiam pertinente, de ipsius Augustini Cardinalis expresso consensu, & salvis eidem Augustino Cardinali, & pro rempore existenti Diacono Cardinali ipsius S. Adriani Titulo, ac omnibus, & singulis eiusdem Ecclesiæ S. Adriani bonis, proprietatibus, iuribus, actionibus, fructibus, redditibus, & proventibus, quos dictus Augustinus Cardinalis, suique successores S. Adriani Diaconi Cardinales cum integritate, & absque alio onere,

Donat nobis vsum Ecclesiæ S. Adriani

Cõsensus, & reservationes Cardin. S. Adriani

onere, seu contributione percipere possint,& debeant,necnon collatione, & quavis alia dispositione,seu iure conferendi dictæ Ecclesiæ Canonicatus, & Præbendas, ac alia beneficia ad pro tempore existentem Diaconum Cardinalem S. Adriani spectantia, & pertinentia, pro tempore vacantia, eidem Ordini pro vna Domo, seu Monasterio Ordinis prædicti inibi cum Conventu, Claustro, Dormitorio, Refectorio, Cellulis, hortis, & hortalitijs, alijsque officinis, & fabricis necessarijs pro competenti habitatione Fratrum dicti Ordinis, qui eidem Ecclesiæ in Divinis deservire, & omnia onera illi incumbentia perferre,etiam absque eo quod aliquid pro eorum alimentis, aut alijs necessarijs ab ipso Augustino Cardinale, aut pro tempore existente Diacono Cardinale S.Adriani huiusmodi petere, aut habere possint (statu sæculari eiusdem Diaconiæ, tam quoad ipsum Augustinum,& qui pro tempore fuerit Diaconus Cardinalis,quam quoad Canonicos prædictos,quorum iura,& prærogativæ nunc,& pro tempore semper illæsa remaneant, in aliquo non mutato, sed illo quoad præmissa semper firmo,& salvo remanente) authoritate Apostolica tenore præsentium perpetuo concedimus,& assignamus.

Onera Cardinalis suscipit Religio.

Cardinales, & Canonici S. Adriani, non amittunt ex hac donatione fæcularitatem.

3 Ipsumque Monasterium sic construendum, & ædificandum ex nunc provt ex tunc, & è contra, postquam extructum, & ædificatum fuerit in Monasterium dicti Ordinis, sine alicuios præiudicio erigimus,& instituimus, ita vt liceat dilectis filijs Magistro Generali Francisco de Salazar,& eius Vicario, seu Procuratori Generali Francisco de Torres Fratri dicti Ordinis huius dictæ Ecclesiæ corporalem possessionem propria authoritate liberè apprehendere, & perpetuo retinere, nullius ad hoc requisita licentia: ipsiq; Fratres á Monasterio,Ecclesia,ambitu, & situ prædictis per Titularem pro tēpore existentem, seu Canonicos dictæ Ecclesiæ,aut quosvis alios quovis prætextu, vel occasione amoveri numquā possint: ipsisque Fratribus, quod omnibus, & singulis privilegijs, libertatibus, immunitatibus, exemptionibus, præeminentijs, antelationibus, gratijs, indulgentijs etiam plenarijs, peccatorum remissionibus, alijsque gratijs tam spiritualibus, quàm temporalibus, & aliàs quomodolibet nuncupatis,quibus alij Fratres aliorum Monasteriorum dicti Ordinis, quomodolibet vtuntur, potiuntur,& gaudent, pariformiter vti potiri,& gaudere valeant, indulgemos.

Erigit Monasterium & possessionem. Apprehēdendi facultatem Ordini confert.

Fratres S. Adriani gaudent omnibus gratijs,qui bus alij Fratres.

4 Decernentes præsentes litteras nullo vmquam tempore de surreptionis vitio, seu intentionis nostræ, vel quoquam alio defectu (etiam ex quo interesse habentes vocati non fuerint) notari, impugnari, invalidari, aut ad terminos iuris reduci, seu in ius, vel controversiam revocari posse: sicque per quoscumque Iudices, & Commissarios quavis authoritate fungēres, etiam causarum Palatij Apostolici Auditores, ac Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinales, sublata eis, & eorum cuilibet quavis aliter iudicandi,& interpretandi facultate, & authoritate vbique iudicari, & diffiniri debere: necnon irritum, & innane,si secus super his à quoquam quavis authoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Surreptio & obreptio longe abest ab hoc indulto.

Omnes defectus,etiā partis læsæ supplet.

5 Quo circa dilectis filijs nostto in Vrbe, & eius districtu in spiritualibus Vicario, & Causarum Curiæ Cameræ Apostolicæ Auditori Generalibus motu simili per præsentes mandamus,qoateous ipsi, vel duo, aut vnus eorum per se,vel aliom, seu alios præsentes litteras, & in eis contenta quæcumque, vbi,& quando opus fuerit,ac quoties pro parte dilecti filij Magistri fuerint requisiti, solemniter publicent, & faciant eosdem Fratres præmissis omnibus, & singulis iuxta præsentium tenorem pacificè frui, & gaudere. Nec permittant eos desuper à quoquam quomodolibet molestari, contradictores quoslibet, & rebelles, & præmissis non parentes, per sententias,censuras, & pœnas Ecclesiasticas,aliaque opportuna iuris remedia, appellatione postposita, compescendo, invocato etiam ad hoc, si opus fuerit, auxilio brachij sæcularis; non obstante nostra de vnionibus committendis, vocatis quorum interest,ac exprimendo vero valore,ac Lateranensis Concilij novissimè celebrati vniones perpetuas, nisi in casibus à iure præmissis, fieri prohibentis, ac alijs constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, necnon Ecclesiæ, & Ordinis huiusmodi iuramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis,& consuetudinibus,privilegijs quoque indultis,ac litteris Apostolicis in contrarium quomodolibet concessis, approbatis, & innovatis; qoibus omnibus, illorum tenores præsentibus pro expressis habentes, illis aliàs in suo robore permansuris, hac vice dumtaxat specialiter, & expressè derogamus, cæterisque contrarijs quibuscumque.

Iudices Executores instituit.

Non obstantibus quibuscūque.

Datum Romæ apud Sanctum Petrum, sub Annulo Piscatoris, die 8. Aprilis 1589. Pontificatus nostri anno 4.

Marcellus Vestrius Barbianus.

Adducunt Breve istud dictum Bullar. antiquum in hoc Pontif. B.3. fol.133. à tergo. Cherub. in Bullar. Romano impresso Lugduni tom.4. in Appendic. constit.11. & M. Vargas citato tom.2. cap.6. §. 11. pag.179.

SIXTI V.

CONSTITVTIO VI.

Trigesimo secundo Mag. Generali V.P.Fr. Francisco Salazar.

Generali Romæ Procuratore Magist. Fr. Francisco de Torres.

COMPENDIVM.

Approbat Constitutiones circa electionem, & potestatem Magistri Generalis, Electorum, & aliorum officiorum, & confirmat privilegia, & alias gratias à suis Prędecessoribus nobis indulta.

Edita an. 1589.

SIXTVS PAPA V. AD FVTVram rei memoriam.

1 Inter præcipuas nostræ solicitudinis partes, illud vnum semper providere curamus, vt regulares personæ, non solum iuxta laudabilia earum instituta, ita Deo Salvatori nostro famulentur, vt alijs exemplo esse possint, sed etiam vt taliter munitæ, & suffultæ privilegijs, & externis adiumentis existant, vt in earum fervore propter temporalia minimè tepescere cogantur, aut aliter perturbari, & inquietari vllatenus possint. Ad quòd, & promptius erga Ordinem Beatæ MARIÆ de Mercede Redemptionis Captivorum in Regnis Hispaniç primitus erectum faciendum Inducimur, quod eiusdem Ordinis professores Ita eximio sũt charitatis zelo succensi in proximorum salute, vita, ac libertate procuranda, vt sese in pretium, & pignus pro Christi Fidelibus à Saracenorum misera servitute redimendis, & liberandis tradere, & mancipare (cum necessè fuerit) non vereantur.

Nostri Instituti maxima commendatio.

2 Sanè cum pridem Nos ad tollendas nonnullas in hac Religione controversias, certam formam pro Capituli, & Magistri Generalis celebratione, ac electione facienda ordinaverimus, ac statuerimus, ac, sicut pro parte dilectorum filiorum Francisci de Salazar Generalis Magistri, & Francisci de Torres, Procuratoris dicti Ordinis, ac Vicarij Generalis Nobis expositum fuit pro eiusdem Ordinis directione, & propagatione, iuxta temporum qualitatem, & exigentiam novæ quædam Reformationes, ac decreta, tam de loco Capituli Generalis, quàm de Vocalium, Electorum, & Diffinitorum authoritate, ac aliorum dicti Ordinis Superiorum officio, iuxta fœl. record. Pij V. & Greg. XIII. Romanorum Pontificum Prædecessorum nostrorum, ac nostras litteras præfatas, facta, & sancita fuerunt, ac insuper à diversis Romanis Pontificibus Prædecessoribus nostris eidem Ordini plura privilegia, & gratiæ, tam spirituales, quàm temporales concessa, & innovata fuerunt, Nobis humiliter supplicatum fuit, vt præmissa omnia confirmare, ac eis robur adijcere, ac aliàs in præmissis opportunè providere de benignitate Apostolica dignaremur.

Propria servitute aliorum emimus libertatem.

Petitio nostra pro confirmatione Statutorum, & gratiarum.

3 Nos honestis, ac pijs supplicationibus huiusmodi inclinari, ac eosdem Generalem, & Procuratorem, Provincialem, Superiores, & Fratres à quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, alijsque Ecclesiasticis sententijs, censuris, & pœnis à iure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodati existunt, ad effectum præsentium dumtaxat consequendum, harum serie absolventes, & absolutos fore censentes, necnon decretorum prædictorum reformationum, indultorum, privilegiorum, gratiarum, litterarum, etiam singularium tenores pro sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, constitutiones, ordinationes, reformationes, provisiones, ac decreta, electionem, auctoritatem, potestatem, Officium Magistri Generalis, Electorum, Diffinitorum, Vocalium, Priorum, Fratrum, ac aliorum sub dicta Regula, & Institutis degentium, directionem, gubernationem, curam, & administrationem, visitationem, correctionem quomodolibet in genere, vel in specie concernentia, quatenus pia, & honesta, ac Sacris Canonibus non contraria, & ad formam Tridentinæ Synodi, ex certa scientia, ac de Apostolicæ potestatis plenitudine approbamus, confirmamus; ac omnibus in virtute sanctæ obedientię, ac sub excommunicationis, & aliarum pœnarum pro arbitrio Magistri Generalis pro tempore existentis incursu, observari, ac inviolabiliter custodiri mandamus: supplentes omnes, & singulos, tam iuris, quam facti, ac solemnitatum quarumcumque quomodolibet omissarum defectus, si qui forsan intervenerint in eisdem.

Absolvuntur à censuris ad harum effectum.

Confirmatur Ordinationes circa officia Ordinis.

Iubet sub excom. & pœnis ad arbitrium M. Gener. custodiri ordinationes.

Supplet iuris defectus.

4 Necnon omnia, & singula privilegia, exemptiones, immunitates, liberta-

bertates, prærogativas, antelationes, favores, præeminentias, indulta, licentias, stationes, declarationes, facultates, concessiones, indulgentias etiam plenarias, ac peccatorum remissiones, atque relaxationes, aliasque gratias spirituales, & temporales Ordini præfato, ac singulis illius Monasterijs, Prioratibus, ac alijs Monasticis, & regularibus locis, eorumque Generali, Prioribus, Diffinitoribus, Visitatoribus, Superioribus, Fratribus, ac alijs Religiosis, per quoscumque Prædecessores nostros Romanos Pontifices, ac Sedem Apostolicam, tam in genere, quam in specie, etiam per modum communicationis, & extensionis, & ampliationis, ac aliàs quomodolibet concessas, ac confirmatas, & approbatas, etiam si talia forent, quę specialem requirerent mentionem, quatenus sint in vsu, & ad formam dictę Synodi Tridentinæ, & quoad privilegia modo nulli præiudicium inferant, approbamus, ac etiam de novo concedimus: & illis omnibus, & singulis vti, frui, & gaudere, sicut ea omnia iustè, & pacificè possident, liberè, & licitè posse, & debere decernimus, ac indulgemus: non obstantibus constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, quomodolibet in contrarium facientibus, cæterisque contrarijs quibuscumque,

Privilegia & indulgentias etiam plenarias, & omnes gratias, etiam quæ speciali mentione dignæ sint à suis Prædecessoribus Ordini nostro cōcessa confirmat.

Non obstantibus quibuscūque.

5 Volumus autem, vt præsentium transumptis manu Magistri Generalis, seu alicuius Superioris dicti Ordinis, & alicuius Notarij publici subscriptis, & sigillo eiusdem Ordinis obsignatis eadem prorsus fides adhibeatur, quæ præsentibus adhiberetur, si forent exhibitæ, vel ostensæ.

Eadem fides detur transumptis, ac originali.

Datis Romę apud S. Petrum, sub Annulo Piscatoris, die 26. Aprilis, anno 1589. Pontif. nostri anno 4.

M. Vestrius Barbianus.

Habetur in antiquo Bullar. & apud Vargas vbi sup. authentica Matriti, & Barcin. Eam affert Cherub. sup. const. 12.

SIXTI V.

CONSTITVTIO VII.

Trigesimo secundo Mag. Generali P. Fr. Francisco de Salazar

Procuratore Generali in Vrbe M. Fr. Francisco de Torres.

COMPENDIVM.

Præcipit Magistro Generali, vt ad constructionem Conventus S. Adriani de Vrbe duo millia scutorum ex cæteris Conventibus contribuat.

SIXTVS PAPA V. DILECTO filio Magistro Generali Ordinis Beatæ MARIÆ de Mercede Redemptionis Captivorum.

Edita an. 1590.

Dilecte fili, cum ad Ordinis tui propagationem maximè pertinere dignoscatur, vt Ecclesia S. Adriani in Foro Boario de Vrbe, à Nobis ipsi Ordini nuper concessa, ad commodiorem Fratrum habitationem ędificij augeatur, & magna propterea pecuniarum summa vobis opus esse acceperimus, æquum duximus, vt communibus vniversæ Religionis sumptibus fabrica huiusmodi perficiatur.

Motiva præcepti.

1 Itaque tibi authoritate Apostolica tenore præsentium præcipimus, vt quamprimum ex Monasteriorum tuæ iurisdictioni subiectorum redditibus summam duorum millium scutorum (habita ratione fructuum pro illorum rata) exigas, seu exigi facias, exactamque in Vrbem ad dilectum filium Vicarium Generalem eiusdem Ordinis, vt in fabricam prædictam, & non in alios vsus converti possit, quanto citius transmitti cures. Nos enim tibi quoscumque eorumdem Monasteriorum Priores, seu Vicarios, & Conventus, ad contribuendum ratam eos tangentem censuris, & pœnis Ecclesiasticis, alijsque opportunis iuris, & facti remedijs cogendi, & compellendi vigore præsentium facultatem concedimus, non obstantibus eiusdem Ordinis statutis, & consuetudinibus, &c.

Præcipit duo millia scuta contribui ad fabricam Conventus S. Adriani.

Facultatem concedit M. Generali, vt ad contributionē per censuras cogat.

Datum Romę apud S. Petrum, die 15. Aprilis 1590. Pontif. nostri anno 5.

Ita Magister Vargas vbi sup.

IDem Pontifex Ecclesiæ nostræ Lucronensi concedit omnes, & singulas indulgentias, & immunitates, quibus Ecclesia Lateranensis potitur, & gaudet. Subdatum Romæ apud S. Petrum, sub Annulo Piscatoris, die 5. Maij 1590.

Insuper visitantibus Ecclesiam S. Adriani de Vrbe, in dio Apparitionis, seu Inventionis miraculosæ Imaginis Beatissimæ Virginis MARIÆ Gratiarum nuncupatæ, 7. scilicet Aprilis, anno 1589. Indulgentiam plenariam concedit.

Harum concessionum non habui ad longum seriem, ita in antiquo Bullar. & apud Mag. Vargas.

SIXTO V. qui obijt anno 1590. succedit

VRBANVS VII.

Romanus, Ioannes Baptista Castanea, Patre Cosmo Ianuensi, Archiepisc. Rosan. Presbyt. Cardin. Tit. S. Marcelli. Creatus Romæ 17. Kalend. Octob. 1590. Vixit dies 12. Eius Cadaver in Basilica S. Petri sepelitur.

Cui succedit

GREGO-

GREGORIVS XIV.

Mediolanen. Nicolaus Sfrondratus Patre Francifco, Presbyt. Cardin. Tit. S. Cæciliæ. Creatus Romæ Nonis Decemb. 1590. Vixit menfes 10. dies 10. Creavit Cardin. 5. Obijt Idibus Octobris 1591. & in Bafilica S. Petri fepelitur.

Cui fuccedit

INNOCENT. IX.

Bononienfis, Ioannes Antonius Fachenetus, Presbyt. Card. Tit. SS. Quatuor Coronat. Creatus 3. Kalend. Novemb. 1591. Vixit menfes 2. Creavit Cardin. 11. Obijt 3. Kalend. Ianuarij. Sepelitur in Bafilica Principis Apoftolorum.

Nullum horum Pontificum extat nobis indultum.

INNOCENTIO IX. qui obijt anno 1591. fuccedit

CLEMENS VIII.

Florentinus, Hyppolitus Aldobrandinus, Sylveftri filius, Presbyt. Card. Tituli S. Pancratij. Creatus 3. Kalend. Februarij. Coronatus 2. eiufdem, anno 1592. Vixit annos 13. menfem 1. dies 5. Creavit Cardinales 53. & ex noftro Ordine Epifcopum vnum. Obijt die 3. Martij, anno 1605. Sepelitur in Bafilica Sancti Petri.

CLEMENTIS VIII.

CONSTITVTIO I.

Trigefimo fecundo Mag. Generali Fr. Francifco Salazar.

Procuratore Generali Magiftro Fr. Matthæo Benedicto.

COMPENDIVM.

Abfolutionis Generalis antiquitus in noftro Ordine diebus Cineris, Cœna Domini, & S. Catherinæ V. & M. fieri folita morem confirmat, & ad Fefta S. Laurentij, & S. Antonij Abbatis extendit, & normam præfcribit.

Edita an. 1592.

CLEMENS EPISCOPVS, Servus fervorum Dei. Ad perpetuam rei memoriam.

1 Infirma ævi conditio fæpè efficit, vt res vel maximè nobiles ex hominum memoria fenfim excidant: quo genere incommodi Ordo Beatæ MARIÆ de Mercede Redemptionis Captivorum affectus effe dicitur in hoc more antiquiffimo ab immemorabili tempore obfervato, videlicet quod ipfa Religio poteft in diebus Sanctæ Catherinæ Virginis, & Martyris, ac Cinerum, & Cœnę Domini omnes tam Religiofos, quàm Sæculares, nimirum in Ecclefia præfentes, & genuflexos poft Confeffionem à Sacerdote coram omnibus recitatam de more abfolvere, & benedicere, vt etiam aliæ Religiones facere confueverunt.

Exordium

Vfus Abfolutionis Generalis antiquiffimus in Ordine noftro.

2 Sed quia hoc folum ex traditione obfervatur, & nefcitur à quo Romano Pontifice fit huiufmodi facultas abfolvendi dictę Religioni conceffa, eo quod tractu temporis, & litteræ Apoftolicæ, & alia Chirographa dictæ Religionis fuerunt deperdita, Nos de confilio Venerabilium Fratrum Sāctæ Romanæ Ecclefiæ Cardinalium fuper ftatu Regularium deputatorum, ac fupplicationibus dilecti filij Magiftri Petri Machado, Provincialis Provinciç Caftellæ dicti Ordinis hac in parte inclinati, hanc facultatem, prævia dicta Confeffione, vt præfertur, de more à Sacerdote coram omnibus recitata, abfolvendi, & benedicendi omnes præfentes, tam Religiofos, quam Sæculares dictis diebus generalem, & invetératam Apoftolica authoritate tenore præfentium approbamus, & confirmamus, & eidem Religioni, quatenùs opus fit de novo concedimus. Non obftantibus quibufcumque Conftitutionibus, & ordinationibus Apoftolicis, cæterifque contrarijs quibufcumque,

M. Fr. Petrus Machado Caftellæ Provin. folertiffimus Paftor, Religionis Zelator, celeberrimus Theologus, publicus Philofophiæ apud Salmãtinam Academiā ingenti plaufu, Cathedrarius, fubtilis ingenio. Sacris litteris, & munere fandi difertiffimus In Mathematicis inftructus, Græcæ, & Hebraicæ Linguæ peritus, multa volumina texuit, vnicum tamē Prælo cōmifit, de quotidiana Com. Obijt virtutibus, & meritis cumulatus 15. Decēb. Burgis, vbi quiefcit.

3 Volumus autem, vt præfentium tranfumptis manu alicuius Notarij publici fubfcriptis, & figillo alicuius perfonæ in Dignitate Ecclefiaftica conftitutæ munitis eadem prorfus fides adhibeatur, quæ præfentibus adhiberetur, fi forent exhibitæ, vel oftenfæ.

Datum Romæ apud Sanctum Petrum, fub Annulo Pifcatoris, die 20. Aprilis, anno 1592. Pontificatus noftri anno 1.

Habetur authentica in præfatis Archivis, & in veteri Bullario, eam affert Cherubinus apud hunc Pontificem Conftit. 4. & Mag. Vargas vbi fup.

CLEMEN-

CLEMENTIS VIII.

CONSTITVTIO II.

Trigeſimo ſecundo Mag. Generali Fr. Franciſco Salazar.

Procuratore Generali in Vrbe Mag. Fr. Matthæo Benedicto,

COMPENDIVM.

Conſtitutionem Sixti V. circa electionem, & confirmationem Magiſtri Generalis, & loci Capituli à Nuntio Hiſpaniarum declaratam approbat.

Edita an. 1592.

CLEMENS PAPA VIII. AD perpetuam rei memoriam.

Regularium perſonarum quieti conſulere cupientes, ad ea removenda, quæ religioſum earum propoſitum impedire poſſunt curam noſtram libenter intendimus.

1 Dudum ſiquidem, cum de eligendo loco ad celebrandum Capitulum Generale Ordinis Beatæ MARIÆ de Mercede Redemptionis Captivorum aliquæ inter Fratres dicti Ordinis exortæ eſſent controverſiæ, fœl. recordationis Sixtus Papa V. Prædeceſſor noſter per ſuam conſtitutionem decrevit, vt in dicto Capitulo Generali primo de Magiſtri Generalis dicti Ordinis electione, vel confirmatione agerent, deindè verò electione, ſeu confirmatione Magiſtri Generalis huiuſmodi expedita, de loco futuri Capituli huiuſmodi à Generale, & Diffinitoribus, ac alijs Vocalibus, ad quos ſpectaret, deliberaretur, nulla loci alicuius diſtinctione, ſed Dei tantum honore præ oculis habito.

Sixtus V. B. 1.

2 Poſteà cum, ſicut nobis exponi fecerunt dilecti filij Magiſter Generalis, & Procurator totius Ordinis præfati, dubitatum fuiſſet in partibus Hiſpaniarum, vtrum per dictam Conſtitutionem ipſius Sixti Prædeceſſoris alternativæ Provinciarum, quæ ex ſtatutis dicti Ordinis antea ſervabantur, derogatum eſſet? Dilectus filius Petrus Milinus, Sedis Apoſtolicæ in illis partibus tunc exiſtens Nuntius nullam alternativæ Provinciarum rationem eſſe habendam in præfata Conſtitutione decerni declaravit, ptout Sixti Prædeceſſoris, ac Petri deſuper cōfectis litteris plenius continetur: quare pro parte Generalis, & Procuratoris præfatorum Nobis fuit humiliter ſupplicatum, quatenus noſtram in præmiſſis authoritatem interponere de benignitate Apoſtolica dignaremur.

Petrus Milinus Hiſpaniarum Nunt. non eſſe ſervādam alternativā ad demum Capitulare declaravit. Vide inſr. huius Pōtif. Bul. 3. Alex. VII. Bul. 13.

3 Nos dictatum litteratum tenores, ac ſi de verbo ad verbum infererentur, præſentibus pro expreſſis habentes, huiuſmodi ſupplicationibus inclinati de conſilio Venerabilium Fratrum noſtrorum Sanctę Romanæ Eccleſiæ Cardinalium ſuper ſtatu Regularium deputatorum huius ſerie decernimus, declarationem dicti Petri Nunrij intentioni, & menti ipſius Sixti Prædeceſſoris eſſe conſonam: ſicque per quoſcumque Iudices, & Commiſſarios quavis authoritate fungentes, etiā dictę Sedis in illis partibus Nuntios, ſublata eis, & eorum cuilibet quavis aliter iudicandi, & interpretandi facultate, & authoritate, vbique iudicari, & diffiniri debere: necnon irritum, & innane quidquid ſecus ſuper his à quoquam quavis authoritate ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari, non obſtantibus omnibus quæ dictus Sixtus ſuis præſcriptis voluit non obſtare, cæteriſque contrarijs quibuſcumque.

Declarat iuxta mentem Nūtij.

Tollit facultatem aliter interpretandi.

4 Volumus autem, vt præſentium tranſumptis manu alicuius Notarij publici ſubſcriptis, & ſigillo alicuius perſonæ in Dignitate Eccleſiaſtica conſtitutæ munitis eadem prorſus fides adhibeatur, quę præſentibus adhiberetur, ſi forent exhibitę, vel oſtenſæ.

Eadem fides tranſumpto, ac originali detur.

Datum Romæ apud Sanctum Petrum, ſub Annulo Piſcatoris, die 10. Aprilis 1593. Pontific. noſtri anno 1.

Habetur originalis Matriti, & adducitur in veteri Bullar.

CLEMENTIS VIII.

CONSTITVTIO III.

Trigeſimo tertio Mag. Generali Mag. Fr. Franciſco Zumel.

Procuratore in Romana Curia Fr. Ferdinando Xuarez, qui præcipuarum Domorum Provinciæ Caſtellæ Præfectus, Matritenſis Commendator, Italiæ inſuper, & Sardiniæ, ac Siciliæ Generalis Vicarius laudabiliter omnia implevit.

COMPENDIVM.

Statuta Capituli Generalis Calataiubÿ celebrati, 5. Iunÿ 1593. in quo fuit electus Sapientiſſimus Magiſter, & Salmantinus Doctor Fr. Franciſcus Zumel approbat, & confirmat

CLEMENS EPISCOPUS, Servus ſervorum Dei. Ad perpetuam rei memoriam.

Edita an. 1594.

Ijs,

Ijs, quæ pro fœlici Regularium personarum statu, & illarum salubri directione provide statuta comperimus, vt firmiora subsistant, & perpetuo futuris temporibus observentur confirmationis Apostolicæ robur libēter adijcimus, prout ipsorum Religiosorum vota exposcunt, & nos conspicimus in Domino expedire.

Ildephon. Archiep. Cæsaraug. Præses Capituli Bilbilitani.

1 Sanè dilecti filij Magister Generalis, & Diffinitores Ordinis Fratrum B. MARIÆ de Mercede Redemptionis Captivorum Nobis exponi fecerunt, quod nuper in Capitulo Generali dicti Ordinis in Oppido de Calatayud, Tarazonensis Diœcesis anno proximè præterito cum assistentia Venerabilis Fratris Ildephonsi Archiepiscopi Cæsaraugustani, in eodem Capitulo præsidentis, Apostolica authoritate deputati, celebrato ad eiusdem Ordinis, illiusque Religiosorum prosperam directionem, infrascripta decreta, ac statuta facta fuerunt.

Alternativa servetur in electione M. erga personam, & locum. Vide infra Alex. VII. B. 13.

2 Et primo quod deinceps electio Magistri Generalis dicti Ordinis, tam quoad personam eligendam, quam quoad locum in quo electio erit celebranda alternatim fieret: videlicet quod vna vice persona eligenda sit ex Corona Aragoniæ, & Galliæ alia vice sit ex Corona Castellæ, inclusis Provincijs Andaluciæ, & Indiarum, quo vero ad locum, quando eligenda fuerit persona ex Corona Castellæ celebrari debeat Capitulum in loco Coronæ Aragoniæ, & quando eligenda erit persona ex Corona Aragoniæ Capitulum celebretur in loco Coronæ Castellæ: & quod iuxta hoc decretum primum Capitulum Generale celebrari debeat in Provincia Castellæ, & persona eligenda sit ex Corona Aragoniæ.

Vocales Indiarum, si intra quadrienniũ à sua nominatione accedant ad Cap. Gen. valeant suffragari, si revocati non sint.

3 Propterea circa difficultatem itineris Electorum ex Indijs similiter decretum, & statutum fuit, vt semper, & quando Provinciales, & Diffinitores Indiarum accedunt ad Capitulum Generale, vt electioni Magistri Generalis assistant, quivis ipsorum admittatur, & recipiatur in Diffinitorio, & in electione, dummodo ostendat prius nominationem sui Capituli, cuius nominationis data non excedat quatuor annorum tempus, & dummodo non cōstet de ipsorum revocatione, aut nova alia nominatione, facta per Capitulum Provinciale.

Possit Provincia mittere Procuratorem Provincialem ad Romanã Curiam, qui tamen subdatur Cōmēdatori, & Vic. G.

4 Decretum item fuit, vt quando Magister Generalis fuerit in Corona Castellæ, & habuerit Romæ Procuratorem, & Vicarium Generalem ex eadem Corona, Aragoniæ Provincia possit, si voluerit, curam suorum negotiorum dare alteri Procuratori suis expensis Religioso suæ Provinciæ nominato per suum Capitulum Provinciale, aut cum mandato Procuratoris Provincialis, & Diffinitorum ipsius, & idipsum facere possit Provincia Castellæ, quando Magister Generalis fuerit ex Corona Aragoniæ, & nominaverit Romæ Procuratorem Generalem suæ Coronę: cum hoc quod Procurator particularis Provinciæ in rebus Religionis, & obedientiæ sit subditus Commendatori Monasterij Romæ ipsius Ordinis vti Prælato ordinario, & Procuratori, ac Vicario Generali, vri talibus, observatis in omnibus sui Ordinis constitutionibus.

Vestuaria M. Gen. in Provinc. Hispaniæ.

5 Ad evitandos item sumptus superfluos decretum, pariter ac statutum fuit, vt Provinciæ Castellæ, Andaluziæ, & Aragoniæ non teneantur dare Magistro Generali singulis annis vltra septuaginta quinque scuta valoris decem dragmarum Castellæ: nec ipse Magister Generalis possit accipere, vel petere amplius pro ipsius victu, & vestitu; quæ scuta septuaginta quinque vnusquisq; Provincialis per suam Provinciam dividat habito respectu reddituum, & proventuum, quos quilibet Conventus habet: & quod Provinciæ Indiarum solvant vestuarium hucusque solitum: habeatque Magister Generalis redditus, proventus, & emolumenta loci de Algar quemadmodum hactenus semper habuit.

Vestuaria Indiarũ, & fructus Baroniæ de Algar.

Derogat decreto Cap. Cæsaraug. quo Mag. Gen. absoluto, & Provinc. certam summam dari iubetur, & statuit nihil tribui in officij expletione.

6 Quia etiam Domus dicti Ordinis sunt ita pauperes, vt extraordinaria onera sufferre non possint, decretum fuit, vt Magistris Generalibus, & Provincialibus, quando eorum officijs finem imposuerint, nihil dari debeat. Non obstantibus decretis in alio Capitulo Generali Cæsaraugustæ celebrato factis, per quæ designati fuerunt centum ducati singulis annis solvendi Magistro Generali, qui officio suo finem imposuisset, & sexaginta octo ducati vnicuique Provinciali, qui similiter officium suum implevisset.

Commendatores absoluti honorifice tractentur.

7 Addita tamen cohortatio fuit ad Commendatores, & Prælatos Ordinarios Domorum, in quibus habitaverint, vt ipsorum officijs peractis, ita illos tractari curent, vt ipsorum personas, & dignitates decet.

Revocantur exemptiones à Mag. Gen. collatæ, & interdicitur eas cōcedere, ac illis vti sub gravibus pœnis.

8 Propterea, vt cessent multa inconvenientia, quæ ipsa experientia magna esse comprobavit circa exemptiones, quas Magistri Generales pro tempore existentes concedere consueverunt multis Religiosis, tam in sedendo, quam in non assistendo Choro, necnon officijs Conventualibus, & similiter circa dispensationes super celebratione plurium Missarum, quam per-

permittunt Ordinis constitutiones, & super vsu lini in vestibus, necnon super immunitatibus à dictis Magistris Generalibus aliquando quibusdam concedi solitis, illos sibi, ac præfato Generali pro tempore existenti immediatè subijciendo, reuocando in primis dictas exemptiones decretum, & statutum fuit, vt nullus Religiosus possit talibus exemptionibus, dispensationibus, immunitatibus, & subiectionibus vti, nec Prelati vlterius illis assentiri sub pœna priuationis officij quoad Prælatum ad annum, quoad reliquos verò illis vtentes sub pœna carceris, in quo detineri debeant per sex menses.

Raro exemptiones concedat Magister.

9 Et insuper fuit addita cohortatio ad Mag. Gen. quod in concessione huiusmodi exemptionum parce admodum, & considerate procedat, nec illas concedat passim, sed raro, & ex iustissimis causis, & cum debitis limitationibus.

Pecuniæ Indiarum ad Redemptionem transmissæ non valeat Mag. alio distrahere, nisi applicentur Castellæ, & Vandaliæ vt per eas Prouinciis in Redemptione insumantur.

10 Item cum visum fuerit grauata fuisse Capitula Prouinciæ Castellæ, & Andaluziæ in Redemptione Captiuorum aliarum Prouinciarum, mediantibus pecunijs earumdem Prouinciarum Castellæ, & Andaluziæ, decretum fuit, vt pecuniæ, quæ venerint ex Indijs ad redimendum Captiuos vnà cum reliquis, quæ aggregabuntur in Prouincijs Castellæ, & Andaluziæ, deseruiant tantummodò, & applicentur Redemptioni Captiuorum dictarum Prouinciarum, absque eo, quod Magister Gen. illas extrahere, aut in Redemptionem Captiuorum aliarum Prouinciarum, vel in alios vsus conuertere, seu aliter applicare valeat, sub pœna priuationis officij.

Cõuentus Bergæ, Tarregæ, Pradas, & Monblanc supprimãtur ad Collegium Ilerdæ.

11 Præterea, cum consideratum fuerit, quod Domus Bergæ, Tarregæ, Pradas, & Monblanc in Principatu Cathaloniæ, & Domus Sarrionis, & cuiusdam loci nuncupati Vncastillo Regni Aragoniæ sint ferè inutiles Ordini, & Religioni: nam paucos in se continent Fratres, & non potest in ipsis seruari regularis obseruantia, decretum fuit, quod dictæ Domus Cathaloniæ vniantur, seu incorporentur, & reducantur ad Collegium, quod Ordo, ac Religio habet in Ciuitate Illerdensi; & hoc eo consilio, vt ex redditibus dictarum Domorum coniunctis cum redditibus dicti Collegij possit maior numerus scholasticorum, & personarum, qui in litteris exerceantur in dicto Collegio manuteneri: & similiter, quod Domus Regni Aragoniæ vniantur, & incorporentur Collegio, quod Ordo habet in Ciuitate Oscensi ad eumdem finem, & effectum; & quod executio vnionis, seu incorporationis Domorum Cathaloniæ committatur Priori Barchinonensi, Domorum verò Aragoniæ Prouinciali, seu eius Vicario dictæ Prouinciæ.

Cõuentus Sarrion, & Vncastillo supprimãtur ad Collegium Oscense.

Nullus ad Præsentaturam admittatur, nisi 3. annos Philosophiæ legerit, nec ad Magisterium, nisi quatuor Theologiæ, super quo nõ valeat Mag. dispensare.

12 Præterea, vt gradus Præsentatorum, & Magistrorum detur personis dignis, quæ sacris litteris, ac scientijs operam præstiterint, & in illis profecerint, decretum, & statutum fuit, vt nulli Religioso dicti Ordinis detur gradus Præsentati, nisi ad illum à suo Capitulo Prouinciali prius propositus, siue nominatus fuerit, & nisi saltim spatio trium annorum Logicam docuerit, siue legerit: & postquàm fuerit expositus, & confirmatus in Capitulo generali non possit ad Magisterij munus, & gradum similiter proponi, aut nominari, nisi Theologiam Scholasticam, aut expositiuã spatio quatuor annorum similiter docuerit, siue legerit, non comprehenso in illis tempore, quo legerit casus conscientiæ, & obseruata in reliquis omnibus forma constitutionis in dist. 2. cap. 25. Et qui aliter fuerint graduati non habeantur, neo reputentur vti tales, nec habeant nomen, nec votum, nec aliud priuilegium: Super quo per Magist. Gen. non possit dispensari aliqua de causa, occasione, vel prætextu, & nullus expositus fruatur voce, loco, nec aliquo priuilegio Præsentati, nec Magistri quoadvsque admittatur in Capitulo Generali.

Possit Magister per 40. dies anticipare, aut postponere Cap. Prov.

13 Similiter, vt Magister Generalis adesse possit Capitulis Prouincialibus, quando opus esse viderit, decretũ, pariter ac statutum fuit, vt Generali liceat differre, aut anticipare Capitula Prouincialia celebranda ante Capitulum intermedium, quod sequitur, ea tamen lege, vt anticipatio, aut dilatio vnius Capituli Prouincialis ad illud non excedat tempus quadraginta dierum, cum sit tempus competens ad hoc, vt possit vni interesse, & ad aliud accedere.

Schedulã suffragij afferãt Vocales vnde cumque voluerint.

14 Necnon, vt in electionibus tam Magistri Generalis, quam aliorum Prouincialium vota libera sint, decretum, & statutum fuit, quod hi, qui præstituri sunt votum, non teneantur petere schedulas, ad effectum votum dandi, à Secretario Capituli, sed possint ipsi facere schedulas arbitrio suo, postquam congregati fuerint in Capitulo ad eligendum, aut illas è suis cubiculis factas afferre, vel vt ipsi voluerint, afferendo tantummodo schedulam eius personæ, in cuius fauorem votum dederint. Et vbi hoc pacto vota præstita fuerint, electus debeat habere supra medietatem votorum alia duo vota, si electus est Capitularis.

Non pos-

15 Similiter decretum, & statutum fuit,

fit M.Gen. in aliqua Provincia Vicarium Gen. insti- tuere, nisi mortuo Provinciali.

fuit, vt Magister Generalis, si commorabitur in Hispania non possit nominare Vicarium Generalem in aliqua Provincia; at mortuo Provinciale alicuius Provinciæ, licet dictus Provincialis substituerit Vicarium Provincialem, possit Magister Gen. nominare pro illa Provincia Vicarium Generalem, qui in ea existet. Vlterius decretum, & statutum fuit, vt nullus Religiosus alterius Ordinis in ipsum Ordinem, absque expressa licentia Magistri Gen. recipi possit: & vt nullus Vicarius Generalis Indiarum possit ex Indijs in Hispaniam reversurus egredi, quousque alius in eius locum deputatus accesserit, aut Magister Generalis per suas litteras permittat, vt recedere valeat, anteqoam successorem illuc pervenisse providerit, sub pœna privationis officij, & vocis activæ, & passivæ in perpetuum. Et sub eadem pœna successor, qui illuc accedit, remittere teneatur visitationem, seu (quam dicunt) residentiam sui antecessoris cũ eiusdem Antecessoris culpis, & iustificationibus, clausoque processu, illud remittat in Hispaniam, vt Magister Generalis super eo sententiam gerat; mandando supradicto Vicario Generali, qui ex Indijs fuerit reversurus, vt se præsentet coram ipso Magistro Generali: ita tamen, vt si ex processu probatæ extiterint culpæ, & delicta, propter quæ idem Antecessor videatur carcerãdos, possit illum carceri mancipare.

Nullus Fr. alterius Ordinis in nostro admittatur absque M. licentia.

Vicarius Gñ. Indiar. non recedat quousque novus accedat, aut à M.G. indulgeatur.

Successor in Indijs Antecessoris residentiam quam ab eo accepit remittat ad Mag.

Domus Capitularis.

16 Postremo habito tractatu de loco celebrationis Capituli Generalis intermedij resolutum fuit, quod dictum Capitulum celebretor in Monasterio eiusdem Ordinis Vallis-Oleti, Palentinæ Diœcesis; ac alia provt in statutis, & ordinationibus desuper, vt præfertur, factis plenius contineri dicitur.

Nostra supplicatio.

17 Cumque Magister Gen. & Diffinitores præfati cupiant præmissa omnia apostolico munimine roborari, Nobis humiliter supplicari fecerunt, quatenùs eorum desiderio huiusmodi annuere, & aliàs in præmissis opportune providere de benignitate Apostolica dignaremur.

18 Nos habita super præmissis cum Venerabilibus Fratribus nostris S.R.E. Cardinalibus super consultationibus Episcoporum, & Regularium deputatis, quibus præinserta statuta examinanda demandavimus, matura consultatione, huiusmodi supplicationibus inclinati, omnia, & singula præinserta statuta Apostolica authoritate tenore præsentium ex certa nostra scientia perpetuo approbamus, & confirmamus, illisque perpetuæ, & inviolabilis firmitatis robur adijcimus: ac omnes, & singulos iuris, & facti, ac solemnitatum quarumcumque quomodolibet omissarum, & alios quoscumque defectus (si qui intervenerunt in eisdem) supplemus: eaque omnia, & singula perpetuo valida, & efficacia fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, ac à modernis, & pro tempore existentibus dicti Ordinis Magistro Generali, alijsque superioribus, Fratribus, & personis quibuscumque inviolabiliter perpetuo observari, eosque omnes, & singulos ad illorum omnium observationem cogi, & compelli posse: sicquè, & non aliter per ipsius Ordinis Magistrum Generalem, & superiores, ac quoscumque Iudices quavis authoritate fungentes, & S.R.E. Cardinales, ac etiam de latere Legatos, & causarum Palatij Apostolici Auditores, sublata eis, & eorum cuilibet quavis aliter iudicãdi, & interpretandi facultate, vbique iudicari, & definiri debere: irritum quoque, & inane, quidquid secus super his à quoquam quavis authoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Confirmã tur præfata statuta

19 Et nihilominus Venerabilibus Fratribus Toletano, & Cæsaraugustano Archiepiscopis, & dilecto filio causarum Curiæ Cameræ Apostolicæ Auditori Generali per præsentes committimus, & mandamus, quatenus ipsi, vel duo, aut vnus eorum per se, vel alium, seu alios, vbi, & quando opus fuerit præsentes litteras, & in eis contenta quæcumque solemniter publicantes, faciant statuta præfata à Magistro Generali, & Fratribus dicti Ordinis nunc, & pro tempore existentibus perpetuo observari, ac eos, quos illa concernunt, & concernere poterunt quomodolibet in futurum, ad illorum omnium observationem omnibus iuris, & facti remedijs cogant, & compellant; non permittentes aliquid contra illorum statutorum continentiam, & tenorẽ per quoscumque quovis prætextu, vel colore, aut aliàs quomodolibet attentari, contradictores quoslibet, & rebelles, ac præmissis non parentes per sententias, & censuras Ecclesiasticas, ac etiam pecuniarum pœnas, aliaque opportuna iuris, & facti remedia, appellatione postposita, compescendo, ac legitimis super his habendis servatis processibus, sententias, censuras, & pœnas præfatas aggravandi, invocato etiam ad hoc, si opus fuerit, auxilio brachij Sæcularis: Non obstantibus quibuscomque constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, ac dicti Ordinis, illiusque Monasteriorum, domorum, Provinciarum, & locorum quorumcumque, etiam iuramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis, statutis, & consuetudinibus, privilegijs quoque, indultis, & litteris Apostolicis con-

Iudices executores instituit Archiepiscopũ Toletanũ, & Cæsaraugustanum, ac Auditorẽ causarum Curię Cameræ Apostolicæ.

Non obstantibus quibuscũque.

contra præmiſſa, aut aliàs quomodolibet coocesſis, confirmatis, & innovatis.

20 Quibus omnibus, & ſingulis, etiamſi pro illorum ſufficienti derogarione de illis, eorumque totis tenoribus ſpecialis, ſpecifica, expreſſa, & individua, non autem per elauſulas generales idem importantes, mentio, ſeu quevis alia expreſſio habenda, aut aliqua alia exquiſita forma ad hoc ſervanda forer, illorum omnium, & ſingulorum tenores, ac ſi de verbo ad verbum exprimerentur, & infererētur, præſentibus pro ſufficienter expreſſis, ac de verbo ad verbum inſertis habentes, illis aliàs in ſuo robore permanſuris, hac vice dumtaxat harum ſerie ſpecialiter, & expreſsè derogamus, cæteriſque contrarijs quibuſcumque.

21 Volumus autem, vt earumdem præſentium tranſumptis, eriam impreſſis, manu alicuius Notarij publici ſubſcriptis, & ſigillo ipſius Ordinis, vel perſoox in dignitate Eccleſiaſtica conſtitutæ obſignatis eadem prorſus Fides in iudicio, & extra illud adhibeatur, quæ eiſdem præſentibus adhiberetur, ſi forent exhibitæ, vel oſtenſæ.

Datum Romæ apud S.Petrum ſub annulo Piſcatoris die 8. Novēbris 1594. Pontificatus noſtri anno 3.

Marcellus Veſtrius Barbianus. Habetur originalis Matriti, eam affert vetus Bullar. & Cherubinus conſt. 30. eius meminit Vargas loco citato.

CLEMENTIS VIII.

CONSTITVTIO IV.

Trigeſimo tertio Mag. Generali M. Fr. Franciſco Zumel.

Procuratore Generali in Romana Curia Mag. Fr. Bernardo de Vargas ſæpius in hoc opere citato Authore, qui Ordinis hiſtoriam acurate exaratam Præło dedit, viro plane doctiſſimo Provinciæ Vandaliæ filio.

COMPENDIVM.

Ad fœliciorem Capituli Generalis electionem omnibus Chriſti Fidelibus Eccleſias noſtras viſitantibus diebus celebrationis illius plenariam indulgentiam Concedit.

Edita an. 1599.

CLEMENS PAPA VIII. Vniverſis Chriſti Fidelibus præſentes litteras i[illegible] ſ[illegible]turis, ſalutem, & Apoſtolicam Benedictionem.

Meritis licet imparibus in domo Domini diſpenſatores conſtituti, theſaurum Domioicum Nobis divinitus commiſſum ſic Nos diſpenſare convenit, provt Fidelium animarum ſaluti conſpicimus in Domioo ſalubriter expedire.

1 Cum igitur Capitulum Generale Ordinis Fratrum B. MARIÆ de Mercede Redēprionis Captivorum in Civitate Valli-ſoletana in Conventu B. MARIÆ Fratrum eiuſdem Ordinis hoc anno 1599. celebraodum ſit, ad quod multi viri zelo Religioois, ac ſcientiæ, & morum probitate præditi eiuſdem Ordinis Profeſſores ex diverſis mundi partibus ſavente Domino, ſunt acceſſuri, Nos fœlici dicti Capituli directioni, & Chriſti Fidelium animarum ſaluti paterna charitate proſpicere volentes, vt ipſi Chriſti Fideles ad Eccleſiās eiuſdem Ordinis viſitaodas, & ad alia pia opera exercenda promptiores redantur, quo ex hoc dono cœleſtis gratiæ vberius conſpexerint ſe refectos, de Omnipotentis Dei Miſericordia, ac Beatorum Petri, & Pauli Apoſtolorum eius authoritate, omnibus, & ſingulis Chriſti Fidelibus vere pœnitentibus, ac confeſſis, & Sanctiſſima Communione refectis, qui die Dominica ante feſtum Pentecoſtes, & in ſingulis ferijs ipſius octavæ Eccleſias, Loca, & Domos Fratrum dicti Ordinis tàm in Hiſpania, quàm alibi locorum citra, & vltra montes, & in quibuſvis mundi partibus conſtituta devote viſitaverint, & ibi preces ad Salvatorem Dominum noſtrum IESVMCHRISTVM, eiuſq; glorioſiſſimā Matrem pro ſux Sanctæ Eccleſiæ Catholicæ, huius Sanctæ Sedis Apoſtolicæ, ac totius illius populi Chriſtiani defenſione, ac Principum Chriſtianorum adverſus Turcas, & alios Fidei Catholicæ hoſtes effuderint prædicta die Dominica, & per totam octavam eiuſdem Dominicæ plenariam omnium peccatorū ſuorum indulgentiam, & remiſſionem; in feſto autem Peotecoſtes, alijſque diebus actualis celebrationis dicti Capituli, ſi ſupradictam Eccleſiam Conventus Beatæ MARIÆ de Mercede Redemptionis Captivorum Civitatis Valli-ſoletanæ, etiam devote viſitaverint, & vt præmittitur oraverint, plenariam etiam omnium peccatorum ſuorum indulgētiam, & remiſſionem miſericorditer in Domino concedimus, non obſtantibus conſtirutionibus, & ordinationibus Apoſtolicis, cæteriſque contrarijs quibuſcumque.

Concedit omnibus Chriſti Fidelibus viſitantibus noſtras Eccleſias tota octava ante feſtum Pentecoſtes indulgentiam plenariam.

Idem concedit à feſto Pentecoſtes pro diebus celebrationis Capituli viſitātibus noſtram Eccleſiā Vallis-Oletanam.

Cæterum quia difficile foret præſentes litteras ad ſingula quæque loca opportuna defferri, volumus, & decernimus, vt earum tranſumptis, etiam

impressis, manu Notarij publici subscriptis, & sigillo Provincialis, vel Procuratoris Generalis prædicti Ordinis, seu alicuius Personę in dignitate Ecclesiastica constitutę munitis vbique eadem prorsus fides adhibeatur, quæ eisdem præsentibus adhiberetur, si forent exhibitæ, vel ostensæ.

Datis Romæ apud Sanctum Petrum sub annulo Piscatoris, die 24. Ianuarij., anno 1599. Pontificatus nostri anno 7.

M. Vestrius Barbianus.

Breve istud adducit M. Vargas cap. 11. §. 1. pag. 281.

CLEMENTIS VIII.

CONSTITUTIO V.

Ordinis Sede Vacante.

Procuratore Generali in Apostolica Curia Mag. Fr. Bernardo de Vargas.

COMPENDIUM.

Confirmat statuta Capituli Generalis Vallis-Oletani.

Edita an. 1600.

CLEMENS PAPA VIII. AD perpetuam rei memoriam.

1 Ex Pastoralis nostri muneris debito cunctorum Religiosorum statui prospere dirigendo salubriter intendẽtes, ea nostræ confirmationis robore libenter communimus, quæ pro eorum Religiosorum recto gubernio, & fœlici directione provide sunt ordinata, prout in Domino salubriter conspicimus expedire.

Expositio pro parte Religio-nis facta à M. Vargas Hispalensi Sacræ Theologię M. Relig. celantissimo pro confirmatione statutorũ sequentium.

2 Nuper siquidem pro parte dilectorum filiorum Magistri Generalis, & Fratrum Ordinis Beatæ MARIÆ de Mercede Redemptionis Captivorum, per dilectum filium Bernardum de Vargas Vicarium, & Procuratorem Generalem eiusdem Ordinis Nobis expositum fuit, quod in Capitulo Generali ipsius Ordinis mense Maio anni proximi præteriti in Civitate Vallis-Oleti celebrato Definitores, Præsidentes, & alij Fratres ibidem intervenientes pro bono eiusdem Ordinis, eiusque Monasteriorum, & locorum, ac Personarum regimine inter alia, infrascripta statuta, Ordinationes, & Capitula condiderunt.

Festum B. Mariæ de Mercede solẽniter celebretur

3 Quod nimirum singulis annis die festo Nativitatis Beatæ MARIÆ Virginis octavo Septembris vniversaliter in tota dicta Religione festivitas B. MARIÆ de Mercede institueretur, & maxima solemnitate cum Missa, Processione, & concione celebraretur.

Non possit Provincialis, aut Vicarius Gẽ. impositiones facere absq; Consilio Diffinitorum.

4 Quod sub formali præcepto nullus deinceps Provincialis visitator, aut Vicarius Generalis possit distribuere per Provincias impositiones, & taxationes, nisi prius consuleret duos Diffinires, & Provincialem illius Provinciæ, & si aliter fieret dicta distributio non solveretur per domos.

Visitator aut Provincialis non possit nisi pro sumptibus necessaria in visitatione accipere.

5 Quod nullus Provincialis, nec Visitator sub pœna suspensionis officij possit accipere pro sua visitatione, & viatico nisi necessarium pro sumptibus, & expensis de vno Conventu ad alium.

Causas decisas non possit Prælatus reproducere

6 Quod nullus Provincialis, aut Visitator possit causas iam decissas prætcritorum Prælatorum, qui domos gubernarunt sub alio Provinciale, cognoscere, si Prælatis, & Commendatoribus gubernantibus facta fuit visitatio, & Capitulum Provinciale.

Exẽptiones celebrãdi plures Missas quàm permittunt constitutiones abrogantur.

7 Fuerunt abrogatę omnes exemptiones, & dispensationes super celebratione plurium Missarum ad intentionem celebrantium, quàm permittunt Ordinis constitutiones.

Serventur exemptiones MM. & Præsentatorum.

8 Quod omnibus Privilegijs, & exemptionibus, quæ hactenus habuerunt Magistri, & Præsentati, in quantum Magistri, & Præsentati illis frui, & potiri, iuxtaque tenorem litterarum à Nobis in forma brevis concessarum dicto Ordini, sub datum Romæ apud S. Petrum, sub annulo Piscatoris die 8. Novembris 1594. deberent observari.

Provincialis non possit vti titulo M. Provincialis.

9 Quod sub formali Præcepto obedientiæ, & pœnis ad arbitrium M. Generalis deinceps nullus Provincialis, quamvis esset Magister, possit subscribi Magister Provincialis, nec vteretur hoc titulo in subscriptionibus litterarum, & alijs commissionibus, & patentibus, sed solum hoc posset facere Magister Generalis.

Vox, & locus Prioris Barchinonen. in Cap. Gen.

10 Quod deinceps Prior domus Barchinonę, quæ est prima Ordinis, & Religionis caput, non solum haberet vocem in electione Magistri Generalis, sed etiam illam haberet in omnibus actis, & congregationibus Capituli Generalis: & in dicto Capitulo haberet Sedem post omnes Provinciales, & Vicarios Provinciales, & ante Diffinitores.

Tunicæ vulgo, Sayas, ex pãno, non exstameña

11 Quod in virtute Sanctæ Obedientiæ, & sub pœna suspensionis officiorum Commendator quando daret suis subditis vestiaria, tunicæ (quas Hispani vocant Sayas) essent ex panno, non autem de extameña.

Nominatio depositariorũ

12 Quod Commendatores sub pœna privationis officiorum non possent nominare depositarios, sed nominarentur per vota libera ipsius Conventus.

Quod

Definitor non sit Commendator.

13 Quod nullus Diffinitor Capituli sub pœna privationis officiorum durãte suo officio posset esse Commendator.

Prælatus non reeligatur in eadẽdomo

14 Quod Commendator alicuius domus, si per triennium foret Prælatus, non posset in futuro triennio in eadem domo reeligi, bene tamen in alia, si reperiatur idoneus

Prælatus visitans antecessoris mãdata non cõfirmet nisi prius visa.

15 Quod Mag. Generalis, Provincialis, & Visitator, sub pœna suspensionis officij quando visitarent Domos Ordinis non confirmarent præcepta, ordinationes, & mandata præteritarum visitationum per suos Prædecessores factarum, nisi eis visis.

Ad gradus no admittatur qui non legerit in Domo studio tum Ordinis, aut Vniversitate approbata.

16 Quod deinceps sub formali præcepto ad Præsentaturam, vt aliquis veniret Præsentandus non admitterentur cursus, quos non legisset in Domo studiorum Ordinis, in Collegio, vel in Vniversitate ex approbatis.

Libri Fratrum decensũ domuim qua moritur obveniãt nec à Biblioth. extrahi possint.

17 Quod in virtute Sanctæ Obedientiæ, & sub pœna excommunicationis maioris latæ sententiæ Bibliothecæ, & libri Religiosorum, qui ex hac vita decederent, nullo modo venderentur, sed applicarentur Domui Religionis, in qua tales Religiosi decederent, & reponerentur in Bibliotheca communi, & ex illo loco nullus liber, sub eisdem pœnis, extrahi posset sub pœna privationis officij Prçlato extrahenti, inferiori vero extrahenti sub pœna gravis culpæ per sex menses.

Fratres nõ promoti ad Sacros Ordines in nullo vocẽ habeant.

18 Quod in nulla re haberent vocem Fratres Sacro Ordine non insigniti.

Fratres foris veniẽtes se Prælato præsenteat.

19 Quod Religiosi de foris venientes se coram suo Prælato præsentare deberent, vt Prælatus sciret, qua revertebantur hora.

Supplicatio nostra pro cõfirmatione prædictorum, & sequentiũ cocessionꝰ.

20 Cum autem, sicut eadem expositio subiungebat, dicti Magister Generalis, & Fratres cupiant statuta, & ordinationes huiusmodi pro illorum firmioti validitate, confirmationis Apostolicæ robore communiri, ac alia etiam infrascripta Apostolica authoritate statui, & ordinari, propterea dictus Vicarius, & Procurator Generalis nobis humiliter supplicari fecit, vt in præmissis opportunè providere de benignitate Apostolica dignaremur.

Absolutio à censuris ad effectũ concessionis

21 Nos igitur eorundem Magistri Generalis, & Fratrum votis, præsertim eorum Ordinis prosperam directionem concernentibus, quantum cum Domino possumus benignè annuere volentes, atque eosdem Magistrum, nec non Vicarium, & Procuratorem Generales, & singulares ipsius Ordinis Fratres à quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententijs, censuris, & pœnis à iure, vel ab homine, quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodati existunt, ad effectum præsentium dumtaxat consequendum, harum serie absolventes, & absolutos fore censentes, huiusmodi supplicationibus inclinati, ex voto Venerabilium Fratrum nostrorum S. R. E. Cardinalium super consultationibus, & negotijs Episcoporum, & regularium deputorum, supradicta statuta, ordinationes, & Capitula authoritate Apostolica tenore præsentium perpetuo confirmamus, & approbamus, illisque perpetuę, & inviolabilis Apostolicæ firmitatis robur adjicimus; ac omnes, & singulos tam iuris, quàm facti defectus (si qui in eisdem intervenerint) supplemus.

Confirmatio prędictorum.

Festa Sancti Laurẽtii, & S. Antonij Abbatis solẽniter celebrentur, in mem Fundationis, & confirmationis Ordinis.

22 Præterea statuimus, & ordinamus, vt diebus festivitatum S. Laurentij, quo die fundatus, & S. Antonij Abbatis, quo die per fœl. record. Gregorium Papam IX. Prædecessorem nostrum confirmatus fuit Ordo prædictus, in Fundationis, & confirmationis huiusmodi memoriam, festivitates huiusmodi in toto Ordine solemniter celebrentur.

Anniversariũ Captivorum.

23 Quodque singulis annis infra hebdomadam commemorationis omnium defunctorum in toto Ordine anniversarium pro animabus Captivorũ, qui in Infidelium potestate, Catholicam Fidem retinentes, mortui fuut, fiat.

Mag. nisi consulta Sede Apostolica nõ valeat Cõmissarios Indiarum instituere; & hoc officiũ procurantes pœna gravioris culpæ puniãtur.

24 Quodque Mag. Generalis Ordinis eiusdem pro tempore existens nullo modo Commissarium Generalem Indiarum, nisi de Sedis Apostolicæ licentia eligere, & creare valeat: & si ab eo huiusmodi electio fiat, electio ipsa nulla, & irrita sit, ipseque Mag. Generalis ab officio sui Generalatus suspensus existat eo ipso: & subditi officium huiusmodi procurantes pœna gravioris culpæ per sex menses, minimè relaxanda puniantur.

Visitator sit litteratus.

25 Quodque nullus Generalis, vel Provincialis, sub pœna suspensionis ab eorum officijs, possit mittere ad visitandas aliquas domos, vel domum, seu Conventum eiusdem Ordinis, nisi Religiosum ex peritioribus ipsius Ordinis, expertum, & doctum, pręsertim casuum conscientiæ, & sacrarum litterarũ eruditione præstantem.

Declaratio super constitutione de libris Fratum decedentiũ.

26 Declaramus autem quoad ordinationem disponentem, libros Religiosi decedentis extrahi non posse ex domo, in qua decesserit, intelligi debere, si obiret, & decederet in aliquo Conventu magno, & principali, vbi Religiosi Conventuales commorati possunt, non autem, si in aliquo Cœnobio, & domo exigua, vbi libri remanentes diligen-

ligenter custoditi non possent: & in huiusmodi eventu solum Magistrum Generalem cum Provinciali illius Provinciæ, vbi sunt libri, possit illos transferre, & applicare alicui Collegio illius Provinciæ, aut Conventui, in quo Religiosus defunctus professionem solemnem emisserit, si ipse Conventus fuerit principalis.

Præcipitur prædictorum observantia.

27 Quocirca eisdem Magistro, & Vicario Generalibus, alijsque dicti Ordinis Religiosis nunc, & pro tempore existentibus in virtute sanctæ obedientiæ, & sub pœnis in supradictis statutis, & ordinationibus contentis, per præsentes mandamus, vt omnia, & singula supradicta statuta respective perpetuo observent, & observari curent, & faciant.

Iudices Executores instituit Archiepiscopos Toletanum, Hispalensem, & Cæsaraugustanum.

28 Quapropter Venerabilibus Fratribus Toletano, Hispalensi, & Cæsaraugustano Archiepiscopis per præsentes committimus, & mandamus, quatenus ipsi, vel duo, aut vnus eorum per se, vel alium, seu alios præsentes litteras, & in eis contenta quæcumque vbi, & quando opus fuerit, & quoties pro parte dictorum Magistri, & Vicarij Generalis, & aliorum Religiosorum prædictorum, aut alicuius eorum fuerint requisiti, solemniter publicantes, eisq; in præmissis efficacis defensionis præsidio assistentes, faciant authoritate nostra, statuta, & ordinationes prædictas ab omnibus, ad quos spectar, & in futurum spectabit perpetuo inviolabiliter observari, contradictores quoscumque per censuras, & pœnas Ecclesiasticas, aliaque opportuna iuris, & facti remedia, appellatione postposita, compescendo, invocato etiam ad hoc, si opus fuerit, auxilio brachij sæcularis.

Non obstantibus quibuscumque.

Non obstantibus constitutionibus Apostolicis, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus, privilegijs quoque, indultis, & litteris Apostolicis eidem Ordini, illiusque Magistro, Vicario, & Fratribus prædictis in contrarium præmissorum quomodolibet cōcessis, confirmatis, & approbatis: quibus omnibus, & singulis, eorum tenores præsentibus pro expressis habentes, hac vice dumtaxat specialiter, & expressè derogamus, cæterisque contrarijs quibuscumque.

Datum Romæ apud Sanctum Petrum, sub Annulo Piscatoris, die 10. Martij 1600. Pontific. nostri anno 9.

Habetur authentica Matriti, & in veteri Bullario, eam affert Cherub. tom. 3. Constit. 68. & Vargas loco citato.

CLEMENTIS VIII.

CONSTITVTIO VI.

Ordinis Sede Vacante.

Procuratore Gen. in Vrbe Mag. Fr. Bernardo de Vargas.

COMPENDIVM.

Disponit de bonis Religiosorum, cui obveniant, & Conventuum ne de vna ad aliam Provinciam transferantur.

CLEMENS PAPA VIII. AD perpetuam rei memoriam.

Edita an 1601.

Decet Romanum Pontificem ea, quæ ad Religionum, & Religiosorum prosperum statum pertinent libenter concedere, provt in Domino salubriter conspicit expedire.

Petitur vt bona Fratrum decedētium Cōventui in quo emisere professionem obtinere confirmet.

1 Sanè pro parte dilecti filij Bernardi de Vargas Vicarij, & Procuratoris Generalis Ordinis B. MARIÆ de Mercede Redemptionis Captivorum Nobis nuper expositum fuit, quod licèt de iure bona, quæ aliquis Religiosus acquisierit, ad Conventum, in quo ille Professionem emisit pertinere debeāt, nihilominus, quia in ipso Ordine de Mercede quandoque secus fieri contigit, ipse Bernardus pro sui Ordinis prospero statu cuperet super hoc nostrā authoritatem interponi, ac propterea illius nomine Nobis fuit humiliter supplicatum, vt in præmissis opportune providere de benignitate Apostolica dignaremur.

Absolvitur à censuris ad effectum præsentiū

2 Nos igitur qui iustis petentium votis annuimus, eumdem Bernardum á quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, alijsque Ecclesiasticis censuris, & pœnis à iure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatus extitit, ad effectum præsentium dumtaxat consequendum, harum serie absolventes, & absolutum fore censentes, huiusmodi supplicationibus inclinati, ex voto Venerabilium Fratrum nostrorum S. R. E. Cardinalium, consultationibus, & negotijs Episcoporum, & Regularium Præpositorum, quibus hoc negotium examinandum commisimus, harum serie perpetuo statuimus, & ordinamus, quod eiusdem Ordinis Beatæ MARIÆ de Mercede Redemptionis Captivorum, quacumque præditi sint authoritate, & facultate Superiores ipsius Ordinis bona quæ-

Nullus Superior possit bona vnius Provinciæ in aliam transferre.

cumque ex vna Provincia extrahere, vel extrahi facere, ac ad aliam Provinciam transferre, seu transferri quavis de causa, vel prætextu nullo modo possint.

Religiosus bona sibi ad vsum permissa nulli donare, nisi Domui suæ professionis valeat.

3 Quodque subditi, & Religiosi quicumque eiusdem Ordinis bona quælibet per eos quomodocumque acquisita alteri Conventui, quam illi in quo solemnem professionem emisserint relinquere, vel donare nullatenùs valeat: & qui secus facere quomodolibet ausi fuerint, privationem Dignitatis, & officiorum, quæ obtinent, ac vocis activæ, & passivæ, ac inhabilitatis ad illa, & alia in posterum consequenda pœnam incurrant eo ipso; & nihilominus irritum, & innane decernimus quidquid secus super his à quoquam quavis authoritate contigerit attentari.

Si necesse fuerit de voa ad aliam Provinciam bona trasferri, Magistri, & Provincialis fiat consilio.

4 Verum si aliquam bonorum extractionem pro alicuius Conventus necessitate fieri conveniat, eam per Magistrum Generalem Ordinis, ac Provincialem eius Provinciæ, in qua facienda erit, & intra ipsam tantummodo Provinciam, maturo adhibito consilio fieri posse volumus, & permittimus.

5 Quocirca Venerabilibus Fratribus Tolerano, Hispalensi, ac Cæsaraugustano Archiepiscopis per præsentes committimus, & mandamus, quatenus ipsi, vel duo, aut vnus eorum præsentes litteras, & in eis contenta quæcumque per se, vel alium, seu alios vbi, & quando, & quoties opus fuerit solemniter publicantes, faciant authoritate nostra illas ab omnibus, ad quos spectant inviolabiliter observari, contradictores quoscumque per censuras, & pœnas Ecclesiasticas, aliaque opportuna iuris, & facti remedia, appellatione postposita, compescendo, invocato etiā ad hoc, si opus fuerit, auxilio brachij sæcularis: non obstantibus fœl. record.

Non obstantibus quibuscũque.

Bonifacij Papæ VIII. Prædecessoris nostri de vna, & in Concilio Generali edita de duabus dietis, aliisque constitutionibus Apostolicis, ac eiusdem Ordinis, etiam iuramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis staturis, & consuetudinibus, privilegijs quoque indultis, & litteris Apostolicis ipsis Superioribus, & Fratribus sub quibuscumque tenoribus, & formis in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & approbatis. Quibus omnibus, & singulis, eorum tenores præsentibus pro expressis habentes, hac vice dumtaxat, specialiter, & expressè derogamus, cæterisque contrarijs quibuscumque.

Datum Romæ apud Sanctum Petrum, sub Annulo Piscatoris, die 19. Ianuarij 1601. Pontificatus nostri anno 9.

Extat originalis Matriti, affertur à Mag. Vargas, & veteri Bullario vbi supra.

CLEMENTIS VIII.

CONSTITVTIO VII.

Ordinis Sede Vacante.

Procuratore Generali in Vrbe M. Fr. Bernardo Vargas.

COMPENDIVM.

Absolutionem Generalem in diebus Sancti Laurentij, & Sancti Antonij Abbatis fieri in nostris Ecclesijs concedit.

Edita an. 1601.

CLEMENS PAPA VIII. AD perpetuam rei memoriam.

1 Cum Nos aliàs, vt in vniverso Ordine B. MARIÆ de Mercede Redemptionis Captivorum dies Festus Sancti Laurentij Martyris, quo die Ordo prædictus fundatus fuit, ac Sancti Antonij Abbatis, quo die ipse Ordo à fœl. record. Gregorio Papa IX. Prædecessore nostro confirmatus fuit, in Fundationis, & confirmationis huiusmodi memoriam singulis annis solemniter celebrarentur concesserimus, prout in nostris subdat. die 10. Martij 1600. expeditis litteris plenius continetur: cum ex antiquo eiusdem Ordinis Instituto diebus S. Catherinæ Virginis, & Martyris, Feriæ quartæ Cinerum, & Feriæ quintæ in Cœna Domini in ipso Ordine Absolutio, & Benedictio Generalis fieri soleat, quæ etiam per Nos pridem confirmata fuit, prout in alijs nostris subdat. die 20. Aprilis 1592. Pontificatus nostri 1. expeditis in forma Brevis litteris plenius etiam continetur, Nos volentes Ordinem prædictum, eiusque Religiosos, amplioribus favoribus, & gratijs prosequi, supplicationibus dilecti filij Bernardi de Vargas eiusdem Ordinis Procuratoris Generalis, super hoc Nobis humiliter porrectis inclinati, vt similis Absolutio, & Benedictio Generalis etiam supradictis duobus diebus Festis Sancti Laurentij, & Sancti Antonij in prædicto Ordine, eiusque Monasterijs, & Conventibus fieri possit, authoritate Apostolica tenore præsentium perpetuo concedimus, & indulgemus: Non obstantibus constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, cæterisque contrarijs quibuscumque.

Memorat suam Bullam 1.

Fieri Absolutionē generalem in diebus S Laurentii, & S. Antonij Abbat. cōcedit.

Volumus

Eadem fides detur transumptis, ac originali.

2 Volumus autem, vt præsentium transumptis etiam impressis, manu alicuius Notarij publici subscriptis, & sigillo alicuius personæ in Dignitate Ecclesiastica cōstitutæ munitis eadem, quæ præsentibus ipsis fides habeatur.

Datis Romę apud S. Petrum, sub Annulo Piscatoris, die 24. Iulij, anno 1601. Ponrif. nostri anno 10.

Extat in antiquo Bullar. & Cherub. tom. 3. Constit. 79. & apud Vargas.

CLEMENTIS VIII.

CONSTITVTIO VIII.

Ordinis Sede Vacante.

Procuratore Generali in Vrbe M. Fr. Bernardo de Vargas.

COMPENDIVM.

Ad extirpandam proprietatem prohibet, ne Fratres nostri annuos redditus proprio nomine possideant, commissionem faciens Archiepiscopo Hispalensi, aut eius Vicario Generali.

Edita an. 1602.

CLEMENS PAPA VIII. Venerabilis Frater, seu dilecte fili, salutem, & Apostolicam Benedictionem.

1 Cum, sicut ad Nos perlatum est, nonnulli Frattes Ordinis B. MARIÆ de Mercede Redemptionis Captivorum Civitatis, & Diœcesis Hispalensis, ac totius Bethicæ Provinciæ, partim Sedis Apostolicæ, partim Superiorum suorum licentiæ prætexru diversos redditus sub proprijs eorumdem Fratrum nominibus, & in eorum personis obtineant: quod non solum Apostolicis Constitutionibus, ac regularibus eiosdem Ordinis institutis repugnat, sed etiam ipsismet Fratribus, ac Ordinis prædicti Domibus valdè perniciosum, & diversorum malorum, & abusuum origo extitit; Nos pro nostri Pastoralis muneris debito regularis disciplinæ candorem restitui, & omnem proprietatis abusum penès Religiosos viros eradicari cupientes, ex voto Venerabilium Fratrum nostrorum S.R.E. Cardinalium consultationibus, & negotijs Episcoporum, & Regularium Præpositorum, tibi, de cuius providéntia, integritate, ac Religionis Zelo plurimum in Domino confidimus per præsentes committimus, & mandamus, vt in Domibus, & locis Regularibus dicti Ordinis Beatæ MARIÆ de Mercede quibuscumque in Civitate, & Diœcesi tua Hispalensi, ac in vniversa Provincia Betnica existentibus omnem proprietatem authoritate nostra Apostolica prohibeas: & quoscumque proprietarios, qui infra tempus abs te præfigendum bona quæcumque ram mobilia, quam immobilia per eos proprio nomine, quovis etiam prætextu obtenta ab Apostolica Sede, aut à Superioribus Ordinis prædicti licentia (quam de cætero nemini suffragari volumus) possessa, in communi deposito Domus, in qua professi sunt, non consignaverint cum effectu, pœnas, & censuras contra proprietarios per Apostolicas constitutiones, & regularia eiusdem Ordinis instituta inflictas incurrere eadem authoritate declares, & contra illos ad executionem pœnarū huiusmodi quādocumque à Domorum prædictarum Superioribus requisitus fueris, prædicta authotitate procedas.

Paupertati Religiosæ annuos redditus possidere in privatis personis repugnat.

Contra proprietarios invehitur, non obstantibus licentiis Sedis Apost. aut Prælati, ne bona proprio nomine possideant.

2 Super quibus tibi plenam, & amplam, authoritate Apostolica tenore præsentium, licentiam, & facultatem concedimus, & impartimur, non obstantibus, &c.

Facultas collata Archiep. Hispal. super executione præsentium.

3 Volumus autem, vt ex bonis prædictis in communi deposito Domorum huiusmodi per quemlibet ex dictis Religiosis deponendis, eius, qoi illa deposuerit, religiosis necessitatibus per Superiores Domorum huiusmodi opportune provideri debeat.

Prælatus tribuat Religioso pro suis necessitatibus de eius deposito.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam, sub Annulo Piscatoris, die 9. Maij 1602. Pontif. nostri anno 11.

Afferunt hoc Breve citatum Ordin. Bullar. in hoc Pontif. B. 10. fol. 212. à tergo, & M. Vargas in citat. tom. 2. cap. 14. §. 7. pag. 352.

CLEMENTIS VIII.

CONSTITVTIO IX.

Ordinis Sede Vacante.

Procuratore Generali in Vrbe Mag. Fr. Bernardo de Vargas.

COMPENDIVM.

Antiqua forma Absolutionis Generalis tollitur, & nova conceditur sub aliquibus limitationibus.

Edita an 1602.

CLEMENS PAPA VIII. AD perpetuam rei memoriam.

1 Cum ad vberes misericordiæ fructus, quos Ordo Beatę MARIÆ de Mercede Redemptionis Captivorum, qui

qui Divino inſtinctu per eiuſdem Beatiſſimæ ſemper Virginis MARIÆ revelationem B. Raymundo de Peñafort, nuper à Nobis in Sanctorum numero relato, & claræ memoriæ Iacobo Atagonum Regi, ac Petro Nolaſco dicti Ordinis primo Profeſſori factam Inſtitutus, & à fœl. rec. Gregorio Papa IX. Prædeceſſore noſtro confirmatus fuit, in agro Militantis Eccleſiæ Redemptionis Captivorum, qui in miſera ſervitute, & ſalutis animæ periculo à Mauris, & alijs infidelibus detinentur, continuo producere dignoſcitur, noſtræ dirigimus conſiderationis intuitum, facile inducimur, vt Ordinem prædictum ſpecialibus favoribus, & gratijs libenter proſequamur: & ea, quæ circa ſpiritualium eiuſdem Ordinis indulgentiarum communicationem pro maiori Fidelium devotione, & ædificatione per eiuſdem Ordinis Religioſos fieri ſolent, noſtræ declarationis ſtabilitate roboremus, provt in Domino ſalubriter conſpicimus expedire.

A B. Virgine divinitus fundatur noſtra Religio.

A Gregor. IX. confirmatur.

2 Cum itaque, ſicut accepimus, in eiuſdem Ordinis Conventibus, & Regularibus Eccleſijs ab immemorabili tempore, & Summorum Pontificum authoritate, & conceſſione indulgentiarum communicatio, ſub quadam præcationum forma, certis quibuſdam anni diebus fieri ſoleret, & circa huiuſmodi communicationem quoſdam abuſus irrepſiſſe, nec certa forma authoritate Apoſtolica appareret; Nos pro noſtri Paſtoralis muneris debito fidelium animarum ſaluti, ac eiuſdem Ordinis decori conſulere, ac certam in præmiſſis formam ſtatuere, aliàſque deſuper opportune providere volentes, ex voto etiam Venerabilium Fratrum noſtrorum Sanctę Romanæ Eccleſiæ Cardinalium, Congregationi Sacrorum Rituum Prępoſitorum, quibus hoc negotium examinandum commiſimus, ac ex certa ſcientia, & matura deliberatione quoad inſtitutum, & Ritum Abſolutionis (quam vocant) & communicationem indulgentiarum, quæ in prędicto Ordine fieri ſolent, hanc de cætero formam (antiqua conſuetudine prorſus perpetuo abrogata) in perpetuum ſervari volumus, atque Apoſtolica authoritate tenore præſentium perpetuo ſtatuimus, & ordinamus, vt nimirum diebus ſolitis, ab Apoſtolica Sede conceſſis, communicatio indulgentiarum, quas prædictus Ordo Beatæ MARIÆ de Mercede ex conceſſione, & indulto Sedis Apoſtolicæ alijs poteſt communicare, non autem Abſolutio, vt prius fiebat, fieri poſſit.

Antiqua forma abſolutionis generalis abrogatur.

3 Huiuſmodi vero communicationem indulgentiarum tantummodo Fratribus, & Confratribus eiuſdem Ordinis in Eccleſijs ipſius Ordinis præſentibus, & non alijs, & diebus ſupradictis cum Pſalmis, Verſiculis, & Orationibus, quę iam Romæ recognitæ, & à dilecto filio noſtro in Vrbe Vicario probatæ, & à dicta Congregatione reformatæ ſunt, fieri liceat.

Solis Cōfratribus fiat communicatio bonorum, & indulgētiarum.

4 Et ad dictam cnmmunicationem indulgentiarum ſingulis diebus prædictis obtinendam Confratres, & Conſorores, prędicti ſint contriti, confeſſi, ac Sacra communione refecti: aliàs prędictas indulgentias non conſequantur.

Confeſſio, & communio requiſita.

5 Communicationem etiam Orationum, ieiuniorum, Miſſarum, aliorumque bonorum operum, quæ fiunt in dicto Ordine, ſupradictis diebus Cōfratribus tantum, & Conſororibus, qui præſentes fuerint, vt de indulgentijs ſupradictum eſt, fieri poſſe permittimus, & concedimus.

6 Formam autem huius communicationis fieri volumus nudis, & ſimplicibus verbis in hunc fere modum, videlicet: Item communicamus vobis Fratres orationes, ieiunia, Miſſas, peregrinationes, & labores pro redimendis etiam Captivis ſuſceptos, cæteraque opera bona, quæ per Dei gratiam in noſtra Congregatione, & Ordine fiunt in nomine Patris, & Filij, & Spiritus Sancti. Amen.

Forma cōmunicationis bonorum, & indulgentiarum.

7 Cæterùm expreſſe prohibemus, ne populus in Civitatibus, terris, & locis publicè invitetur à dicti Ordinis Fratribus ad ſuas Eccleſias, ad conſequendam dictam communicationem indulgentiarum, & bonorum operum: hoc eſt in plateis, vijs, & locis publicis, non apponantur cedulæ impreſſę, ſeu manuſcriptæ quibus indicetur, & promulgetur talis communicatio indulgentiarum: Mandantes propterea vniverſis, & ſingulis eiuſdem Ordinis Superiotibus, & Fratribus, vt præſcriptam hanc formam perpetuo obſervare ſtudeant, ne quidquam quovis modo prætertire audeant, ſeu præſumant: irritum nihilominus decernentes, & innane quidquid ſecus ſuper his ab ipſis quavis authoritate ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari. Non obſtantibus ordinationibus Apoſtolicis, ac eiuſdem Ordinis etiam iuramento, confirmatione Apoſtolica, vel quavis firmitate alia roboratis ſtatutis, & conſuetudinibus, privilegijs quoque, indultis, & litteris Apoſtolicis eidem Ordini, ac ſupradictis illius Superioribus, & Fratribus, ac quibuſvis alijs in contrarium præmiſſorum quomodolibet confirmaris, ac approbatis, cæteriſque contrarijs quibuſcumque.

Non invitetur publice populus ad Abſolutionem Gen.

Z Datum

Datum Romæ apud S. Marcum, ſub Annulo Piſcatoris, die 9. Iulij 1602. Pontificatus noſtri anno 11.

FORMA ABSOLVTIONIS Generalis antiquitùs in noſtro Ordine ſeruata.

Forma antiqua Abſolutionis Gen. diebus ſolitis dari ſolita.

AÑA. *Intret oratio mea. Deinde dicantur Septem Pſalmi Pœnitentiales.*

Aña. *Intret oratio mea in conſpectu tuo, Domine, inclina aurem tuam ad preces noſtras: parce Domine, parce populo tuo, quem redemiſti ſanguine tuo pretioſo, ne in æternum iraſcaris nobis. Kyrie eleyſon, Chriſte eleyſon, Kyrie eleyſon. Pater Noſter.*

℣. *Et ne nos inducas in tentationem.*
℟. *Sed libera nos à malo.*
℣. *Saluos fac ſeruos tuos.*
℟. *Deus meus ſperantes in te.*
℣. *Mitte eis Domine auxilium de Sancto.*
℟. *Et de Sion tuere eos.*
℣. *Eſto eis Domine Turris fortitudinis,*
℟. *A facie inimici.*
℣. *Nihil proficiat inimicus in eis.*
℟. *Et filius iniquitatis non apponat nocere eis.*
℣. *Domine exaudi orationem meam.*
℟. *Et clamor meus ad te veniat.*
℣. *Dominus vobiſcum.*
℟. *Et cum ſpiritu tuo.*

OREMVS.

ADESTO Domine ſupplicationibus noſtris, & me, qui etiam miſericordia tua primus indigeo, exaudi clementer, vt, quem non electione meriti, ſed dono gratiæ tuæ conſtituiſti tui operis Miniſtrum, da fiduciam tui operis exequendi, & in meo miniſterio, quod tuæ pietatis eſt, operari. Per Chriſtum Dominum noſtrũ. Amen.

OREMVS.

EXAVDI Domine preces noſtras, & confitentium tibi parce peccatis, vt quos conſcientiæ reatus accuſat, indulgentia tuæ pietatis abſolvat. Per Chriſtum Dominum noſtrum. Amen.

OREMVS.

PRÆVENIAT hos famulos tuos, quæſumus Domine miſericordia tua, vt omnes iniquitates eorum celeri indulgentia deleantur. Per Chriſtum Dominum noſtrum. Amen.

OREMVS.

PRÆSTA, quæſumus Domine, his famulis tuis dignum pœnitentiæ fructum, vt Eccleſiæ tuæ ſanctæ, à cuius integritate deviarunt peccando, admiſſorum reddatur innoxij veniam conſequendo. Per Chriſtum Dominum noſtrum. Amen.

OREMVS.

ADESTO, Domine, ſupplicationibus noſtris, ne ſit ab his famulis tuis clementiæ tuæ longinqua miſeratio, ſana, eorumque remitte peccata, vt nullis iniquitatibus à te ſeparati, tibi Domino ſemper valeant adhærere. Per Chriſtum Dominum noſtrum. Amen.

OREMVS.

DOMINE Deus noſter, qui offenſione noſtra iraſceris, ſed ſatisfactione placaris, reſpice, quæſumus ſuper hos famulos tuos, qui ſe tibi grauiter peccaſſe confitentur: tuum eſt abſolutionem criminum dare, & veniam præſtare peccantibus, qui dixiſti pœnitentiam te malle peccatorum, quam mortem: concede ergo Domine his, vt tibi pœnitentiæ excubias celebrent, & correctis actibus ſuis conferri ſibi à te ſempiterna gaudia gratulentur. Per Chriſtum Dominum noſtrum. Amen.

OREMVS.

DEVS humani generis benigniſſime Conditor, & miſericordiſſime Reformator, qui hominem invidia diaboli ab æternitate deiectum vnici Filij tui ſanguine redemiſti, vivifica hos famulos tuos, quos tibi nullatenus mori deſideras, & qui non derelinquis devios, aſſume correctos. Per Chriſtum Dominum noſtrum. Amen.

OREMVS.

MOVEANT pietatem tuam, quæſumus Domine, hæc famulorum lacrymoſa ſuſpiria: tu eorum medere vulneribus, tu iacentibus manum porrige ſalutarem, ne Eccleſia tua aliqua ſui corporis portione vaſtetur, nec grex tuus detrimentum ſubſtineat, ne de familiæ tuæ damno inimicus exultet, ne renatos lavacro ſalutari mors ſecunda poſſideat. Per Chriſtum Dominum noſtrum. Amen.

OREMVS.

TIBI ergo, Domine, ſupplices preces cum fletu cordis effundimus, tu parce confitentibus: vt ſic in hac mortalitate peccata ſua, te adiuvante, defleant, quatenus in tremendi iudicij die ſententiam æternæ damnationis evadant, & neſciant quod terret in tenebris, quod ſtridet in flammis, atq; ab erroribus ad iter reverſi iuſtitiæ nequaquam vulneribus ſaucientur, ſed integrum ſit eis, atque perpetuũ, quod

gratia

gratia contulit, & quod misericordia reformavit. Per Christum Dominum nostrum. Amen.

Hic non dicitur Oremus.

CONCEDIMVS vobis Fratres, facultate, & authoritate Nobis à Pontificibus Romanis indulta, vt consequi possitis omnes, & singulas indulgentias, & peccatorum remissiones nostrę huiusmodi Sacræ Religioni concessas, iuxta privilegiorum tenores ab eadem Sede Apostolica obtentorum: sit vobis Omnipotens Deus indultor omnium criminum vestrorum deleat, atque dimittat omnia peccata vestra Dominus noster Iesus Christus, qui cum Patre, & cum Spiritu Sancto vivit, & regnat in sæcula sęculorum. Amen.

Hic non dicitur Oremus.

DOMINVS noster Iesus Christus, qui B. Petro Apostolo dedit potestatem ligandi, atque solvendi, ille vos absolvat ab omni vinculo delictorum, vt habeatis vitam æternam, & vivatis in sæcula sæculorum. ℞. Amen.

Hic non dicitur Oremus.

ITEM communicamus vobis Fratres Orationes, ieiunia, Missas, peregrinationes, & labores pro redimendis etiam Captivis susceptos, cęteraque opera bona, quæ per Dei gratiam in nostra Congregatione, & Ordine fiunt. In nomine ✠ Patris, & ✠ Filij, & ✠ Spiritus Sancti. ℞. Amen.

SVB CLEMENTE VIII.

CONSTITVTIO X.

Trigesimo sexto Mag. Generali V. P. Fr. Alphonso Monroy.

Procuratore Generali Romæ M. Fr. Bernardo de Vargas.

COMPENDIVM.

Deposito à Magistratu Generali Mag. Fr. Francisco Medina, authoritate Apostolica nominat, & creat Hispaniarum Nuntius Mag. Fr. Alphonsum Monroy in Ordinis Generalem Magistrum.

Edita an. 1602.

DOMINICVS GIMNASIVS, DEI, & Apostolicæ Sedis gratia Archiepiscopus Sypontinus, Sanctissimi D. N. Clementis Divina providentia Papæ VIII. & dictę Sedis in Hispaniarum Regnis cum potestate Legati de Latere Nuntius, iuriumque Cameræ Apostolicæ Collector Generalis. Vniversis, & singulis Superioribus, & Fratribus Ordinis Beatæ MARIÆ de Mercede Redemptionis Captivorum, salutem, &c.

1 Illud maximè exoptandum censemus, vt hi, qui cæteris præficiuntur tales sint, quorum vitæ exemplo, morum integritate, vigilantia, & solicitudine, charitas, & Ecclesiastica disciplina floreat, animarumque eis commissarum salus subsequatur: avaritia verò negligentia, fastus, & animarum periculum evitetur.

M. Fr. Franciscus Medina Generalatu privatus.

2 Hinc est quod, cum Frater Franciscus de Medina in Generalem Ordinis vestri in Capitulo Generali nuperrime celebrato Valentiæ Generalatus officio per nostram diffinitivam sententiam, à Sanctissimo Domino nostro postmodum confirmatam depositus fuerit, & Generalis regimine sitis destituti: nos cupientes talem in Generalem perfici, cuius scientia, Religionis Zelo, ac consilij maturitate regularis vigeat observantia, & sibi subditi ad virtutum opera omnium amplectenda incitētur, ac de dilecti Nobis in Christo Præsentati Fratris Alphōsi de Monroy Provincialis Provinciæ Bethicæ dicti Ordinis doctrina, scientia, vitæ integritate, alijsque virtutibus præclaris in Domino cōfisi, ipsumque à quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, alijsque Ecclesiasticis sententijs, censuris, & pœnis, à iure, vel ab homine, quavis occasione, vel causa latis (dummodo in illis per annum non insorduerit) ad effectum pręsentium dumtaxat consequendum, harum serie absolventes, eumdem Fr. Alphonsum (re prius cum Reverendissimo Patre Gaspare de Corduba Serenissimæ Reg. Maiest. C. Confessore sæpius communicata, ac pertractata, ac de eius consilio) Apostolica authoritate, speciali facultate nobis à dicto Sanctissimo Domino nostro commissa, & delegata, tenore pręsentium in dicti Ordinis Generalem, pro hàc vice tantum, ad sex annos, vt moris est, nempè vsque ad Festivitatē Pentecostes anni futuri 1609. duraturum creamus, & deputamus; ipsique Fratri Alphonso authoritatem, potestatem, exemptiones, ac præeminentias Generalibus dicti Ordinis pro tempore existentibus de iure, consuetudine, privilegio, aut aliàs quomodolibet competentes, ita vt omnia, & singula, quæ Generales ipsius Ordinis facere, gerere, & exercere possunt, & potuerunt, ipse pariformiter, & absque vlla differentia facere, gerere, & exercere valeat authoritate, & tenore

Fr. Alphōsus Monroy præclaris dotibus celebratur.

M. Mōroy Generalis creatur.

præmissis concedimus, & impartimur.

3 Quocirca eidem Præsentato Fr. Alphonso Generali in virtute sanctæ obedientiæ, & sub excommunicationis pœna præcipimus, quatenus statim intimatis præsentibus, dictum Generalis officium acceptet, & solicite ad Dei gloriam, & subditorum in bonis operibus, & virtutibus profectum exerceat: vobis verò omnibus, & singulis supra salutatis, sub excommunicationis maioris, quam in eventu contraventionis in rebelles, & inobedientes proferimus in his scriptis, ac vocis activæ, & passivæ, necnon officiorum privationis, & inhabilitatis perpetuæ ad illa, & alia obtinenda, aliisq; gravioribus pœnis à Nobis, & etiam ab ipso Generale infligendis, districte præcipimus, & mandamus, quatenus dictum Fr. Alphonsum Generalem, omni mora, ac dilatione cessantibus, admittatis, & recipiaris, & ei vti tali obedientiam, & reverentiam debitas spondeatis, ac præstetis: Non obstantibus constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, necnon Ordinis prædicti statutis, etiam iuramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboraris, privilegijs quoque, & indultis, & litteris Apostolicis ipsi Ordini, & illius Fratribus in contrarium quomodolibet sub quibusvis tenoribus, ac formis, ac cum quibusvis clausulis, etiã derogatoriarum derogatorijs, alijsque efficacissimis, & fortissimis concessis, innovatis, & approbatis: quibus omnibus, pro hac vice dumtaxat, specialiter, & expresse derogamus, cæterisque contrarijs quibuscumque.

Præcipitur acceptare officium.

Præcipit Fratribus obedientiam novo Mag.

Non obstantibus quibuscũque.

Datum Vallis-Oleti, anno Domini 1602. die 23. Septembris, Pontificatus prædicti Sanctissimi Domini nostri Papæ anno 11.

Dominicus Archiep. Sypontinus Nuntius, & Collector Gen. Apostol.

Dominicus Genin Abbreviator.

Habetur originalis in Archivo Maritensi, eius meminit Mag. Vargas.

CLEMENTIS VIII.

CONSTITVTIO XI.

Trigesimo sexto Mag. Generali Fr. Alphonso Monroy.

Procuratore Generali in Vrbe M. Fr. Bernardo de Vargas.

COMPENDIVM.

Præfatam Nuntij Hispaniarum electionem confirmat.

CLEMENS PAPA VIII. Dilecto filio Alphonso de Montoy Magistro Generali Ordinis B. MARIÆ de Mercede Redemptionis Captivorum. Dilecte fili, salutem, & Apostolicam Benedictionem.

Edita an. 1602.

1 Cum electione Magistri Generalis Ordinis Beatæ MARIÆ de Mercede de Redemptionis Captivorum, in Capitulo Generali eiusdem Ordinis novissimè celebrato minus canonice facta electio Magistri Generalis ad Nos hac vice devoluta esset, Nos Venerabili Fr. Dominico Archiepiscopo Sypontino, nostro, & Apostolicæ Sedis in Regnis Hispaniarum Nuntio, per litteras dilecti filij nostri Petri S. Nicolai in Carcere Diaconi Cardinalis Aldrobandino nuncupati, nostri secundum carnem ex Fratre Germano Nepotis, & negotiorum S.R.E. Generalis superintendentis iniunximus, vt alium eiusdem Ordinis Religiosum, quem magis idoneum, de consilio dilecti filij Gasparis de Corduba Fratris Ordinis Prædicatorum charissimi in Christo filij nostri Philippi Hispaniarum Regis Catholici Confessarij existimaret, in Magistrum Generalem dicti Ordinis authoritate nostra Apostolica crearet, & deputaret: cumque, sicut idem Dominicus Archiepiscopus, & Nuntius Nobis nuper significavit, ipse in vim sibi attributæ authoritatis huiusmodi de consilio etiam dicti Gasparis te nuper Provinciæ Bethicæ eiusdem Ordinis Provincialem, de cuius vitæ, ac morum honestate, prudentia, & Religionis Zelo, alijsque virtutibus eidem Dominico Archiepiscopo, & Nuntio fide dignorum testimonia sunt allata, in eiusdem Ordinis Magistrum Generalem creaverit, Nos sperantes te Magistri Generalis huiusmodi munus ad Dei in primis honorem, & dicti Ordinis vtilitatem, reformationem, & propagatio-

Devolutio electionis ad Sedem Apostolicam.

Commissio Nũtio Hispaniarum ad eligendum Generalẽ.

pagationem diligenter, & laudabiliter obiturum, te à quibuſvis excommunicationis, ſuſpenſionis, & interdicti, aliiſque Eccleſiaſticis ſententijs, cenſuris, & pœnis à iore, vel ab homine quavis occaſione, vel cauſa latis, ſi quibus quomodolibet innodatus exiſtis, ad effectum præſentium dumtaxat conſequendum, harum ſerie abſolventes, & abſolutum fore cenſentes, electionem per dictum Dominum Archiepiſcopum, & Nuntium de perſona tua in Magiſtrum Generalem dicti Ordinis authoritate Apoſtolica hac vice, vt præfertur, factam, eadem authoritate tenore præſentium confirmamus, & approbamus, ac Apoſtolicę confirmationis robore communimus, omneſque, & ſingulos iuris, & facti, & alios quoſcumque etiam ſubſtantiales defectus, (ſi qui deſupèr intervenerint) ſupplemus.

Cõfirmatur in Magiſtrũ Ge. Fr. Alphõſus Mõrny.

2 Et nihilominus te in Magiſtrum Generalem eiuſdem Ordinis ad Sexenium (pro vt moris eſt) cum eiſdem authoritate, facultatibus, iuriſdictione, ſuperioritate, præeminentia, privilegijs, & indultis, quibus alij eiuſdem Ordinis Magiſtri Generales in Capitulo Generali canonicè electi de iure, vſu, conſuetudine, & privilegio, aut aliàs generaliter vti, frui, & gaudere ſolent, & poſſunt, authoritate, & tenore prædictis, creamus, facimus, & deputamus.

3 Mandantes in virtute Sanctæ Obedientiæ dilectis filijs Provincialibus, & alijs ſuperioribus, ac Fratribus vniverſis, & ſingulis, vt te in eorum Magiſtrum Generalem humiliter recipiant, & agnoſcant, tuaque ſalubria monita, & mandata reverenter ſuſcipiant, & efficaciter adimplere procurent; alioquin ſententiam, ſive pœnam quam rite tuleris, ſeo ſtatueris in rebelles, ratam habebimus, & faciemus, authore Domino, vſque ad ſatisfactionem condignam inviolabiliter obſervari; non obſtantibus conſtitutionibus, & ordinationibus Apoſtolicis, ac dicti Ordinis, etiam iuramento, confirmatione Apoſtolica, vel quavis firmitate alia roboratis, ſtatutis, & conſuetudinibus, privilegijs quoque indultis, & litteris Apoſtolicis eidem Ordini eiuſque Superioribus, & Perſonis in contrarium præmiſſorum, quomodolibet conceſſis, confirmatis, & approbatis, cæteriſque contrarijs quibuſcumque.

Præcipit Fratribus, vt in omnibus prefato Mag. obediant.

4 Per præſentes autem non intendimus futuris Magiſtri Generalis dicti Ordinis electionibus in aliquo præiudicare.

Nõ derogat in futurum ius eligendi.

Datum Romę apud Sanctum Marcum, ſub Annulo Piſcatoris, die 14. Octobris 1602. Pontificatus noſtri anno 11.

M. Veſtrius Barbianus.

Breve iſtud originale cuſtoditur in citato Matriti Archivo: & adducitur à Mag. Vargas ſupra §. 5. pag. 368.

CLEMENTIS VIII.

CONSTITVTIO XII.

Trigeſimo ſexto Mag. Generali Fr. Alphonſo Monroy.

Procuratore Generali in Romana Curia Fr. Bernardo de Vargas.

COMPENDIVM.

Magiſtro Generali, qui omnia ſua Conventui Hiſpalenſi conſignaverat fa: ultatem concedit, vt pro ſuis neceſſitatibus accipiat a Prælato quod neceſſe habuerit.

CLEMENS PAPA VIII. Dilecte fili, ſalutem, & Apoſtolicam Benedictionem.

Edita anñ 1602.

1 Exponi Nobis nuper feciſti, quod tu aliàs ex partibus Indiarum reverſus ſommam ſeptem millium ſcutorum tibi in illis partibus à diverſis pijs perſonis pro tuis neceſſitatibus elargitorum in complementum voti paupertatis per te emiſſi, Conventui tui Ordinis Civitatis Hiſpalenſis, in quo tu habitum regularem eiuſdem Ordinis ſuſceperas, conſignaſti, &c.

Pro exacto paupertatis complemento, poſtulatio

2 Tibi, attenta tua gravi ętate, ac pecunijs in beneficium tui Monaſterij prædicti erogaris, vt ſuperiores tui regolares aliquod tibi ſubſidium religioſis tuis neceſſitatibus ingruentibus, eorum arbitrio, & quando eis viſum fuerit concedere poſſint, tuque illud libere percipere, eoque frui, & vti valeas, dommodo de ipſorum ſuperiorum manu capias, & de illorum conſenſu expendas authoritate Apoſtolica tenore præſentium licentiam concedimus.

Nota ſtrictam paupertatis religioſã obligationem, conditiones, & leges quibus ſedes Apoſtolica pro neceſſitatibus ſum concedit.

Datum Romæ apud S. Marcum die 8. Novembris 1602. Pontif. noſtri anno 11.

Refert hoc breve citatus Vargas §. 6. pag. 370.

CLE-

CLEMENTIS VIII.

CONSTITVTIO XIII.

Trigesimo sexto Mag. Generali Fr. Alphonso Monroi.

Generali apud Vrbem Procuratore M. Bernardo de Vargas.

COMPENDIVM.

Denegat Fratribus laicis litteras compulsoriales, quas ad suffragandum in omnibus Capitulis Conventualibus postulabant.

Edita an. 1602.

CLEMENS PAPA VIII. AD perpetuam rei memoriam.

Ex Pastoralis nostri muneris debito ad ea libenter intendimus, per quę Religiosorum quieti, & prospero gubernio opportune consulatur, prout in Domino salubriter conspicimus expedire.

Prętendũt Fratres laici posse sicut Sacerdotes in Capitulis Conventualibus suffragari, ad quod petũt litteras cõpulsoriales, & remissoriales.

1 Cum itaque aliàs pro parte dilectorum Conversorum professorum Ordinis Beatæ MARIÆ de Mercede Redemptionis Captivorum Nobis expositum fuisset, ipsos Conversos votum in Capitulis, & actibus dicti Ordinis habere posse prætendere, prout habent Fratres Sacerdotes, & Clerici ipsius Ordinis professi, & in Sacris Ordinibus, constituti, & propterea Nobis humiliter supplicatum fuisset, vt ipsis compulsoriales, & remissoriales litteras ad partes ad probandum eorum prætensionem concedere dignaremur, Nos, auditis sæpius in diversis congregationibus visitationis, & reformationis nostræ Apostolicæ, tàm ipsorum Conversorũ Procuraroribus, quàm dilecto filio Bernardo de Vargas eiusdem Ordinis in Romana Curia Procuratore Generali, eorumque iuribus mature discussis, ac Nobis per dilectos filios Prælatos eiusdem visitationis Apostolicæ relatis, iustis suadentibus rationibus in prædicto Ordine. nihil innovari, sed servari quod de præsenti servarur, & ad præscriptum constirutionum eiusdem Ordinis in Capitulo Generali Vallis-Oleti celebrato editarum, & à Nobis confirmatarum per nostras in forma brevis litteras, sub datum Romæ apud Sanctum Petrum sub annulo Piscatoris, diè 10. Martij 1600. Pontific. nostri anno 9. ac propterea litteras compulsoriales prædictas ab ipsis conversis petitas denegandas esse censuimus, & decrevimus.

Nihil innovetur, sed servetur decretum Cap. Vallis-Oleti sup. Bull. 4. cõfirmatũ.

Fratrum laicorum ambitus prętensioque retũditur.

2 Quare volentes huiusmodi nostrum decretum debitè, vt par est, executioni demandari, illud authoritate Apostolica tenore præsentium confirmamus, & approbamus: ac ita de cætero in perpetuum observari debere: sicque & non aliter per quoscumque Iudices ordinarios, & delegatos, etiam causarum Palatij Apostolici Auditores, iudicare, & definiri debere: ac irritum, & innane, quidquid secus à quoquam quavis authorirate scienter, vel ignoranter contigerit attentari, decernimus statuimus, & mandamus.

Apl. ca authoritate cõfirmat decretum.

3 Quo circa dilectis filijs causarum Curiæ Cameræ Apostolicæ Generali Auditori, ac nostro, & Apostolicæ Sedis in Regnis Hispaniarum Nuntio per præsentes committimus, & mandamus, quatenus ipsi, vel alter eorum per se, vel alium, seu alios præsentes litteras, & in eis contenta quæcumque, vbi, & quando opus fuerir solemnirer publicantes, faciant authoritate nostra eadem præmissa per eos, ad quos spectat inviolabilirer observari, contradictores quoscumque per censuras, & pœnas Ecclesiasticas, aliaque opportuna iuris, & facti remedia, appellatione postposita, compescendo, invocato ad hoc (si opus fuerit) auxilio brachij Sæcularis, non obstantibus fœl. record. Bonifacij Papæ VIII. Prædecessoris nostri de vna, & in genetali edita de duabus dietis, dũmodo vltra tres dietas aliquis authoritate præsentium ad iudicium non trahatur, alijsque constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, ac dicti Ordinis, etiam iuramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis, statutis, & consuetudinibus, cæterisque contrarijs quibuscumque.

Committ Auditori Gen. vt exequi faciat hoc decretum etiam per iuris remedia.

Datum Romæ apud S. Petrum sub annulo Piscatoris die 17. Decẽbris 1602. Pontificatus nostri anno 11.

Hoc breve extat originale in dicto Archivo Matritensi, id quoque afferunt citatum Bullar. nostri Ordinis in hoc Pontif. Bull. 7. fol. 213. à tergo M. Vargas cap. 14. §. 10. pag. 356.

CLE-

CLEMENTIS VIII.

CONSTITVTIO XIV.

Trigesimo sexto Mag. Generali Fr. Alphonso Monroy.

Generali apud Apostolicam Curiam Procuratore Fr. Beroardo de Vargas.

COMPENDIVM.

Tametsi M. Monroy electus in Capitulo non fuisset, concedit Pontifex omnia, & singula posse, quæ si electus fuisset in Capitulo valeret.

Edita an. 1603.

CLEMENS PAPA VIII. Dilecto filio Alphonso de Munroy Magistro Generali Ordinis B. MARIÆ de Mercede Redemptionis Captivorum. Dilecte fili, salutem, & Apostolicam Benedictionem.

1 Cum tu ad munus Magisterij Generalis Ordinis Beatę MARIÆ de Mercede Redemptionis Captivorum authoritate Apostolica assumptus fueris, cūque iuxta eiusdem Ordinis statuta authoritate Apostolica cum decreto irritandi, & clausula sublata confirmata, ipsius Ordinis Magister Generalis pro tempore in Capitulo Generali per Electores, & Diffinitores Electus, cum eisdem Electoribus Magistros, & Præsentatos à suis Capitulis Provincialibus expositos in eorum officijs confirmare soleat, tibi quoscumque Magistros, & Præsentatos à Capitulis Provincialibus expositos, in eorum officijs absque dictis Electoribus authoritate Apostolica cōfirmandi plenam, & liberam, atque eādem, quam si ad Magisterij Generalis munus in Capitulo Generali eiusdem Ordinis canonicè electus fuisses, ac tempus Capituli Generalis esset, haberes, potestatem eadem authoritate tenore præsentium concedimus, & impartimur. Præterea quia tu tempore, quo ad huiusmodi Magisterij Generalis officium assumptus fuisti, Provincialis Provinciæ Bethicæ eiusdem Ordinis existebas, ne dicta Provincia proprio Provinciale diutius destituta remaneat, ac vt eiusdem Provinciæ Electores, & Diffinitores ad Capitulum Provinciale, in quo novus Provincialis, iuxta eiusdem Ordinis statuta eligatur, convocare possis, & valeas similiter facultatem concedimus, & indulgemus. Supplentes quosque defectus, qui ob non servatam eorumdem statutorum formam in præmissis intervenisse dici poterunt: ac decernentes cōfirmationes Magistrorum, & Præsentatorum, necnon electionem Provincialis Provinciæ Bethicæ, vt præfertur similiter faciendam, perinde validas, firmas, & efficaces fore, ac si in illis eorundem statutorum forma ad vnguem servata foret: sicque, & non aliter per quoscumque Iudices ordinarios, & Delegatos iudicari, & definiri debere: ac irritū, & inane decernimus, quidquid secus super his à quoquam quavis authoritate contigerit attentari.

Concedit Mag. Gen. vt per se, absq; concursu Diffinitorum possit M. & Præsentatos confirmare.

Concedit, vt possit convocare ad eligendum Provincialem Bethicæ ob vacantiā ex sua assūptione.

Datum Romæ apud S. Petrum die 13. Februarij 1603. Pontificatus nostri anno 11.

Hoc breve adducit M. Vargas cap. 15. §. 8. pag. 373.

CLEMENTIS VIII.

CONSTITVTIO XV.

Trigesimo sexto Mag. Generali Fr. Alphonso Monroy.

Procuratore Generali Romæ Mag. Bernardo de Vargas.

COMPENDIVM.

Provinciam Aragonię, Valentiæ, & Italiæ in tres Provincias dividi constituit.

Edita an. 1603.

CLEMENS PAPA VIII. Dilecto filio Alphonso de Monroy Magistro Generali Ordinis B. MARIÆ de Mercede Redemptionis Captivorū. Dilecte fili, salutem, & Apostolicam Benedictionem.

1 Cum sicut Nobis nuper exponi fecisti, vna tui Ordinis Provincia Monasteria omnia eiusdem Ordinis in Regnis Aragonum, Valentiæ, Navarræ, ac Principatu Cathaloniæ, necnon in vniversa Italia consistentia cōtineat: cumque vnus tantæ Provinciæ Provincialis omnia prędicta Monasteria, ob longam illorum ad invicem distantiam difficile visitare, atque illorum indigentijs subvenire valeat, tuque propterea Monasteriorum prædictorum vtilitati maximè consultum iri existimes, si dicta Provincia in plures Provincias divideretur, duas nimirum quoad Monasteria in prædictis Regnis, & Principatibus, & vnam quoad Monasteria in Italia existentia: cumque propterea Nobis humiliter supplicari feceris, vt in præmissis opportune providere de benignitate Apostolica dignaremur.

Petit M. Gen. Provinciam Aragoniæ Valentiæ, & Italiæ in plures partiri.

Nos

Capitulo Generali, aut Provinciali cõmittit divisionẽ Provinciarum Aragonię, Valentiæ, & Italiæ.

2 Nos commoditati eorumdẽ Monasteriorum opportune prospicere cupientes, de tua Fide, prudentia, & Religionis zelo plurimum in Domino cõfissi, ac huiusmodi supplicationibus inclinati, tibi, vt in primo Capitulo Generali totius Ordinis, aut Provinciali dictæ, Provinciæ prout tibi placuerit, de divisione Provinciæ prædictæ mature, & de consilio, & consensu vocalium Capituli prædicti Generalis, sive Provincialis Provinciam prædictam in tres Provincias, duas videlicet quoad Monasteria in prædictis Regnis Aragoniæ, Valentiæ, & Navarræ, ac Principatu Cathaloniæ consistentia, assignando cuilibet earum ea Monasteria, quæ tibi, & Capitulo prædicto videbuntur, & reliquam quoad eiusdem Ordinis Monasteria, in vniversa Italia existentia authoritate nostra Apostolica perpetuo dividere, separare, ac tres Provincias prædictas denuo erigere, & instituere, ac in vnaquaque illarum vnum Provincialem, qui omnibus, & singulis privilegijs, prerogativis, præeminentijs, gratijs, & indultis, quibus alij Provinciales quatumcũque dicti Ordinis Provinciarũ quomodolibet vtuntur, fruuntur, & gaudent, ac vti, frui, & gaudere possunt, & poterunt quomodolibet in futurum pariformiter vti, frui, potiti, & gaudere possint, & valeant; servata tamen in his omnibus regularium eiusdem Ordinis institutionum forma, eligendum esse decernere, & declarare, atque pro ea prima vice in eodem Capitulo de simili consilio, & assensu Capitularium eligere, & deputare: ac pro regimine dictarum Provinciarum, & electione Provincialium nova statuta condere, quæ tamen, antequam executioni demandentur à Nobis, & Apostolica Sede confirmari debeant authoritate Apostolica posse, & valere, eadem authoritate tenore præsentium facultatem concedimus, & impartimur: non obstantibus constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, ac Ordinis, & Provinciæ prædictorum, etiam iuramẽto, confirmatione Apostolica, vel firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus, privilegijs quoque, indultis, & litteris Apostolicis eidem Provinciæ, ac illius Provinciali in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & approbatis, cæterisque contrarijs quibuscumque.

Statuta fiãt pro novis Provincijs, quæ à Sede Apostolica cõfirmari debeant.

Datum Romæ apud S. Petrum, sub Annulo Piscatoris die 4. Martij 1603. Pontificatus nostri anno 12.

Habetur originalis Matriti, eius meminit Mag. Vargas.

CLEMENTIS VIII.

CONSTITVTIO XVI.

Trigesimo secundo Mag. Generali Fr. Alphonso Monroy.

Procuratore Generali in Vrbe M. Fr. Bernardo de Vargas.

COMPENDIVM.

Reverendissimi ac Sapientissimi M. Fr. Francisci Zumel merita, & in Sanctam Sedem obsequta præstita in volumine pro ea commendat.

CLEMENS PAPA VIII. Dilecto filio Francisco Zomel Ordinis Beatæ MARIÆ de Mercede Sacræ Theologiæ Magistro. Dilecte fili, salutem, & Apostolicam Benedictionem.

Edita añ. 1603.

1 Etiam antea Nobis nota erat virtus, & insignis doctrina, & quod caput est, ardor Catholicæ Fidei tuendæ, & devotio erga Nos, & erga hanc Sanctam Apostolicam Sedem, in qua Nos humiles, & indigni, authore tamen Spiritu Sancto præsidemus, quod etiam Venerabilis Frater Dominicus Archiepiscopus Sypontinus noster in Hispania Apostolicus Nuntius cummulate, ac tua multa cum laude restatus est.

Commendat Mag. Zumel virtutes, & sapientiam.

Testimonium Nũtij Hispaniæ de meritis M. Zumel.

2 Sed hęc omnia manifestiùs agnovimus, & prospeximus ex hoc tuo commentatio, quem ex tuo zelo incensus, & eiusdem Nuntij cohortatione permotus nuper scripsisti, vt quorumdam hominum novitates amantium parum cõsideraras (ne quod gravius dicamus) opiniones confutares, & veritatem in re gravi assereres, & roborares.

3 Laudamus, fili, pietatem tuam, & te merito in Domino commẽdamus, quod scientiam, quàm à patre luminum accepisti totam confers, atque adhibes ad ædificationem Corporis Christi, quod est Ecclesia, & re ipsa ostendis, te non solum scientiam habere, quæ sæpe inflat, sed etiam charitatem, quæ semper ædificat.

Commendat maxime merita eius et volumine contra Venetos.

4 Scito igitur laborem hunc tuum, & eruditam lucubrationem pergratam Nobis fuisse, idque tibi his quoque litteris significare placuit, vt scias te à Nobis amari, atque vt totus studiosius, & ardentius pro virili tua labores in vinea Domini Sabaoth, & talenta à magno Patre familias tibi credita fideliter, & fructuose negotieris. Quo nomine tibi etiam

etiam nostram Apostolicam Benedictionem impartimur.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam, sub Annulo Piscatoris, die 10. Martij 1603. Pontif. nostri anno 12.

Silvius Antonius Cardinalis.

Habetur in veteri Bullar. vbi sup.

CLEMENTIS VIII.

CONSTITVTIO XVII.

Trigesimo sexto Magist. Generali Fr. Alphonso Monroy.

Procuratore Gen. in Vrbe Mag. Fr. Bernardo de Vargas.

COMPENDIVM.

Exemptionem à iurisdictione Provincialis, quam habebat Collegium Hispalense, revocat, & extinguit.

Edita an. 1603.

CLEMENS PAPA VIII. Dilecte fili, salutem, & Apostolicam Benedictionem.

Vicarius Gen. Collegii Hisp. palen. & quosdam Fratres à subiectione Provinciali exemerat.

1 Nuper dilectorum filiorum Provincialis, & Fratrum Provinciæ Bethicæ Ordinis Beatæ MARIÆ de Mercede, Redemptionis Captivorum nomine Nobis expositum fuit, quod cum aliàs tunc existens Vicarius Generalis dicti Ordinis cuidam asserto Collegio eiusdem Ordinis in Civitate Hispalẽsi fundato, seu fundari cæpto, illiusque Religiosis, necnon diversis alijs Fratribus Ordinis, & Provinciæ præfatorum diversas exemptiones à visitatione, correctione, & cura dicti Provincialis concesserit, illosque Generali Magistro, seu Vicario pro tempore existenti immediate subiecerit, quod regularibus eiusdem Ordinis, & Provinciæ institutis valde contrarium, & disciplinæ regulari nimis perniciosum existit. Cupiebat Provincialis, & Fratres supradicti pro quieto, & recto gubernio eiusdem Provinciæ super hoc à Nobis opportune provideri, idque à Nobis humili supplicatione petierunt.

Petit Provincialis prædictas exemptiones tolli.

2 Nos iustis eorum petitionibus annuere volentes, ac eosdem Provincialem, & Fratres à quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, alijsque Ecclesiasticis sententijs, censuris, & pœnis à iure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodati existunt, ad effectum præsentium dumtaxat consequendum, harum serie absolventes, & absolutos fore censentes, huiusmodi supplicationibus inclinati ex voto Venerabilium Fratrum nostrorum S.R.E. Cardinalium super consultationibus, & negotijs Episcoporum, & Regularium deputatorum, tibi per præsentes committimus, & mandamus, vt exemptiones quascumque, tàm dicto Collegio asserto, & illius Religiosis, quàm alijs quibuscumque particularibus Fratribus eiusdem Provinciæ, per prædictum Vicarium Generalem, ac nostrum, & Apostolicæ Sedis in Regnis Hispaniarum Nuntium, & quoscumque alios, quavis authoritate fungentes in genere, & in specie à visitatione, correctione, cura, & regimine moderni, & pro tempore existenris Provincialis dictæ Provinciæ Bethicæ quovis modo, causa, & occasione concessas, & inde secutas quascumque authoritate etiam nostra revoces, & annulles, ac nemini vlterius suffragari declares, provt nos vigore præsentium ex nunc revocamus, & annullamus, ac nemini suffragari: sicque per quoscumque Iudices ordinarios, & delegatos iudicari, & definiri debere, ac irritum, & inane quidquid secus super his à quoquam quavis authoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari decernimus, & declaramus; non obstantibus constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, ac dicti Ordinis, Provinciæ, & Collegij, etiam iuramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus, cæterisque contrarijs quibuscumque.

Commissio ad tollendas præfatas exemptiones.

Revocat exemptiones.

Non obstantibus quibuscumque.

Datis Romę apud Sanctum Petrũ sub annulo Piscatoris, die 11. Martij, anno 1603. Pontificatus nostri anno 12.

Marcellus Vestrius Barbianus.

Extat originale Matriti, & affertur in antiquo Bullario vbi sup.

CLEMENTIS VIII.

CONSTITVTIO XVIII.

Trigesimo sexto Mag. Generali Fr. Alphonso Monroy.

Procuratore Generali in Vrbe M. Fr. Bernardo de Vargas.

COMPENDIVM.

Concedit Redemptoribus, vt in regressu Redemptionis possint assignare diem, quo visitantes Ecclesiam nostram lucrentur fideles 20. annos, & totidem quadragenas indulgentia.

CLEMENS PAPA VIII. AD perpetuam rei memoriam.

Edita an. 1603.

Aa Cum

Instituti nostri fructus commendat.

1 Cum ad vberes misericordiæ fructus, quos Ordo Beatæ MARIÆ de Mercede Redemptionis Captivorum in agro militantis Ecclesiæ pro Redemptione Captivorum, qui in misera servitute, & salutis animæ periculo á Mauris, & alijs infidelibus detinentur, continuo producere dignoscitur, nostræ dirigimus considerationis intuitum, facile inducimur, vt ordinem prædictum specialibus favoribus, & gratijs libenter prosequamur, & ea, quæ circa augendam fidelium Religionem, & animarum salutem cœlestibus Ecclesiæ thesauris pia charitate intendentes gratiose concedamus, provt in Domino salubriter conspicimus expedire.

2 Supplicationibus igitur pro parte dilecti filij Alphonsi de Monroy Magistri Generalis eiusdem Ordinis, Nobis per dilectum etiam filium Fratrem Bernardum de Vargas Procuratorem Generalem Nobis humiliter porrectis inclinati, omnibus, & singulis vtriusque sexus Christi Fidelibus vere pœnitentibus, & confessis, ac sacra communione refectis, qui Ecclesiam, seu Ecclesias semel, in ditionibus tamen Christianorum Catholicorum, vbivis existentes, per dilectos filios Religiosos Sacerdotes eiusdem Ordinis actualiter Redemptores tempore, quo ex partibus infidelium cum Captivis Redemptis revertantur eligendam, seu eligendas, in vno die tantum per eosdem met Sacerdotes Redemptores deputando, ab ortu solis vsque ad occasum diei huiusmodi visitaverint, & ibi Deo pro eorundem Captivorum liberatione gratias egerint, ac pro aliorum Captivorum, qui in Infidelium potestate remanserunt, vt, durante eorum Captivitate, Fidem Catholicam, & Apostolicam retineant, & denique à misera eorundem servitute liberentur, ac pro Christianorum Principum concordia, Hæresum extirpatione, Sanctæque Matris Ecclesiæ exaltatione pias ad Deum præces effuderint, quo die, ficut præfertur, eligendo id egerint, viginti annos, & totidem quadragenas de iniunctis eis, seu aliàs quomodolibet debitis pœnitentijs, in forma Ecclesiæ consueta relaxamus, præsentibus pro Religiosis, & alijs eiusdem Ordinis, ac Captivis pro tempore redimendis, & liberandis perpetuis futuris temporibus pro vnaquaque Redemptione, & liberatione Christianorum Captivorum, pro alijs Christi Fidelibus ad viginti annos, à die publicationis præsentium incohandos, valituris.

In regressu Redemptionis cōcedit omnibus Ecclesias nostras visitantibus 20. annos, & tot quadragē. indul. semel.

Religiosis, & Captivis perpetua præsata cōceditur, alijs autem ad 20. annos.

Datum Romæ apud Sanctum Petrum, sub Annulo Piscatoris, die 1. Iunij 1603. Pontificatus nostri anno duodecimo.

Hoc breve afferunt dictum citatum Bullar. Bull. 11. huius Pontif. fol. 213. & M. Vargas in citato tom. Chronich. cap. 18. §. 10. pag. 377.

CLEMENTIS VIII.

CONSTITVTIO XIX.

Trigesimo sexto Mag. Generali Fr. Alphonso Monroy.

Procuratore Generali in Vrbe Fr. Bernardo de Vargas.

COMPENDIVM.

Recollectionem intentam Ordinis nostri prohibet, & in qualibet Provincia aliquam, vel aliquas domos ad strictiorem observantiam designari iubet.

1 IN AVDIENTIA SS. D. N. Clementis Papæ VIII. habita per RR. PP. Dominos Prælatos visitationis, & reformationis Apostolicæ die Dominica 25. Ianuarij 1604. facta relatione status recollectionis, seu reformationis à Generale Ordinis Beatæ MARIÆ de Mercede Redemptionis Captivorum in Provincijs Hispaniarum nuper institutæ, cum fundatione trium, quatuorve novorum Conventuum, ac novarum item constitutionum promulgatione, sanctitas sua prospiciens ex huiusmodi Conventuum fundatione novis vallata constitutionibus Religionis induci diversitatem quæ in Ecclesia Dei confusionem parere solet, prædictam recollectionem consulta prohibitione vetuit.

Edita an. 1604.

Gener. M. instituit recollectionem novis cōstitutionibus cū divisione Religionis.

Pontifex prohibet talem recollectionem.

2 Licere tamen Generali decrevit pro his Fratribus, qui vere, & ardenter optant ad priorem observantiæ regularis formam redigi, quam fundatores Ordinis præscripserunt, & multi etiam eorum successores observarunt, in qualibet ipsius Ordinis Provincia duos, vel tres Conventus deputare, in quibus observantia regularis omninó vigeat ad præscriptam antiquarum constitutionum formam.

Possit Gen. duas, vel tres domos in quavis Provincia ad strictiorē observantiā designare.

3 Nec eiusdem Ordinis Fratres, aut superiores pro tempore existentes eos, qui ad melioris vitæ studium primam illam vivendi rationem amplecti voluerint directe, vel indirecte impedire, molestare, aut retrahere audeant, nec retrahi curent, aut permittant: quinimo huiusmodi vitam strictiorem, & puriori regulæ congruentem viventes adiuvare, ac in sancto maioris perfectionis

Nullus Prælatus obstet Fratri volenti iuxta strictiorē observātiam vivere.

nis proposito, iuxta gratiam illis à Deo collatam, confirmare, & promovere studeant, propositis pœnis in eiusdem constitutionibus contentis, & alijs arbitrio Generalis pro tempore existentis imponendis in eos, qui contra facere præsumpserint. In quorum, &c.

Antonius Seneca Visitationis, & Reformationis Apostolicæ Secr.

Ponit hoc decretum Mag. Vargas cap. 16. §. 8. pag. 395.

CLEMENTIS VIII.

CONSTITVTIO XX.

Trigesimo sexto Mag. Generali M. Fr. Alphonso Monroy.

Procuratore Generali in Pontificia Curia Fr. Bernardo de Vargas.

COMPENDIVM.

Circa eligendum in Priorem Domus Barchinonensis orta lite an de toto Ordine, an de sola Aragonia Provincia debeat assumi? commissionem facit Magistro, ut in primo Capitulo cum voto Diffinitorum decernat.

Edita an. 1604.

CLEMENS PAPA VIII. DILEcto filio Alphonso de Monroy Magistro Generali Ordinis B. MARIÆ de Mercede Redemptionis Captivorum. Dilecte fili, salutem, & Apostolicam Benedictionem.

Vacante Magistratu Gener. succedit usque ad electionẽ Prior Barchinonen.

1 Cum, sicut accepimus, vacante pro tempore officio Magistri Generalis tui Ordinis B. MARIÆ de Mercedè Redemptionis Captivorum in locum Magistri Generalis succedere soleat Prior Conventus Barchinonen. confirmatus, quia in dicta Civitate Barchinonen. prædictus Ordo originem habuit, ipse vero Prior Barchinonen. eligatur per suffragia Fratrum Conventualium eiusdem Conventus iuxta Ordinis constitutiones; & ipsi autem Fratres Conventuales possint in Priorem eligere aliquem ex Provincia Aragoniæ, & non aliunde; cumque dicta Provincia nunc in tres partes divisa authoritate Apostolica reperiatur, videlicet in Provincia Valentiæ, Aragoniæ, & Italiæ, ac ipsum Monasterium Barchinonen. spectet ad Provinciam Aragoniæ, & propterea non videatur consonum, quod Prior Conventus Barchinonen. qui vacante (ut præmissum est) officio Magistri Generalis, esse solet Caput totius Ordinis, eligatur ex Provincia Aragoniæ tantum, exclusis Valentię, & Italiæ Provincijs, quinimo magis expedire quod Prior prædicti Monasterij Barchinonen. eligi possit ex corpore totius Ordinis, Nos ut quod æquum est super hoc decernatur, opportunè providere volentes, ex voto Venerabilium Fratrum Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalium super consultationibus, & negotijs Episcoporum, & Regularium deputatorum, tibi, ut in Capitulo Generali eiusdem Ordinis primo celebrando, una cum Diffinitoribus ipsius Capituli de hoc tractare, quod magis expediat, pro ipsius Ordinis quiete, & tranquillitate maturo consilio deliberare, & determinare valeas authoritate Apostolica tenore pręsentium concedimus, & impartimur; non obstantibus constitutionibus, & ordinationibus, ac eiusdem Ordinis, & Monasterij Barchinonensis, Provinciæque Aragoniæ, etiam iuramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus, cæterisque contrarijs quibuscumque.

An Prior Barchino. debeat ex toto Ordine, an ex sola Provincia Aragoniæ, linquit ad decisionẽ Cap. Gen.

Datum Romæ apud Sanctum Petrum, sub Annulo Piscatoris, die 24. Februarij 1604. Pontificatus nostri anno 13.

M. Vestrius Barbianus.

Hoc Breve extat in citato Matritensi Archivo originale; affertur à Bullar. veteri, & M. Vargas.

CLEMENTIS VIII.

CONSTITVTIO XXI.

Trigesimo sexto Magist. Generali Fr. Alphonso Monroy.

Procuratore Generali in Urbe M. Fr. Bernardo de Vargas.

COMPENDIVM.

Magistro Generali committit, ut in Capitulo dirimat litem inter Conventus Xerecen. & Salmanticen. super bona huic applicata.

CLEMENS PAPA VIII. DILEcto filio Alphonso de Monroy Generali Magistro Ordinis B. MARIÆ de Mercede Redemptionis Captivorum. Dilecte fili, salutem, & Apostolicam Benedictionem.

Edita an. 1604.

1 Expositum Nobis nuper fuit pro

parte dilectorum filiorum Commendatoris, & Conventus Monasterij Ordinis B. MARIÆ de Mercede Redẽptionis Captivorum Oppidi Civitatis nuncupatæ de Xerez de la Fronrera, Diœcesis Hispalensis, quod superioribus annis, cum Franciscus de Mostoles Frater dicti Ordinis, & filius habitus, & professionis prædicti Conventus ab humanis decessisset, bona omnia, per dictum Fratrem Frãciscum in partibus Indiarum (vbi officium Vicarij Generalis exercuit) acquisita, per tunc existẽtem Magistrum Generalem eiusdem Ordinis in quodam Capitulo Generali Collegio Salmanticensi applicata fuerunt in eiusdem Conventus Oppidi de Xerez (vt asserunt) præiudiciũ. Quare pro parte eorumdem Commendatoris, & Conventus Nobis humiliter supplicatum fuit, vt illis bona prędicta, quæ ad eorum Monasterium, tanquam acquisita per ipsius Monasterij filium, spectare prætendunt, restitui facere, aliàsque in præmissis opportunè providere de Apostolica benignitate dignaremur.

Fr. Franc. de Mostoles Vic. G. Indiar. filius Conv. de Xerez. Eius bona decedẽtis applicantur Collegio Salmãticen. Cõqueritur Convẽt de Xerez.

2 Nos igitur ius suum vnicuique tribui cupientes huiusmodi supplicationibus inclinati, tibi per præsentes committimus, & mandamus, ex voto etiam Fratrum nostrorum S.R.E. Cardinalium super consultationibus, & negotijs Episcoporum, & Regularium deputatorum, vt vnà cum Diffinitoribus in primo futuro Capitulo Generali iura vtriusque Monasterij de Xerez, & Salmanticensis audias, & causam huiusmodi sumariè, simpliciter, & de plano, provt iuris fuerit, decidas, & termines. Super quibus opportunam tibi facultatem, & authoritatem concedimus, & impartimur; non obstantibus, &c.

Committitur causa M. Gen. et in Cap. auditis partibus de iustitia pronũtiet.

Datum Romæ apud Sanctum Petrum, die 24. Februarij 1604. Pontificatus nostri anno 13.

M. Vestrius Barbianus.

Breve istud adducitur à Mag. Vargas cap. 16. §. 11. pag. 399.

CLEMENTIS VIII.

CONSTITVTIO XXII.

Trigesimo sexto Generali Mag. Fr. Alphonso Monroy.

Procuratore Generali Romæ Fr. Bernardo de Vargas.

COMPENDIVM.

Facultatem concedit, iuxta petita, Magistro, vt cum voto Provincialium, & Definitorum designet Domum Capitularem pro Capitulo Generali.

CLEMENS PAPA VIII. Dilecto filio Alphonso de Monroy Magistro Generali Ordinis B. MARIÆ de Mercede Redemptionis Captivorum. Dilecte fili, salutem, & Apostolicam Benedictionem.

Edita an. 1604.

1 Cum, sicut nuper Nobis exponi fecisti, si tu, qui extra Capitulum Generale Apostolica authoritate Magister Generalis Ordinis Beatæ MARIÆ de Mercede Redemptionis Captivorum deputatus fuisti, in Generali Capitulo ad hoc munus, iuxta dicti Ordinis cõstitutiones electus fuisses, in eodem Capitulo Generali locum, & Conventum, in quo futurum Capitulum Generale infra tempus officij Generalatus, ab ipsis Magistris celebrari solitum celebrandum esset, cum voto omnium Electorum dessignasses, quod, supradicta de causa designare non potuisti; cumque tu cupias huiusmodi Capitulum Generale iuxta solitum, & etiam pro eiusdem Ordinis reformatione stabilienda celebrare, & ad hunc effectum Conventum, seu locum, in quo celebretur cum voto Provincialium, & Diffinitorum antiquorum designare, & deputare posse, propterea Nobis humiliter supplicari fecisti, vt opportunam ad hoc licentiam concedere de benignitate Apostolica dignaremur.

Domus Capitularis Cap. G. à Magist. & Electoribus assignari solita in Cap.

2 Nos igitur honestis votis tuis benigne annuentes, huiusmodi supplicationibus inclinati, ex voto Venerabilium Fratrum nostrorum S.R.E. Cardinalium super consultationibus, & negotijs Episcoporum, & Regularium deputatorum, tibi locum, & Conventum pro celebrando huiusmodi Capitulo Generali cum voto Provincialium, & Diffinitorum antiquorum, etiam per litteras ab ipsis Provincialibus, & Diffinitoribus tibi significando, designandi,

Concedit Mag. extra Cap. Domum Capitularẽ, & diem in dicendi cum voto Vocalium etiam in scriptis facultatem.

di, & deputandi, dictumque Capitulum Generale indicendi, & ad diem præſcribendum, ſervata in reliquis eiuſdem Ordinis conſtitutionum forma, celebrandi licentiam, & facultatem tenore præſentium concedimus, & impartimur: Non obſtantibus conſtitutionibus Apoſtolicis, ac eiuſdem Ordinis, etiam iuramento, confirmatione Apoſtolica, vel quavis firmitate alia roboratis ſtatutis, & conſuetudinibus, ceteriſque contrarijs quibuſcumque.

Non obſtantibus quibuſcũque.

Datum Romæ apud Sanctum Petrum, ſub Annulo Piſcatoris, die 4. Maij, anno 1604. Pontificatus noſtri anno 13.

Servatur originale Matriti, eius meminit Mag. Vargas.

CLEMENTIS VIII.

CONSTITVTIO XXIII.

Trigeſimo ſexto Mag. Generali Fr. Alphonſo Monroy.

Procuratore Generali Romæ M. Fr. Bernardo de Vargas.

COMPENDIVM.

Facta diviſione Provinciarum Aragoniæ, Valentiæ, & Italiæ nova ſtatuta facta in Capitulo Olivetano pro earum gubernio approbat Pontifex, & confirmat.

Edita an. 1604.

CLEMENS PAPA VIII. AD perpetuam rei memoriam. Decet Romanum Pontificem ea, quæ pro Religioſorum quorumlibet ſtatu providè dirigendo ſtatuta, & ordinata ſunt, vt perpetuo ordinatè ſerventur Apoſtolicæ firmitatis robore communire, prout in Domino ſalubriter conſpicit expedire.

1 Expoſitum ſiquidèm Nobis nuper fuit pro parte dilecti filij Bernardi de Vargas Procuratoris Generalis in Romana Curia Ordinis B. MARIÆ de Mercede Redemptionis Captivorum, nomine etiam dilecti filij Alphonſi de Monroy, Magiſtri Generalis dicti Ordinis, & infraſcriptarum Provinciarũ, quod in Capitulo Provinciali dicti Ordinis in Oppido del Olivar Cæſaraugustanæ Diœceſis, die 10. Iunij, anno 1603. celebrato, vigore noſtrarum litterarum in forma brevis, ſubdatum die 4. Martij, anno 1603. expeditarũ, Provincia Aragoniæ dicti Ordinis de conſenſu Vocalium in tres partes diviſa fuit: ex quatuor enim Regnis Hiſpaniæ, videlicet Aragoniæ, Valentiæ, Navarræ, ac Principatus Cathaloniæ duæ Provinciç factæ fuerunt, altera Provincia Valentiæ, cui ſubiecta forent Monaſteria eiuſdem Regni, necnon Monaſteria Tortoſæ, Tarraconæ, Teruel, Sarrion, Maioricæ, & Oran, cum ſuis attinentijs, & iuriſdictionibus: altera Provincia Aragoniæ, cui ſubiacerent Monaſteria eiuſdem Regni, & Navarrç, & Principatus Cathaloniæ. Et vlterius pro ſalubri eiuſdem Ordinis, & dictarum Provinciarum, ac etiam Provinciæ Italiæ (cuius tertia Provincia fieri debet, quòd quamprimum executioni demandabitur) directione, ac proſpero regimine nonnulla ſtatuta, conſtitutiones, & ordinationes per Religioſos dicti Ordinis perpetuo obſervanda, condita, & conditç fuerunt tenoris ſequentis, videlicet.

Memorat diviſionẽ factam in Cap. del Olivar, authoritate Apoſtolica. Provin. Aragon. Valent. & Italiæ.

2 Primo fuit præceptum in virtute ſanctæ obedientiæ, quod vltra communia, & particularia ſuffragia, & orationes præcepta conſtitutionibus Ordinis, deinceps pro fœlici ſtatu Sanctiſſimi Domini noſtri Papæ cantetur, ſeu dicatur oratio pro Papa in Miſſis tan cãtatis, quam planis pro fœlici ſtatu Sanctitatis ſuæ, ac pro conſervatione, & augmento ſuæ Sanctæ Sedis, quoties non contrariabitur rubricis Miſſalis Romani, & in orationibus particularibus, & ſecretis omnes Religioſi eamdem faciant commemorationem.

Cõſt. diſt. 1 cap. 1. fiat collecta pro Papa in omnibus Miſſis, & privatis orationibus.

3 Quod Commendarores tam in celebratione Miſſarum, quàm in recitatione Divini Officij in Choro maximam adhibeant diligentiam, vt omnes ligitimo impedimento non impediti aſſiſtant: & quod numquam omittatur oratio mentalis, & quod in omnibus Monaſterijs (ſi commodè fieri poteſt) Miſſa quotidie cantetur.

Omnes Choro aſſiſtant, oratio mentalis non omittatur, Miſſa quotidie cantetur.

4 Fuit præceptum, quod maxima adhibeatur diligentia, vt adimpleantur legata pia benefactorum, & ſuffragia pro defunctis: ac etiam quod decedente aliquo Religioſo, teneanrur omnes Religioſi Sacerdotes ſuæ Provinciæ ſequenti die, poſtquam habuerint noritiam obitus illius celebrare vnam Miſſam planam pro illius anima, & Monaſteria ſingula ſingulas cantent Miſſas, niſi ratione diei debeat trasferri, dummodo non omittatur.

Legata, & Miſſæ adimpleantur. Pro defuncto Fratre ſuffragia quę facienda ſunt.

5 Fuit præceptum in virtute ſanctæ obedientiæ, ac ſub pœna excommunicationis maioris, quod nullus Religioſus poſſit vti aliquo privilegio, à quovis dicti Ordinis Superiore conceſſo, nec in futurum concedi á quoquam poſſit contra dicti Ordinis conſtitutiones; quod ſi concedatur, ex nunc nullius roboris eſſe cenſeatur, ac eo vtentes

Nullo privilegio poſſit vti contra cõſtit. nec à Prælato concedi.

tes eisdem pœnis subiaceant.

Licentias exeundi à Monasterio quis, & quomodo cōcedere possit.

6 Fuit præceptum Commendatoribus, quod non possint suis subditis dare licentiam vltra quatuor dies, & non nisi ex rationabili, & honesta causa, & quàm raro possint. Et quando ex aliqua necessitate, & vrgenti causa concedenda esset licentia alicui, non nisi à Provinciale concedatur, cuius conscientia fuit onerata, ne sine iusta causa huiusmodi licentias impartiatur. Sed si casus advenerit ita præcissus, vt non possit de facili haberi recursus ad Provincialem, & in mora sit periculum, tunc Commendator Monasterij, de consilio Consiliariorum licentiam concedere valeat, transmittendo Provinciali statim copiam informationis, & causæ propter quam fuit motus cum ipsorum Consiliariorum consilio ad eam concedendam. Circa verò licentiam exeundi à Monasterio ad Civitatem fuit onerata conscientia Prælatorum, ne de facili illas concedant, sed cum necessitate.

Extra Cōventum nō permittatur Fratres pernoctare, nisi ad infirmos extremè laborantes vocati.

7 Quod nullus Prælatus, sub pœna suspensionis sui officij per duos menses, permittat, quod aliquis Frater tam Conventualium, quam non Convētualium extra Monasterium possit in domibus sæcularium pernoctare, etiamsi eius sint consanguinei, aut Parentes, nisi de licentia speciali Generalis Magistri, aut saltem Provincialis, excepto casu, in quo ad infirmos in extremis laborantes vocetur: & tunc non nisi associati ibi remanere possint.

Nullus admittatur adHabitū, aut Profess. nisi cum qualitatibus à Const præfixis.

8 Quod Prælati, sub pœna suspensionis suorum officiorum per sex menses, non possint, nec valeant recipere aliquem ad Habitum Religionis, nisi habeat requisitas à Constitutionibus qualitates, & conditiones.

Novitij nō valeāt à Novitiatu pro aliquo inserviendo exire.

9 Ac sub eisdem pœnis fuit præceptum, ne Commendatores, vel Novitiorum Magistri permittant, vt aliquis Novitiorum exeat à Novitiatu ad inserviendum Commendatori, vel alicui Fratri quacumque dignitate, aut officio insignito. Quod Novitij durante anno probationis nō possint ad sciētias incübere, sed solum edisceré res essentiales, ac cæremoniales Ordinis. Quod Novitij habeant dormitorium separatum ab illo professorum, vbi singuli singulos habeant lectos,

Quid erga Fratres ad Ordines promovēdos.

10 Quod Commendatores non possint exponere aliquem Fratrem ad Ordines suscipiendos, nisi prius sibi cōstiterit per diligens examen, quod sit habilis, & idoneus quoad mores, vitam, & sufficientiam. Quod examen Commendator cum voto Fratrum Conventualium facere debeat, ac transmittere Provinciali, qui considerare debeat attentè; an omnes qualitates requisitæ concurrant, & tunc, & non aliter licentiam concedere possit.

Suscipiens Ordines fine licentia ad triremes dānatur & Prælatus non exequens à Divinis suspenditur.

11 Si autem aliquis (quod Deus avertat) sine legitima Prælatorum licentia Ordines suscipere fuerit ausus, vltra pœnas Canonum, si talis Frater Clericus fuerit ad triremes per triennium condemnetur; si vero Conversus, per sexennium. Hanc autem pœnam Generalis Magister, Provinciales, vel eorum vices gerentes executioni non demandantes sint suspensi à Divinis in vtroque foro.

Prælati ab sentia quando permittēda.

12 Quod nullus Prælatus possit abesse per aliquod spatium notabile temporis, nisi ex speciali licentia Provincialis, cuius conscientia fuit onerata, ne de facili huiusmodi licentias concedat, nisi ex causa vrgenti, & necessitate, & tunc non excedat terminum duorum mensium. Quapropter fuit declaratum, quod si Commendator vltra sexaginta dies absuerit à sua Commenda, quamvis pro servitio Provinciæ, aut sui Conventus, ipso iure sua Commenda vacet, absque aliqua declaratione: & tunc Provincialis ei novum Commendatorem præficiat, nisi ad Generalem Magistrum iuxta Constitutiones Ordinis huiusmodi provisio spectet.

Requisita ad Præsentaturam.

13 Quod nemo ad Præsentaturam exponi possit, qui non legerit vltra tres annos Logicæ, ac Philosophiæ, duos alios annos Theologiam Scholasticam, assistendo conferentijs, & alijs actibus, sicut de Magistris dicetur, & qui saltim trigesimum tertium ætatis suæ annum non compleverit, quod docere debeat per fidem Baptismi.

Requisita ad Magisterium.

14 Quod nullus posit in Magistrum assumi, qui non legerit quotidie vnam lectionem Theologiæ Scholasticæ per spatium sex annorum postquam fuerit confirmatus in Præsentatura, & quod de sero semper adfuerit conferentijs, aut præsidendo, aut replicando, & vnoquoque anno præsederit alicui actui publico, seu publicis disputationibus, ita taliter, vt si fuerint tres Lectores, primus in principio anni, secundus in medio, & tertius in fine præsidat. Possint tamen dicti Lectores, si prædictorum aliquod omisserunt sine licentia Commendatoris (cuius conscientia oneratur, ne absque causa cum eis dispenset) supplere in primo, vel sequentibus annis. Nec propterea adscribatur numero Magistrorum, nisi quadragesimum ætatis suæ annum compleverit, quod per fidem Baptismi docere debeat.

Fuit declaratum supradictas qualitates in Magistris, & Præsentatis requisi-

quisitas solum extendi ad eos, qui post confirmationem harum Constitutionum legere incipiant.

Vocales ante duos menses ad Cap. priuari nō possint.

15 Quod Provinciales ante celebrationem Capituli Provincialis per duos menses non possint Commendatores, nec aliquos Vocales in dicto Capitulo Provinciali vocem habentes privare, sed solum de eorum delictis inquirere, & facere informationem in scriptis ad hoc, vt in Capitulo examinentur, & rei castigentur.

Bona Redemptionis nōn conuertātur in alios vsus.

16 Quod eleemosynę, & bona pro Redemptione Captivorum à Fidelibus elargita, & largienda non possint ad alios vsus applicari, quam ad redimendos Captivos; neque ex pecuniis huiusmodi possit emi equus, aut mulus, nisi pro quaerentibus, & procurantibus dictam eleemosynam, quae animalia ad vsum Conventus deservire non debeat; nisi Conventus tertiam partem pretij illorum exbursaverit.

Qualitas vestimentorum.

17 Quod Fratres non possint gestare vllo vnquam tempore profana vestimenta, & contra dicti Ordinis constitutiones, sub poena reclusionis duorum mensium pro prima vice, & pro secunda, & tertia sex mensium, quorum duo sint gravioris culpę, quam poenam Provinciales in suis Provinciis, & Commendatores in suis Commendis executioni demandabunt sine remissione.

Bonorum alienatio.

18 Fuit praeceptum sub poena excommunicationis maioris latę sententiae, & privationis activae, & passivae vocis per sex annos, ac suspensionis exercitij Sacramentorum (quod totum in foro exteriori obliget, & liget) quod nullus Superior Monasterij possit alienare, aut expendere legitimas, aut haereditates Monasterij, sine expressa licentia in scriptis Magistri Generalis, nec sofficiat Provincialis. Quod si secus factum fuerit, Superior Conventus delinquens ipso facto sit privatus, & subditi illius possint ab eo auferre obedientiam, & illam dare Vicario, seu antiquiori Monasterij. Ac sub eisdem poenis fuit praeceptum ne novi census sine licentia Generalis Magistri super bonis Monasterij fundarentur.

Commendator nil expendat sine assistentia Depositariorum.

19 Quod nullus Commendator sub poena obedientiae, & privationis officij, & vocis activae, & passivae per tres annos possit vllo praetextu solus expendere aliquid ad Monasterium pertinens sine praesentia, vel scientia Depositariorum. Quod si Depositarij absint, tunc teneatur vocare aliquem ex senioribus.

Computa quomodo facienda.

20 Et sub eisdem poenis fuit praeceptum, ne Commendator per se ipsum solum faciat computum, nec Procuratori dumtaxat associatus, sed hoc computum fiat publicè ad sonum Campanę, ita vt possint omnes quotquot voluerint adesse. Sed necessariò assistere debeant Commendator, Depositarij, Sacrista, Procurator, Expeditor, vel eorum maior pars: qui sub poena excommunicationis maioris non permittere debent, quod expensae confusè adnotentur, sed distinctè scribantur tam res emptae, quam receptae, exprimendo nomina personarum, à quibus supradictae res emptae, vel receptae fuerunt. Et sub eisdem poenis praecipitur Depositariis, ne in libris computorum apponant, vel apponi permittant, seu scribi aliquid quod realiter, & verè coram ipsis non fuerit enumeratum, & consignatum, & in capsa depositi repositum. Et fuit onerata coscientia Commendatoris, vt conetur quotidie facere computum horis, & tempore magis opportunis, & commodis.

Pecuniae Missarum non expēdantur an te earum celebrationem.

21 Insuper fuit praeceptum sub poena excommunicationis maioris latae sententiae, & privationis officij, quod nullo modo possint Commendatores pecunias pro Missis celebrandis largitas è capsa communi depositi extrahere, nisi prius sibi constiterit satisfactum fuisse obligationi, & Missas fuisse celebratas. Nec possint dictae Missarum eleemosynae de vno Convētu ad alium transferri, sine licentia in scriptis Provincialis ad minus.

Victus Provincialis.

22 Quod Provinciali non detur vltra quatuor Iulios, seu regales quotidie pro suis, ac Socij expensis commorando, vel visitando aliquod Monasterium.

Quae possint Fratres de vno ad aliū Monasterium trāsferre.

23 Fuit praeceptum, quod nullus Frater possit discedendo ab aliquo Monasterio secum deferre, nisi solum libros quos habebit, imagines, & habitus ad ipsius vsum: reliqua verò, videlicet sedilia, lectum, scabella, & alia huiusmodi relinquere debet ad vsum Conventus, à quo discesserit. Si autem ad idem Monasterium redire contigerit, poterit tunc Commendator eidem Fratri potius supradicta, quam alteri ad vsum consignare.

Depositū Fratrum non accipiat Praelatus.

24 Fuit praeceptum sub poena excommunicationis maioris latae sententiae, quod nullus Commendator possit accipere pecunias, quas Religiosi sui Monasterij in communi capsa depositi habent: nec ab eis mutuo petere.

Bulla 7.n. 3 Ne bona vnius Provinciae ad aliā transferantur.

25 Fuit pręceptum, iuxta Breve SS. Dñi nostri Clementis Papae VIII. subdatum Romae 19. Ianuarij 1601. ne bona vnius Provinciae possint ad aliam transferri, sub poenis etiam in dicto Brevi contentis.

Bona Fra-

26 Quod bona ob mortem alicuius

ios Fratris pertineant ad Monasterium, cuius erit filius, & non ad Conventum, in quo emiserit professionem vbicumque decesserit. Propterea professio vbicumque emittatur intelligatur emissa ad favorem Monasterij, cuius fuerit Filius.

Iris decedentis Cōventui vbi Habitum suscepit obveniāt.

27 Fuit præceptum omnibus Fratribus, quod quarta, & sexta Ferijs Quadragessimæ de sero debeant convenire in Choro, & ibi communem facere disciplinam.

Disciplinę quando fiu mendæ.

28 Fuit præceptum in virtute Sanctæ Obedientiæ Provincialibus, & alijs Superioribus, ad quos de iure spectat, quod nullo modo possint transacto triennio Commendatori iterum aliam Commendam providere in sequenti triennio, nisi Monasterium reliquerit honeste reparatum, & notabiliter melioratum, ac provisum de necessarijs secundum vires Monasterij, vsque ad proximam futuram messem.

Commendator nō eligatur amplius qui non reliquerit Cōventui necessaria.

29 Fuit statutum, quod Redemptores Provinciarum Aragoniæ, & Valentiæ, dum ad redimendos Captivos proficiscantur, simul eant: nec aliqua inter eos sit superioritas, sed vnusquisque suum librum deferat, vbi adnotabit omnia ad redemptionis munus pertinentia sicuti Redemptores Provinciarum Castellæ, & Bethicæ faciunt.

Redemptores Valentiæ, & Aragoniæ simul eāt.

30 Fuit statutum, quod in Monasterio Barchinouensi (quod caput totius Ordinis est) non eligeretur in Priorem, nisi Religiosus Magisterij dignitate, vel ad minus præsentatura insignitus; electio autem aliter facta ex tunc nullius valoris declarabatur.

Prior Barchinon. debet esse gradu insignitus.

31 Fuit statutum, quod in Provincia Aragoniæ circa electionem Provincialis servaretur alternativa, ita taliter, vt vna vice Provincialis sit ex Cathalonia, & alia vice ex Regno Aragoniæ, & Navarræ: dummodo reperiretur persona habilis, & requisita habens ad Officium Provincialis exercendum.

Servetur alternativa ad Provincialatū.

32 Causa, & occasione supradictæ divisionis, & erectionis harum novarum Provinciarum necesse fuit aliquos Magistros, & Præsentatos de novo creare, vt in electione Provincialis adesset sufficiens numerus vocalium, supplendo in eis aliquas requisitas qualitates. Pro Provincia Aragoniæ fuerunt creari sequentes.

Creantur novi Magistri, & Præsentati pro tribus Provincijs.

33 Pro Provincia Aragoniæ fuit in Magistrum electus Fr. Ioannes de Casanova. Ad præsentaturam Fr. Laurentius Altava, Fr. Ioannes Navarro, Fr. Leonardus Espino, Fr. Michael Ortiz de Sada, Fr. Hieronymus de Roxas, Fr. Ioannes de Savarique, Fr. Marcus Ruiz, Fr. Didacus de Pamplona, Fr. Martinus de Espinal, Fr. Dominicus de Vsaviaga, Fr. Ioannes Pardo de la Casta, Fr. Thomas Vazquez, Fr. Paulus Ferriol, Fr. Matthæus Llanetas. Post hos Præsentatos fuit nominatus in Præsentatum de vnanimi consensu Fr. Stephanus Rodriguez tanquam idoneus.

Pro Provincia Aragoniæ.

34 Pro Valentiæ Provincia fuerunt nominati in Præsentatos Fr. Michael Selma, Fr. Hieronymus Campos, Fr. Iacobus Torner, Fr. Nicolaus Sancho, Fr. Gaspar Fito, Fr. Ioannes Ribera, Fr. Andreas Ballester, Fr. Antonius Vidal, Fr. Augustinus Spinola.

Pro Provincia Valentiæ

35 Cum autem, sicut eadem expositio subiungebat, prædictus Bernardus Procurator cupiat, pro maiori statutorum, & ordinationom huiusmodi subsistentia, illis Apostolicæ nostræ confirmationis robur accedere, Nobis propterea humiliter supplicari fecit, vt in præmissis opportune providere de benignitate Apostolica dignaremur.

Narrat pro confirmatione supplicatio.

36 Nos igitur dicti Ordinis bono regimini pro nostra Pastorali solicitudine, quantum cum Domino possumus, prospicere volentes, huiusmodi supplicationibus inclinati, ex voto venerabilium Fratrum nostrorum S.R.E. Cardinalium super consultationibus, & negotijs Episcoporum, & Regularium deputatorum, quibus statuta, & ordinationes huiusmodi videnda, & examinanda, & Nobis referenda commisimus, prædicta statuta, constitutiones, & ordinationes, vt præfertur, inserta, & insertas authoritate Apostolica tenore præsentium perpetuo confirmamus, & approbamus, illisque inviolabilis Apostolicæ firmitatis robur adijcimus, ac omnes, & singulos, tam iuris, quàm facti defectus (si qui in eisdem intervenerint) supplemus: ac in dictis Provincijs, & Ordine à Superioribus, & Fratribus vniversis eiusdem Ordinis, provt quempiam eorum concernunt, perpetuó inviolabiliter observari debere statuimus, & ordinamus: mandantes propterea eisdem Alphonso Magistro, & Bernardo Procuratori Generalibus, ac Diffinitoribus, Superioribus, & Fratribus vniversis dicti Ordinis nunc, & pro tempore existentibus in virtute sanctæ obedientiæ, vt præinserta statuta, ordinationes, & constitutiones huiusmodi perpetuo observent, & observari curent, & faciant: decernentes præsentes litteras de surreptionis, vel obreptionis, aut nullitatis vitio, seu intentionis nostræ, vel alio quocumque defectu notari, impugnari, aut quovis modo infringi, annullari, vel retractari nullatenus posse, sicque ab omnibus censeri, & ita per quoscumque Iudices Ordinarios, & Delegatos,

Confirmatio prædictorum.

legatos, etiam causarum Palatij Apostolici Auditores, sublata eis, & eorum cuilibet quavis aliter iudicãdi, & interpretandi facultate, & authoritate, ita iudicari, & definiri debere, ac irritum, & inane quidquid secus super his à quoquam quavis authoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Iudices executores instituit.

37 Quocirca dilectis filijs causarum Curiæ Cameræ Apostolicæ Generali Auditori, & Cæsaraugustano, & Valentino officialibus per præsentes committimus, & mandamus, vt præsentes litteras, & in eis contenta quæcumque vbi, & quando opus fuerit per se, vel per alios solemniter publicari, & præinserta statuta, & ordinationes huiusmodi in prædicto Ordine perpetuo inviolate observari faciant, contradictores quoscumque, ac præmissis non parentes per censuras, & pœnas Ecclesiasticas, aliaque opportuna iuris, & facti remedia, appellatione postposita, compescendo: Non obstantibus constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, ac Provinciarum, & Ordinis huiusmodi etiam iuramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis, statutis, & consuetudinibus, privilegijs quoque indultis, & litteris Apostolicis eisdem Provincijs, & Ordini, ac Superioribus, & Fratribus quibuscumque in cõtrarium præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & approbatis: quibus omnibus, & singulis (etsi de illis, eorumque totis tenoribus specialis, specifica, & expressa, ac de verbo ad verbum, non autem per clausulas generales idem importantes mentio habenda esset) tenores huiusmodi, ac si de verbo ad verbum insererentur, præsentibus pro expressis, & ad verbum insertis habentes illis aliàs in suo robore permansuris hac vice dumtaxat specialiter, & expresse derogamus, cæterisque contrarijs quibuscumque.

Datum Romæ apud S. Marcum, sub Annulo Piscatoris, die 25. Octobris anno 1604. Pontificatus nostri anno 13.

Habetur originalis Matriti, & adducitur à Cherubino in Bullar. Romano tom. 3. & nostro veteri Bullario, eam memorat Vargas.

Indulgentiæ Confratribus B. Mariæ de Doloribus in Cõventu nostro Turiasonensi, & omnibus eam Ecclesiam visitantibus.

Idem Pontifex ad instantiam Præsentati Fr. Stephani Rodriguez concedit Confratribus B. MARIÆ de Doloribus Civitatis Turiasonensis, vt in die festo illius indulgentiam plenariam, & omnibus eamdem Ecclesiam in diebus Conceptionis B. MARIÆ, Sancti Stephani, Sanctorum Cosmæ, & Damiani, & omnium Sanctorum quinque annos, & totidem quadragenas.

Subdatum Romæ apud Sanctum Petrum, die 23. Novembris anno 1601. *Sic Mag. Vargas.*

Fr. Petrus de Oña Episcopus Gaetæ eligitur.

Creavit ex nostro Ordine Episcopum Gaetanum in Regno Neapolis Fr. Petrum de Oña Castellæ Provincialem Theologorum sui ævi celeberrimum, prout eius scripta Typis mandata testantur. Obijt, illustri fabrica suam Ecclesiam decoratam relinquens.

CLEMENTI VIII. qui obijt anno 1605. succedit

LEO XI.

Florentinus, Alexander Mediceus Episcopus Cardinalis Prenestinus. Creatus anno Domini 1605. die 1. Aprilis, & 18. eiusdem coronatus. Vixit dies 27. Obijt 27. Aprilis eodem anno nulla facta Cardinalium creatione, & in Basilica S. Petri sepelitur. Nil indulsit.

LEONI XI. qui obijt anno Domini 1605. succedit

PAVLVS V.

Camillus Burghesius antea dictus, Romæ natus Patre Marco Antonio Patricio Senensi, Presbyter Cardinalis Tit. S. Chrisogoni. Creatus die 15. Coronatus die 28. Maij anno Domini 1605. Creavit Cardinales 60. & ex nostro Ordine Episcopos 3. Sedit annos 15. menses 8. dies 13. Obijt anno salutis 1621. die 28. Ianuarij sepultus in Basilica Principis Apostolorum: & inde translatus fuit ad Sacellum in S. Maria Maiore, à se magnificentissimè extructum.

PAVLI V.

CONSTITVTIO I.

Trigesimo sexto Mag. Generali V. P. Fr. Alphonso Monroy.

Generali apud Pontificam Curiam Procuratore M. Fr. Bernardo de Vargas.

COMPENDIVM.

Concedit facultatem, vt in Generali Capitulo proxime celebrando, ius, & vsus alternativę Provincialatus Provincię Aragonię declaretur.

Edita an. 1605.

PAVLVS PAPA V. AD FVTVram rei memoriam.

1 Expositum Nobis nuper fuit pro parte

Bb

parte dilecti filij Bernardi de Vargas Fratris, & Procuratoris Generalis Ordinis Beatæ MARIÆ de Mercede Redemptionis Captivorum, quod cum in eiusdem Ordinis constitutionibus, per litteras in forma brevis à fœl. record. Clemente Papa VIII. Prædecessore nostru, sub datum die 25. Octobris anni proximi præteriti 1604. Pontificatus sui anno 13. confirmatis, inter alia disponatur, quod in Provincia Aragoniç circa electionem Provincialis servaretur alternativa, ita, & taliter, vt vna vice Provincialis sit ex Cathalonia, & alia vice ex Regno Aragoniæ, & Navarræ: & cum contingere possit, vt aliquis Frater receperit habitum in aliquo Monasterio Cathaloniæ, & postea professionem emiserit in alio Monasterio ex Regno Aragoniæ, vel Navarræ, quia hæc tria Regna comprehenduntur in vna, & eadem Provincia, vel è contra, nunc ab aliquibus dubitari contingit, quis Frater intelligatur ex Cathalonia? Et quis ex Regnis Aragoniæ, & Navarræ? An ille qui habitum recepit in aliquo Monasterio; an qui professionē emisit? Et ad hoc, vt possit gaudere alternativa debeat sequi Monasterium cuius est filius; an Monasterium; in quo emisit professionem? An vero, nulla habita ratione præfatorum, vnusquisque sequatur Patriam in qua natus est? Videlicet quod, cum contingat, modò stante alternativa, vt persona in Provincialem eligenda, esse debeat ex Regnis Aragoniæ, vel Navarræ, solum possint ad munus Provincialis eligi Fratres ex natione Aragones, vel Navarri, licet habitum acceperint, & professionem emiserint in aliquo Monasterio Cathaloniæ? Cumque Capitulum Provinciale Provinciæ Aragoniæ anno proximè futuro celebrandum sit, dictus Bernardus Procurator Nobis humiliter supplicari fecit, vt ad tollendas controversias, quæ super hoc oriri possent, de opportuna declaratione desuper providere de benignitate Apostolica dignaremur.

Cle. VIII. Bul. 23. super alternativa Provincialatus Aragoniæ.

Quæritur quis intelligatur ex Aragonia, & Navarra, & quis ex Cathalonia ad alternativam?

2 Nos igitur huiusmodi supplicationibus inclinati, ac ex voto Venerabilium Fratrum nostrorum S.R. Ecclesiæ Cardinalium super consultationibus, & negotijs Episcoporum, & Regularium deputatorum, dilectis filijs Diffinitoribus, & alijs vocalibus in Capitulo Generali intermedio de proximo celebrando interventuris, vt quoad huiusmodi alternativam, quidquid eis magis expedire videbitur declarare valeant, facultatem authoritate Apostolica tenore præsentium concedimus, & impartimur: ac iuxta declarationem in Capitulo Generali intermedio faciendam, de cętero circa dictam alternativam observari debere, ac irritum, & inane quidquid secus super his à quoquā quavis authoritate, scienter, vel ignoranter contigerit attentari; non obstantibus constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, & omnibus illis, quæ dictus Clemens Prædecessor voluit non obstare, cæterisque contrarijs quibuscumque.

Facultatē concedit, vt in Cap. Gen decidatur dubium, & præcipit illi decisioni stari.

Datum Romæ apud S. Petrum sub annulo Piscatoris die 2. Iunij 1605. Pontificatus nostri anno 1 I.

Hoc breve servatur originale in Archivo Generali Matritensi, illud afferunt antiquum citatum Bullar. B. 1. illius Pa pa fol. 212. & Mag. Vargas dicto tom. 2. Chronic. cap. 17. §. 3. pag. 431.

PAVLI V.

CONSTITVTIO II.

Trigesimo sexto Mag. Generali Fr. Alphonso Monroy.

Procuratore Generali in Romana Curia Mag. Bernardo de Vargas.

COMPENDIVM.

Magistro Generali, vt possit Capitula Provincialia per quatuor menses anteponere, vel postponere facultatem indulget.

PAVLVS PAPA V. DILECTE fili, salutem, & Apostolicam benedictionem.

Edita an. 1605.

1 Cum, sicut accepimus, in constitutionibus tui Ordinis Beatæ MARIÆ de Mercede Redemptionis Captivorum, à fœl. record. Clemente Papa VIII. Prædecessore nostro novissimè confirmatis, inter alia disponatur, quod tibi liceat differre, vel anticipare Capitula Provincialia celebranda ante Capitulum Generale intermedium, ea tamen lege, vt anticipatio, vel dilatio vnius Capituli ad aliud non excedat tempus quadraginta dierum: cumque anno proximè futuro vno, eodemque die tria Provincialia Capitula essent celebranda, in quibus te interesse oporteret, vt videre posses, an ordinationes, & leges novæ reformationis per te in generali visitatione eiusdem Ordinis factæ observarentur, Nos ex voto Venerabilium Fratrum nostrorum S. R. E. Cardinalium super negotijs, & consultationibus Episcoporum, & regularium deputatorum, tibi prædictorum Capitulorum Provincialium celebrationem hac vice ad effectum, vt in quolibet illorum

Facultatẽ concedit M.Gen. vt per 4. mẽ. ses ante-ponat, vel postponat Cap. Prov.

lorum interesse valeat (cum quadraginta dies, vt dicta constitutio disponit, nõ sufficiant) ad quatuor menses tantum differendi, vel anticipandi facultatem authoritate Apostolica tenore præsentium concedimus, & impartimur, non obstantibus præmissis, ac quibusvis cõstitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, cæterisque contrarijs quibuscũque.

Datum Romæ apud S.Petrum sub Annulo Piscatoris, die 2.Iunij 1605. Põtificatus nostri anno 1.

Marcellus Vestrius Barbianus.

Adducit breve istud citatus Vargas ibidem.

PAVLI V.

CONSTITVTIO III.

Trigesimo sexto Mag. Generali Fr. Alphonso Monroy.

Procuratore Generali Romæ Mag. Fr. Bernardo de Vargas.

COMPENDIVM.

Facultatem concedit Capitulo Generali, vt in qualibet Provincia duos Præsentatos, & totidem valeat creare Magistros, qui annos lecturę iuxta constitutionem non percurrerint.

Edita an. 1605.

PAVLVS PAPA V. AD FVTVram rei memoriam.

Anni lecturæ ad gradus requisiti

1 Expositum Nobis nuper fuit pro parte dilecti filij Ferdinandi de Rivera Diffinitoris Generalis, & Secretarij Ordinis Beatæ MARIÆ de Mercede Redemptionis Captivorum in Sacra Theologia Magistri, quod statutis eiusdem Ordinis inter alia disponitur, quod Religiosi, qui in numerum Præsentatorum adscribendi sunt, antea per triẽnium Logicam, & Philosophiam legere, illi vero, qui in Magistrorum numerum sunt cooptandi, per quadriennium antea Sacram Theologiam legere teneantur vltra alias qualitates, quas supradicti Religiosi habere debent.

Petitio vt absq; præfata lectura aliqui possint M. & Præsentati insti-tui.

2 Quia vero aliqui eiusdem Ordinis Religiosi occupati in servitijs Religionis, alij in Redemptione Captivorum (quod præcipuum eiusdem Ordinis institutum existit) alij in prædicatione Verbi Dei, & alij in gubernio domorum, & Conventuum eiusdem Ordinis occupati, huiusmodi lectioni incumbere non potuerunt; & alij, licet lectionem huiusmodi inceperint, tamen à superioribus impediti, illam perficere nõ possunt ob supervenientem senectutem, aut adversam valetudinem, vel quia à prædictis superioribus adhuc in officijs ipsius Ordinis occupati detinẽtur: propterea, vt supradicti Religiosi debito suorum laborum præmio frustrati non remaneant, sed magis ad virtutes in dies excitentur, idem Ferdinandus Nobis humiliter supplicari fecit, vt aliquos ex eis ad Præsentatos, & aliquos ad Magisterij gradum in proximè celebrando Capitulo Generali eiusdem Ordinis nominari posse concedere de Apostolica benignitate dignaremur.

Concedit duos Mag. & 2. Præsentatos in qualibet Provincia absque annis lecturæ à Cap. Gen. posse institui

3 Nos igitur qui iusta petentibus nostrum non denegamus assensum, huiusmodi supplicationibus inclinati, vt in Capitulo Generali eiusdem Ordinis proximè celebrando Magister Generalis eum voto maioris partis vocalium eiusdem Capituli duos ex qualibet Provincia ad Præsentati, & totidem ad Magisterij gradum in Theologia, licet lecturas prædictas non fecerint, (dummodo prævio diligenti examine idonei reperti fuerint, & alias qualitates requisitas habeant) promovere valeat authoritate Apostolica tenore præsentium facultatem concedimus, & impartimur. Ipsisque Religiosis sic promovendis, si, & postquam promoti fuerint, vt omnibus, & singulis privilegijs, prærogativis, præeminentijs, favoribus, gratijs, & indultis, quibus alij Præsentati, & Magistri gaudent, ac vti, frui, & gaudere, absque tamen præiudicio Præsentatorum, & Magistrorum, de numero singularum Provinciarum, possint, & valeant perinde, ac si quilibet eorum lecturas prædictas complevissent, auctoritate, & tenore, prædictis concedimus, & indulgemus, non obstantibus præmissis, ac constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, & alijs eiusdem Ordinis, etiam iuramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis, statutis, & consuetudinibus, privilegijs quoque, indultis, & litteris Apostolicis eidem Ordini illiusque superioribus, & personis in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & approbatis: Quibus omnibus, & singulis, eorum tenores præsentibus pro expressis, & ad verbum insertis habentes, hac vice dumtaxat, specialiter, & expressè derogamus, cæterisque contrarijs quibuscumque.

Datum Romæ apud S. Marcum, sub Annulo Piscatoris, die 18. Iunij 1605. Pontificatus nostri anno 1.

M. Vestrius Barbianus.

Refertur hoc breve à M. Fr. Bernardo de Vargas, pag. 432.

PAVLI V.

CONSTITVTIO IV.

Trigeſimo ſexto Generali Mag. Fr. Alphonſo Monroy.

Generali apud Vrbem Procuratore M. Bernardo de Vargas.

COMPENDIVM.

Fraternitati Sanctiſſimi Sacramenti Conventus noſtri Matritenſis, & Fidelibus eandem Eccleſiam viſitantibus plurimas indulgentias concedit.

Edita an. 1605.

PAVLVS PAPA V. AD perpetuam rei memoriam.

Cõfraternitas SS. Sacramẽti Matritenſis in operibus exercitia charitatis.

1 Cum, ſicut accepimus, in Eccleſia Monaſterij Beatæ MARIÆ de Mercede Oppidi Matriti Toleranæ Diœceſ. vna pia vtriuſque ſexus Chriſti Fidelium Confraternitas ſub invocatione Sãctiſſimi Sacramenti, non tamen ex hominibus vnius ſpecialis artis, canonicè inſtituta exiſtat, quæ in diverſis pijs charitatis, & pietatis operibus ſeſe conſuevit exercere, Nos vt Confraternitas prędicta maiora in dies ſuſcipiat incrementa, de Omnipotentis Dei miſericordia, ac BB. Petri, & Pauli Apoſtolorum eius authoritate confiſi, precibus quoque dilecti filij Ioannis Temporal Magiſtri in Theologia eiuſdem Ordinis, & Conventus Nobis ſuper hoc humiliter porrectis inclinati, omnibus vtriuſque ſexus Chriſti Fidelibus, qui dictam Confraternitatem de cętero ingredientur die primo eorum ingreſſus, ſi vere pœnitentes, & confeſſi Sanctiſſimæ Euchariſtiæ Sacramentum ſumpſerint, plenariam, ac tàm ipſis nunc, & pro tempore deſcribendis, quàm iam deſcriptis in ipſa Confraternitate Confratribus in cuiuſlibet eorum mortis articulo, ſi pariter vere pœnitentes, & confeſſi, ſacraque Communione refecti, vel, quatenus id facere nequiverint, ſaltem contriti nomen IESV ore, ſi potuerint, ſin autem corde devotè invocaverint, etiam plenariam.

In die ingreſſus, & in feſto SS. Sacramẽti, necnon in mortis articulo plenariã Cõfratribus largitur indulgentiã.

2 Nec non omnibus vtriuſque ſexus Chriſti Fidelibus etiam vere pœnitentibus, & confeſſis, ac Sacra Communione refectis, qui prædictam Eccleſiam, ſeu Oratorium, vel Capellam dictæ Confraternitatis in die, quo Feſtum Sãctiſſimi Corporis Chriſti ibidem celebratur, à primis Veſperis, vſque ad occaſum ſolis eiuſdem diei ſingulis annis deuote viſitaverint, & ibi pro Chriſtianorum Principum concordia hæreſum extirpatione, ac Sanctæ Matris Eccleſiæ exaltatione pias ad Deum preces effuderint, quoad Confratres prædictos plenariam ſimiliter omnium peccatorum ſuorum indulgentiam miſericorditer in Domino concedimus: quoad alios verò non Cõfratres decem annos, & totidem quadragenas de iniunctis eis, ſeu aliàs quomodolibet debitis pœnitentijs in forma Eccleſiæ conſueta relaxamus.

In Feſto Corporis Chriſti Confratribus plenariam, cæteris 10. annorum indulgentiam Eccleſiam præſtatam viſitantibus indulgẽt.

3 Inſuper eiſdem Chriſti Fidelibus ſimiliter pœnitentibus, & confeſſis, ac ſacra Communione refectis, qui prædictam Eccleſiam, ſeu Oratorium, vel Capellam eiuſdem Confraternitatis in ſingulis vltimis diebus Dominicis vniuſcuiuſque menſis, in quibus ex laudabili conſuetudine, (vt aſſeritur) fit proceſſio cum Sanctiſſimo Sacramento, vt præmittitur, viſitaverint, ac proceſſionem eamdem aſſociaverint, & ibi, vt præmittitur oraverint, quoad Confratres prædictos decem, quo vero ad alios non Confratres tres annos, & totidem quadragenas de iniunctis eis, ſeu aliàs quomodolibet debitis pœnitentijs, vt præmittitur relaxamus.

Proceſſionibus in vltimis menſium Dominicis intereſſentibus 3 annos, & totidẽ quadragenas impartit.

4 Quoties vero prædicti Confratres Miſſis, & alijs Divinis Officijs in dicta Eccleſia, ſeu Oratorio, vel Capella pro tempore celebrandis, & recitandis, ſeu Congregationibus publicis, vel privatis eiuſdem Cõfraternitatis vbibis faciendis interfuerint, aut pauperes hoſpitio ſuſceperint, vel pacem cum inimicis proprijs, ſeu alienis compoſuerint, vel componi fecerint, ſeu procuraverint, necnon etiam, qui corpora defunctorum, tam Confratrum, quàm aliorum ad ſepulchrum aſſociaverint, vel quaſcumque per ipſam Confraternitatem proceſſiones de licentia Ordinarij faciendas, dictumque Sanctiſſimæ Euchariſtiæ Sacramentum tàm in proceſſionibus, quàm ad infirmos, aut aliàs vbicumque, & quomodocumque pro tempore defertur, comitati fuerint, aut ad hoc impediti, Campanæ ad id ſigno dato, ſemel orationem dominicam, & Salutationem Angelicam dixerint, aut etiam quinquies Orationem Dominicam, & Salutationem Angelicam pro animabus defunctorum dictæ Confraternitatis recitaverint, aut devium aliquem ad viam ſalutis reduxerint, aut ignorantes præcepta ea, quæ ad ſalutem ſunt docuerint, aut quodcumque aliud pietatis, vel charitatis opus exercuerint, toties pro quolibet prædictorum operum ſexaginta dies de iniunctis ſeu aliàs, vt ſupra, relaxamus, præſentibus pro Confratribus perpetuo,

Pro reliquis pijs operibus ſexaginta dies.

Confratri-

pro

tribus perpetuo, alijs ad decennium profint.

pro alijs verò non Confratribus ad decennium valituris. Volumus autem, quod si aliàs Christi Fidelibus præmissa peragentibus aliquam aliam indulgentiam perpetuo, vel ad tempus nondum elapsum duraturam côcesserimus præsentes nullæ sint.

Datum Romæ apud Sanctum Marcum, sub Annulo Piscatoris, die 20. Octobris 1605. Pontificatus nostri anno 1.

M. Vestrius Barbianus.

Habetur originalis in Archivo Matritensi.

PAVLI V.

CONSTITVTIO V.

Trigesimo sexto Magist. Generali Fr. Alphonso Monroy.

Procuratore Generali in Vrbe Fr. Bernardo de Vargas.

COMPENDIVM.

Magistro Generali facultatem facit, vt ex aliorum Conventuum bonis ad fabricam S. Adriani de Vrbe quatuor millia aurea transmittat scuta.

Edita an. 1609.

PAVLVS PAPA V. DILECTO filio Magistro Generali Ordinis Beatæ MARIÆ de Mercede Redemptionis Captivorum. Dilecte fili, salutem, & Apostolicam Benedictionem.

Cóventus S. Adriani indigêtia.

1 Cum, sicut accepimus, Monasterium tui Ordinis S. Adriani in Foro Boario de Vrbe ob tenues ipsius redditus gravi ære alieno, ob Fratrum sustentationem, & Conventualis Domus reparationem contracto prematur, nec tamen in eo statu sit, vt in ipsa Domo Religiosi eiusdem Ordinis commodé valeant inhabitare, ipsumque Monasterium se ab ære alieno huiusmodi eximendi commoditatem aliquam non habeat, nisi ex totius Ordinis redditibus de alicuius subventionis auxilio sibi opportune provideatur, idcircò Nos tibi totius dicti Ordinis Magistro Generali, ex aliorum Monasteriorum totius Ordinis tedditibus summam quatuor millium scutorum auri in auro congregari, & ad dilectum filium Vicarium, seu Procuratorem Generalem eiusdem Ordinis in Vrbe residentem pro subventione dicti Monasterij Sancti Adriani quamprimum transmitti faciendi, ac ea de causa taxam contributionis à quolibet eiusdem Ordinis Monasterio, iuxta eorum redditum quantitatem faciendam, & exigendam authoritate nostra Apostolica imponendi, & ipsorum Monasteriorum Superiores, & Conventus ad eiusdem taxæ per te imponendæ solutionem, etiam per censuras, & pœnas Ecclesiasticas, aliaque opportuna iuris, & facti remedia cogendi, & compellendi, aliaque in præmissis, & circa ea necessaria, seu quomodolibet oppottuna faciendi, gerendi, & exequendi plenam, & liberam facultatem, & authoritatem concedimus, & imparrimur.

4000. scuta contribui iubet pro Conventu Romano.

Præcipit sub obedientia ne dicta summa in alios vsus convertatur.

2 Præcipientes in virtute sanctæ obedientiæ, ac sub indignationis nostræ, necnon privationis dignitatum, & officiorum quorumcumque, vocis activæ, & passivæ, necnon inhabilitatis ad illa, & alia in postetum consequenda pœnis eo ipso absque alia declaratione incurrendis, tam tibi, quam Vicario, & Procuratori Generalibus prædictis, cæterisque omnibus, & singulis, ad quorum manus prædictæ pecuniæ pervenerint, vt illas in prædicti Monasterij Sancti Adriani ædificationem fabricæ, & non in alios quoscumque vsus converti, & erogari curetis, & faciatis: non obstantibus quibuscumq; constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, ac Ordinis prædicti, & singulorum illius Monasteriorum, etiam iuramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis, statutis, & consuetudinibus, privilegijs quoque indultis, & litteris Apostolicis eisdem Ordini, & Monasteriis, & quibusvis illorum Superioribus, & personis, ac tibi nominatim, seu quibusvis alijs in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, cófirmatis, & approbatis: quibus omnibus, & singulis, eorum tenores præsentibus pro expressis habentes, hac vice dumtaxat specialiter, & expresse derogamus, cæterisque contrarijs quibuscumque.

Non obstantibus quibuscúque.

Datum Romæ apud S. Petrum, sub Annulo Piscatoris die 10. Decembris, anno 1605. Pontificatus nostri anno 1.

Habetur originale Matriti, adducitur à veteri Bullar. & Mag. Vargas locis citatis.

PAVLI

PAVLI V.

CONSTITVTIO VI.

Trigesimo sexto Magist. Generali Fr. Alphonso Monroy.

Nota. No era Procur. Gen.l sino Vicario Gen. de Italia y Cerdeña.

Procuratore Generali in Vrbe M. Fr. Ferdinando à Sancto Iacobo, qui ob dicendi copiam Os aureum appellatus. Hispanus Bethicus, Hispalensis Vrbis, & Cœnobij filius, Conventus Granatensis penè à fundamentis Extructor; & Præses, Provincialis Italiæ, eiusdem, Siciliæ, Sardiniæ, & Franciç Vicarius Generalis, plurium librorum Scriptor, dissertissimus sui evi Concionator, in summa apud Ecclesiasticos, & Sæculares Orbis Principes æstimatione habitus, à Philippo Secundo, & Tertio, ad Gregorium XIV. & Paulum V. Pontifices Max. Legatus, ab eodem Paulo V. Auditore, & Admiratore Feria 5, maioris Hebdomadę Hispane concionari iussus. Obijt Hispali, octogenario maior die 13. Martij, anno 1639. & speciali Capella honorifice sepelitur.

M. Fr Ferdinandi à S. Iacobo commendatio.

+ Tertio Kalendas Aprilis.

COMPENDIVM.

Mirifice Religionem nostram exaltans confirmatione privilegiorum, & Recollectionis approbatione, quam sub obedientia Magistri Generalis constituit, abunde ditavit.

PAVLVS EPISCOPVS, SERVVS servorum Dei. Ad perpetuam rei memoriam.

Edita an. 1606.

1 Inter omnes vitæ Regularis Ordines, quibus administris totum hoc Militantis Ecclesiæ corpus ad Christianæ pietatis cultum dirigitur, ille in primis ex omni sui parte conspicuus Nobis videtur, quem Beatissima Cœlorum Regina ad Captivorum in infidelium partibus miserè servientium Redemptionem S. Raymundo de Peñafort, & claræ mem. Iacobo Aragonum Regi, necnon quondam Petro Nolasco primo illius Professori, dum vitam ducerent in humanis, singulari quodam miserationis affectu sibi fore charissimum revelavit: & fœl. rec. Callixtus Papa III. Prædecessor noster cæteris Ordinibus ratione quarti voti, quo illius Fratres se infidelibus in Captivorum Redemptionem pignus fore devovent, & obstringunt, celsiorem, & perfectiorem vocavit.

Celeberrima nostri Ordinis commendatio.

Revelatio facta à B. Virgine pro Ordinis fundatione.

2 Hic ipse Ordo iam inde ab anno Domini 1218. in Civitate Barchinonēsi ab eodem Iacobo Rege in die Festo S. Laurentij Martyris sub invocatione Beatæ MARIÆ de Mercede, & Redemptione Captivorum nuncupatæ institutus, & à piæ mem. Gregorio Papa IX. etiam Prædecessore nostro à Nativitate eiusdem Domini 1230. à revelatione verò prædicta 12. Pōtificatus autem sui 8. annis in Festivitate S. Antonij Abbatis confirmatus, ijs pietatis incrementis in corporum, animarumq; Captivorum huiusmodi salutem, scilicet eorum alijs redimendis, alijs instruendis, alijsque in Fide corroborandis opere, & sermone in dies magis, magisque effloruit, vt quam plurimi Romani Pontifices similiter Prædecessores nostri, non minus primam illius originem, cœlitus revelatam, quam pios huiusmodi progressus admirati innumeras propemodum in eum gratias, & privilegia, ex inexhausto Ecclesiæ Dei thesauro Sedis Apostolicæ benignitate deprompta liberalisśimè contulerint.

Fundatio Ordinis facta anno 1218.

Confirmata anno 1230.

Vberes fructus quos afferт.

Gratias innumeras promeretur.

3 Cum autem, sicut dilectus filius Ferdinandus de S. Iacobo ipsius Ordinis per Italiam Vicarius Generalis tam suo, quàm dilectorum filiorum vniversorum eiusdem Ordinis professorum nominibus Nobis exponi fecit, ipsi professores privilegia huiusmodi pro firmiori illorum subsistentia per Nos Apostolico munimine roborari, ac infrascripta fieri summopere desiderent, idem Ferdinandus nominibus prædictis Nobis humiliter supplicari fecit quatenus privilegijs ipsis robur Apostolicæ confirmationis adjicere, & infrascriptis annuere, ac aliàs desuper opportune providere de benignitate Apostolica dignaremur.

Petimus privilegia confirmari.

4 Nos igitur, qui vestigijs Prędecessorum huiusmodi, postquam ad Apostolatus apicem (meritis licet imparibus) Divina favente clementia, assumpti fuimus, inhærentes, peculiarique nostra erga Deiparam Virginem primam, & veram huius Ordinis Institutricem devotione adducti, non solum ad earum, quæ à tot Romanis Pontificibus Prædecessoribus nostris ad ipsius Ordinis tam spiritualem, quam temporalem decorem, & commodum concessa sunt, confirmationem, sed etiam eorum, quæ ad eiusdem amplitudinem promovendam, vberioresque fructus in vinea Domini proferendos opportunia videntur, corroborationem propensissima volūtate inducimur, dictum Ferdinandum à quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, alijsque Ecclesiasticis sententijs, censoris, & pœnis à iure, vel ab homine quavis occasio-

occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatus existat, ad effectum præsentium dumtaxat consequendum, harum serie absolventes, & absolutum fore censentes, huiusmodi supplicationibus inclinati, necnon consideratione charissimi in Christo filij nostri Philippi Hispaniarum Regis Catholici Nobis desuper, & humiliter supplicantis, omnia, & singula indulta, privilegia, decreta, constitutiones, ordinationes, reformationes, declarationes, ac provisiones quascumque, auctoritatem, officium, & electionem Magistri Generalis, Vicariorum, & Procuratorum, Visitatorum, Provincialium, Redemptorum Captivorum, Electorum, Diffinitorum, Commendatorum, Vocalium, aliorumque Officialium dicti Ordinis, Capitulorumque tam Generalium, quàm Provincialium eiusdem celebrationem, necnon Provinciarum, Monasteriorum, Fratrum, & aliorum sub dicti Ordinis Regula, & Institutis degentium gubernationem, directionem, curam, administrationem, visitationem, correctionem, vnionem, & separationem concernentia, ac immunitates, exemptiones, libertates, prærogativas, antelationes, præeminentias, licentias, facultates, concessiones, innovationes, favores, aliasque temporales gratias vniversas, necnon Apostolicas, sub plumbo, quam in forma brevis, desuper quomodolibet expediras litteras, quas, & quæ idem Gregorius IX. & recol. mem. Gregorius Papa XI. Innoc. III. VI. & VIII. Alex. IV. & VI. Clem. IV. VI. & VIII. Ioannes XXII. Nicolaus III. IV. & V. Bonif. VIII. Vrban. V. Martinus etiam V. Eugenius IV. Pius II. prędictus Callixtus, Paulus II. III. & IV. Sixtus IV. Iulius II. & III. Leo X. & novissimè Sixtus V. & Clem. VIII. & alij quicumque Romani Pontifices Prædecessores nostri, huic vniverso Ordini, ac singulis illius Provinciis, Monasterijsque, Prioratibus, Domibus, & alijs regularibus locis, necnon Generali Magistro, illiusque, sive ipsius Ordinis Vicario, seu Vicarijs, Procuratoribus, Provincialibus, Visitatoribus, Redemptoribus Captivorum, Electoribus, Diffinitoribus, Commendatoribus, Vocalibus, aliisque Officialibus prædictis quocumque nomine nuncupentur, ac cęteris illius Fratribus quibuscumque tam in genere, quàm in specie etiam per modum communicationis, extensionis, & ampliationis, ac aliàs quomodolibet, & sub quibuscumque verborum formis, & expressionibus concesserunt, innovarunt, confirmarunt, approbarunt, quorum omnium singulorum tenores, etiam si tales forent, qui specialem, & individuam mentionem requirerent, pręsentibus, ac si de verbo ad verbum insererentur, pro plene, & sufficienter expressis haberi volumus; dummodo tamen Sacris Canonibus, & decretis Concilij Tridentini, ac constitutionibus Apostolicis contraria, & sub aliquibus revocationibus comprehensa non sint, Apostolica authoritate tenore præsentium (exceptis tamen indultis, & concessionibus indulgentiarum, ac peccatorum remissionibus) perpetuo approbamus, confirmamus, & innovamus, ac quatenus opus sit, ea omnia, & singula de novo concedimus, illisque perpetuę, & inviolabilis Apostolicæ firmitatis robur adijcimus: ac omnes, & singulos tam iuris, quam facti, ac quarumcumque solemnitarum de vsu, iure, vel consuetudine, aut aliàs quomodolibet requisitarum, ac in præmissis omissarum, necnon quoscumque alios, etiam quantumvis substantiales defectus, si qui forsan in eisdem, aut eorum aliquo quomodolibet intervenerint, supplemus.

Privilegia à Prædecessoribus suis nominatim expressis, & ab omnibus alijs concessa confirmat singulari expressione.

Confirmā tur etiam privilegia quæ per modum communicationis, extēsionis & ampliationis sub quavis formā cōcessa sunt.

Innovat præfata privilegia

5 Præterea reformationem nonnullorum eiusdem Ordinis piorum, & Religiosorum virorum, quos perfectionis vitæ amantes, aliquas Domus reformatas, seu recollectas nuncupatas, in Provincijs Castellæ, & Bethicæ, vbi sub arctioribus quibusdam vitæ, & morum regulis longe à sæcularibus curis vivunt, iuxta dicti Ordinis laudabiles constitutiones per eos rigorosius, & strictius observari cœpras, instituisse cum non exigua animi nostri in Domino lætitia percepimus, omniumque, & singularum Domorum huiusmodi erectionem, necnon omnes, & singulas antiquas dicti Ordinis constitutiones, & ordinationes per ęos, vt præfertur observari cœptas, quarum etiam tenores præsentibus pro plene, & sufficienter expressis haberi volumus, quatenus non sint revocatæ, nec decretis Concilij huiusmodi, aut alijs canonicis sanctionibus contrarientur, authoritate, & tenore prędictis etiam perpetuo approbamus, & confirmamus: ac Generali dicti Ordinis Magistro nunc, & pro tempore existenti, vt vbicumque locorum quascumque eiusdem Ordinis reformatas Domos, & Ecclesias canonicè erigere, & instituere, liberè, & licitè valeat similiter perpetuo concedimus, & indulgemus: ac etiam plenam, liberam, & omnimodam licentiam, auctoritatem, & potestatem tribuimus, & impartimur.

Nostri Ordinis recollectio laudatur, & approbatur.

Valeat M. Domos reformatas erigere.

6 Cæterùm, ne prætextu reformationis huiusmodi vnitatem dicti Ordinis aliquo tempore perturbari contingat, omnia, & singula Domos, Ecclesias,

Maneat Recollectio absque separatione à pri-

mæva Religione sub eisdē Prælatis.

sias, & alia regularia loca sub eadem reformationē hucvsque erecta, & instituta, ac de cætero in perpetuum erigenda, & instituenda, eorumque omnium, & singulorum Superiores, Fratres, Religiosos, & alias personas quascumque nunc, & pro tempore existentes perpetois futuris temporibus sub eiusdem Ordinis vnitate remanere volumus, illaque, & illos Generali Magistro, Vicarijs, Provincialibus, Visitatoribus, cæterisque Superioribus dicti Ordinis præsentibus, & futuris in omnibus, & per omnia perpetuo quoque supponimus, & subijcimus, ita vt Generali Magistro, Vicarijs, Provincialibus, Visitatoribus, cæterisque Superioribus prædictis æquè, ac cæteri Ordinis prędicti Fratres, & Religiosi subsint, & pareant, nec ab eadem vnitate, & subiectione quovis prætextu, colore, vel ingenio se vllo vnquam tempore separare, seiungere, aut eximere præsumant.

7 Decernentes præsentes litteras semper, & perpetuo validas, & efficaces esse, & fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere: sicque per quoscumque Iudices Commissarios quavis authoritate fungentes, & causarum Palatij Apostolici Auditores, ac S.R.E. Cardinales etiam de Latere Legatos, dictæque Sedis Nontios iudicari, & definiri debere: irritum quoque, & innane quidquid secus super his à quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Archiepiscopi Hispalensis, Toletan. & Cæsaraug. Iudices Conservatores deputantur.

8 Necnon mandantes Venerabilibus Fratribus nostris Toletano, Hispalensi, & Cæsaraugustano Archiepiscopis, quatenus ipsi, vel duo, aut vnus eorum per se, vel alium, seu alios præsentes huiusmodi, ac in eis contenta quæcumque, vbi, & quando opus fuerit, ac quoties pro parte ipsorum professorum, vel alicuius eorum fuerint requisiti solemniter publicantes, illisque in præmissis efficacis defensionis præsidio assistentes, faciant authoritate nostra omnia, & singula præmissa inviolabiliter observari, ac singulos, quos ipsæ pręsentes concernont, illis pacifice gaudere: non permittentes eos desuper per quoscumque, contra præsentium huiusmodi tenorem, quomodolibet molestari.

9 Nos enim eis, & eorum cuilibet, quos, quibus, quoties, & quando opus fuerit citandi, & sub censuris, alijsque pœnis in forma consueta inhibendi, necnon cōtradictores quoscumque per similes sententias, censuras, & pœnas, appellatione postposita (servata tamen forma Concilij Tridentini) compescendi, brachiumque sæcolare, si opus fuerit, invocandi plenam, & liberam Apostolica authoritate prædicta, earumdem tenore præsentium, concedimus facultatem, non obstantibus eiusdem Bonifacij Prædecessoris de vna, & Concilij Generalis de duabus dietis, dummodo vltra tres dietas aliquis extra suam Civitatem, vel Diœcesim vigore ipsarum præsentium ad iudicium non trahatur, alijsque constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, necnon dicti Ordinis, etiam iuramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis staturis, & consuetudinibus, privilegijs qooque indultis, & litteris Apostolicis illi, eiusque Superioribus, & personis sub qoibuscūque tenoribus, & formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriarum derogatorijs, alijsque efficacioribus, efficacissimis, & insolitis clausulis, irritantibusque, & alijs decretis in genere, vel in specie, etiam motu proprio, & consistorialiter, ac aliàs in contrarium quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis: quibos omnibus, etiam si de illis, eorumque totis tenoribus specialis specifica, expressa, & individua, ac de verbo ad verbum, non autem per claosulas generales idem importantes, mentio, seu quævis alia expressio habenda, aut aliqua alia exquisita forma ad hoc servanda foret, illis aliàs in suo robore permansuris, hac vice dumtaxat, harum serie larissimè, ac plenissimè, & specialiter, ac expressè derogamus, cæterisque contrarijs quibuscumque, aut si aliquibus communiter, vel divissim ab eadem sit Sede indultum, quod interdici, suspendi, vel excommunicari non possint per litteras Apostolicas non facientes plenam, & expressam, ac de verbo ad verbum huiusmodi mentionem,

Amplissima commissio ad Bullæ executionem, non obstā tibus quibuscumqꝫ

Amplissima contrariorum derogatio.

10 Et quia deficile foret præsentes litteras ad singula loca, vbi necesse fuerit, deferri, volumus, & Apostolica authoritate prædicta decernimus, quod earundem pręsentium transumptis, etiā impressis, manuqoe, ac sigillo pro tempore existentis Magistri Generalis ipsius Ordinis, seu illius Vicarij subscriptis, & munitis, eadem fides tàm in iudicio, quàm extra adhibeatur, qoæ præsentibus adhiberetur, si forent exhibitæ vel ostensæ.

Eamdem fidem adhiberi trāsumptis, ac originali iubet.

11 Nulli ergo omninò hominom liceat, hanc paginam nostrarum absolutionis, approbationum, confirmationum, innovationis, concessionis, roboris adiectionis, defectuum supplectionis, concessionis, indulti, impartitionis, volunratis, soppositionis, subiectionis, decreti mandati, ac derogationis

Contradictoribus minatur.

tionis prædictorum infringere, vel ei ausu temeratio contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit; indignationem Omnipotentis Dei, ac BB. Petri, & Pauli Apostolorum eius se noverit incursurum.

Datum Romę apud Sanctum Marcum an. Incarnationis Dominicæ 1606. 10. Kalendas Septembris, Pontificatus nostri anno 2.

Habetur authentica Matriti, & Barchinone, eam affert Cherub. tom. 3. & Vargas vbi supra.

PAVLI V.

CONSTITVTIO VII.

Trigesimo sexto Mag. Generali Fr. Alphonso Monroy.

Procuratore Generali in Romana Curia Fr. Francisco de Escobar Berhico, valde negotijs, & litibus pertractandis accomodo, totius Ordinis in Vrbe vigilantissimo, & intrepido Procuratore, Vicario Generali Italiæ, vtriusque Siciliæ, & Sardiniæ Visitatore à Magistro instituto, á Paulo V. suo etiam Apostolico, & speciali visitatore nominato, suum munus fortiter obivit.

COMPENDIVM.

Quia Missæ in diebus Festis in nostro Matritensi Conventu fundatæ ob multitudinem celebrari non poterant, indulget Pontifex quod in alijs diebus celebrari valeant.

Edita an. 1607.

PAVLVS EPISCOPVS, SERVVS servorum Dei. Dilecto filio Officiali Toletano, salutem, & Apostolicam Benedictionem.

Iustis, & honestis Christi Fidelium votis libenter annuimus, eaque favoribus prosequimur opportunis.

1 Exhibita siquidem Nobis nuper pro parte dilectorum filiorum Conventus Domus Fratrum Ordinis B. MARIÆ de Mercede Redemptionis Captivorum Oppidi Matriti Toletanę Diœcesis (in quo Oppido Curia pro tempore existentis Hispaniarum Regis residet) petitio continebat, quod cum in Ecclesia dictæ domus plures Missæ diebus Festivis dumtaxat celebrandæ, pluraque legata cum onere Missas dictis Festivis diebus celebrandi à pijs Christi Fidelibus institutæ, & instituta reperiantur, illæ vero, & illa tam multæ, & multa sint, vt dictarum Missarum celebratione pro tempore occurrente dictæ domus Fratres in Presbyteratus Ordine constituti, illas omnes diebus prædictis celebrare omninò nequeant: vt igitur eorum conscientiæ in hac parte consulatur, & quod præfatis diebus efficere nequeunt alijs diebus absque vllo conscientiæ scrupulo præstare valeant, pro eorum parte Nobis fuit humiliter supplicatum, quatenus in præmissis opportune providere de benignitate Apostolica dignaremur.

Multitudo Missarū in Conventu Matritēsi pro diebus festis fundatarum cōpellit, vt à Sede Apostolica, quod in alijs diebus celebrari valeant indultū petamus.

2 Nos igitur singulares personas Conventus huiusmodi à quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, alijsque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & pœnis à iure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodati existunt, ad effectum præsentium dumtaxat consequendum harum serie absolventes, & absolutos fore censentes, necnon institutionis Missarum, & legatorum huiusmodi tenores præsentibus pro expressis habentes, huiusmodi supplicationibus inclinati, discretioni tuæ per Apostolica scripta mandamus quatenus Conventui prædicto, vt omnes, & singulas Missas, quas ipsi festivis diebus commodè celebrare non potuerint, in alijs non festivis, seu ipsorum festivorum dierum octavis diebus celebrare, ac eas sic celebrando voluntaribus eorum, qui Missas, & legata huiusmodi instituerint, perinde ac si illæ dictis festivis diebus celebrarentur, satisfacere libere, & licite valeant, servata in reliquis institutionis huiusmodi forma, authoritate nostra concedas, & indulgeas, ipsosque præfati Conventus Fratres desuper à quoquam quovis prætextu, causaque, & occasione molestari, & inquietari, aut quoquomodo impediti nullatenus vnquam posse: Sicque per quoscumque Iudices quavis authoritate fungentes, & causarum Sacri Palacij Auditores, iudicari, & definiri debere: ac irritum, & innane, quidquid secus super his à quoquam, quavis authoritate, decernas: ac eorum qui Missas, & legata huiusmodi instituerunt, voluntates quoad præmissa sufficienter, & expresè commutes: Non obstantibus voluntatibus, alijsque præmissis, ac constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, necnon, quatenus opus sit, domus, & Ordinis huiusmodi, iuramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus, cæterisque contrarijs quibuscumque.

Valeant alijs diebus Missæ quę in proprijs fundationibus non possūt, celebrari.

Instituentium commutat voluntates.

Datum Romæ apud Sanctum Marcum, an. Incarnationis Dominicæ 1607. 5. Kalendas Iulij, Pontificatus nostri anno 3.

Ioannes Gualterlus.

Habetur originalis Matriti, & extat in veteri Bullar. fol. 222.

PAVLI V.

CONSTITVTIO VIII.

Trigesimo sexto Magist. Generali Fr. Alphonso Monroy.

COMPENDIVM.

Confirmat ordinationes editas Matriti in Capitulo Gen. intermedio, cui Apostolica authoritate præfuit Illustrissimus Dominus Cardinalis Milinus, tunc Apostolicus in Regnis Hispaniarum Nuntius.

Edita an. 1607.

PAVLVS PAPA V. AD PERPETUÂ rei memoriã. Ad ea, quę pro regularis vitę disciplinę conservatione, & reformatione decreta esse dignoscuotur libeoter intendimus, eaque, vt perpetuo firma, & illibata persistant, Apostolici muniminis firmitate roboramus.

Cap. Gen. Matriti an. 1606. celebratũ.

1 Cum itaque, sicut accepimus, dilecti filij Prior Generalis, Provinciales, ac Diffinitores Ordinis B. MARIÆ de Mercede Redemptionis Captivorum in eorum Generali Capitulo de mense Maij anni proximè præteriti 1606. extraordinarie, seu intermedio, pro complemento reformationis ipsius Ordinis iodicto, & præsidente vigore nostrarum litterarum io simili forma brevis dilecto filio nostro Ioanne Garcia Milino Sanctæ R. E. Cardinale tunc temporis nostro Apostolicæ Sedis apud charissimum in Christo filium nostrum Philippum Hispaniarum Regem Catholicum Nuntio, Matriti celebrato, nonnulla decreta, seu statuta reformationis prędictæ complementum coocernentia condideruot, quæ pro maiori eorum subsistentia, & validitate Prior Generalis, Provinciales, & Diffinitores prædicti, per Nos, & Sedem Apostolicam confirmari, & approbari desiderant. Propreteà nobis humiliter supplicari fecerunt, vt eis in præmissis opportune providere de benignitate Apostolica dignaremur. Decreta autem, & statuta prædicta sunt, quæ sequuntur; videlicet.

Acta Cap.

2 In nomine Sanctissimæ Trinitatis Patris, & Filij, & Spiritus Sancti, & sub protectione Beatissimæ Virginis MARIÆ de Mercede Redemptionis Captivorum dominæ, & Patronæ nostrę. In Oppido Matriti in Monasterio Beatissimæ Virginis de Mercede Redemptionis Captivorum, die 27. mensis Maij aoni 1606. Revereodissimus P. Fr. Alphonsus de Monroy Minister Generalis totius dicti Ordinis, convocato Capitulo Generali intermedio in complemento novę reformationis, & motus proprij summorum Poorificum fœl. recordat. Gregorij XIII. & Sixti V. & iuxta tenorem constitutionum dicti Ordinis, ad tractandum in eo res concernentes bonum commuoe Religionis, & ad stabiliendum decreta, & ordinationes, quæ melius convenirent, ac similiter ad corrigendum res, quæ viderentur necessario corrigendæ, omnibus iam congregatis, & convocatis, iuxta constitutionem, videlicet Reverendissimo Patre Magistro Fr. Alphonso de Monroy Generali supradicto, Patrę Prę-sentato Fr. Dominico Vssaviaga Provinciale Aragoniæ, Patre M. Fr. Christophoro Gonzalez Vicario Proviociale Castellæ, P. Mag. Fr. Petro de Medina Provinciale Bethicæ, P. Mag. Fr. Ioanne de Mooluna Provinciale Valentię, P. M. Fr. Ioanne Casset Vicario Provinciale Galliæ, P. Mag. Fr. Dominico Perez Priore Barchin. P. Præsentato Fr. Laurentio Altaba Diffinitore Cathaloniæ, P. Fr. Ioaooe Cavero Comendatore Darocæ, P. Fr. Ioanne Lopez Diffinitore Castellæ, P. Mag. Fr. Iosepho Agoayo Diffioitore Castellæ, P. Mag. Fr. Ferdinando de Ribera, & P. Mag. Fr. Andrea de Porres Diffinitoribus Bethicæ, P. M. Fr. Nicolao Valero, & P. Mag. Fr. Thoma Sans Diffinitoribus Valẽtiæ, P. Præsentato Fr. Ioanne Gilloler Diffinitote Galliæ, P. Fr. Francisco de Orca, & P. Fr. Petro de las Cassas Diffinitoribus novæ Hispaniæ, & in Diffinitorio, & loco deputato pro rebus supradictis dicti Capituli intermedij simul convenientibus. Reverendissimus P. M. P. Fr. Alphõsus de Monroy, dicto Capitulo sic coostituto, hortatus fuit omnes supradictos ad obedientiam reformationis, & ad observantiam vitæ regularis, ostendens multis rationibus quaotum vtilitatis afferat bonum exemplum superiorum, & Prælatorum; quodque non solum semper vigilent super gubernio suorum subditorum, sed etiam necessarium est, vt exequantur leges, & ordinationes, quas Religio præcepit observari, & quod propreteà decebat tractari res spectantes ad reformationem cũ charitate, & pace, absque aliquo proprio cuiusque interesse, vel prætensione, cum res cum charitate, & amore gestæ oon contradicaot executioni legum, quæ ad servitium Dei, & bonum Religioois sunt ordinatæ. Quæ pro maiori reformatione nostræ Religioois in

Vocales Capituli.

vnis

vniverso ordine observanda esse præcipiunt N. Reverendissimus P. Generalis, & omnes Patres Provinciales, & vocales huius Capituli Generalis intermedij sunt hæc, quæ sequuntur.

Orandum pro Papa, & Catholica Maiestate.

3 In primis reducimus in memoriam, prout facere solemus in omnibus nostris Capitulis quotidianis, Provincialibus, & Generalibus, magnas obligationes, quas habemus præcipue orandi Deum pro prospero, & fœlici statu suæ Sanctitatis, & Catholicæ Maiestatis Regis, vt sicut crescunt obligationes, ita crescat noster fervor in nostris orationibus, & sacrificijs, tàm particularibus, quàm comunibus.

De cultu Divino.

4 Item confirmamus actum præcipiens in virtute Sãctę Obedientiæ omnibus Patribus Cõmendatoribus, quod speciali diligentia tractent res ad cultum Divinum spectantes, facientes, vt in Choro ritè, & ordine exactè omnia peragantur, & Officia celebrentur omni devotione, & nunquam deficiat oratio mentalis horis, quibus præcipitur per nostram constitutionem, cui accedant omnes Religiosi, nullo excepto, & procurent, quamvis sit admodum parvus Conventus, ne Missæ Maioris celebratio prætermittatur.

Commemoratio benefactorum, & suffragia mortuorum.

5 Item confirmamus actum præcipiens haberi magnam curam commemorationum faciendarum benefactorum vivorum, & defunctorum, & præcipuè illarum, quæ debent fieri pro Religiosis defunctis, faciendo pro illis Anniversaria disposita per nostram cõstitutionem: & declaratur, quod pro Patribus Generalibus, & Provincialibus, qui pro tempore fuerint debent fieri eadem suffragia, & sacrificia, quę fierent pro illis, si actu obierint in Officio; & nè Religiosus, cui contigit mori in Conventu parvo amittat suffragia, & Missas, quæ pro eo dicerentur, si obiret in Conventu maiori, præcipimos, quod in tota Provincia quilibet Sacerdotum illius celebret Missam pro tali Religioso eodem die, quo pervenerit Nuntius, aut die sequenti, & Religiosi Choristæ recitent Psalteriom, & Laici Rosarium integrum, & Pater M. Novitiorum hoc ita adimpleri faciat.

Diebus SS. Antonij, & Laurentij exponatur SS. Euch. Sacram.

6 Item confirmamus actum præcipiens, quod diebus Sancti Laurentij, & Sancti Antonij, cum fiat memoria institutionis, & confirmationis nostræ Sacræ Religionis, exponatur Sanctissimum Sacramentum maiori, quo fieri poterit, decore, & ornatu; & quod eo die habeatur continua oratio, Deo gratias agendo pro beneficijs in nostram Sacram Religionem collatis, & preces fundendo pro conservatione, & augmento illius.

Circa exitus à Monasterio.

7 Item confirmamus actum præcipiens (quia nihil magis conservat honorem, & bonam existimationem, ac opinionem Religiosi, quàm clausura, & sui collectio, ac nihil magis distrahit, quàm per vias vagari) in virtute Sanctæ Obedientiæ, & pœna privationis officij Prælato contrarium facienti, quod nullos Commendator possit concedere alicui suo subdito, nisi ad quatuor tantum dies, & iusta de causa, licentiam exeundi de Civitate, & hoc raro, & quod, cum opus fuerit, per plures dies licentiam dare non possit, nec audeat illam concedere, nisi solus Pater Provincialis, cuius conscientiam super hoc oneramus. Attamen, quia posset aliquando casus tàm vrgens evenire, quod mora, & expectatio consultationis Patris Provincialis notabile periculum posset afferre, tali casu concedirur licentia Patri Commendatori, vt cum consensu Patrum Consilij examinet, & videat, si est necessitas vrgens, & si vrgens est, faciet de hoc informationem, & illam custodiat, vt illam videat Pater Provincialis, aut eius Visitator, & hac prævia diligentia poterit concedere Religioso licentiam ad dies præcisos pro remedio suæ necessitatis. Et circa egressum ad Civitatem oneratur etiam conscientia Prælatorum, vt licentiam concedant admodum limitatè. Et in reliquis eos oneramus, vt adamusim observent constitutionem, nec permittant aliquem Religiosum dormire extra Conventum, nisi de licentia à Patre Provinciali Provinciæ, & cum causa necessaria obtinenda; & sub eisdem pœnis præcipitur Patri Commendatori, ne concedat alicui Religioso licentiam exeundi de mane, nisi fuerit officialis Conventus, aut habuerit aliquam vrgentem necessitatem, quod cõstet Prælato, & idem intelligitur diebus festivis vesperè.

De admittendis ad habitũ, & custodia Novitiorum.

8 Item confirmamus actum præcipiens in virtute Sanctæ Obedientiæ, & pœna suspensionis ab officio per sex menses, quod nullus Prælatus possit exhibere habitum Novitio, nisi concurrant in eo qualitates à nostra constitutione requisitæ. Et sub eisdem pœnis præcipimus, quod in perpetuum nullus Novitius ante Professionem sub vllo titulo exeat à Novitiatu ad serviendum Cõmendatori, aut alicui Religioso, quod præcipuè servetur in Conventibus magnis, vbi existit Novitiatus formatus. Et pro maiori reformatione omnium præcipitur, quod nulli Novitio, dum talis erit, possit concedi licentia studendi Artibus, & Theologiæ, & hoc inviolabiliter observetur. Et simul præcipitur sub eisdem pœnis, quod Novitius, qui in

Ante professionem ad artium studia nõ destinentur.

aliquo Conventu fuerit habitu privatus, non recipiatur in alio, nisi de licentia Provincialis, & declaratis caussis expulsionis.

De exponendis ad Ordines Sacros.

9 Item confirmamus actum præcipiens in virtute Sanctæ Obedientiæ, quod nullus Prælatus possit exponere, nec exponat ad ordines aliquem suorum Religiosorum, absque informatiotione de moribus, & vita, ac sufficientia, & acceptis votis Conventus, vt videri possit an expediat, quod talis Religiosus Ordines suscipiat; quod totum remittatur P. Provinciali, vt videat, & examinet rigorosè; & nisi concurrant in eo, qui prætendit promoveri ad Ordines, omnia requisita, non possit dictus P. Provincialis ei impartiri licentiam.

De observandis à lectoribus & requisitis ad gradus.

10 Item confirmamus actum præcipiens, ad evitanda aliqua inconvenientia circa materiam lecturarum, quod cursus in Artibus debeat legi tribus annis, & incipiat cuiuslibet eorum lectura postridiè Nativitatis Beatæ MARIÆ mense Septembris; & huiusmodi lectio qnolibet anno per decem menses continuos habeatur, absque aliqua intermissione lecturæ, nisi feria 5. cuiuslibet hebdomadæ, si in ea festum non erit, & debeant legi primo anno summulæ, Procemiales, & vniversales Logicæ, & secundo anno reliqua Logicæ, & ad minus quatuor libri Physicæ, & tertio reliqui quatuor, de Anima, & de Generatione, & per singulas noctes fiant collationes, si erit dies lectionis, & conclosiones omnibus diebus dominicis, & habeantur quolibet anno ex tribus duo actus publici, vnus in principio, & alius in fine anni; & nullus studens Artibus, vel Theologiæ exeat è domo die lectionis, & de omnibus supradictis debeant fieri probationes, vt ei cursus suffragetur, quia aliàs nihil suffragabitur, & in reliquis observetur actum Capitoli precedentis, quo disponitur, vt qui futurus est Præsentatus, præter annos Lecturæ Artium, debeat legere per alios duos Theologiam Scholasticam, & qui futurus est Magister, postquam fuerit confirmatus Præsentatus debeat legere per sex annos Theologiam, & quod nulla alia lectura valeat, nec possit dispensari super hoc, nec etiam super eo, quod qoi exponendus est pro Præsentato numeri habeat 33. ætatis annos completè, & exponendus pro Magistro, habeat completum quadragessimum ætatis annum, & quod totum constet per fidem Baptismi. Excipitur tamen ab isto acto Provincia Galliæ, ob paucam cōmoditatem, quàm habent lecturarom.

De confessoribus, & Prædicatoribus.

11 Item confirmamus actum, in quo oneratur conscientia Patris Provincialis, vt examinet rigorosè eos, qui debebunt audire confessiones, & prædicare, & non permittat, quod prædicet, nec audiat confessiones aliquis studens durante tempore suorum studiorum, nisi fuerit in Collegio, & nullus audiat confessiones, nisi fuerit approbatus per ordinarium cuiuslibet loci, vbi degant Religiosi.

Quando possit Cōmendator privari.

12 Item confirmamus actum præcipiens, quod pro quiete, & pace multarū domorum, Pater Provincialis nō possit deponere aliquem Commendatorem intra duos menses proximos ante futurum Capitulum Provinciale; & eveniente gravi casu, quo opporteat privari Commendatorem eius Cōmenda, volumus, vt privatus habeat vocem in futura electione Provincialis, & alijs actibus dicti Capituli, & provisus de vacante sit Præsidens, & non Commendator.

Omnes in refectorio commedant.

13 Item confirmamus actum præcipiens sub pœna privationis vocis activæ, & passivæ per annum, quod nullus Religiosus cuiusvis status, & conditionis fuerit, licet fuerit Commendator ad Refectorium ad prandium, & cœnam accedere prætermittat, nisi actu fuerit infirmus: Et præcipimus Cōmendatori, aut Præsidenti sub pœna privationis Officij, nē det licentiam alicui non invalido prandendi, & cœnandi in sua Cella, nisi occasione infirmitatis, aut alijs de causis necessarijs, & rarò.

Commendator per se de bonis Conventus nil impendat aut recipiat.

14 Item confirmamus actum præcipiens sub pœna obedientiæ, & privationis Officij Commmendatori, & vocis activæ, & passivæ per tres annos, ne vllo titulo, occasione, vel causa possit solus impendere, vel recipere per semetipsum, sed simul cum depositarijs, & quando evenerit dictos depositarios, vel aliquem ipsorum non esse domi, voces Patres antiquiores tunc existentes in Conventu ad recipiendum cum eis pecunias, triticum, ordeum, vel aliam quamcumque rem, quæ offeretur: Et sub eisdem pœnis præcipimus, quod non possit Commendator solus, neque cum solo Procuratore facere computa, sed fieri debeant huiusmodi computa, cum assistentia depositariorum, Procuratoris, Sacristæ, & Obsonatoris, qui sub pœna obedientiæ non permittant aliquo titulo rationes permixtas simul, sed omnes quæ fient, clarè, & distinctè describi, & exprimi nomina, & cognomina Personarum, per quas fient. Et sub eisdem pœnis præcipimus, quod non describant, nec notent pro receptis pecunias, quæ non fuerint numeratæ, & depositentur, licet Procurator, & Commen-

mendator recepisse affirmarent, & in libro annotentur, eo casu exprimatur modus, quo receptæ fuerunt, & quod in pecunia numerata non acceperunt; & sub eisdem pœnis præcipitur, quod notentur omnia, & ad computum Procuratoris ponãtur, vt de eis rationẽ reddat: ac oneramus Patrem Commendatorem, vt singulis diebus rationes fieri curet hora sibi bene visa, exceptis Conventibus non habentibus vltra duodecim Religiosos.

Computa quotidie fiant.

15 Item confirmamus actum præcipiens, quoniam in litteris in forma Brevis fœl. rec. Sixti V. strictè præcipitur, quod, qui committabuntur in itinere Patres Provinciales, & Visitatores ad Conventus, quos visitabunt, sint valdè limitati prout est necessarium in istis Provinciis, cum Conventus tanta paupertate, & expensarum onere premantur, propterea præcipimus, & mandamus, quod Pater Provincialis non possit secum ducere, nec habere, nisi vnum socium, & duos famulos, præter Fratrem Laicum, qui illum commitatur, & viatici, quos exigerit à Conventibus sint semper valdè limitati, iuxta qualitatem eorum, & distantiam, quæ intercesserit inter vnum, & alium Conventum, alioquin in pœnam non admitentur in rationibus expensarum Provinciæ expensæ, quæ vltra vnius socij, & duorum famulorum vsus fieri contigerit. in reliquis verò expensis, quas facere debet Pater Provincialis, præcipimus servari decreta in Capitulo prætetito.

Socij Provincialis in visitatione.

16 Item confirmamus actum præcipiens, ad evitandum inconvenientia evenire solita, quod nullus Religiosus cuiusvis status, & conditionis fuerit, possit extra Provinciam ire, nisi cum expressa licentia Reverẽdissimi Patris Generalis in scriptis, & quolibet absque huiusmodi licentia decedente à sua Provincia, ex nunc in perpetuum eius antiquitate Professionis per duos annos pro singulo mense, quo manserit extra obedientiam, & si fuerit Frater Laicus pro prima fuga, quam fecerit extra Provinciam, vt per triennium absque Cucullo, & Scapulario incedat, & in Coquina deserviat, & pro secunda vice ad triremes per triennium condemnamus; & si fuerit Præsentatus, vel Magister, ipso facto eum privamus gradibus, quos habuerit in Ordine; & ex tunc in perpetuum declatamus, quod quilibet, qui sic decedet, habeatur pro infame, & inhabili ad quodlibet officium obtinendũ, iuxta Breve suæ Sanctitatis, & quod non valeat habilitari; declaramus tamen, quod profecturis ab vna ad aliam Provinciam in Regnis Hispaniarum, sufficiat licentia Patris Provincialis, sed profecturis ad Provincias Galliæ, & Italiç, necessaria sit licentia Reverendissimi Generalis.

Extra Provinciam nullus sine Mag. licentia valeat exire.

17 Item præcipimus observari inviolabiliter illud decrerum fœl. recor. Clem. VIII. tenoris sequentis. Nullos Fratres Romam venire Superiores permittant, nisi prius à Generali dumtaxat licentiam impetraverint in scriptis. Si quis autem sine huiusmodi licentia Romam venire præsumpserit, voce activa, & passiva biennio privatus existat, subiturus etiam alias, arbitrio Superiorum infligendas pœnas. Quas pœnas etiam incurrent Prelati, qui illos recipient, & inter pœnas, quas sua Sanctitas arbitrio Superiorum remittit, declaravit sua Sanctitas hanc, sub hoc tenore, videlicet, vt huiusmodi Fratres per sex menses in carceribus detineãtur, & prohibet quod dictæ pœnæ non possint remitti à Superioribus, absque authoritate suæ Sãctitatis, cum reservet absolutionem sibi. Et quia compertum est aliqua gravia inconvenientia evenisse ex decessu Religiosorum ab Hispania ad se promovẽdum extra Regnum illius, precipimus, quod nullus ex nostris Religiosis audeat hoc facere; & quod ille, qui contravenerit, si fuerit Chorista, remaneat suspensus per decennium ab exercitio Ordinis, & si fuerit Frater Laicus, eum condemnamus per decennium ad triremes, & illi qui hactenus sunt promoti, & non exercuerint suos ordines, & si fuerint Laici, remaneant privati in perpetuum, & se occupent in officijs humilitatis.

Nullus Frater absque licentia Mag. possit Romã adire.

Fratres Hispani non possint extra Hispaniã Ordines quærere.

18 Item confirmamus actum, præcipiens sub pœna privationis officij, quod nullus Prælatus possit impendere eleemosynas Missarum, antequam celebrentur, nec extrahantur à deposito communi, & sub eisdem pœnis præcipitur, quod non possint extrahi Missæ ab vno ad alium Conventum, nisi cum licentia Provincialis.

Missarum stipendia ante celebrationẽ non expẽdantur.

19 Item confirmamus actum præcipiens Patribus Commendatoribus sub pœna privationis officij, quod nullus possit expendere in operibus vltra centum regales ex propria voluntate, & quod si fieri debebunt maiores expensæ, & ita requirat opus illud, fiat de cõsilio Patris Provincialis, ad quem prius planta operis cum rationibus, quę ad illud faciendum inducunt, transmittatur.

Quas posfit in fabricis Prælatus expensas facere.

20 Item confirmamus actum, in quo iterum intimatur Breve fœl. recor. Clement. VIII. circa illud, quod non possint transferri bona ab vna ad aliam Provinciam, & sic vigore illius præcipimus,

Bona vnius Provinciæ ad aliam non transferãtur.

pimus, quod bona, quæ cum licentia Prælati habuerit aliquis Religiosus tēpore sui obitus, illa perveniant iure hęreditario ad Conventum, cuius erit Professus, celebratis prius aliquibus Missis ex bonis, & Imaginibus quæ vēdentur, quod præcipimus celebrari sub pœna privationis officij Prælato, qui ita non adimpleverit, & habeatur pro privato in foro interiori. Tamen declaramus, quod si aliquis Novitius iverit ad emittendam professionem ad alium Conventum extra eum, in quo habuerit Habitum, Professio quam emittet intelligatur fieri pro Conventu in quo habuerat Habitum, & non pro eo in quo Professus fuerit.

Bona Fratrum decedentiũ.

21 Item confirmamus actum, præcipiens sub pœna privationis officij Prælato eunti, seu cōsentienti aliquem ex suis Religiosis, præter Procuratorem Generalem in Curia suæ Maiestatis, mula equitare, nisi rarissime, & dum exierit concionare, tempore quo lutus nimius fuerit.

Equitare in Curia Regis Cathol. quis possit.

22 Item confirmamus actum, præcipiens, ad vitanda inconvenientia notabilia, in virtute sanctæ obedientiæ, & sub pœna privationis officij Patribus Commendatoribus, ne valeant soli providere de clavibus depositi, seu granarij, sed id faciant cum Votis Conventus; & si quis ex Depositarijs debebit abesse vltra octo dies, non possit Prælatus ponere alium in suo loco absque consilio dicti Conventus. Et sub eisdem pœnis præcipimus, quod nullus Depositarius det clavem soli Commendatori, licet petat, sed vt omnibus, quę debebunt poni, vel extrahi è loco depositi intersit.

Depositarij per Fratrum suffragia fiãt.

23 Item confirmamus actum, præcipiens in virtute sanctæ obedientiæ, quod omnibus diebus Mercurij, & Veneris Quadragesimę, totus Conventus, statim, atque nox supervenerit, eant ad Chorum, & faciant communiter vnam disciplinam.

Dies disciplinæ faciendæ.

24 Item confirmamus actum, præcipiens in virtute sanctæ obedientiæ, & sub pœna privationis vocis activæ, & passivæ in perpetuum, & inhabilitatis perpetuæ ad obtinēdom officium, quod prætenderit, vel quodvis aliud, quod nullus Religiosus, cuiusvis status, vel conditionis fuerit, per se, nec interpositam personam, directè, vel indirectè vtatur favoribus personarum extra Religionem, sive personalibus, sive per litteras, vel aliàs præsensandis.

Favores extra Ordinem nõ quærendi.

25 Item confirmamus actum, præcipiens Patri Provinciali sub pœna privationis officij, quod quotiescumque visitaverit Conventus, visitet iuxta formam h[...]um actorum, & faciat ea adimplere, cum executionē pœnarum contentarum in eis contra transgressores, vt maiori cura, & observantia adimpleantur, & observentur.

Visitatio Prov. circa observantiam horũ statutorũ invigilet.

26 Item præcipimus inviolabiliter observari in tota Religione votum paupertatis, iuxta dispositionem Sacri Concilij Tridentini, & nostratum Constitutionum, & prohibemus sub pœnis in eis, & in dicto Concilio contentis, quod nullus Religiosus Ordinis nostri possit habere redditus, nec census, nec pensiones aliquo titulo, nec causa, nisi ex aliqua iusta ratione fuerit sibi dispensatio, & licentia à Sancta Sede Apostolica concessa, & nullo modo consentiat alicui rei contrariæ, & quæ contradicat Sacro Concilio Tridentino.

De voto paupertatis, & redditibus non habendis.

27 Item revocamus exemptiones, tam tituli Paternitatis, quàm assistentium, & aliorum quorumcumque, licèt datæ fuerint à Reverendissimo Generali, & valdè oneratur sua Paternitas Reverendissima, vt animadvertat cum quibus in futurum dispenset.

Exemptiones revocantur.

28 Item præcipimus in virtute sanctæ obedientiæ omnibus Patribus Præsentatis, vt accedant ad Chorum horis debitis, iuxta nostram Constitutionem, & idem præcipimus Patribus Magistris.

Assistētia ad Chorũ iniungitur Graduatis.

29 Item præcipimus in virtute sanctæ obedientiæ, quod nullus Prælatus possit fabricare Cellam pro eius vsu, post expletum officium: & si fabricaverit, nec in tali Cella, nec in Conventu, in quo illam fecerit degere valeat, & Pater Provincialis ita exequatur.

Prælatus sibi Cellã non faciat.

30 Item, quia in Provincijs Indiarum existunt quidam Conventus distantes abinvicem quadringentis, vel quingentis leucis, confirmatur actum factum Vallis-Oleti, quod Capitula in dictis partibus celebranda de quadriēnio, in quadriennium celebrentur.

Capitula Indiarum ad quadriennũ fiant.

31 Item præcipimus, quod Prælatus, qui in futurum Conventum ęre alieno gravatum reliquerit, & non instructum pane, & vino pro vnius anni vsu dimisserit, non possit amplius esse Prælatus.

Prælatus gravatum relinquēs Conventũ iterum nõ præficiatur.

32 Item præcipimus, quod in nullo Conventu Religionis teneatur Organus, nisi vbi Reverendissimus Generalis ordinaverit, vel permisserit.

De Organi vsu.

33 Item præcipimus in virtute sanctæ obedientiæ, quod nullus Religiosus scribat sine, aut cum mentita subscriptione, nec possit alter ab altero, litteras accipere, ob damna, quæ ex vtroque processeruot, & procedunt.

Scribens epistolam vere subscribat.

34 Item declaramus, quod si aliquis Prælatus emerit ex bonis Redemptionis aliqua iusto pretio in favorem sui

Prælatus emens à Redemptione statim solvat.

sui Conventus, si infra 24. horas pretium non solverit, declarabitur incurrisse in pœnas constitutionis.

35 Item præcipimus sub pœna sanctæ obedientiæ omnibus Prælatis, Provincialibus, Vicariis Provincialibus, & Visitatoribus, ne in provisionibus Lecturarum, quas faciant antiquitatem Professionis eorum, qui Lecturarum provisionem prætendere, aut obtinere poterunt, sufficientiam in primis virtutum, & bonorum morum attendant, vt non solum doctrina, sed magis exemplo Discipulos docere maioris progressus Discipulorũ causam existere.

Quæ attendenda in Lectoribus instituendis.

36 Item præcipimus, quod nullus Novitiorum, in nostra Religione ad Professionem admittatur, nisi prius fuerit certior factus decreti Sacri Cõcilij Tridentini, circa renuntiationem bonorum temporalium, & legitimæ, quæ illi obvenient, quam facere valeat infra duos menses ante professionem, & præcipimus sub pœna obedientiæ, quod nullos ex nostris Prælatis, nec alius pro eis possit minari, castigare, nec alio quovis genere extorsionis impedire, ne fiat dicta renuntiatio.

De renunciatione facienda à Novitijs.

37 Item præcipimus, quod nullus Commendator ex eis, qui habuerint licentiam dandi Habitum in sua Commenda, & Conventu possit illum dare, aut subdelegare alicui ex suis Vicarijs, & idem quoad professionem, nisi cum expressa licentia nostri Reverendissimi Generalis, vel Provincialis, quod præcipitur sub pœna privationis officij.

Prælatus absque licentia Provinc. non possit habitum cõferre.

38 Item præcipimus sub pœna privationis vocis activæ, & passivę per decennium, & reclusionis per biennium, ac gravioris culpæ, quod nullos ex nostris Religiosis possit recusare in suis causis Patres legitimos, & ordinarios, nec recusatio sit valida, si illam faciat, donec per duos ex Patribus propinquioribus, vel per duos Patres Diffinitores videantur causæ renuntiationis, an fuerint sufficientes, super quibus oneramus conscientias Prælatorum, ne dentur pro recusatis, sed obligent illos, quos sententiaverint ad adimplendam pœnitentiam daram ab eis, & interim poterunt certiores facere Superiores de his quæ occurrent.

De recusationibus quomodo debeant fieri.

39 Item præcipimus in virtute sanctæ obedientiæ, & sub pœna reclusionis per bienniom, quod nullus ex nostris Religiosis possit recipere, ac retinere penès se vltra spatium 24. horarum eleemosynam liberam, vel pro Missis celebrandis per commune Conventus erogaram, sed vbi eam receperit infra dictum terminum illam manifestet, & declaret Patri Commẽdatori, vel Sacristę

Stipendia Missarum pro Cõvẽtu nullus particularis valeat retinere.

40 Item præcipimus observari inviolabiliter decretum suæ Sanctitatis circa ordinem servandum in celebrandis Missis ex eleemosynis, ita vt nullo modo possint celebrari pro futura eleemosyna, de qua securum, & cautum non sit, an ad Conventum, vel Religionem perventura sint.

Missæ pro futurá eleemosyna nõ valeãt celebrari.

41 Item præcipimus in virtute sanctæ obedientiæ, quod nullus Religiosus audeat extrahere ex Bibliotheca librorum aliquem ex eis, etiam mutui nomine: imò sub eisdem pœnis præcipimus, quod quicumque huiusmodi libros habuerit, vel extraxerit, illos restituat infra quatuor dies à die habitæ notitiæ huius nostræ ordinationis: & sub eisdem pœnis præcipimus Prælato, vt dictos libros in loco communi, nullo autem modo in propria Cella detineat, vtque deputet Bibliothecariũ ad eorumdem librorum curam, cui onus illos custodiendi, & de illis rationem reddendi incumbat.

Libri à Bibliotheca non extrahantur.

42 Item præcipimus omnibus Patribus Commẽdatoribus sub pœna suspensionis officij per sex menses, quod vestitum dandum Religiosis sit in propria specie, prout exegerit necessitas cuiusque Religiosi, & non aliàs, iuxta possibilitatem Conventus.

Vestuariũ Fratrum.

43 Item præcipimus, quod Prælati Conventuum non possint ire ad cõcionandum per Quadragesimas integras extra suos Conventus, nisi à Conventibus fuerit stabilitum, sub pœna privationis officij: hæc tamen prohibitio non intelligatur comprehendere Provincias Galliç, & Indiarum.

Prælatus Quadragesimas extra prædicare non valeat.

44 Item confirmamus de communi consensu omnium, qui personaliter intersunt in hoc Diffinitorio laudabilia statuta, quæ fuerunt stabilita in Civitate Guadalfaxaræ per nostrum RR. Patrem pro instituto Sanctæ Recollectionis, & oneramus valdè omnes Patres Provinciales, quod cum illis commoditatibus, quas tempus offeret, quilibet in sua Provincia det operam fundandi duos Conventus Recollectorum, quibus, ac alijs, qui ad præsens sunt in qualibet Provinciarum nostræ Religionis præcipitur in virtute sanctæ obedientiæ, quod in primis habeant pro regula, & constitutione illam, quæ est, & semper fuit nostræ Religionis, & post illas ad vnguem observabunt dicta statuta facta Guadalfaxaræ; & sub eadem pœna præcipitur, quod Regulæ, & Constitutiones, & statuta inter eos vniformiter serventur, nec aliqua fiat adinvicem differentia inter Conventus in observantia eorundem; quod intelligatur, non solum in essentiali, sed etiam in ceremoniali: Nec aliquid immute-

In quavis Provincia duo fiant Recollectionis Monasteria.

immutetur, etiam sub colore zeli spiritus, & devotionis, & præcipuè non mutetur Habitus de *Xerga* nuncupatus, cum quo incipit hoc Sanctum Institutum, cum sit devotus, humilis, & pauper existat, ac intelligatur pro Saia, Capa, Scapulario, & Cucullo.

Ad Tribunalia extra Ordinē non afferātur causæ, nisi ad Sanctam Sedem.

45 Item præcipimus in virtute sanctæ obedientiæ, & sub pœna biennali pœnarum gravioris culpæ, ac privationis vocis activæ, & passivæ per sex annos, quod nequisquam ex nostris Religiosis extrahat, nec tractet negotia Religionis ad Tribunalia extra illam (excepta, & reservata authoritate Sanctæ Sedis Apostolicæ, ad quam semper liberè, sicut decet, recurri valeat) per se, nec per interpositam personam, directè, nec indirectè, salvo cuique suo iure remanente, vt scilicet in casu appellationis ad aliud Tribunal ire possit, quam ad competens: & sub eisdem pœnis præcipitur cuilibet, qui sciverit aliquem id agere, & non revelaverit.

Confirmat Pontifex præfata statuta.

46 Nos igitur de Venerabilium Fratrum nostrorum S. R. E. Cardinalium negotijs Regularium præpositorum consilio, decreta, seu statuta prædicta in præfato Capitulo Generali, vt præfertur, condita, cum omnibus in his contentis (dummodo tamen statuta in Capitulo Generali Guadalfaxaræ habito, quæ observari in decretis prædictis mandantur, licita sint, & honesta, ac Sacris Canonibus, aut Apostolicis Constitutionibus non contraria) authoritate Apostolica tenore præsentium perpetuo approbamus, & confirmamus, ac perpetuo approbata, & confirmata esse, & censeri volumus, & declaramus, ac ab omnibus, & singulis, ad quos spectat inviolabiliter observari debere: irritumque, & innane, si secus super his à quoquam quavis authoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari decernimus: Non obstantibus constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, necnon dicti Ordinis, etiam iuramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis, statutis, & consuetudinibus, cæterisque contrarijs quibuscumque,

Dat. Romæ apud Sanctum Marcum, sub Annulo Piscatoris, die 6. Augusti 1607. Pontificatus nostri anno 3.

Habetur authentica Barchinone, omissa in veteri Bullario. Eam compendio refert M. Vargas tom. 2. cap. 19.

PAVLI V.

CONSTITVTIO IX.

Trigesimo sexto Mag. Generali Fr. Alphonso Monroy,

Procuratore Generali Magistro Fr. Francisco Escobar.

COMPENDIVM.

Conventum Calaritanum à Provincia Italiæ secernit, & Aragoniæ restituit, eiusque Fratribus Italis optionem dat, vt ibi remaneant, aut in Italiam revertantur.

PAVLVS PAPA V. AD PERpetuam rei memoriam.

Edita an. 1607.

Expositum Nobis fuit nomine Charissimi in Christo filij nostri Philippi Hispaniarum Regis Catholici, quod aliàs Monasterium de Bono Aëre Civitatis Calaris in Insula Sardiniæ, Ordinis Fratrum B. MARIÆ de Mercede Redemptionis Captivorum à Provincia Aragoniæ eiusdem Ordinis separatum, & Provinciæ Italiæ incorporatum authoritate Apostolica fuit, prout in litteris in forma Brevis desuper expeditis plenius continetur.

Conventus Calaris Provinciæ Italiæ fuerat unitū. Clemens VIII. Bul. 17.

Separat à Provincia Italiæ, & Aragoniæ restituit Conventū Calaris.

1 Nos autem rationabilibus causis animum nostrum moventibus, nunc adducti, ac supplicationibus pro parte, tam dicti Philippi Regis, quam dilectorum filiorum Commendatoris, & Fratrum dicti Monasterij Nobis super hoc humiliter porrectis, inclinati, litteras prædictas tenore præsentium pro expressis habentes, prædictum Monasterium de Bono Aëre à Provincia Italiæ authoritate Apostolica tenore præsentium perpetuo separamus, & dividimus, illudque iterum eidem Provinciæ Aragoniæ restituimus, & incorporamus, &c. Sicque, & non aliter per quoscumque ipsius Ordinis Superiores, & Magistrum Generalem, ac Protectorem, aliosque Iudices Ordinarios, & Delegatos iudicari, & definiri debere: ac irritum, & innane quidquid secus super his à quoquam quavis authoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari, decernimus.

Optionem dat Italis an in dicto Conventu, an in Italia remanere velint intra annū eligant.

3 Volumus autem, vt filij professi in dicto Monasterio naturales Provinciæ Italiæ, tam qui in eodem Monasterio, quam qui in alio eiusdem Provinciæ Italiæ Monasterio resident intra annum à data præsentium computandum, an velint in dicto Monasterio de

Bono

Bono Aere, quoad vixerint remanere, an in aliud Provinciæ Italiæ se transferre, vt in illis perpetuo degant, declarare, & iuxta declarationem huiusmodi, vt præfertur, faciendam, vel remanere in dicto Monasterio de Bono Aere, vel in alio Provinciç Italię liberè valeant. Elapso verò dicto anno, nisi huiusmodi declarationem fecerint, Magistri Generalis, & Diffinitorum Capituli Generalis arbitrio, vel ipsimet de Bono Aere, vel cuicumque Provinciæ Italiæ Monasterio tanquam illius filij Professi addicantur, &c.

Datum Romæ apud Sanctum Marcum, die 17. Octobris 1607. Pontificatus nostri anno 3.

Breve istud affert Magister Vargas supra §. 9. pag. 472.

PAVLI V.

CONSTITVTIO X.

Trigesimo sexto Magist. Generali Fr. Alphonso Monroy.

COMPENDIVM.

Confirmat statuta Capituli Generalis Matritensis.

Edita an. 1608.

PAVLVS PAPA V. AD perpetuam rei memoriam.

Quæ pro Religiosorum statu prospere dirigendo, & necessitatibus sublevandis, ab eorumdem superioribus, previa matura deliberatione, ordinata dicuntur, libenter, cum à Nobis petitur, Apostolicæ confirmationis munimine roboramus, prout in Domino conspicimus expedire.

1 Alias siquidem, sicut accepimus, dilecti filij Magister Generalis, & Provinciales, ac Diffinitores Ordinis Beatæ MARIÆ de Mercede Redemptionis Captivorum, pro celebrando Capitulo Generali dicti Ordinis in Oppido Matriti Toletanę Diœcesis congregati, reformationi ipsius Ordinis invigilare, & necessitatibus domorum illius subvenire cupientes, infrascripta statuta, & ordinationes ediderunt.

Cap. Gen. Matriti statuta.

2 Et in primis proposita necessitate, qua domus Sancti Adriani eiusdem ordinis de Vrbe, ratione præsertim ædificiorum premebatur, & illius occasione, exhibitis in eodem Capitulo nostris, in simili forma brevis, litteris, quibus mandamus, vt ex vniverso Religionis corpore summa quatuor millium scutorum auri in auro ad subveniendum huiusmodi necessitatibus congeratur, in earundem litterarum executionem decreverunt, vt summæ præfatæ repetitio fiat modo subsequenti, nimirum quod Provincia Limana in Indijs millè, Provincia Cicurzi in Indijs pervanis mille, & ducenta. Provincia Hispaniæ novæ quingenta. Provincia Tuchumã, & Chilè in prędictis Indijs trecenta scuta similia. Provincia autem Castellæ quidam Collegij Salmantini redditus, quibus necessitatibus quondam Magistri Temporalis subveniebatur, ad biennium applicati censerentur, ac denique Provincia Bethicæ alia quatuor millia Regalium contribuerent: de reliquis vero ipse Magister Generalis dicti Ordinis, vnde desumenda forent, provideret. Franciæ autem, Aragoniæ, Cathaloniæ, ac Valentiæ Provincias propter earum egestatem à contributione, & reparatione huiusmodi exemerunt, eas tamen obligarunt, vt Missarum numerum ipsis à dicto Magistro Generali prescribendum, si ipse Magister eleemosynis pro Missarum huiusmodi celebratione relictis ad effectum prędictum indigeret, celebrare nihilominus tenerentur, & quamvis Provinciarum vnicuique Provinciali incumbere voluerint onus quanto citius transmitendi, quod Provincijs prędictis dispartitum est, nullum tamen, propter singularum huiusmodi Provinciarum paupertatem, eis terminum, infra quem distributionem prædictam adimplere debeant, præfixerunt.

Distributio contributionis

4000. scutorum pro fabrica S. Adriani de Vrbe.

3 Deinde, quia vacante officio Generalatus dicti Ordinis, Prior Domus Ordinis prædicti Barchinonen. iuxta eiusdem Ordinis regulares constitutiones, in officio Vicariatus Generalis totius huiusmodi Ordinis succedit, provide considerantes cum ætate iudicium maturius, ac regendi prudentiam, acquiri, statuerunt, ne quis minor quadraginta quinque annis, quod fidedigna informatione constare debeat, In dictæ domus Priorem eligatur, alioquin electio in contrarium facta, nulla sit, prout ex tunc cassarunt, ac annullarunt.

Prior Barcinon. nõ minor quadraginta 5. annis eligatur.

4 Præterea cum ex singulis Provincijs ad electionem futuri Magistri Generalis, solum Provincialis cum duobus Diffinitoribus concurrat, ipsæ vero Provinciæ ex eo, quod Indiarum Provinciæ ad Capitulum Generale non conveniant, admodum paucæ sint, & per consequens parvus etiam suffragiorum numerus, decreverunt, vt in posterũ ex vnaquaque Provincia alij duo, qui Capituli Generalis electores nuncupentur, & vocem habeant in eodem Capitulo, per vota secreta, & electionem Canonicam Diffinitorum instar

Præter Provincialem, & 2. Diffinitores ex qualibet Provincia duo Electores cum voce activa ad Cap. Gen. concurrãt

iuxta formam constitutionum eius Ordinis eligantur. Et si fortasse contigerit fieri Capitulum Generale antequam in aliqua Provincia Capitulum Provinciale pro electione electorum huiusmodi celebratur, à Provinciali, & Diffinitoribus suæ Provinciæ eligi possint.

ExtraCap. possit institui Elector à Provinciali, & Diffinitoribus Provinciæ

5 Cum vero Procuratoris Generalis Ordinis huiusmodi in Romana Curia existentis suffragium propter eius multam totius Ordinis notitiam plurimum ponderis sit habiturum, vnanimi pariter consensu statuerunt, vt ex nunc in futurum quisquis Procuratoris Generalis huiusmodi munere in eadem Curia fungetur, votum in eodem Capitulo Generali habeat, quod quidem non personam, sed officium sequatur, loco alterius ex duobus Electoribus, quos Provincia, in qua ipse filius professus erit, nominare debet, ita vt dicta Provincia non duos, sed vnum tantum Electorem eligere possit.

ProcuratorGen. in Vrbe vocē habeat inCap.Gē. & tunc ex suaProvincia nō cōcurrat nisi vous Elector.

6 Quia autem moderus Magister Generalis cum ipse ad Generalarū electus fuit, solum erat Præsentatus, non autem Magister Provinciæ Bethicæ, declararunt, vt à die suæ electionis, iuxta vsum, ac consuetudinem ipsius Ordinis reputetur fuisse, & esse Magister de numero eiusdē Provinciæ, cuius filius professus existit.

Electus in M. Gen. si Præsentatus sit maneat Mag.

7 Similiter ad instantiam Provinciæ Aragoniæ, & Valentiæ decreverunt, & inviolabiliter voluerunt observari, vt iuxta regularia ipsius Ordinis statuta, electio Magistri Generalis prædicti in posterum alternativa sit, ita vt pro vna vice ex Aragoniæ, Franciæ, vel Italiæ, aut Insularum adiacentium, pro altera vero ex Castellæ, Bethicæ, vel Indiarum Provincijs successive eligatur. Et ad tollendam omnem difficultatem, ac differētias, vnanimiter declararunt, vt Generalis Magister huiusmodi ex Aragoniæ, Franciæ, Italiæ, aut Insularum adiacentium Provincijs prædictis eligēdus, debeat esse filius professus alicuius domus earundem Provinciarum, quemadmodum etiam ex Castellæ, Bethicæ, seu Indiarum Provincijs eligendus alicuius etiam domus earundem professus erit.

Servetur alternativa io electione M. Gen.

8 Ad hæc cum Magister Generalis in Provincia Bethicæ à Franciç Provincia, quàm maximè dissita, vt plurimum commorari soleat, & ita difficulter Provincialis Franciæ pro tempore electus intra sexaginta dies à sua electione, iuxta dicti Ordinis constitutionem, electionis huiusmodi confirmationem ab eodem Magistro Generali obtinere possit, illi tempus sexaginta dierum huiusmodi ad quatuor menses, infra quos confirmationem prædictam reportare teneatur, prorrogarunt.

Provincia lis electus Fräciç intra 4 mēses obtineat confirmationem.

9 Vlterius decrreverunt, vt postquā dicta Franciæ Provincia eleemosynas pro Redemptione Captivorum collegerit, se se pro illis redimendis vnire possit cum Redemptoribus Provinciarum Valentiæ, & Aragoniæ, habita ratione quantitatis pecuniarū huiusmodi eleemosynarum, quas afferet, ita vt iuxta illam pro eius parte Captivi rediman tur.

Redemptio Fräciæ cum Aragonia, & Valentia vniatur.

10 Præterea certis ex causis, vt asseritur, mature per ipsos consideratis pariter decreverunt, vt Commendatores Provinciæ Hispaniæ novæ bis extra primam electionem reeligi, & Diffinitores, vbi munere suo laudabiliter functi fuerint, in Commendatores deputari valeant: non obstantibus quibuscumque dicti Ordinis actis in contrarium facientibus.

Commendatores Novę Hispaniæ possit iterum reeligi.

11 Demum, vt eadem novæ Hispaniæ Provincia in posterum Magistro Generali pro vestiario non solvat, nisi centum ducatos annuos remittendo illi, & condonando, provt spontè sua idem Generalis remisit, & condonavit alios viginti ducatos quos persolvere consueverat.

NovæHispaniæ Provincia pro vestiario Mag. solū 100. ducatos solvat.

12 Cum autem, sicut Magistri Generalis, & Provincialium ac Diffinitorum prædictorum nomine Nobis nuper fuit expositum, illi plurimū cupiant statuta, & ordinationes huiusmodi pro illum subsistentia firmiori per nos Apostolica authoritate confirmari, & approbari. Ideò Nobis humiliter supplicari fecerunt, vt in præmissis sibi de benignitate Apostolica providere dignaremur.

Petitio confirmationis prædictorum.

13 Nos igitur Magistrum Generalem, & Provinciales, ac Diffinitores huiusmodi specialibus favoribus, & gratijs prosequi volentes, & eorum singulos à quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, alijsque Ecclesiasticis sententijs, censuris, & pœnis à iure, vel ab homine, quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodati existunt, ad effectum pręsentium dumtaxat consequendum harum seriè absolventes, & absolutos fore censentes, huiusmodi supplicationibus inclinati, ac de Venerabilium Fratrum nostrorum S. R. E. Cardinalium negotijs, & consultationibus Episcoporum, & Regularium Præpositorum consilio ordinationes, & statuta prædicta Apostica authoritate tenore præsentium perpetuo approbamus, & confirmamus, illisque perpetuæ, & inviolabilis Apostolicæ firmitatis robur adiicimus, ac omnibus superioribus, & Fratribus dicti Ordinis inviolabiliter observari mādamus,

Cōfirmitur, præfata statuta.

damus, irritumque, & innane quidquid secus super his à quoquam quavis authoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari decernimus. Non obstantibus constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, necnon dicti Ordinis etiā iuramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus, privilegiis, quoque indultis, & litteris Apostolicis, eidem Ordini, illiusque Magistro Generali, ac aliis superioribus, & Fratribus, ac quibusvis Personis sub quibuscumque tenoribus, & formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliisque efficacioribus, & insolitis clausulis, & decretis in genere, vel in specie, ac aliàs in contrarium præmissorum quomodolibet concessis cōfirmatis, & approbatis. Quibus omnibus, & singulis, eorum tenores præsentibus pro expressis habentes, illis aliàs in suo robore permansuris, hac vice dumtaxat specialiter, & expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque.

Datum Tusculi sub Annulo Piscatoris die 3. Octobris 1608. Pontificatus nostri anno 4.

Scipio Cobellutius.

Habetur originalis Matriti.

PAVLI V.

CONSTITVTIO XI.

Trigesimo sexto Generali Mag. Fr. Alphonso Monroy.

COMPENDIVM.

Commissionem facit Episcopo Barchinonen. vt iura, & immunitates Conventus eiusdem Civitatis erga electionem Prioris faciendam ab ipsis Conventualibus, & non in Capitulo servari faciat.

Edita an. 1609.

PAVLVS PAPA V. Venerabili Fratri Episcopo Barchinonen. sive dilecto filio Officiali eius. Venerabilis Frater, salutem, & Apostolicam benedictionem.

Exponitur quod Prior Barchin. à Conventualibus eligitur ab initio Ordinis.

1 Exponi Nobis nuper fecerunt dilecti filii Prior, & Fratres domus Beatæ MARIÆ Barchinonensis Ordinis Fratrum eiusdem Beatæ MARIÆ de Mercede Redemptionis Captivorum, quod licet in fundatione dicti Ordinis expresse statutum fuerit vt Prior pro tempore dictæ domus per illius Fratres canonicè eligatur (quod specialiter ipsi domui, quæ prior in dicto Ordine fuit erecta, & in qua Ordinis huiusmodi initium præcessit, reservatum extitit) ac talis electio de persona ipsius domus, vel alterius cenobii Provinciæ Aragonum fieri, & sic electus pro tempore existenti Magistro Generali prędicti Ordinis præsentari, & ab eo (dummodo electio ipsa canonicè, & sine vitio facta reperiatur) confirmari debeat: & insupèr, quod Magistratu ipsius Ordinis quovis modo vacante, Prior confirmatus dictæ domus sit Ordinis huiusmodi Vicarius Generalis: nihilominus nonnulli se iactarunt, & iactant, extraiudicialiter ramen, & de facto procurarunt, & procurant, quod non obstantibus dictis statutis, Prior dictæ domus eligatur in Capitulo Generali, & non iuxta formam dictorum statutorum, nec in Capitulo Provinciali, quod omninò contrarium erit dictis statutis, hucusque inviolabiliter observatis, atque iustè, ritè, & rectè stabilitis: in Capitulo enim Generali minor pars Fratrum est ex dicta Provincia, vnde certum est, quod electus in Priorem numquam esset de Provincia prædicta, sed de aliqua longe forsan à Civitate Barcinonensi distante: quod in magnum dictæ domus damnum, & detrimentum verteretur; quia tot, ac tanta privilegia, immunitates, & prærogativæ dictæ domui, tam in Capitulis Generalibus, quàm per diversos Romanos Pontifices Prædecessores nostros concessa destruerentur, annullarentur, & irrita prorsus fierent: tunc enim nec dictæ domus Prior, nec per consequens, Magistratu prædicto vacante, Vicarius Generalis ex dicta Provincia Aragonū existeret: prçterquam quod cū dicta domus inopia laboret, & ad ruinam tendat (dum cessaret amor patriæ) prorsus destrueretur, & intra breve tempus, cōtra pietatis officium, mater per filios obrueretur.

Quod Magistratu Gen. vacante Prior Barcin. est Vic. Gen.

Tentarūt aliqui Priorē eligi in Cap. Gen.

Rationes in opposi-tum.

Domus Barchin. Mater totius Ordinis.

2 Cum autem, sicut dicta expositio subiungebat, iuri consonum non sit originalem excellentiam dictæ domui à primis temporibus concessam, & in eius favorem superinductam, vt illius Fratres sibi Priorem eligant post tot tramites his temporibus tam de facili redarguere, & licet non sit præsumendum, quod ipsius domus Fratres inhabilem, & minus idoneum in Priorem eligant, cum iuxta statuta prædicta, in tali electione vocem non habeant nisi Conventuales, qui per quatuor annos à professione antiqui, in Ordine Sacro constituti, & in eadem domo habitatores designati fuerint, ex quorum bonitate, & experientia semper præsumetur, quod sint electuri Priorem, qui sit Religione, moribus, & doctrina pro bona dictæ domus gubernatione in spi-

Vocem in electione Prioris nō habent nisi sacrisini tiati, qui 4. annis sint à professione antiqui.

ritualibus, & temporalibus dignus ac sufficiens, nihilominus in eventum, in quem ex adverso prætendi posset, quod etiam electio fieret de persona minus idonea, cum Prior electus debeat, vt præfertur, à Mag. Generali Ordinis confirmari, si minus idoneus, ac sufficiens fuerit, poterit confirmatio denegari: quo casu huiusmodi denegatio magis etir congrua medela, quam pet indirectum statutis prædictis contravenire; & insuper scientia, doctrina, sanctitas, religio, ac tàm in spiritualibus, quàm in temporalibus circumspecta prudentia, per Priores sic hucusque electos inviolabilitet hactenus observata, contra eorum bonitatem quidquam præsumi non posse satis comprobant: cupiantque propterea exponentes prædicti ab huiusmodi extraiudicialibus iactationibus, & molestijs liberari, seque in sua possessione manuteneri, & in contrarium attentata revocari, perpetuumque silentium desuper imponi, ideo Nobis humiliter supplicari fecerunt, vt eis in præmissis opportune providere de benignitate Apostolica dignaremur.

Cõsulitur probitati Prioris ex quo indigeat confirmatio-ne M.Gen.

3 Nos igitur eosdem exponentes, & eorum singulos à quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, alijsque Ecclesiasticis sententijs censuris, & pœnis à iure, vel ab homine, quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodati existũt, ad effectum præsentium dumtaxat cõsequendum, harum serie absolventes, & absolutos fore censentes huiusmodi supplicationibus inclinati Fraternitati tuæ, Frater Episcope, seu discretioni tuæ, fili Officialis, per præsentes committimus, & mandamus, quatenus vocatis ad id, qui fuerint vocandi, & præfixo (quibus de iure) aliquo brevi, & peremptorio termino ad docendum, & allegandum in contrarium quidquid volunt, & possunt, eo elapso, & nihil, quod relevet edocto, constito de dictis statutis, & illorum observatione hactenus continuata, exponentes prædictos in pacifica possession, eseu quasi, iuris eligendi dictæ domus Priorem pro tempore, iuxta dictorum statutorum formam, authoritate nostra, provt iuris fuerit, manuteneas; & Prioris pro tempore sic electi confirmationem à Mag. Generali dicti Ordinis nũc, & pro tempore existente, sub prætextu, quod in Capitulo Generali eligi debeat, aut alio quovis novo prætextu, colore, aut occasione negari non posse, sed electionem sic factam (quatenus canonicè, & sine vitio facta fuerit) confirmari; & advenienre casu vacationis dicti Magistratus, dictæ domus Prior Vicarij Generalis officio fungi debere, ac omnes, & singulas actiones de dicto Priore alias, quam vt præfertur factas, provt etiam quascumque molestationes, vexationes, perturbationes desuper per Magistrum Generalem, aut alias quascumque personas nunc, & pro tempore factas iniustas, iniquas, & temerarias fore, & esse (etiam provt iuris fuerit) declares; ac similiter, provt de iure, revoces, perpetuum silentium omnibus, & singulis, quibus opus, & provt iuris fuerit, imponendo. Nos enim tibi ac etiam sub censuris inhibendi, cæteraque in præmissis necessaria, & opportuna faciendi, exercendi, & exequendi plenam, & liberam Apostolicam authoritate, & tenore præsentiũ concedimus facultatem: Non obstantibus præmissis, ac constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, cæterisque contrarijs quibuscumque.

Committit Episc. aut Officiali Barcin. vt auditis partibus, si de exposito constet Conventũ Barcin. in suo iure custodiat.

Electionẽ canonicè, & sine vitio Prioris à Conventualibus factam teneatur M.G. cõfirmare.

Datum Romæ apud S. Marcum sub Annulo Piscatoris, die vltima Martij 1609. Pontificatus nostri anno 4.

Habetur authentica Matriti, & Barcinone, & in veteri Bull. eius meminit M.Varg. vbi sup.

PAVLI V.

CONSTITVTIO XII.

Trigesimo septimo Mag. Generali Fr. Philippo Guimeran.

COMPENDIVM.

Confraternitati Beatæ MARIÆ Remediorum Conventus Matritensis quàm plurimas largitur indulgentias.

PAVLVS EPISCOPVS, SERVVS servorum Dei. Vniversis Christi Fidelibus præsentes litteras inspecturis, salutem, & Apostolicam benedictionem.

Edita an. 1613.

De salute gregis dominici, curæ nostræ, meritis licet imparibus divina dispensatione commissi, solicitis studijs cogitantes, fideles singulos ad pia, & meritoria opera exercenda spiritualibus muneribus, indulgentijs videlicet, & peccatorum remissionibus libenter invitamus, vt per eorumdem operum exercitium suorum abolita macula delictorum, ad æternæ beatitudinis gaudia facilius pervenire mereantur.

1 Cum itaque, sicut accepimus, in Ecclesia Monasterij Beatæ MARIÆ de Mercede Oppidi de Madrid, Toleranæ Diœce-

Confraternitas B. Mariæ Remediorũ ad plurima pietatis opera instituta.

Diœcesis vna pia, & devota vtriusq; sexus Christi Fidelium Confraternitas, & Congregatio servorum, vulgò *de los Esclavos* eiusdem B. MARIÆ Remediorum nuncupata, ad Dei Omnipotentis laudem, & animarum salutem, proximique subventionem canonice, non tamen pro hominibus vnius specialis artis, instituta existat, cuius dilecti filij Confratres quamplurima charitatis, pietatis, & misericordiæ opera exercere consueverunt.

2 Vt igitur ipsi, ac pro tempore existentes dictæ Confraternitatis Confratres in huiusmodi operum exercitio confoveantur, ac magis ad ea in posterum exercenda, necnon alij Christi Fideles ad dictam Confraternitatem de cætero ingrediendum per amplius invitentur, dictaque Ecclesia cum debita veneratione habeatur, & ab ipsis Christi Fidelibus congruis frequentetur honoribus, illique eo libentius ad eam devotionis causa confluant, quo ex hoc dono cœlestis gratiæ vberius conspexerint se refectos: de Omnipotentis Dei misericordia, ac Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum eius authoritate cõfisi, omnibus, & singulis vtriusque sexus Christi Fidelibus verè pœnitentibus, & confessis, qui dictam Confraternitatem de cætero ingredientur, die primo illorum ingressus, si Sanctissimum Eucharistiæ Sacramentũ sumpserint; ipsisque nunc, & pro tempore existentibus dictæ Confraternitatis Cõfratribus, etiam vere pœnitentibus, & confessis, ac Sacra Communione, si id commodè fieri potuerit, refectis, aliàs saltem contritis, in eorum mortis articulo nomen IESV corde, si ore nequiverint, invocantibus; insuper eisdem Confratribus similiter vere pœnitentibus, & confessis, ac Sacra Communione prædicta refectis, qui dictam Ecclesiam, & in ea sitam Capellam einsdem Beatæ MARIÆ Remediorum nuncupatæ in Festivitate Nativitatis B. MARIÆ Virginis, à primis Vesperis, vsque ad occasum Solis diei Festivitatis huiusmodi singulis annis devotè visitaverint, & inibi pro Sanctę Matris Ecclesiæ exaltatione, hæresum extirpatione, & inter Christianos Principes concilianda pace, & concordia, necnon Romani Pontificis salute pias ad Deum preces fuderint, plenariam omnium peccatorum suorum indulgentiam, & remissionem Apostolica authoritate tenore præsentium misericorditer in Domino concedimus, & elargimur.

Prædictis Confratribus in die eorum ingressus, mortis articulo, & die Nativitatis B. Mariæ plenariam indulgentiã concedit.

3 Præterea eisdem Confratribus pariter vere pœnitentibus, & confessis, ac eadem Sacra Communione refectis, qui dictam Ecclesiam in Purificationis, & Annuntiationis, ac Assumptionis B. MARIÆ Virginis, necnon S. Ioseph Festivitatum diebus etiam devotè visitaverint, & inibi oraverint vt supra quavis die Festivitatum huiusmodi id fecerint septem annos, & totidem quadragenas. Postremò ipsis Confratribus quoties Divinis Officijs in eadem Ecclesia, vel ipsius Confraternitatis Oratorio more Confratrum celebrandis, aut Processionibus ordinarijs, & extraordinarijs de licentia Ordinarij celebrandis, vel Congregationibus publicis, vel secretis pro quocũque opere pio exercendo interfuerint, seu pauperes peregrinos hospitio susceperint, aut pacem cum inimicis composuerint, vel sepeliendis mortuis officiosè interfuerint, aut ipsum Sanctissimum Eucharistiæ Sacramentum cum ad infirmos, aut aliàs quavis de causa, & occasione defertur, associaverint, vel qui hoc facere impediti, campanę ad hoc signo dato, flexis genibus semel orationem Dominicam, & Salutationem Angelicam pro eodem infirmo recitaverint, aut infirmos, & in adversitate constitutos, ac in carceribus, & Hospitalibus repertos visitaverint, consolati fuerint, vel quinquies orationem, & toties Salutationem prędictas pro animabus Confratrum dictę Cõfraternitatis, vel aliorum in Christi charitate Defunctorum recitaverint, aut devium aliquem ad viam salutis reduxerint, vel ignorantes Dei præcepta, & quæ ad salutem sunt docuerint, vel aliud aliquod charitatis, & pietatis, vel devotionis opus ex præscripto dictæ Confraternitatis exercuerint, toties pro quolibet prædictorum operum sexaginta dies de iniunctis eis, aut aliàs quomodolibet per eos debitis pœnitentijs authoritate, & tenore prædictis misericorditer in Domino relaxamus, præsentibus perpetuis futuris temporibus valituris.

In Assumptionis, Purificationis. Annuntiationis, & S. Ioseph diebus dictis Confratribus præfatam Ecclesiam, & Capellã visitantibus septẽ annos, & totid. quadrag. indulgentiæ largitur.

Pro quolibet alio charitatis opere sexaginta indulget pœnitentiæ dies.

Concessio hæc perpetua.

4 Volumus autem, quod si dicta Confraternitas alicui Archiconfraternitati aggregata sit, vel in posterum aggregetur, seu quavis alia ratione pro illius indulgentijs consequendis, aut de illis participandis vniatur, vel aliàs quomodolibet instituatur, priores, seu quælibet aliæ litteræ desuper obtentæ, præter huiusmodi præsentes nullatenus ei suffragentur, sed ex tunc prorsus nullæ sint eo ipso; quodque si Confratribus prædictis ratione præmissorum, vel aliàs aliqua alia indulgentia perpetuo, vel ad certum nondum elapsum tempus duratura per nos concessa fuerit, eædem priores litteræ nullius sint roboris, vel momenti.

Si aggregetur alicui Confraternitati, nõ possit illius indulgentias lucrari.

Datum Romæ apud Sanctum Petrum,

trum, anno Incarnationis Dominicę 1613. Idibus Novembris, Pontificatus nostri anno 9.

Habetur authentica Matriti.

PAVLI V.

CONSTITVTIO XIII.

Trigesimo septimo Mag. Generali Fr. Philippo Guimeran.

Procuratore Generali in Vrbe Magist. Fr. Ioanne de Busto, Castellanæ Provinciæ filio, Regularis obedientiæ integro Zelatore, provt ex reductione deviorum in Romana Curia liquet.

COMPENDIVM.

Quartam partem bonorum Fratrum decedentium Conventui vbi decesserint, consignat.

Edita an. 1614.

PAVLVS PAPA V. AD perpetuam rei memoriam.

Clementis VIII. B. 7.

1 Aliàs fœl. recor. Clementi Papæ VIII. Prædecessori nostro pro parte tunc existentis Procuratoris Generalis Fratrum Ordinis Beatæ MARIÆ de Mercede Redemptionis Captivorum exposito, quod licet de iure bona, quæ aliquis Religiosus acquisierat ad Conventum, in quo ille professionem emisserat, pertinere deberent, nihilominus in ipso Ordine q̃ andoque secus fieri contingebat, idem Clemens Prædecessor supplicationibus dicti Procuratoris Generalis sibi humiliter porrectis inclinatus, ex voto Venerabilium Fratrum suorum S. R. E. Cardinalium super consultationibus, & negotijs Episcoporum, & Regularium deputatorum, quibus hoc negotium examinari commisserat, perpetuo statuit, & ordinavit, vt eiusdem Ordinis B. MARIÆ de Mercede Redemptionis Captivorum, quacumque præditi essent authoritate, & facultate, Superiores ipsius Ordinis bona quęcumque ex vna Provincia extrahere, aut extrahi facere, ac ad aliam Provinciam eiusdem Ordinis transferre, seu transferri facere quavis de caosa, vel prætextu nullo modo possent: quodque subditi, & Religiosi quicumque acquisita alteri Conventui, quam illi, in quo solemnem professionem emisissent, relinquere, vel donare nullatenus valerent, & qui secus facere quomodolibet ausi fuerint, privationis Dignitatum, & officiorum per eos obtentorum, ac vocis activæ, & passivæ, ac inhabilitatis ad illa, & alia in posterum consequenda pœnam incurrerent eo ipso, & aliàs, provt in dicti Clementis Prædecessoris in simili forma Brevis sub die 19. Ianuarij 1601. expeditis litteris, quarum tenores præsentibus pro expressis haberi volumus, plenius continetur.

Cap. Gen. Guadalfaxaræ in quo electus fuit in M. Fr. Philipp. Guimerã, & in eo statutum, quod 4. pars bonorum Fratrum Conventui, in quo obierint cedat.

2 Cum autem, sicut dilectus filius Ioannes de Busto modernus Procurator Generalis dicti Ordinis Nobis nuper exponi fecit, Superiores, & Fratres dicti Ordinis in illius Capitulo de anno 1609. celebrato congregati è re Domorum dicti Ordinis fore censuerũt, quod, etsi omnia bona Fratrum dicti Ordinis ad Domos, in quibus professionem emissere pertineant, quarta tamen pars bonorum per eosdem Fratres acquisitorum ipsi Conventui, In quo eos decedere contigerit, cedat, & ad eum pertineat, Nobis propterea Ioannes præfatus humiliter supplicari fecit, vt super præmissa opportune providere de benignitate Apostolica dignaremur.

Cõfirmat præfatum statutum, vt quarta pars cedat Convẽtui, in quo Frater decesserit. Aliter tamen infra ex Alex. VII. disponitur.

3 Nos Igitur dicti Ordinis commoditatibus, quantum cum Domino possumus, prospicere volentes, dictumque Ioannem à quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, alijsque Ecclesiasticis sententijs, censuris, & pœnis à iure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatus existit, ad effectum præsentium dumtaxar consequendum, harum serie absolventes, & absolutum fore censentes, huiusmodi supplicationibus inclinati, quod de cætero perpetuis futuris temporibus quarta pars bonorum per quosvis Fratres dicti Ordinis quomodocumque acquisitorum dicti Ordinis Domibus regularibus, in quibus eos decedere contigerit, cedere, & ad eas pertinere debeat, dicta authoritate tenore præsentium statuimus, & ordinamus: decernentes irritum, & innane, si secus super his à quoquam quavis authoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Commissio facta Archiep. Toletano, Hispalens. & Cæsaraugust ad huius executionem.

4 Quocirca Venerabilibus Fratribus Toletan. Hispalens. & Cæsaraugustano Archiepiscopis per præsentes cõmitimus, & mandamus, quatenus ipsi, vel duo, aut vnus eorum pręsentes litteras, & in eis contenta quæcumque, vbi, & quando opus fuerit solemniter publicantes, faciant authoritate nostra illas ab omnibus, ad quos spectat, inviolabiliter observari, contradictores quoscumque per censuras, & pœnas Ecclesiasticas, aliaque opportuna iuris, & facti remedia, appellatione postposita, compescendo, invocato ad hoc, si opus fuerit, auxilio brachij sæcularis: non obstantibus litteris prædictis,

ac

ac fœl. record. Bonifacij Papæ VIII. Prædecessoris nostri de vna,& in Concilio Generali de duabus dietis, dummodo vltra tres dietas aliquis authoritate præsentium ad iudicium non trahatur, alijsque constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, necnon dicti Ordinis, etiam iuramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus, privilegijs quoque indultis, & litteris Apostolicis in contrarium præmissorum quomodolibet concessis,confirmatis,& innovatis: quibus omnibus, & singulis, eorum omnium tenores præsentibus pro expressis habentes, illis aliàs in suo robore permansuris, hac vice dumtaxat specialiter, & expressè derogamus, cæterisque contrarijs quibuscumque.

Non obstantibus quibuscumque.

Datum Romę apud Sanctam Mariam Maiorem, sub Annulo Piscatoris,die 23. Maij 1614. Pontificatus nostri anno 9.

Scipio Cabellutius.

Habetur originalis Matriti. eam refert vetus Bullar. & Magister Vargas vbi supra.

PAVLI V.

CONSTITVTIO XIV.

Trigesimo septimo Mag. Generali Fr. Philippo Guimeran.

COMPENDIVM.

Pro solemnitate Capituli Generalis Bilbilitani plenariam indulgentiam Christi Fidelibus nostras Ecclesias visitantibus indulget.

PAVLVS PAPA V. VNIVERsis Christi Fidelibus præsentes litteras inspecturis, salutem, & Apostolicam Benedictionem.

Edita an. 1615.

1 Cum, sicut accepimus, Capitulum Generale Fratrum Ordinis Beatæ MARIÆ de Mercede in Domo eiusdem Ordinis Oppidi Bilbilitani, Tirasonen. Diœcesis, die Festo Pentecostes celebrãdum sit, Nos,vt tam pium opus maiori fructu fiat, ad augendam Fidelium Religionem, & animarum salutem cœlestibus Ecclesię thesauris pia charitate intenti, omnibus vtriusque sexus Christi Fidelibus vere pœnitentibus,& confessis, ac Sacra Communione refectis, qui dictum Ecclesiam Fratrum B.MARIÆ de Mercede Oppidi Bilbilitani, aut aliquam ex Ecclesijs eiusdem Ordinis vbique existentibus ipsa die Festi Pentecostes, & singulis diebus actualis celebrationis dicti Capituli devotè visitaverint, & pro Christianorum Principum concordia, hæresum extirpatione, Sanctæ Matris Ecclesiæ exaltatione pias ad Deum preces effuderint, quo die prædictorum id egerint, plenariam omnium peccatorum suorum indulgentiam, & remissionem misericorditer in Domino concedimus, præsentibus post celebrationem dicti Capituli minimè valituris.

Causa concessionis.

Visitantibus nostras Ecclesias in diebus celebrationis Cap.Gen. plenariã indulgentiam concedit.

2 Volumus autem, vt præsentium transumptis, etiam impressis, manu alicuius Notarij publici subscriptis, & sigillo alicuius personæ in Dignitate Ecclesiastica constitutę munitis,eadem prorsus fides adhibeatur, quæ præsentibus adhiberetur, si forent exhibitæ, vel ostensæ.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Maiorem, sub Annulo Piscatoris,die vltima Martij 1615.Pontificatus nostri anno 10.

Extat hoc Breve apud Mag.Vargas supra pag.495.

PAVLI V.

CONSTITVTIO XV.

Trigesimo octavo Mag. Generali Fr. Francisco Ribera.

COMPENDIVM.

Confirmat electionem factam in persona præfati Francisci in Magistrum Generalem.

PAVLVS PAPA V. DILECTO filio Francisco de Ribera, Magistro Generali Ordinis B. MARIÆ de Mercede Redemptionis Captivorum. Dilecte fili salutem,& Apostolicam Benedictionem.

Edita an. 1615.

1 Cum in Capitulo Generali Ordinis Fratrum B. MARIÆ de Mercede Redemptionis Captivorum in Oppido Civitate nuncupata Bilbili, Tirasonen. Diœc. in Festo Pentecostes proximè præterito celebrato, tuis suffragantibus meritis, in Magistrum Generalem eiusdem Ordinis, sicut accepimus, canonicè electus fueris, tuq; electioni huiusmodi consenseris, dictaque electio,infra tres menses à die eiusdem electionis computandos, iuxta ipsius Ordinis Constitutiones,& Statuta à Sede Apostolica approbari, & confirmari debeat.

Electus in Mag.Gen. Fr Fracisc. Ribera

2 Nos sperantes electionem huiusmodi

modi de persona tua, ob tuam prudentiam, doctrinam,& Religionis zelum, eidem Ordini plurimum profuturam, teque à quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, alijsque Ecclesiasticis sententijs, censuris, & poenis à Iure, vel ab homine, quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatus existis, ad effectum presentium dumtaxat consequendum, harum serie absolventes, & absolutom fore censentes, supplicationibus tuo, ac dilectorum filiorom Diffinitorum, & aliorum Superiorum,& vniversi eiusdē Ordinis nomine, Nobis super hoc humilliter porrectis inclinati, te eiusdem Ordinis Magistrum Generalem, cum omnibus, & singulis facultatibus, authoritate, iurisdictione, privilegijs, & iodultis, quibus alij Magistri Generales eiusdem Ordinis vti, frui, & gaudere solent, ac possunt, authoritate Apostolica, tenore praesentium ad sexennium proximum, iuxta formam dictarum Constitutionum, approbamus, & confirmamos, ac omnes, & quoscumque defectus, tam iuris, quàm facti, etiam substantiales, si qui in tua huiusmodi electione irrepserunt, de Apostolicæ potestatis plenitudine supplemus: Non obstantibus constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, ac dicti Ordinis, etiam iuramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus, caeterisque contrarijs quibuscumque.

Cōfirmatur electio

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Maiorem, sub Annulo Piscatoris, diè 4. Augusti 1615. Pontificatus nostri anno 11.

Scipio Cobellutius.

Habetur originalis Matriti.

PAVLI V.

CONSTITVTIO XVI.

Trigesimo octavo Mag. Generali Fr. Francisco Ribera.
Procuratore Generali in Vrbe M. Fr. Francisco Emmanuele Muniera.

COMPENDIVM.

Sub obedientia precepto, & excommunicationis pœna prohibet ne libri è Bibliotheca Matritensi extrahantur.

Edita an. 1615.

PAVLVS EPISCORVS, SERVVS servorum Dei. Ad futuram rei memoriam.

Decet Romanum Pontificem provisionis suæ ministerio prospicere, ne Monasteriorum, & aliorum regularium locorum Bibliothecæ varijs libris ad communem vsum destinatis refertæ, destituanror, aut aliàs detrimentum, vel iacturam patiantur.

1 Exhibita siquidem Nobis nuper pro parte dilecti filij Francisci de Ribera Magistri Generalis Ordinis Beatæ MARIÆ de Mercede Redemptioois Captivorom ouncupatæ petitio continebat, quod cum ipse Franciscus in Capitolo Generali eiusdem Ordinis noviffimè celebrato noonullos libros magni valoris, ac pretij, quos ipse Franciscus possidebat, & necessatijs suis vsibus reservabat, Bibliothecæ Domus Fratrum prædicti Ordinis Oppidi nuncupati Matriti, Toletanæ Diœcesis, ad perpetuum vsum dilectorum filiorum Religiosorum eiusdem Ordinis,& præsertim in eadem Domo degentium, perpetuo donaverit, & assignaverit; ne igitur tractu tēporis prædictos, & alios dictæ Bibliothecæ libros incuria, & negligentia, seu malitia inde extrahi, & aliunde asportari contingat, pro parte dicti Frãcisci Nobis fuit humiliter supplicatum, quatenus ei in præmissis opportunè providere de benignitate Apostolica dignaremur.

Mag Gen. pretiosos libros cōdonat Bibliothecæ Matritēsi.

Maxima in servandis libris exhibeatur diligētia.

2 Nos igitur, quibus votis est, Bibliothecas libris refertas illæsas nedum conservare, sed illas etiam in dies augere, prædictum Fraocisçum à quibusvis excommuoicationis, suspensionis, & interdicti, alijsque Ecclesiasticis sententijs, censutis,& pœois à iure, vel ab homine, quavis occasione, vel causa làtis, si quibus quomodolibet innodatus existit, ad effectum præsentium dumtaxat consequendum, harum ferie absolventes, & absolutum fore censentes, huiusmodi supplicatiooibus inclinati, eidem Francisco, ac pro tempore existentibus Generalibus, oecnon dilectis filijs modernis, & futuris Proviocialibus, alijsque omnibus,& singulis Superioribus, & Religiosis dicti Ordinis, ac quibuscumque alijs personis, tam sæcularibus, quàm Ecclesiasticis cuiuscumque status, gradus, Ordinis, Dignitatis, seu cōditionis existant, tam præsentibus, vt præfertur, quàm futuris in virtute sanctæ obedientiæ, & sub excommunicationis pœoa per quoscūque cootravenientes incurrenda, à qua nisi per nos, & Romanum Pontificem pro tempore existentem, præterquam in mortis articulo, absolvi queaor, vllo vnquam tempore prædictos, seu alios libros, & volumina dictæ Bibliothecæ impressa, seu manuscripta cuiuscumque generis, speciei, & valoris existant,

Sub obedientiæ præcepto, & excommunicatio nis reservatæ pœna prohibet ne libri è Bibliotheca Matritensi extrahantur.

ex

Nullus superior, etiam Generalis extrahēdi facultatē cōcedere valet.

ex eadem Bibliotheca per se, vel per alium, seu alios, quovis prætextu, colore, vel ingenio, etiam de licentia vel consensu Generalis, & aliorum superiorum Ordinis, & domus huiusmodi pro tempore existentium, etiam in Capitulo congregatorum concesso, vel concessa, vel concessis, etiam prætextu mutui, vel in proprijs Cellis studendi extrahere, capere, portare, asportare, vendere, permutare, & aliàs quomodocumque, & qualitercumque alienare, & distrahere quoquomodo audeant, seu præsumant, Apostolica authoritate tenore præsentium districtius inhibemus, ac statuimus, & ordinamus.

Alienatio librorum interdicitur, simul & extractio à bibliotheca.

3 Decernentes, sic per quoscumque Iudices, etiam causarum Palacij Apostolici Auditores, sublata eis, & eorum cuilibet quavis, aliter iudicandi, & interpretandi facultate, potestate, & authoritate, iudicari, & definiri debere: ac irritum, & innane quidquid secus super his à quoquam, quavis authoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari: non obstantibus constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, nec non domus, & ordinis prædictorum, iuramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus, cæterisque contrarijs quibuscumque.

Trāsumptum in bibliotheca affigatur.

4 Volumus autem, quod præsentium transumptum authenticum in Bibliotheca eiusdem domus regularis affigatur, & ibi affixum perpetuo remaneat, ad hoc, vt illarum tenoris notitia haberi possit, aliàs pœnæ in ipsis contentæ minimè afficiant.

Ignorātia iuris excusat.

5 Nulli ergo omninò hominum liceat, hanc paginam nostræ absolutionis, decreti, inhibitionis, statuti, ordinationis, & voluntatis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem Omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum eius se noverit incursurum.

Commina tio in cōtradictores.

Datis Romæ apud S.Mariam Maiorem, anno Incarnationis Dominicæ 1615. Idibus Novembris, Pontificatus nostri anno 11.

Habetur originalis in Conventu Matritensi.

PAVLI V.

CONSTITVTIO XVII.

Trigesimo octavo Mag. Generali Fr. Francisco de Ribera.

Generali Procuratore in Romana Curia Mag. Francisco Emanuele Muniera.

COMPENDIVM.

Divisionem Provinciarum Novæ Hispaniæ, & Guatimalę decernit.

PAVLVS PAPA V. VENERABILI Fratri Antonio Archiepiscopo Capuano nostro, & Sedis Apostolicæ in Regnis Hispaniarum Nuntio. Venerabilis Frater, salutem, & Apostolicam benedictionem.

Edita an. 1615.

1 Christi Fidelium quorumlibet, præsertim sub suavi Religionis iugo Altissimo famulantium, votis, quæ salubrem eorum directionem, & fœlicem progressum respiciunt libenter annoimus, eaque favoribus prosequimur opportunis.

2 Exponi siquidem Nobis nuper fecit dilectus filius Procurator Generalis Ordinis Beatæ MARIÆ de Mercedē Redemptionis Captivorū nomine Fratrum eiusdem Ordinis Provinciæ novæ Hispaniæ in partibus Indiarum occidētalium, quod præfata Provincia annexam habet alteram Provinciam, de Guatimala nuncopatam, & hę duæ Provinciæ spatio novengentorum milliarium circiter à se invicem distant, quo fit, vt vnus dumtaxat Prior Provincialis, domos, & loca regularia Provinciæ huiusmodi, cum propter variam aëris intemperiem, tum itineris dificultatem, iuxta sibi incumbens officium, fine gravibus expensis, & incomodis, ac vitæ periculo visitare non possit; ex indeque domus, & loca regularia non modica in spiritualibus, & temporalibus detrimenta patiantur.

Distantia NovæHispaniæ à Guatimala ad divisionē Provinciarum impellit.

3 Quare Procurator præfatus eorundem Fratrum nomine Nobis humiliter supplicari fecit, vt Provinciam de Guatimala præfatam à Provincia Novæ Hipaniæ separare, ac proprium illi Priorem Provincialē constituere, aliàsque desuper opportunè providere de benignitate Apostolica dignaremur.

Pro divisione supplicatur.

4 Nos igitur pro Pastoralis officij nostri debito eiusdem Ordinis prospero regimini consulere cupientes, ac singu-

Ea lares

lares Procuratoris, & Fratrum præfatorum personas, à quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, alijsque Ecclesiasticis sententijs, censuris, & pœnis, à iure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatæ existunt, ad effectum præsentium dumtaxat consequendum, harum serie absolventes, & absolutos fore censentes, huiusmodi supplicationibus inclinati, tibi per præsentes committimus, & mandamus, quatenus si, & postquam supra narrata vera esse constiterit tibi legitime, à Provincia Novæ Hispaniæ Provinciam de Guatimala huiusmodi separes, & separatam per proprium Priorem Provincialem, à Capitulo Provinciali eiusdem Provinciæ eligendum gubernari, & regi debere authoritate nostra Apostolica perpetuo decernas, ac eum qui totius Provinciæ Prior Provincialis existebat, in Provincia de Guatimala Priorem Provincialem, in alia vero Novæ Hispaniç Provincia vnum Vicarium Provincialem, qui Provinciæ vsque ad tempus celebrationis proximi Capituli præsit, arbitrio dilecti filij Prioris Generalis eiusdem Ordinis nominari constituas, & depures.

Cõmissio Nuntio Hispaniæ fit ad separandas Provincias Novæ Hispaniæ, & Guatimalæ.

5 Insuper, quod quatuor ad Magisterij, & octo ad Præsentaturæ gradus dicti Ordinis professores in præfata Provincia Novæ Hispaniæ, si separetur, iuxta eiusdem Ordinis constitutiones ab Apostolica Sede confirmatas, instituti: ipsaque Provincia sic separata omnibus, & singulis privilegijs, gratijs, & indultis, quibus aliæ dicti Ordinis Provinciæ vtuntur, potiuntur, & gaudent, ac vti, potiri, & gaudere possunt, & poterunt quomodolibet in futurum, pari modo vti, potiri, & gaudere possit, & valeat, authoritate nostra concedas, & indulgeas: non obstantibus constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis; quibus omnibus, & singulis, eorum tenores præsentibus pro expressis haberes, illis aliàs in suo robore permansuris, hac vice dumtaxat specialiter, & expressè derogamus, cæterisque contrarijs quibuscumque.

Novos gradus ad sufficientem vocalium numerum instituit.

Cõtrarijs derogat.

Datum Romæ apud Sanctum Petrum, sub Annulo Piscatoris die 7. Decembris 1615. Pontificatus nostri anno 11.

Breve istud originale habetur in citato archivo Matritensi, adduciturque in antiquo nostro Bullario authentico, & à M. Bernardo de Vargas §. 4. pag. 497.

PAVLI V.

CONSTITVTIO XVIII.

Trigesimo octavo Mag. Generali Fr. Francisco de Ribera.

Procuratore Generali apud Pontificiam Curiam Francisco Emanuele Muniera.

COMPENDIVM.

Provinciam Limanam, & Quitensem dividit.

PAVLUS PAPA V. AD PERPEtuam rei memoriam.

Edita an. 1616.

Christi Fidelium quorumlibet, præsertim sub suavi Religionis iugo Altissimo famulantium prospero, fœlicique statui intendentes, illis, quæ propterea ab ipsis capitulariter congregatis facta fuisse dicuntur, vt firma, & illibata perpetuo remaneant, libenter, cum à Nobis petitur, Apostolicæ firmitatis robur adjicimus.

1 Sanè pro parte dilecti filij Francisci Emanuelis de Muniera Procuratoris Generalis Fratrum Ordinis Beatæ MARIÆ de Mercede Redemptionis Captivorum Nobis nuper expositũ fuit, quod cum Provincia Limç eiusdem Ordinis spatium quingentarum leucarum amplecteretur, & ideo Prior Provincialis dictæ Provinciæ eam, vt illius domos regulares, propter nimiam à se invicem distantiam, iuxta sibi incumbens officium, visitare non possit, Diffinitores Capituli Generalis in festo Pentecostes proximè præterito in domo eiusdem Ordinis Oppidi Bilbilis Tirasonensis Diocesis celebrati, instantibus dictæ Provinciæ Fratribus, eandem Provinciam in duas invicem distinctas, Limæ scilicet, & Quitensem Provincias, quarum quælibet per proprium Priorem Provincialem sub certis modis, & forma tunc expressis, eligendum, regi, & gubernari deberet, reservato nostro, & Apostolicç Sedis beneplacito, diviserunt, prout in scripturis desuper confectis plenius dicitur contineri.

Ob maximã distantiam Conventuum Provincia Limana in duas dividi à Cap. Gen. statuitur.

2 Cum autem, sicut eadem expositio subiungebat, dictus Franciscus Emanuel plurimum cupiat divisionem prædictam pro illius firmiori subsistentia Apostolicæ confirmationis robore communiri, Nobis propterea humiliter supplicari fecit, vt super præmissis opportunè providere de benignitate Apostolica dignaremur.

Nos

Statutum confirmatur.

3 Nos igitur dictum Franciscum Emanuelem, ac Provinciæ sic divisæ Fratres specialibus favoribus, & gratijs prosequi volentes, & eorum singulas personas à quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, alijsque Ecclesiasticis sententijs, censuris, & pœnis à iure vel ab homine, quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatæ existunt, ad effectum præsentium dumtaxat consequendum, harum serie absolventes, & absolutos fore censentes, huiusmodi supplicationibus inclinati, divisionem dictæ Provinciæ, vt supra factam Apostolica authoritate tenore præsentium approbamus, illique inviolabilis, Apostolicæ firmitatis robur adjicimus: ac omnes, & singulos, tam iuris, quàm facti, & quosvis alios etiam quantumvis substantiales defectus, si qui desuper quomodolibet intervenerint, supplemus: Decernentes divisionem præfatam validam, firmam, & efficacem existere, & fore, & à Provinciarum præfatarum Fratribus, & alijs, ad quos spectat, & spectare poterit quomodolibet in futurum, inviolabiliter observari debere: ac irritum, & inanne, si secus super his à quoquam quavis authoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari: non obstantibus constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, necnon Ordinis, & prædictæ Provinciæ, etiam iuramento, confirmatione Apostolica roboratis statutis, & consuetudinibus, privilegijs quoque, indultis, & litteris Apostolicis in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis.

Contrarijs derogatur.

4 Quibus omnibus, & singulis, eorum omnium tenores præsentibus pro expressis habentes, illis aliàs in suo robore permansuris, hac vice dumtaxat specialiter, & expressè derogamus, cæterisque contrarijs quibuscumque.

Datum Romæ apud S. Mariam Maiorem, sub Annulo Piscatoris, die 7. Martij 1616. Pontificatus nostri anno vndecimo.

Scipio Cobellutius.

Originale extat hoc breve vbi supra, & invenitur similiter in præfato Bullar. in isto Papa B.9.fol.228. refertur quoque à M.Varg.§.8.pag.503.

PAVLI V.

CONSTITVTIO XIX.

Trigesimo octavo Magist. Generali Fr. Francisco de Ribera.

Procuratore Generali in Vrbe Fr. Francisco Emanuele de Muniera.

COMPENDIVM.

Confirmat statuta Capituli Generalis Bilbilitani.

Edita an. 1616.

PAVLVS PAPA V. AD FVTVram rei memoriam.

Exordiũ.

Ex iniuncto Nobis desuper Apostolicæ servitutis officio regularis disciplinæ observantiam, prosperumque statum, & felix regimen sincero desiderantes affectu, ea, quæ propterea ab ipsismet Religiosis, præsertim in Capitulis Generalibus providè acta, & decreta fuisse dignoscuntur, vt firma, & illibata persistant, libenter, cum à nobis petitur, Apostolicæ confirmationis robore communimus, prout conspicimus salubriter in Domino expedire.

1 Exponi siquidem Nobis nuper fecit dilectus filius Franciscus Emanuel de Muniera Procurator Generalis Fratrum Ordinis Beatæ MARIÆ de Mercede Redemptionis Captivorum, quod in Capitulo Generali dicti Ordinis in festo Pentecostes proximè præterito in domo eiusdem Ordinis Oppidi Bilbilis Tirasonen. Diœcesis celebrato, pro fœlici eiusdem Ordinis regimine, & gubernio infrascripta decreta sancta fuerunt, quorum tenor est qui sequitur: videlicet.

Acta Cap. Gñ. Bilbilitani.

3 Hæc sunt quæ observanda, & supplicanda decrevit Congregatio Capituli Generalis Ordinis Beatæ MARIÆ de Mercede Redemptionis Captivorum, celebrati in Civitate Bilbili Tirasonen. Diœces. Nonis Iunij anni 1615. celebrati in vigilia Pentecostes, Nonis Iunij anni decurrentis, quæ fuit secundum Ordinis constitutiones assignata dies celebrationi Capituli, & electioni Generalis Magistri, valde mane, congregatis iam ad dictam electionem faciendam omnibus vocalibus ipsis, ante illam Reverendissimus Pater M. Fr. Philippus à Guimeran Generalis, & authoritate Apostolica prædicti Capituli Præses rescriptum quoddam Illustrissimi, & Reverendissimi Domini suæ sancti-

Rescripta Nuntij Hispaniarum intimatur.

ctitatis in Regnis Hispaniarum Nuntij notum fecit, in quo, vt dicto testificabat rescripto, ipse Illustrissimus Dominus Nuntius, ex relatione sibi per epistolas facta ab Illustrissimo, & Reverendissimo Cardinale Zapara nostri Ordinis Protectore, ex Sanctissimi Domini nostri Pauli V. mente, & decreto præcipiebat, nullum Fratrem in Ordinis Generalem Magistrum posse eligi, habentem annuales redditus, vel proventus, nisi prius ipsos renuntiaret, trãsferret, traderetque fruendos Conventui, ad quem, secundum Religionis statuta, pertinent. Admissoque ab omnibus vocalibus huiusmodi decreto, illud à minimo vsque ad maximũ proprijs Capitibus, in signum obedientiæ, imposuerunt: quibus præmissis ad electionem dictam Magistri processere; factaque iam, & canonicè in Generalem Magistrum electo Reverendissimo P. M. Fr. Francisco de Ribera, pro maiori dicti mandati Sanctissimi Domini nostri executione, & in strictiorem observantiam evangelicæ paupertatis, ad quam Religiosi ex voto Deo facto tenentur, de novo Diffinitorium huius nostri Capituli Generalis præcipit, vt semper in toto Ordine decretum iam factum, & à Capitulo Generali intermedio Matriti celebrato, confirmatum observetur, quo iuxta Concilium Trident. & Constitutiones Ordinis nostri, Religiosi priventur redditus annuales, & census, etiam nomine Conventus possidere, nisi de licentia Sanctissimi. Quod si aliquis (quod Deus avertat) secus sine illa redditibus, & censibus frui repertus fuerit, ipsis statim privetur, & applicentur Conventibus, & Monasterijs, quibus ex iure constitutionum applicari debent, provt Nos ex nunc, provt ex tunc tenore præsentium dicta bona ipsis applicamus, quoadvsque licentiam, & facultatem à sua Beatitudine ad ea obtinenda quis obtineat: & super hoc Reverendissimus Generalis per totum Ordinem, & Provinciales per suas Provincias in suis visitationibus specialem, & peculiarem diligentiam adhibeant, curantes, vt Monasteria, & Conventus, quibus tales redditus, & census fuerint applicati decenter, & religiosè dictorum Religiosorum necessitatibus subveniant.

Cardinalis Zapara noster Ordin. Protector.

Nullus possit in Gen. eligi habẽs annuos redditus, nisi prius Cõventui cesserit.

In signum obedientiæ omnes vocales rescriptũ super capita imponũt.

Eligitur in M.Gen. Fr. Franciscus Ribera

Redditus annuos, etiam nomine Cõventus absque Sedis Apostolicæ licẽtia Fratres nõ valeãt possidere.

4 Item, vt melius, & suavius in communi ab omnibus Religiosis prædictum paupertatis votum observetur, & ipsi habentes quibus tegantur contenti sint, decernimus, & mandamus, quod in omnibus Monasterijs, & Conventibus Fratribus, non solum vestes exteriores, provt est in Religionis vsu, & sicut in alijs Capitulis est in præcepto, sed & interiores, vt femoralia, calceamenta, & ijs similia, & necessaria ad ablutionem tribuantur, non tamen æqualiter omnibus, sed potius vnicuique, provt cuique opus fuerit: Mandantes prætetea quod super hoc deinceps peculiare scrutinium in visitationibus fiat; in quibus, si hoc non ad vnguem servari constet, ab officio sine aliqua relaxatione Prælatum privari volumus.

Omnia tegumenta Fratribus, provt opus habuerint, ministrentur.

5 Rursus Prælatis sub eadem infallibili privationis suorum officiorum pœna præcipimus, vt infirmis Fratribus necessaria omnia abundanter concedantur: & vt ipsos personaliter, ad minus semel in die visitent, vt nihil eorum ipsis deficiat, quæ Medicus pro ipsorum salute ordinaverit, & si pretiosa quæque æstimentur.

Prælatus infirmis abũde subveniat, & quotidie eos visitet

6 Item præcaventes, ne in posterum aliquo modo bonum, & integrum gubernium in Religione turbetur, & volentes, quod sola virtus præ oculis gubernantis habeatur, ordinamus, & mandamus, vt Provinciales in suis visitationibus sũmopere inquirant, si Cõmendatores à suis Subditis munera aliqua accipiant. Quod si (proh dolor!) eorum aliquos munerum amatores invenerint, eos proprijs cõmendis priventeandemque similiter faciat inquisitionem Reverendissimus Generalis per totum ordinem, tam circa ipsos Commendatores, quàm supra ipsos Provinciales. Quod si donorum receptores repererit, præcipue ab illis, quibus exemptiones, officium, vel Commendam contulerint, hos omnes, & singulos, tam Commendatores, quàm Provinciales proprijs officijs privet, ipsos etiam publicis pœnitentijs, & castigationibus omni, & summo com rigore astringendo, vt illis in correctionem, & pœnam, reliquis vero Fratribus sit in exemplum.

Prælati munera à subditis recipiẽtes priventur.

7 Item coram om[n]ibus Diffinitoribus eiusdem Capituli [R]everendissimus Pater Magister Fr. [Phi]lippos à Guimeran fecit demonstrationem cuiusdam brevis Sanctissimi D.N. Pauli Papæ V. obtenti ad instantiam Illustrissimi, ac Reverendissimi Domini Cardinalis nuncupati Zapatæ Ordinis Protectoris, in quo sua Beatitudo præcepit, quod de cætero perpetuis futuris tẽporibus nullus admittatur ad gradum Magisterij, aut Præsentaturæ, nisi in illo concurrant omnes conditiones, & requisita, tam ex iure constitutionum, quàm ex decretis, & actis in Capitulis, tam Provincialibus, quàm Generalibus à Sancta Sede Apostolica approbaris, annullando, & derogando omnes, & quoscumque gradus, qui sine tali Sedis Apostolicæ facultate absque prædictis requisitis hucvsque fuerunt accepti, & simi-

Breve Pauli V. revocans omnes gradus absq; requisitis à cõstitutione obtentos.

similiter omnes gradus supernumerarios, qui sine eadem Apostolica authoritate intrusi fuerint.

8 Quod quidem Breve, cum, omnibus Diffinitoribus audientibus, in Diffinitorio alta voce fuisset lectum, & admissum, in meliorem ipsius observantiam statutum fuit, quod de verbo ad verbum in Ordinis librum transcriberetur: in cuius executione, cum non constet modo quod in toto Ordine sit aliquis gradus Præsentaturæ, vel Magisterij extranumerarius sine Sedis Apostolicę concessione, si forte aliquis post hac extranumeratius repertus fuerit, ex nunc pro tunc, in eiusdem Brevis virtute annullamus, & derogamus tale Magisterium, ac Præsentaturam, volentes, vt omnes quotquot ad tales gradus extra numerum fuerunt admissi, non fruantur privilegijs, gratijs, & immunitatibus, quibus frui, & gaudere solent Provinciarum Magistri, & Præsentati.

Admissio Brevis, & eius observantia.

9 Prętereà ad maiorem, & exactiorem executionem, & observantiam prędicti Brevis decernit, & precipit præsens Diffinitorium, vt deinceps nullus possit exponi, nec designari in Præsentatum, vel Magistrum intra numerum ad futuras vacantes, quin potius iudicat necessarium ad hoc, vt expositiones prædictę debitè, & canonicè fiant, quod supponantur Præsentaturæ, vel Magisteria vacantia, in quę sic exponendi intrare debeant; alias autem expositiones, & confirmationes, si aliter fiant, derogat, & irritat: & declarat, quod in posterum, neque fiant, neque Capitula Provincialia, & Generalia illas facere possint.

Nullus ad gradum exponi valeat ante eius vacationem.

10 Item similiter decernit, & præcipit præsens Diffinitorium, quod sinę spe dispensationis observetur decretum ab Ordine iam factum, quod præcipit, ad obtinendos Magistrorum gradus solum prodesse cursus Lecturæ, quos legerint Præsentati iam confirmati; & similiter in confirmationem, & ratificationen decreti iam facti circa probationes cursuum, & lecturarum, ordinat, & præcipit hæc Congregatio PP. Provincialibus, vt dictas probationes per se ipsos in scrutinijs secretis suarum Visitationum faciant, neque ad illas faciendas commissionem alteri personæ tribuere possint, nisi in casu, quo Capitulum instet, & non sit pro tunc visitanda Domus, in qua tales Lectores legerunt.

Provinciales per se faciat cursuũ probationes ad exponendum ad gradus.

11 Item similiter videns hæc Congregatio, quod aliqui (licet de Ordinis licentia) sint graduati in Vniversitatibus approbatis solum intuitu, vt frui possint nomine, & titulo Magistrorum, ordinat, & præcipit, ne de cætero Provinciales tribuant, nec tribuere possint talem licentiam ad obtinendos huiusmodi gradus Magistrorum in dictis Vniversitatibus, nisi his tantum, qui aliàs fuerint Magistri, vel Præsentati Provinciarum.

Non graduentur in Vniversitatibus. qui in Ordine non sint graduati.

12 Annullamus item, revocamus, & derogamus omnes, & quascumque gratias, & concessiones factas quibuscumque Religiosis, tum, vt à Choro abesse possint, tum etiam, vt aliquas Missas in Hebdomada, sive mense pro sua intentione dicere valeant: includentes sub hac derogatione omnes, & quascumque præcedentias, tam locorum, quam antiquitatum, & similiter exemptiones Præsentatorum, & Magistrorum, si quæ fuerint datæ personis, quæ nec Presentati, nec Magistri aliàs sint, præcipientes ne in posterum PP. Provinciales illas Fratribus concedant, nec concedere queant: & ne in hac parte in totum Iubilatio à Constitutionibus permissa deleatur, poterit Generalis Magister, licet cum limitatione, gratias aliquas, & exemptiones illis concedere, qui ad minus per triginta annos Religioni honestè, & religiosè semper intra obedientiæ Claustra degentes inservierunt, dummodo talium gratiarum concessiones non concedant in aliorum Fratrum præiudicium, vt essent pręcedentiæ locorum, & antiquitatum.

Revocantur exemptiones à Prælatis collatę.

13 Et Nobis cum ad præsens compertum sit in Provincijs Indiarum Religiosos aliquos in Indorum conversione, & reductione ad nostram Catholicam Fidem, in Dei maximum obsequium, & Ecclesiæ Romanæ proventum maximè occupari, volumus, vt illarum Provinciarum Provinciales in suis Capitulis Provincialibus, & non extra, possint eisdem Fratribus ita occupatis, etiamsi non habeant dictam triginta annorum in Religione antiquitatem, iuxta labores perpessos, & merita in hoc sancto exercitio adepta, aliquas exemptiones, & gratias concedere, dummodo de ita concessis Capitulis Generalibus rationem redant, vt ipsas approbent, & confirment, vel aliàs, si omni cum iustificatione non fuerint concessæ, eas annullent, & irritent.

Religiosi nostri apud Indos Apostolicę muneręc clari. Vide sup. in Cathal. Gen.

Indorum conversioni intentis possit intra Cap. Provinc. exemptiõnes impendere.

14 Et declarat hoc præsens Diffinitorium, non esse suæ intentionis sub antedicta revocatione comprehendere Missas Fratribus hucusque concessas ad parentum suorum sustentationem, quin potius ipsis viventibus, & eorum necessitatate instante, ipsis de novo eas concedit, præcipiendo Patribus Provincialibus, vt in suis Provincijs diligenter examinari procurent, an huiusmodi

Missæ ad Parentum sustentationem cõcessæ non revocãtur.

huiusmodi concessiones sub hoc pietatis quæsito colore subreptitie, & minus verè adeptæ sint.

15 Item, cum in Religione observatum iam sit, quod aliqui Religiosi, Dei timore postposito, graves culpas committunt, ob quas, secundum constitutiones Ordinis debent à nostro consortio, & habitu expelli, illas perpetrando solum intuitu, vt à Religione expellantur, & vt ita expulsi possint libertate propria vti, in magnum conscientiarum suarum damnum, & detrimentum: idcircò desiderans hæc Congregatio similia inconvenientia vitare, & has depravatas intentiones coercere, ordinat, & præcipit, quod de cætero nullus Religiosus professus, etiamsi delicta commisserit, ob quæ à Religione expelli debeat, de facto expellatur, sed loco expulsionis pro prima vice per duos annos incarceratus detineatur in carcere particulari, qui ad huiusmodi incarcerationes in vnaquaque Provincia à Patribus Provincialibus specialiter assignetur: & in dictorum duorum annorum spatio rei ad Capitula quotidiana deferantur, in quibus publicè coram Fratribus proprias culpas proclament, disciplinas ob eas suscipiant, & bis in Hebdomada solum pane, & aqua reficiantur. Quas pœnas tantum volumus posse moderare Capitulum Generale. Pro secunda vero vice, si ita iuris fuerit, expellantur.

Ne, vt expellantur, Fratres delicta expulsione digna committant, pro prima vice biennio incarcerentur.

Pro secunda vice expellantur.

16 Animadvertit, & petit Diffinitorium hoc à RR. Generali, & Provincialibus, quod licet iure Constitutionum possint in pœnis, & pœnitentijs ab ipsis Constitutionibus taxatis dispensare, non tamen liberè, & cum facilitate dispensent, nisi transacta iam maiori parte pœnitentiæ, prævisisque in pœnitentibus manifestis, & evidentibus signis doloris, & correctionis.

Quãdo debeant Prælati pœnas mitigare.

17 Item, cum experientia constet Religiosos aliquos insufficientes, ne dicamus idiotas, se transferre de vna in aliam Provinciam, vt facilius ad Sacros Ordines ascendere valeant, volẽtes hoc in totum ab Ordine tollere, ordinamus, & mandamus, vt deinceps, si Fratres in alienas Provincias, proprijs relictis, fugitivè se conferant, & absque licentia, in eisdem Provincijs, in quibus demorantur, Sacris Ordinibus initiari minimè possint, nisi de licentia Provincialis illius Provinciæ, à qua exierunt, & cuius sunt filij, qui illam ipsis minimè concedat absque speciali consultatione RR. Generalis.

Fugitivus ad aliam Provinciã non promoveatur ad Ordines absq; licentia Prov. Provinciæ à qua fugit.

18. Item, vt convenienter ab omnibus Fratribus Constitutiones Religionis observentur, ordinamus, & mandamus, quod Commendatores, & Ordinarij Prælati Conventus nunquam à Choro, neque à Refectorio absint, neque alios Fratres Conventuales sibi subditos abesse permittant; quin potius curare teneantur, vt omnes semper omnibus Canonicis Horis, cæterisque Divinis Officijs, & præcipuè contemplationi assistant, à qua nullus cuiuslibet Ordinis, & conditionis abesse poterit, quacumque etiam ex causa, etiã si Præsentatus, & Magister existat: quos Præsentatos, & Magistros Prælati Refectorio tam ad prandium, quam ad cœnam, similiter & Choro adesse faciant Horis, quibus secundum Ordinis Constitutiones, & antiquum morem adesse tenentur: & quamvis Præsides possint alioquin licentiam non assistendi ex causa concedere, illam tamen rarissime, & cum difficultate concedant, & Patres Provinciales circa hoc in suis Visitationibus invigilent, & invenientes Prælatum aliquem ex consuetudine Choro, & Refectorio non assistentem, ipsum irremissibiliter officio, & Commenda privent,

Commendatores Choro, & Refectorio adsint.

Prælatus ex cõsuetudine à Choro, & Refectorio absens privatur.

19 Item sub pœna suspensionis ab officio per sex menses Commendatoribus præcipitur, ne à suis Commendis, & Domibus exeant absque expressa RR. Generalis, vel suorum Provincialium licentia, casu excepto, quo ad pertractanda negotia suarum Domorum eant, quæ nulla alia persona pertractare valeat.

Commendatores absque licentia à suis Domibus nõ recedãt, nisi de earum necessitate.

20 Item propter ingentia, & gravia inconvenientia, quæ futuris temporibus in Ordine evenire possent, quæ scilicet in hoc Diffinitorio à Patribus sunt animadversa, declaramus textum Constitutionum nostrarum, quo Vicario Generali successori Magistri defectu Generalis tribuitur plus temporis, quam est vnus annus, ad hoc, vt possit ad Capitulum Generale per totum Ordinem Vocales convocare, debere intelligi Generalatu vacante non in eodem anno, quo aliàs facienda erat electio; in isto namque anno non esse differendam Magistri Gen. electionem, sed in ipsa Vigilia Pentecostes faciendam fore censemus: decernentes similiter, quod si aliquando perpetuis futuris temporibus acciderit Generalem Magistrum in ipsa Congregatione Capituli mori, ad novam denuo electionem Magistri Generalis procedatur, ac si alter electus non esset, etiamsi Vigilia Pentecostes præcesserit, dummodo Electores adhuc in Congregatione sint.

Si Generalatus intra annum, quo aliàs facienda erat electio vacaverit, non differatur electio, aut si intra Capitulum decedat electus.

21 Item similiter in alterius textus declarationem ordinamus, & decernimus, quod si Provincialem mori contingat absque eo quod nominet Vicarium

Provincia le decedente absque successoris Vicarij

Institutio ne liberū sit M.Gen. quempiā ex Provincia nominare.

rium Provincialem in sui officij successorem, tunc temporis sit in libera potestate Magistri Generalis confirmare in Vicarium Provincialem talis Provinciç Commendatorem domus futuri Capituli Provincialis, vel si maluerit, alium ex Patribus ad dictum officium nominatis ab ipsis constitutionibus eligat, vel quemlibet alium ex tota ipsa Provincia pro sua voluntate, prout melius iudicaverit. Et declaramus hunc esse legitimum sensum illorum verborum cōstitutionis, dist. 2. cap. 7. *Vel in eo casu Magister provideat in illa Provincia quisquis debeat esse Vicarius Provincialis.*

De hoc Stephano V. infr. qui petit contributiones pro fabrica S. Adriani cōfirmari, & exēptiones ex Vicarijs & Procuratoribus Gen. Romanæ Curiæ cōcedi.

22 Præsentatæ fuerunt in Diffinitorio quædam petiones P.M. Fr. Stephani Muniera, in quibus postulabat, in primis, ut confirmarentur contributiones, quas Conventus Hispaniæ faciebant in ædificium Monasterij S. Adriani de Urbe. Petebat similiter, quod concederentur exēptiones illis, qui in Romana Curia Officium Procuratoris, & Vicarij Generalis Ordinis exercent; & generalis hæc congregatio decretum iam factum circa dictas contributiones, quæ à Conventibus Hispaniæ fiunt in subsidium prædicti Conventus S. Adriani confirmavit, ut deinceps Indiarum Conventus, & alia Monasteria pariformiter suas contributiones faciant.

Cōfirmat Cap decretū de præfatis contributionibus.

23 Decretum item fuit in hoc Diffinitorio, ut ex bonis defunctorum in Provincijs Indiarum, de licentia Sanctissimi, bona aliqua pro medietate, arbitrio Patris Generalis, pro quinquenio tantum, possint applicari Conventui S. Adriani de Urbe: similiter & domui Barchinonensi, cum Mater, & prima Religionis sit, ad præsensque ægestate compressa: Domuique Matritensi, quæ, utpotè, in Curia Regis Catholici, Hospitium est commune omnium Provinciarum, & præcipue Indiarum: & tandem Complutensi nostro Collegio, ubi communiter Fratres ex toto ordine Sacræ Theologiæ studio incumbunt. Orat igitur præsens hæc congregatio Sanctissimum D. Nostrum, ut licentiam, & facultatem hanc concedat ad huiusmodi bonorum applicationem faciendam prædictis domibus.

Ex bonis Indorum decedentium Conventibus S. Adriani Barcin. & Matriten. ac Cōplutensi Collegio ad quinquēnium aliqua pars applicatur

24 Cum autem, sicut eadem expositio subiungebat, dictus Franciscus Emanuel plurimum cupiat decreta huiusmodi, pro illorum firmiori observatione, Apostolicç confirmationis robore communiri, Nobis propterea humiliter supplicari fecit, ut in præmissis opportune providere de benignitate Apostolica dignaremur.

Petitio pro cōfirmatione.

25 Nos igitur dictum Franciscum Emanuelem specialibus favoribus, & gratijs prosequi volentes, & à quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, alijsque Ecclesiasticis sententijs, censuris, & pœnis à iure, vel ab homine, quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatus existat, ad effectum præsentium dumtaxat consequendum, harum serie absolventes, & absolutum fore censentes, huiusmodi supplicationibus inclinati, decreta prædicta Apostolica authoritate tenore præsentium approbamus, illisque inviolabilis Apostolicæ firmitatis robur adijcimus, ac omnes, & singulos, tàm iuris, quàm facti defectus, si qui desuper quomodolibet intervenerint, supplemus.

Confirmātur acta.

26 Decernentes decreta huiusmodi ab omnibus dicti Ordinis Religiosis, cæterisque, ad quos spectat inviolabiliter observari debere: ac irritum, & inane quidquid secus super his à quoquam quavis authoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari: Non obstantibus constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, cæterisque contrarijs quibuscumque.

Datum Romç apud Sanctam Mariam Maiorem sub Annulo Piscatoris, die 8. Martij 1616. Pontificatus nostri anno 11.

Scipio Cobellutius.

Hoc breve extat originale in prędicto Ordinis nostri Matritensi Archivo: adducitur à Mag. Bernardo de Vargas §. 7. pag. 500.

PAULI V.

CONSTITUTIO XX.

Trigesimo octavo Magist. Generali Fr. Francisco de Ribera.

Generali apud Urbem Procuratore Mag. Francisco Emanuele Muniera.

COMPENDIUM.

Fratres Galliç, & Indiarum ad Præsentatura, & Magisterij gradus etiam sine iuris requisitis admittit. Procuratorem Generalem Urbis inter Magistros refert, & si Magister extiterit, vocem habeat in Capitulo Generali, intermedium tollit, & Magistro Generali, ut in gradibus confirmare valeat indulget.

PAULUS PAPA V. AD FUTURAM rei memoriam.

Edita an. 1616.

Onerosa Pastoralis officij cura, quã humi

humilitatem nostram, meritis licet insufficientibus, sustinere voluit Altissimus, assidue nos admonet, vt Religionum in Ecclesia Dei militantium prospero statui intendentes, ea concedamus, per quæ, non solum Religiones ipsas cōservari, verum etiam maiora in dies suscipere valeant incrementa.

1 Hinc est, quod Nos supplicationibus dilecti filij Francisci Emanuelis de Muniera Ordinis Fratrum B. MARIÆ de Mercede Redemptionis Captivorum Procuratoris Generalis, nomine superiorum, & Fratrum eiusdem Ordinis Nobis humiliter porrectis inclinati, quod de cætero Fratres eiusdem Ordinis Galliæ, & Indiarum Provinciarum, ob penuriam personarum, omnia requisita per constitutiones, & decreta Capitulorum, tam Generalium, quam Provincialium dicti Ordinis habentiū, non obstantibus dictis cōstitutionibus, & decretis, ac litteris nostris in huius forma Brevis desuper editis, ad gradus intra numerum Præsentatorum, sicut antea in dictis Provinciis servari consuevit, qui nec artes, nec Sacram Theologiam docuerint, dummodo aliàs sint idonei, & quousque per Capitulum proximum generale cognitum fuerit, an in eisdem etiam Provincijs in omnibus, & per omnia dictæ constitutiones, & litteræ prædictæ nostræ servari possint, admitti.

Bull. 16. In Provinciis Galliæ & Indiarū possint Fratres absque requisitis à iure graduari, quo vsque reperiantur personæ habiles iuxta constitutionē

2 Quodque eiusdem Ordinis in Romana Curia Procurator Generalis pro tempore existens, postquam quinque annorum spatio munere huiusmodi laudabiliter, & cum superiorum eiusdem Ordinis satisfactione functus fuerit, inter Magistros suæ Provinciæ, servata aliàs forma constitutionum præfatarum, admitti: & si Magister existerit votum in Capitulo Generali pro dicti Ordinis Magistri Generalis electione, pro prima vice dumtaxat, habere libere, & licite possit, & valeat.

Qui per quinquenniū Procurator G. in Vrbe extiterit inter Magistros, & qui Magister inter vocales Cap. Gen. numeretur.

3 Insuper quod Fratres eiusdem Ordinis Capitulū Generale intermedium provt hactenus consueverunt, de cætero, nisi Magistri Generalis obitu eveniente, ac pro novi Magistri Generalis electione facienda, celebrare minimè teneantur, nec ad id à quoquam quavis authoritate cogi, vel compelli.

Cap. Gen. intermedium abolet.

4 Quodque Fratres dicti Ordinis ad Præsentaturæ, & Magisterij gradus à suis Provincijs expositi, à pro tempore existente eiusdem Ordinis Magistro Generali, loco, & vice Capituli intermedij huiusmodi confirmari possint, Apostolica authoritate præfata tenore præsentium concedimus, & indulgemus: Decernentes præsentes litteras validas, firmas, & efficaces existere, & fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere: irritumque, & inane, si secus super his à quoquam quavis authoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari: non obstātibus litteris nostris super numero Præsentatorum, & Magistrorum huiusmodi emanatis, ac constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, necnon dicti Ordinis, etiam iuramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus, privilegijs quoque indultis, & litteris Apostolicis in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis: quibus omnibus, & singulis, eorum tenores præsentibus pro expressis habentes, illis aliàs in suo robore permansuris, hac vice dumtaxat specialiter, & expressè derogamus, cæterisque contrarijs quibuscumque.

Mag. se solo possit expositos ad gradus confirmare.

Contrarijs derogat.

Subdatum Romæ apud Sanctum Petrum, sub Annulo Piscatoris die 10. Martij 1616. Pontificatus nostri anno vndecimo.

Extat originalis Matriti, habetur in Bullar. veteri, & apud Mag. Vargas locis citatis.

PAVLI V.

CONSTITVTIO XXI.

Trigesimo octavo Mag. Generali Fr. Francisco de Ribera.

Procuratore Generali in Vrbe Mag. Francisco Emanuele de Muniera.

COMPENDIVM.

Officium Beatę MARIÆ de Mercede, prout in festo ad Nives celebrari solitum, ex concessione Clementis VIII. proprijs lectionibus pro 2. Nocturno exornat.

PAVLVS PAPA V. AD PERpetuam rei memoriam.

Edita an. 1616.

1 Decet Romanum Pontificem, quem Dominus Omnipotens in personam Principis Apostolorum Militanti Ecclesiæ sponsæ suæ præficere dignatus est, ea benigne concedere, quæ ad gloriosissimæ, semperque Virginis Dei Genitricis MARIÆ venerationem, & Christi Fideliū, præsertim vero sub eius patrocinio, & suavi Religionis iugo Altissimo famulantium, devotionem erga illam promovendam, noscuntur pertinere.

Cum

2 Cum itaque, sicut dilecti filij Frãciscus de Ribera Magister Generalis, & Fratres Ordinis Beatæ MARIÆ de Mercede Redemptionis Captivorũ Nobis nuper exponi fecerunt, ipsi, qui in eorum solemnitate in Dominica proximiori Kalendis Augusti celebrari solita Officium Beatæ MARIÆ iuxta formã Breviarij Romani, & prout in dicto Breviario continetur, & recitatur in festo dedicationis eiusdem Beatæ MARIÆ ad Nives ex concessione Sedis Apostolicę recitant, infrascriptas lectiones in secundo Nocturno Officij huiusmodi recitare summopere desiderent; Nos pijs Magistri Generalis, & Fratrum prædictorum votis benignè annuere, illosque specialibus favoribus, & gratijs prosequi volentes, & eorum singulares personas à quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, alijsque Ecclesiasticis sententijs, censuris, & pœnis à iure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatæ existunt, ad effectum præsentium dumtaxat consequendum, harum serie absolventes, & absolutas fore censentes, supplicationibus illorum nomine Nobis super hoc humiliter porrectis inclinati, lectiones huiusmodi, quæ à Venerabilibus Fratribus nostris S.R.E. Cardinalibus Sacris Ritibus Prępositis approbatæ fuerunt, de eorundem Cardinalium Consilio Apostolica authoritate tenore præsentium perpetuò approbamus, & confirmamus, easque ab omnibus, & singulis dicti Ordinis Fratribus in secundo Nocturno prædicti officij libere recitari possint, & valeant authoritate, & tenore prædictis concedimus, & indulgemus; non obstantibus constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, ac, quatenus opus sit, dicti Ordinis, etiam iuramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus, cæterisque contrarijs quibuscumque; tenor autem lectionũ prædictarum sequitur, & est talis, videlicet.

Officiũ B. Mariæ de Mercede prout in festo ad Nives celebrari solitum.

Petitio pro praedictis lectionibus.

Concessio petitionis.

LECTIO IV.

3 CVM Petrus Nolascus nationе Gallus, vir opibus florens, & insigni pietate præditus, cuius confessiones Beatus Raymundus audiebat, qui in pauperes, ac præcipuè Captivos dura servitute ab infidelibus detentos propensissimus erat, nullumque officij genus vmquam intermisit, quo eos liberarę posse existimaret; quorum hoc etiam maiorem curam, & solicitudinem gerendum esse censebat, quo in graviori periculo Christianæ Fidei abiurandæ, & amittendæ salutis æternæ versarentur, hortatu eius ad inopes alẽdos, & maxime ad Captivos ex Barbarorum vinculis redimendos suas copias, & opes, magna cum alacritate, & libenti animo conferret, egregium pij, ac liberalis animi officium pro sua infinita bonitate gratum Deus habuit.

Lectiones propriæ pro festo B. Mariæ de Mercede.

℟. *Sicut Cedrus, &c.*

LECTIO V.

4 NAM proxima nocte insequenti Beatissima Virgo Dei Mater eidem Petro, qui sanctis meditationibus, & orationi vacans, cogitabat qua ratione calamitatibus Christianorum in Captivitate degentium succurrere posset, serena fronte se conspiciendam dedit, & acceptissimum sibi, ac vnigenito suo filio fore dixit, si suum in honorem institueretur Ordo Religiosorum, quibus cura incumberet Captivos è tyrannide Turcarum liberandi, ac illa ipsa nocte eadem Virgo Sanctissima Beato Raymundo, & Iacobo I. Aragonum Regi apparuit, id ipsum de Religiosis admonens.

Apparitio B. Mariæ ad nostri Ordinis fundationem.

℟. *Quę est ista, &c.*

LECTIO VI.

5 QVARE hi, collatis inter se consilijs, & consentientibus animis Ordinem Beatæ MARIÆ de Misericordia, seu de Mercede Redemptionis Captivorum fundaverunt: cui Beatus Raymundus certas vivendi leges præscripsit, ad ipsius Ordinis vocationem accomodatissimas; quarum approbationem aliquot annis post à fœl. recor. Gregor. IX. impetravit: & dictum Petrum, qui eidem Ordini omnia sua promptè dederat, primum etiam Generalem Ordinis Magistrum, suis ipse manibus habitu eodem indutum, creavit.

Nostri Ordinis creatio.

℟. *Ornatam monilibus, &c.*

Datum Romę apud Sanctam Mariam Maiorem, sub Annulo Piscatoris, die 12. Iunij 1616. Pontificatus nostri anno 12.

Scipio Cabellutius.

Servatur originalis Matriti, affertur à Bullar. veteri, & Cherub. tom. 4. & à M. Vargas vbi suprà.

SVB PAVLO V.

CONSTITVTIO XXII.

Trigesimo octavo Generali Mag. Fr. Francisco de Ribera.

Procuratore Generali Mag. Francisco Emanuele de Muniera.

COMPENDIVM.

Cardinalis Gaspar de Borgia nostri Ordinis Protector fidem facit se à Paulo V. vivę vocis oraculo accepisse, quod in revocatione indulgentiarum non intenderit tam plenarias, quàm alias quascumque per se, & suos Prędecessores Ecclesias nostras visitantibus concessas revocare.

Edita an. 1616.

NOS GASPAR TITVLI Sanctæ Crucis in Hierusalem S. R.E. Presbyter Cardinalis Borgia fidem facimus, & attestamur, Sanctissimum D.N. Paulum Papa V. vivæ vocis oraculo nobis declarasse, per Breve Sanctitatis suæ datum Romæ apud S. Petrum sub Annulo Piscatoris die 23. Maij anno 1606. super revocatione, seu annullatione indulgentiarum, & gratiarum omnibus Ordinibus, & congregationibus regularibus concessarum, non fuisse mẽtis, & intentionis suæ indulgentias, tam plenarias, & perpetuas, quàm quascumque alias gratias per se, & Romanos Põtifices Prædecessores suos, ac Sedem Apostolicam quibuscumque Christi Fidelibus Ecclesias Ordinis Beatæ MARIÆ de Mercede Redemptionis Captivorum visitantibus hactenus cõcessas, quæ tunc vigebant revocare, seu annullare, sed illas in suo robore, & firmitate permansisse. In quorum fidem præsentes manu nostra subscripsimus, ac per Secretarium infrascriptum subscribi, sigillique nostri impressione muniri iussimus, & fecimus.

A revocatione indulgẽtiarũ, & gratiarum facta a. 1606 excipiuntur cõcessæ visitantibus nostras Ecclesias.

Datum Romæ in ædibus nostræ solitæ residentię die 25. Augusti 1616. Põtificatus Sanctissimi D.N. anno 12.

G. Cardinalis Borgia.

Cornelius Pisanus Secretarius.

Loco ✠ Sigilli.

Ita Mag. Vargas.

SVB PAVLO V.

CONSTITVTIO XXIII.

Trigesimo octavo Mag. Generali Fr. Francisco Ribera.

COMPENDIVM.

Confirmat Hispaniarum Nuntius electionem Prioris Barchinonensis factam in Persona P.M. Fr. Ambrosij Machin.

Edita an. 1617.

ANTONIVS GAYETANVS DEI, & Apostolicæ Sedis gratia Archiepiscopus Capuanus Sanctissimi D. N.D. Pauli Divina providentia Papę V. eiusdemque Sedis in Hispaniarum Regnis cum potestate Legati de latere Nũtius, iuriumque Cameræ Apostolicæ Collector Generalis dilecto Nobis in Christo M. Fr. Ambrosio Machin Priori domus Ordinis Beatæ MARIÆ de Mercede Redemptionis Captivorum Barchinonen. salutem in Domino.

1 Exponi Nobis fecisti, quod vacante nuper officio Prioratus domus Ordinis Beatæ MARIÆ de Mercede Redemptionis Captivorum, Barchinonen. per liberam dimissionem, seu renuntiationem dilecti pariter Nobis in Christo Fratris Bernardi Papiol olim Prioris dictæ domus, in manibus Reverendi Patris Provincialis sponte factam, ac per eum admissam, dilecti similiter nobis in Christo Fratres dictæ domus in loco eorum Capitulari, vt moris est, congregati, te inibi Præsidentem in eorum Priorem via scrutinij canonicè elegerunt, dictaque electio à Reverendo in Christo Patre Generali dicti Ordinis confirmata extitit.

Fr Bernardus Papiol Prioratũ Barcinon. renuntiat.

Fr. Ambr. Machin. Prior eligitur, electio confirmatur à M.

2 Cum autem, sicut dicta expositio subiungebat; firmiora sint ea, quibus Sedis Apostolicæ accedit authoritas, cuperes propterea, pro firmiori illius subsistentia, electionem huiusmodi de persona tua sic factam per nos approbari, & confirmari. Nos igitur, te apud Nos de Religionis zelo, vitæ, ac morum probitate, alijsque præclaris virtutum donis multipliciter commendatum, gratioso favore prosequi volentes, & à quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, alijsque Ecclesiasticis sententijs, censuris, & pœnis à iure vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatus existis, dummodo in illis per annum non insordueris, ad effectũ præsentium dumtaxat consequendum, harum

Commendat dotes Mag. Machin.

rum

rum serie absolventes, & absolutum fore censentes, huiusmodi supplicationibus inclinati, electionem huiusmodi de persona tua sic factam authoritate Apostolica, qua in hac parte fungimur, tenore præsentium approbamus, & cõfirmamus, illique inviolabilis Apostolicæ firmitatis robur adijcimus: mandantes propterea omnibus, & singulis Fratribus, & Religiosis dicto Priori subiectis nunc, & pro tempore existẽtibus excommunicationis maioris latæ sententiæ, necnon privationis vocis activæ, & passivæ pœnis ipso facto incurrendis, necnon suspensionis officiorum, quatenus tibi tanquam tali Priori obediant, & pareant, ac reverentiam debitam, & consuetam præstent, contrarijs non obstantibus quibuscumque.

Confirmatio Apostolica.

Datum Matriti, Toletanæ Diœcesis, anno Domini 1617. 17. Kalendas Ianuarij, Pontificatus prædicti SS. D. N. Papæ anno 13.

Habetur authentica Barcinone.

PAVLI V.

CONSTITVTIO XXIV.

Trigesimo nono Mag. Generali M. Fr. Ambrosio Machin.

COMPENDIVM.

Electionem Magistri Generalis in persona præfati Machin confirmat.

Edita an. 1619.

PAVLVS PAPA V. DILECTO filio Ambrosio Machin Magistro Generali Ordinis Beatæ MARIÆ de Mercede Redemptionis Captivorum: Dilecte fili salutem, & Apostolicam Benedictionem.

Cum in Capitulo Generali Ordinis Fratrum Beatæ MARIÆ de Mercede Redemptionis Captivorum in Oppido de Guadalaxara, Toletan. Diœcesis in Vigilia Pentecostes anni proximi præteriti 1618, celebrato tu, tuis suffragantibus meritis, in Magistrum Generalem eiusdem Ordinis, sicut accepimus, canonicè electus fueris, tuq; electioni huiusmodi consenseris, dictaque electio infra tres menses à die electionis huiusmodi computandos, iuxta ipsius Ordinis Constitutiones, & Statuta, Apostolica authoritate confirmata, à Sede Apostolica approbari, & confirmari debeat, id verò propter litem, super tua huiusmodi electione moram obtinere non potueris: Nos sperantes electionem huiusmodi de persona tua, ob tuam prudentiam, doctrinam, & Religionis zelum eidem Ordini plurimum profuturam, teque á quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, alijsque Ecclesiasticis sententijs, censuris, & pœnis à iure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatus existis, ad effectum præsentium dumtaxat consequendum, harum serie absolventes, & absolutum fore censentes, supplicationibus tuo, ac dilectorum filiorum Diffinitorum, & aliorum Superiorum, & vniversi eiusdem Ordinis nomine Nobis super hoc humiliter porrectis inclinati, te eiusdem Ordinis Magistrum Generalem, cum omnibus, & singulis facultatibus, auctoritate, iurisdictione, privilegijs, & indultis, quibus alij Magistri Generales eiusdem Ordinis vti, frui, & gaudere solent, ac possunt authoritate Apostolica tenore præsentium ad sexennium, à die electionis tuæ huiusmodi computandum, iuxta formam Constitutionum, & Statutorum prædictorum approbamus, & confirmamus, ac omnes, & quoscumque defectus, tam iuris, quàm facti, etiam substantiales, si qui in tua huiusmodi electione intervenerunt, de Apostolicæ potestatis plenitudine supplemus: Non obstantibus constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, ac dicti Ordinis iuramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus, cæterisque contrarijs quibuscumque.

Mag. Machin eligitur in M. Gen in Capitulo Guadalfaxaræ an. 1618.

Confirmatur electio M. Gen. in favorem M. Machin.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Maiorem, sub Annulo Piscatoris, die 14. Iunij 1619. Pontificatus nostri anno 15.

S. Cardinalis S. Susfana.

Originalis Matriti servatur.

PAVLI V.

CONSTITVTIO XXV.

Trigesimo nono Magist. Generali Fr. Ambrosio Machin.

COMPENDIVM.

Duas Præsentaturas in qualibet Provincia Hispaniæ pro Prędicatoribus adauget.

Edita an. 1619.

PAVLVS PAPA V. AD futuram rei memoriam.

1 Exponi Nobis nuper fecit dilectus filius Procurator Generalis Ordinis B. MARIÆ de Mercede Redemptionis Captivorum, quod numerus Fratrum

eiusdem Ordinis in Regnis Hispaniarum, qui verbi Dei Prædicatoris munere funguntur admodum auctus est, paucissimi verò præmium cōsequūtur, & propterea, ne illi debito suorum laborum præmio frustrati remaneant, sed magis ad virtutis studium in dies excitentur, Nobis totius Ordinis prædicti nomine humiliter supplicari fecit, vt super præmissis, vt infra, providere de benignitate Apostolica dignaremur.

Augetur numerus Prædicatorum, & ideo augeri præmia petitur.

2 Nos igitur eiusdem Procuratoris votis, quātum cum Domino possumus, benigne annuere, illumque specialibus favoribus, & gratijs prosequi volentes, & à quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, alijsque Ecclesiasticis sententijs, censuris, & pœnis, à iure, vel ab homine, quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatus existit, ad effectum præsentium dumtaxat consequendum, harum serie absolventes, & absolutum fore censentes, huiusmodi supplicationibus inclinati: quod de cætero, vltra duo supra solitum numerum Præsentatorum loca, per Nos aliàs cuilibet Provinciæ eiusdem Ordinis Regnorum Hispaniæ concessa, duo alij cuiuslibet Provinciæ huiusmodi Fratres, qui verbi Dei Prædicatoris munere funguntur, ad Præsentaturæ huiusmodi gradum, dummodo prævio diligenti examine idonei reperti fuerint, & alias requisitas qualitates habeant, servata aliàs constitutionum eiusdem Ordinis Apostolica authoritate cōfirmatarum forma, admitti, illique sic admissi omnibus, & singulis privilegijs, gratijs, & indultis, quibus alij Præsentati eiusdem Ordinis vtuntur, potiuntur, & gaudent pari modo, absque tamen Præsentatorum de numero singularum Provinciarum præiudicio, vti, potiri, & gaudere liberè, & licitè possint, & valeant dicta authoritate, tenore præsentium concedimus, & indulgemus: non obstantibus præmissis, ac constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, necnon dicti Ordinis, etiam iuramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis, statutis, & consuetudinibus, privilegijs quoque indultis, & litteris Apostolicis eidem Ordini, illiusque Superioribus, & Fratribus, & quibusvis in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis; quibus omnibus, & singulis, eorum tenores præsentibus pro plene, & sufficienter expressis habentes, illis aliàs in suo robore permansuris, hac vice dumtaxat specialiter, & expresse derogamus, cæterisque contrarijs quibuscumque.

Præter duas supra numerum Præsentaturas supra concessas, alias duas pro Prædicatoribus in quavis Provincia indulget.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Maiorem, sub Annulo Piscatoris, die 13, Iulij 1619. Pontificatus nostri anno 15.

S. Cardinalis S. Sussanæ.

Habetur originalis Matriti.

PAVLI V.

CONSTITVTIO XXVI.

Trigesimo nono Magist. Generali Fr. Ambrosio Machin.

Procuratore Generali in Vrbe M. Fr. Ioanne Manaria, Domus Vallis-Oletanæ filio, & Commendatore, Divinis, & Humanis litteris apprime exculto, sedulo in gerendis Ordinis negotijs, ac industrio viro.

COMPENDIVM.

Fundationem Conventus Monialium nostrarum Matriti, vulgo de Alarcon Apostolica firmitate statuit, & sub obedientia Magistri Generalis constituit.

PAVLVS PAPA V. Venerabili Fratri Decio Archiepiscopo Damasceno nostro, & Apostolicę Sedis in Regnis Hispaniarum Nuntio. Venerabilis Frater, salutem, & Apostolicam Benedictionem.

Edita an. 1619.

1 Inter cætera cordis nostri desideria, illud sinceris desideramus affectibus, vt regularia, præsertim Monialium, loca ad Religionis propagationem, Divinique cultus augmentum recenter erecta prospere dirigatur, & in illis vitæ disciplina, & regularis observantia introducatur.

2 Cum itaque, sicut accepimus, aliàs quædam Maria de Miranda tunc relicta cuiusdam Ioannis Aristæ de Zuñiga, Toletanæ, seu alterius Civitatis, vel Diœcesis in Oppido Civitatis nuncupatæ Matriti, dictæ Toletanæ Diœcesis vnum Monasterium Monialium reformatarum Ordinis Beatæ MARIÆ de Mercede Redemptionis Captivorum, ex his quæ sibi Deus concesserat bonis, terrena cœlestibus fœlici commercio commutans fundaverit, & dotaverit, dictumque Monasterium à Maria prædicta extrui cœptum, eiusdem Mariæ hæredis, seu hæredum, aut personæ, seu personarum, quibus ipsa in vltima, seu alia eius voluntate id operis commisserat, opera, & vigilantia ex bonis similiter per dictam Mariam ad eum effectum relictis iam pene perfectum sit, Nos illius prospero regimini, &

Maria Mirāda egregiæ virtutis fœmina Monasterium de Alarcon Pro nostris Monialibus de suis bonis cœptum, & post mortem perficiendum curat.

& fœlicis in eo Religionis introductioni prospicere volentes, tibi per præsentes committimus, & mandamus, vt postquam prædictum Monasterium legitimè erectum esse tibi constiterit, ex quibusvis dicti, seu S. Benedicti, S. Dominici, S. Augustini, S. Bernardi, B. MARIÆ de Monte Carmelo, S. Francisci, aut cuiusvis alterius Ordinis Reformatarum Monialium illarum, seu aliarum partium Monasterijs, hæredis, seu hæredum, personæ, seu personarum dictarum arbitrio septem in totum Moniales ætate graves, quas ad huiusmodi munus idoneas, & voluntarias esse reperieris, dummodo illarum dumtaxat ad id accedat assensus, hac prima vice authoritate nostra Apostolica educas, & ad recens erectum Monasterium prædictum, ita vt ibidem illæ, vita sibi comite, vel ad aliud tempus bene visum permanere, & si alterius Ordinis fuerint, sese in habitu, & institutis regularibus dicti Ordinis Beatæ MARIÆ de Mercede in omnibus, & per omnia conformare, ac prædictum Monasterium regere, & gubernare, necnon quascumque mulieres, seu puellas, quæ dictum Monasterium iam forsan sunt ingressæ, seu in futurum ingredientur, & inibi profiteri volent, in ritu, moribus, institutis, ac disciplina, & obedientia regularibus huiusmodi erudire, & instituere respectivè possint, & debeant, dicta authoritate transferas.

Committit Nuntio, vt è quovis cuiusvis Ordinis Monasterio septẽ Moniales pro fundatione præfati extrahat.

Et si de alio Ordine ad veniant Fundatrices, nostri instituta suscipiant, & observent.

3 Non obstantibus constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, necnon Monasteriorum, & Ordinum, quorum erant Moniales, quæ transferantur huiusmodi, etiam iuramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus, privilegijs quoque indultis, & litteris Apostolicis illis, eorumque Superioribus, & quibusvis alijs personis sub quibuscumque tenoribus, & formis, ac cum quibusvis, etiam derogatoriarum derogatorijs, alijsque efficacioribus, & insolitis clausulis, ac irritantibus, & alijs decretis in genere, vel in specie, ac alijs in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & approbatis, ac etiam innovatis, etiamsi in eis caveatur expressè, quod similes translationes ex dictis Monasterijs, & Ordinibus fieri non possint: quibus omnibus, & singulis, etiamsi pro illorum sufficienti derogatione de illis, earumque totis tenoribus specialis, specifica, expressa, & individua mentio, seu quævis alia expressio habenda, aut aliqua alia exquisita forma ad hoc servanda foret, tenores huiusmodi, ac si de verbo ad verbum, nihil penitus omisso, & forma, in illis tradita observata, inserti forent, præsentibus pro sufficienter expressis, & ad verbum insertis habentes, illis aliàs in suo robore permansuris, hac vice dumtaxat harum serie ad effectum præmissorum specialiter, & expressè derogamus, cæterisque contrarijs quibuscumque.

Irritat cõtraria quæcumque.

4 Volumus autem, vt Moniales sic transferendæ recta via; & à Matronis honestis associatæ ad noviter erectum Monasterium huiusmodi transeant, ipsarumque eleemosynæ dotales ijs, in quibus professæ fuerint, & vnde transferentur Monasterijs, etiamsi antequam ad illa redeant in dicto Monasterio B. MARIÆ decesserint, omninò remanere debeant.

Fundatrices recta via ad novum Monasterium accedant, & earũ dotes Conventui, vnde venerũt remaneant.

Datis Romæ apud Sanctum Petrum, sub Annulo Piscatoris, die 3. Novembris 1619. Pontificatus nostri anno 15.

Reperitur in autentico antiquo Bullario, fol. 266.

PAVLI V.

CONSTITVTIO XXVII.

Trigesimo nono Magist. Generali Fr. Ambrosio Machin.

Procuratore Generali Magistro Ioanne Manatta.

COMPENDIVM.

Fr. Ioannem de Salazar Magistrum Provinciæ Quitensis ob Indorum conversionem, quam in Provincia Limana gerebat eidem Provinciæ Magistrum assignat.

PAVLVS PAPA V. DILECTO filio Ioanni da Salazar, Ordinis Fratrum B. MARIÆ de Mercede Redemptionis Captivorum Professori. Dilecte fili, salutem, & Apostolicam Benedictionem.

Edita an. 1620.

1 Religionis zelus, vitæ, ac morum honestas, aliaque laudabilia probitatis, ac virtutum merita, super quibus apud Nos fidedigno commendaris testimonio Nos inducunt, vt te specialibus favoribus, & gratijs prosequamur. Exponi siquidèm Nobis nuper fecit dilectus filius Procurator Generalis ipsius Ordinis Fratrum B. MARIÆ de Mercede Redemptionis Captivorum, quod aliàs postquam Diffinitores Capituli Generalis eiusdem Ordinis in Festo Pentecostes anni 1615. in Domo regulari eiusdem Ordinis Oppidi Bilbilis, Tirosonen. Diœcesis celebrato Provin-

Præclara Magistri Ioannis Salazar Commendatio.

vinciam Limæ in Indijs Occidentalibus in duas invicem distinctas, Limæ videlicet, & Quitensem Provincias diviserat, & Nos divisionem eiusdem Provinciæ Apostolica authoritate approbaveramus, & confirmaveramus, tu in Magistrum dictæ Provinciæ Quitensis inter alios electus fuisti.

Cõversioni infidelium plurimum laborabat.

2 Cum autem, sicut eadem expositio subiungebat, tu ex dicta Provincia Limæ ad Provinciam Quitensem propter illius aëris intemperiem tuæ valetudini contrariam, ac etiam quia in dicta Provincia Limæ te in cõvertẽdis illius Populis ad FidemCatholicam occupares, non transieris, & ne id tibi ulli detrimento cedat, Fratres dictæ Provinciæ Limæ te pro illius Magistro admitterint. Nobis propterea, tam Fratrum, eiusque Provinciæ Limæ, quam Procuratoris Generalis huiusmodi, & tuo nominibus fuit humiliter supplicatum, quatenus tibi in præmissis, ut infra opportunè providere de benignitate Apostolica dignaremur.

Petitur præfatum Ioannem inter MM. Provinciæ Limæ annumerari.

3 Nos igitur te. præmissorum meritorum intuitu specialis gratiæ favore prosequi volentes, & à quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, alijsque Ecclesiasticis sententijs, censuris, & pœnis à iure, vel ab homine, quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatus existis, ad effectum præsentium dumtaxat consequendum, harum serie absolventes, & absolutum fore censentes, huiusmodi supplicationibus inclinari, te in Magistrum Ordinis, & Provinciæ Limæ huiusmodi cum omnibus, & singulis privilegijs, gratijs, & indultis, quibus alij dictæ Provinciæ Limæ Magistri utuntur, fruuntur, & gaudent, dicta authoritate tenore præsentium confirmamus: Non obstantibus constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, ac Ordinis, & Provinciæ prædictorum, etiam iuramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus, privilegijs quoque indultis, & litteris Apostolicis in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis; quibus omnibus, & singulis, eorum omnium tenores præsentibus pro plene, & sufficiẽter expressis habentes, illis aliàs in suo robore permãsuris, hac vice dumtaxat specialiter, & expresse derogamus, cæterisque contrarijs quibuscumque.

Petitio conceditur.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Maiorem, sub Annulo Piscatoris, die 13. Februarij 1620. Pontificatus nostri anno 15.

S.Cardin. S. Susanna.

Habetur originalis Matriti.

Ad annum 1611. creavit Episcopum Lavanensem apud Indos Fr. Alphonsum Enriquez de Toledo, Conventus Hispalensis filium, & Collegij eiusdem Sancti Laureani, necnon alterius Mexicani Sancti Raymundi Nonnari, pro scholasticis sęcularibus Provinciali eiusdem Provinciæ subditum, Fundatorem.

Fr. Alphõsus Enriquez de Toledo Episcopus Lavanensis creatur

Ad annum 1612. creavit Episcopum Elnen. in Cathalonia Fr. Franciscum Vera Villavicentio, Conventus Xerecensis filium, qui deindè ad Salmanticen. assumptus ante additam Ecclesiam. Obijt Matriti, & ad Xerecensem Conventum translatus est.

Fr. Franc. Vera Villavicent. Episc. Elnen. & Salmant. creatur.

Ad annum 1616. creavit Episcopum Iaccen. in Aragonia Fr. Philippum Guimeran, Ordinis Generalem Magistrum, de quo supra.

PAVLO V. qui obijt anno 1621. succedit

GREGORIVS XV.

Bononiensis, Alexander antea dictus, Pompei de Ludovisijs filius, Presbyter Cardinalis Tituli S. MARIÆ in Transpontina, & Archiepiscopus Bononiensis. Creatus die 8. Coronatus die 14. Februarij anno Domini 1621. Vixit annos 2. menses 5. diem unum. Creavit Cardinales 2. & ex nostro Ordine Episcopos 3. Obijt Romæ 8. Iulij, anno Domini 1623. Corpus eius in Vaticana Basilica Principis Apostolorum temporario in Tumulo repositum est.

SVB GREGORIO XV.

CONSTITVTIO I.

Trigesimo nono Magist. Generali M.Fr. Ambrosio Machin.

COMPENDIVM.

Hispaniarum Nuntius electionem, seu nominationem Vicarij, aut Commissarij Generalis Reformatorum confirmat.

ALEXANDER DE SANGRO, Dei, & Apostolicæ Sedis gratia, Patriarcha Alexandrinus, Archiepiscopus Beneventanus, SS. D.N. Gregorij Divina providentia Papæ XV. & eiusdem Sedis in Hispaniarum Regnis cum potestate Legati de Latere Nuntius, Causarumque Cameræ Apostolicæ Collector Generalis. Universis, & singulis discretis Viris Commissarijs, Provin-

Edita an. 1621.

Provincialibus, Commendatoribus, aliisque Superioribus quibuscumque Ordinis Beatę MARIÆ de Mercede Redemptionis Captivorum Provinciæ Castellæ, salutem in Domino.

Fr. Frãcis. à Iesv M. exponit se esse à M.G. nominatũ Vicariũ Gen. Excalceator.

1 Ex parte dilecti Nobis in Christo Fratris Iosephi de IESV MARIA Cõmissarij Generalis Fratrum Discalceatorum dicti Ordinis prædictæ Provinciæ Castellæ, eiusdem Ordinis Professoris fuerunt nobis præsentatæ quædam literæ Reverendissimi Mag. Generalis Fr. Ambrosij Machin totius dicti Ordinis Mag. Generalis tenoris sequentis.

Literę patentes nominationis Vicar. Gener. Excalceatorũ

Fr. Ambrosius Machin in Sacra Theologia Magister, Dei, & Apostolicæ Sedis gratia totius Ordinis B. MARIÆ de Mercede Redemptionis Captivorum Magister Generalis. Quia iustis aliquot suadentibus causis ad rectum regimen Recollectionis nostræ, & Monasteriorum eius nostræ Castellanæ Provinciæ, maioremque eorumdem reformationem nobis expedire visum fuit vnum Generalem nominare Commissarium ex præfata Recollectione assumendum, qui eam regat, & gubernet; collatisque super hoc consilijs inter Patrem Provincialem dictæ nostræ Prociæ, & vniversos memoratæ nostræ Recollectionis Prælatos, nobis liquet in eum devenisse consensum, vt dicta Cõmissarij Generalis nominatio sub quibusdam fiat conditionibus summatim, ac singulatim expressis in scriptura cõcordię, quæ inter dictum Patrem Provincialem, dictamque Recollectionem in hoc Oppido Matritensi rata habita est, ad quam nos remittimus, quarum vna ea est, vt pręfata nominatio Cõmissarij Generalis, qui dictam nostram Recollectionem moderetur per Nos, nostramque propriam personam peragenda sit: idcirco cnustito, vt perfecte nobis cõstat de persona P. Fr. Iosephi de IESV MARIA, eius virtute, litteris, reformatione, & prudentia, tenore præsentium, & supremæ nostri officij authoritatis vigore, ac virtute eorum, de quibus in dicta scriptura concordiæ ad præfatam nominationem faciendam, conventum est, designamus, & nominamus prædictum Fr. Iosephum à IESV MARIA nostri Monasterij S. Ceciliæ de Ribas modernum Commendatorem in Commissarium Generalem dictæ nostræ Recollectionis, cunctorumque illius Monasteriorum pręfatæ nostræ Castellæ Provinciæ, qui vt talis Generalis Commissarius ea regat, & gubernet tam in spiritualibus, quàm in temporalibus vsque ad Capitulum Provinciale in futuro proximè festo Pentecostes huius præsentis anni 1619. celebrandum, iuxta dictam scripturam concordiæ initæ inter dictã Recollectionem, dictumque Provincialem: qui tamen in ea contenta non excedat: ipsique omnes vices nostras, & potestatem talem, tantamque committimus, qualem, & quantam habemus, possumusque cõmittere; præcipientes, sicur per præsentem in virtute Spiritus Sancti, & sub formali obedientiæ præcepto, necnon excommunicationis maioris latæ sententiæ, trina canonica monitione præmissa, & privationis suorum officiorum pœnis, Venerabilibus Patribus Commendatoribus, Vicarijs, seu illorum Præsidentibus, cęterisque Religiosis dictæ nostræ Recollectionis huius nostræ Castellæ Provincię, cuiuscumque status, & conditionis existant absque vlla exceptione præcipimus, vt quam primum hæ nostræ præsentes literæ illis intimatæ fuerint, habeant, tractent, & suscipiant, seu haberi, tractari, & suscipi faciant præfatum P. Fr. Iosephum à IESV MARIA in talem Recollectionis nostrę Generalem Commissarium per nos nominatũ, quin ob aliquam rationem, vel causam ijs, quæ à nobis in eisdem præcipiuntur, & ordinantur obsistant. Hancque vt nostram esse mentẽ pateat, præsentes dari iussimus, ac dedimus nostro nomine subscriptas, sigillo maiori nostri officij obsignatas, & à nostro Secretario referendatas in hoc nostro Matritensi Cœnobio die 20. Ianuarij 1619.

Fr. Ambrosius Machin M. Gen.

De mandato Reverendissimi P.N.M. Generalis.

Fr. Gaspar Prieto Secret.

Ex concordia M. G, per se ipsum Commissar. Gẽ. Excalceatorum nominat.

Fit nominatio in favorem præfati Iosephi.

2 Post quarum quidem litterarum præsentationem fuit ex parte dicti exponentis nobis humiliter supplicatum, quatenus præinsertas litteras Apostolica authoritate confirmare, & validare dignaremur.

Cõfirmat Nuntius præfatam nominationem.

3 Nos igitur exponentem apud Nos multiplici commendatione decoratum generoso favore prosequi volentes, & à quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententijs, censuris, & pœnis à iure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatus existit, dummodo in illis per annum non insorduerit, ad effectum pręsentium dumtaxat consequendum harum serie absolventes, & absolutum fore censentes, preinsertas litteras, & in eis contenta Apostolica authoritate confirmamus, & validamus, illisque Apostolici muniminis robur adjicimus, omnesque, & singulos tam iuris, quàm facti defectus, si in eis quomodolibet inter-

terveneriut supplemus, & eadem authoritate tollimus.

4 Mandantes vobis omnibus, & singulis quatenus præfatum exponentem in præmissis nullo prætextu, vel quæsito colore molestare audeatis, vel præsumatis, sed irritum, & innane, si secus quavis authoritate contigerit attentari, constitutionibus dicti Ordinis, quibus hac vice derogamus, alijsque contrarijs non obstantibus quibuscumque.

Datum Matriti Toletanæ Diœcesis anno Domini 1621. Pontificatus prædicti Domini nostri Papæ anno 1.

Extat originalis Matriti, & adducitur à veteri Bullar.

GREGORII XV.

CONSTITVTIO II.

Trigesimo nono Magist. Generali Fr. Ambrosio Machin.

Procuratore Generali in Vrbe Mag. Fr. Ioanne Antillon Cæsaraugustani Conventus filio in historia versatissimo lucubratore, qui plura opuscula, & inter ea historiam Provinciæ Aragoniæ conscripsit, quæ tamen, ipso morte correpto, lucem non viderunt.

COMPENDIVM.

Confirmat decretum Capituli Generalis Guadalfaxaræ, vt Magistratu Generali vacante nullum celebretur Capitulum Provinciale, sed omnia immobilia persistant.

Edita an. 1621.

GREGORIVS PAPA XV. Ad futuram rei memoriam.

Vt ea, quæ pro personarum quarumlibet, præsertim divini numinis obsequijs sub suavi Religionis iugo Altissimo famulantium bono, & quieti per ipsorum Superiores, præsertim in Capitulis Generalibus statuta, & decreta sūt firma, & illibata persistant, nostræ confirmationis robur illis libenter adjicimus, provt conspicimus in Domino salubriter expedire.

1 Exponi siquidem Nobis nuper fecit dilectus filius Procurator Generalis Ordinis Beatę MARIÆ de Mercede Redemptionis Captivorum, quod super Magistratus totius Ordinis vacationes ortæ fuerant difficultates in Capitulo Generali eius Ordinis in domo illius regulari Oppidi de Guadalaxara Toletanæ Diœcesis de anno millesimo sexcentesimo decimo tertio celebrato, pro quibus editum fuit decretum tenoris subsequentis: videlicet.

Decretum Cap. Gen. Guadalfaxaræ de an. 1613. vt vacāte Mag. Gen. non possit Vic. Gen. vocales, aut alia officia mutare.

Statuit hoc sanctum Diffinitotiū, vt circa Generalatus vacationem, qua vnus succedit Vicarius Generalis, vsque ad futurum generale Capitulum Constitutionis clausula cap. 3. dist. 2. quæ ait: *Et licet Vicarius Generalis in Officio Generalis succedat, illi tamen nullatenus liceat Electores mutare, vel privare, aut novos eligere ad Capitulum generale proximum, sed quantum ad hoc iidem Electores, quos Magister Generalis per mortem, vel decessum, vel privationem reliquit, permaneant; ita vt Religio in eodem statu perseveret, sicut fuerat ante vacationem Magistratus, &c.* non secus ac littera ostendit intelligenda sit: vtque iidem debeant permanere vocales ad Capitulum generale futurum: & simili casu quo Capitula Provincialia occurrentia vsque ad transactam Capituli generalis celebrationem protrahantur, in suis persistant officijs de quibus in Capitulo Provinciali providetur: & quod constitutio, qua sancitur, quod Capitulum Provinciale tertio quoque anno Dominica in *Cantate* celebretur, est lex generalis, & ordinaria, hæc vero restringens in eventu quo vacaverit Generalatus.

Petitur confirmatio.

2 Cum autem, sicut eadem expositio subiungebat, Procurator Generalis prædictus pro firmiori decreti huiusmodi validitate, & subsistentia illud Apostolicæ nostræ confirmationis robore communiri plurimum desideret, Nobis propterea, tam suo, quàm totius Ordinis prædicti nominibus supplicari fecit, vt desupèr opportune providere de benignitate Apostolica dignaremur.

3 Nos igitur dictum Procuratorem Generalem specialibus favoribus, & gratijs prosequi volentes, & à quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, alijsque Ecclesiasticis sententijs, censuris, & pœnis à iure, vel ab homine, quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatus existit, ad effectum præsentium dūtaxat consequendum, harum serie absolventes, & absolutum fore censentes, huiusmodi supplicationibus inclinati, decretum huiusmodi Apostolica authoritate tenore præsentium approbamus, & confirmamus, illique Apostolicæ firmitatis robur adjicimus, ac omnes, & singulos tam iuris, quàm facti defectus, si qui desuper quomodolibet intervenerint, supplemus: decernentes decretum huiusmodi ab omnibus, ad quos spectat, & spectabit quomodolibet in futurum inviolabiliter observari debere: ac irritum, & innane, si secus super his à quoquam

Cōfirmatur superius statutum.

Contraria irritat.

quam

quam quavis authoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari: non obstantibus constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, ac quatenus opus sit, dicti Ordinis, etiam iuramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus, cæterisque contrarijs quibuscumque.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Maiorem, sub Annulo Piscatoris, die 9. Augusti 1621. Pontificatus nostri anno 1.

Scipio Cobellutius.

Habetur originalis in Archivo Barchinonensi, & adducitur in veteri Bullario.

GREGORII XV.

CONSTITVTIO III.

Trigesimo nono Magist. Generali Fr. Ambrosio Machin.

Procuratore Generali in Vrbe Fr. Ioanne Antillon.

COMPENDIVM.

Capitula concordiæ initę cum Patribus Excalceatis nostris in eorum à Nobis separatione confirmantur.

Edita an. 1621.

GREGORIVS PAPA XV. AD perpetuam rei memoriam.

Apostolici muneris solicitudo divina dispensatione, nullo licet merito nostro, Nobis imposita postulat, vt circa statum religiosarum personarum quarumlibet, illarum præsertim, quæ sub strictioris Religionis iugo gratum Deo famulatum exhibere desiderant, invigilantes, ad ea, per quæ religiosæ personæ huiusmodi in laudabili eorum instituto, sublatis impedimentis quibuslibet, perseverare valeant, sedulo intẽdamus, provt conspicimus salubriter in Domino expedire.

1 Cum itaque, sicut accepimus, inter dilectos filios Fratres Ordinis Beatæ MARIÆ de Mercede Redemptionis Captivorum Calceatos ex vna, & Fratres eiusdem Ordinis Congregationis Discalceatorum nuncupatorum ex altera partibus infrascripta Capitula, occasione separationis, & totalis dismembrationis Fratrum Discalceatorum prædictorum à Fratribus Calceatis huiusmodi, de mandato dilecti Fratris nostri Gasparis Tit. S. Crucis in Hierusalem Presbyteri Cardinalis de Borgia nuncupati, eiusdem Ordinis apud Nos, & Apostolicã Sedem Protectoris, intervenientibus, & assistentibus dilectis filijs Ioanne de Antillon vti Vicario Generali, & Provinciali, ac Procuratore Generali in Romana Curia, & Petro de Guzman Procuratore Provincię Castellæ eiusdem Ordinis, necnon Didaco de S. Paulo eiusdem Congregationis Procuratore Generali, inita fuerint tenoris subsequentis: videlicet.

Divisio à Discalceatis facta per Card. Protectorẽ.

2 In primis statuitur, quod supplicetur suæ Sanctitati nomine partium supradictarum, vt pro hac vice dumtaxat, dignetur nominare vnum Vicarium Generalem Recollectum, qui habeat eandem authoritatem, iurisdictionem, præeminentiam, & superioritatem super omnes Recollectos, illiusque Monasteria vtriusque sexus, quàm habet Reverendissimus Generalis super totam Religionem Calceatorum: & qui similiter possit nominare Provinciales, Diffinitores, & Electores, ac Procuratores Generales Provinciarum Castellę, & Bethicæ, ac Siciliæ pro hac vice tantum, & assignare locum, in quo sit celebrandum Capitulum Generale futurum, & dividere, & nominare Provincias.

Statuitur 1. quod Pontifex pro vna vice Vicarium Gen. Recollectorum instituat, qui pro hac vice tantũ officia possit conferre.

3 Item, quod Vicarius Generalis Apostolicus gubernet Recollectionem vt supremum caput à die notificationis bullæ, seu motus proprij, emanandi in confirmationem horum Capitulorum, vsque ad primum Capitulum Generale celebrandum in die Pentecostes anni proximè venturi 1622. in quo poterit reeligi, si sic bene visum fuerit convenire Recollectioni.

Hic Vicarius Apostolicus sit supremum Recollectionis caput vsq; ad Cap. Gen.

4 Item, quod à die Pentecostes anni 1622. in posterum perpetuis futuris temporibus quolibet sexennio debeat celebrari Capitulum Generale Recollectionis in die Pentecostes, servando in omnibus ordinem, qui servatur à PP. Calceatis, interim, quod non fiant constitutiones à Discalceatis.

Quolibet sexennio celebret Recollecti Cap. Gẽ.

5 Item, quod vox tam activa, quàm passiva, pro electione huiusmodi Vicarij Generalis solum competat Religiosis Recollectis, absque eo, quod PP. Calceati, & eorum Reverendissimus Generalis possit modo aliquo concurrere, nec intervenire in illa, neque in alijs actibus Capitularibus.

In Capitulis Recollectorum non interveniant Calceati.

6 Item, quod Vicarius Generalis Apostolicus eligat in qualibet Provincia vnum Procuratorem Generalem, & quatuor Diffinitores, ad quos pertineat, vna cum Procuratore Generali Romanæ Curiæ, electio futuri Vicarij Generalis, qui debeat residere, vel nominare Præsidentem in omnibus Capitulis.

Institutio Diffinitorum, & Procuratorũ Gen.

Substitutio Vicar. Gen. in casu mortis eius.

7 Item, quod, si contigerit Vicarium Generalem Apostolicum ex hac vita migrare ante nominationem Provincialium, in tali casu succedat in officio eiusdem Vicarij Generalis Commissarius, qui fuerit Bethicæ, & illius defectu Commendator, qui tunc temporis erit Monasterij Sanctę Barbaræ Oppidi Matriti, & eo non existente, Commendator Recollectus Civitatis Hispalensis, & in defectu talis, Commendator ille, qui fuerit Monasterij nuncupati de S. Lucar de Barrameda, quod si talis mors eveniat facta iam nominatione Provincialium, tunc temporis succedat in dicto Officio Vicarij Generalis Provincialis eiusdem Provinciæ, cuius erat Vicarius Generalis, & eo deficiente, Vicarius Provincialis, & illo non existente, Diffinitor antiquior eiusdem Provinciæ.

M. Geo. & Provinciales Calceati renunciant iurisdictioně super Recollectos, & eorum Cap. intercedendi.

8 Item, quod Reverendissimus Generalis, & Procuratores Provinciales Calceati renuntiant, omni meliori modo de iure locum habente, iurisdictioni, potestati, superioritati, & præminētiæ, ad illos quomodolibet spectantibus, vel quæ in futurum quomodolibet potuerit spectare, vel pertinere super Recollectionem, & illius Monasteria vtriusque sexus. Item quod similiter renuntiant actioni interveniendi Capitulis Generalibus, & Provincialibus Discalceatorum.

Et ius od Prelaturas Cōventuū Recollectorum, excepto de Alarcon.

9 Quod similiter PP. Calceati renuntiant omni superioritati, iurisdictioni, electioni, & actioni quomodolibet competentibus illis, vel pro tempore competituris, ad obtinendas Prælationes in Monasterijs Religiosorum Recollectionis vtriusque sexus nunc, & pro tempore existentibus, excepto Monasterio Monialium Recollectarum Oppidi Matriti, quia hoc Monasterium debet remanere sub eadem obedientia, sub qua modo militat.

Recollecti nō possint Cap. Calceatorum interesse, activè aut passivè.

10 Item, quod PP. Recollecti non possint assistere Capitulis Generalibus, aut Provincialibus Calceatorū, neque in illis habere vocem, sive active, sive passive; & quoad hunc articulum renuntiant omni actioni, & iuri nunc, & pro tempore quomodolibet eis competenti.

Nec Prælaturas in illorū Cōventibus obtinere.

11 Item, quod similiter renuntiēt, & abdicant à se quamcumque prætensionem, actionem, vel ius, quæ nunc habent, & pro tempore quomodolibet habere, vel prætendere possunt, ad obtinendas prælationes in Monasterijs Calceatorum vtriusque sexus illis, vel illius Provincijs vbique annexis.

Vicar. Gē. Recollectionis electus petat confirmationem à Mag. Gen. qui infra 15. dies illam debet confirmare.

12 Item, pro quanto Recollectio rationabiliter veretur, ne per tempus oblivioni mandet tot beneficia accepta à dicta Religione Calceatorum eius Matre, statuitur, quod Vicarius Generalis Recollectus infra tres menses, à die suæ electionis teneatur illam præsentare Reverendissimo Generali Ordinis: qui, si fuerit canonica, necessario illam confirmet, & hæc sola præeminentia reservatur Reverēdissimo Generali super Recollectionem: quod si facere recuset, intra quindecim dies ab illius præsentatione Recollectio accedat, & recursum habeat pro illius confirmatione ad Nuntium suæ sanctitatis in Regnis Hispaniç commorantem.

Procuratores provinciales vocem habeāt in electione Vic. Gen.

13 Item, ob paucitatem suffragiorum, qui nunc in Capitulo Generali vocem habebunt, statuitur, quod Procuratores Provinciales cuiuscumque Provinciæ Discalceatorum in electione Vicarij Generalis, habent vocem activam, sicuti Diffinitores Capituli Generalis.

Munus Redemptionis maneat privative apud Calceatos.

14 Item, quod Ministerium Redēptionis solum spectet ad Religiosos Calceatos, & quod Patres Recollecti, non se intromittant in recipiendis legatis à Christi Fidelibus relictis ad dictum effectum: nec possint petere in suis Monasterijs, nec extra pro redimendis Captivis, nec habere Cippos, nec Capsas, nec aliquid aliud pro eleemosyna petēda hac de causa, quia totum hoc debet mandari curæ, & solicitudini Patrum Calceatorum dumtaxat, sicut vsque nunc fuit in consuetudine. Et ad tollendos scrupulos, & sedandas conscientias statuitur, quod nomine partium fiat instantia Sanctissimo D.N. quatenus dignetur declarare Religiosos Recollectionis liberos, & deobligatos esse ab executione quarti voti: Et similiter prædictarum partium nomine eidem sanctissimo supplicetur, quatenus etiam dignetur communicare, & concedere Recollectioni omnia indulta, & privilegia, quæ hucvsque in favorem Religionis Calceatorum à Sede Apostolica emanarunt, & in posterum emanabunt, etiam illa, quę intuitu Redemptionis eidem Religioni sunt concessa: taliter quod extensio dumtaxat fiat quantum ad fructus spirituales, nullum reservando, & non quantum ad ius administrandi dictam Redemptionem, & percipiendi fructus, eleemosynas, & alia ad eam quomodolibet spectantia: nam quantum ad hoc in perpetuum exclusi, & privati manebunt.

15 Item, quod omnia decreta, & Bullæ Apostolicæ in favorem Recollectionis concessa adimpleantur de verbo ad verbum, dūmodo in totum, vel in partem non contraveniant his præsentibus Capitulis.

Vic. Gen iuret ob-

16 Item, quod Vicarius Generalis Recol-

servãtiam concordię.

Recollectionis à sua sanctitate electus, statim quod fuerit à Notario Apostolico requisitus cum Brevi Apostolico teneatur exercere suum officium, primitus, & ante omnia iurando adimplere in omnibus hæc Capitula, & quodcumque illorum; & contrarium faciendo, gratia sanctissimi intelligatur nullius valoris.

InCapitulis vtrius-que familiæ ratificetur hæc concordia

17 Item, quod concordia debet tam à Religiosis Calceatis, quàm Discalceatis in suis primis Capitulis Generalibus respectivè ratificari; & si qualibet ex partibus, huic concordiæ contravenerit in toto, vel in parte, vel illam non ratificaverit, videatur amittere ius, quod habebat, contra aliam, & similiter incurrere in pœnam viginti mille ducatorum applicandorum alteri parti.

Fiat Sanctissimo pro cōfirmatione supplicatio.

18 Item, quod vnanimiter ab vtraque parte supplicetur suæ Sanctitati, vt dignetur approbare, & confirmare hanc concordiam per viam motus proprij, vel alio meliori modo sibi bene viso, & in toto finis imponatur litibus inter dictos Religiosos pendentibus.

Subscribatur à Procuratoribus.

19 Item, quod supradicta Capitula, & conventiones, ad maius robur, & vim illorum à Procuratoribus Generalibus Calceatorum, & Discalceatorum prædictę Religionis suis nominibus subscribi, & firmari debeant.

20 Nos fœlici eiusdem Congregationis regimini, & gubernio, quantum cum Domino possumus, consulere volentes, de Venerabilium Fratrum nostrorum Sanctæ R.E. Cardinalium, negotijs Regularium Præpositorum consilio motu proprio, & ex certa scientia, ac mera deliberatione nostris omnia, & singula Capitula prædicta, & in eis contenta quæcumque, citra tamen dispensationem super quarto voto huiusmodi, Apostolica authoritate tenore præsentium perpetuo approbamus, & confirmamus, illisque inviolabilis Apostolicæ firmitatis robur adjicimus: atque omnes, & singulos tam iuris, quàm facti defectus, si qui desuper quomodolibet intervenerint, supplemus.

Confirmatio Apostolica.

21 Insuper, pro hac vice tantum, dilectum filium Ioannem de Sancto Iosepho, aliàs Maroto, eiusdem Congregationis Vicarium Generalē cum omnibus, & singulis privilegijs, authoritatibus, gratijs, favoribus, facultatibus, & indultis, ac aliàs modo, & forma supradictis authoritate, & tenore prædictis facimus, constituimus, & deputamus.

Fr. Ioānes à S. Ioseph. aliàs Maroto Vic. Gen. nominatur.

22 Decernentes præsentes litteras perpetuo validas firmas, & efficaces existere, & fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, dictęque Congregationi, & illius professoribus in omnibus, & per omnia plenissimè suffragari: sicque per quoscumque Iudices ordinarios, & delegatos, etiam causarum Palatij Apostolici Auditores vbique iudicari, & diffiniri debere; ac irritum, & innane, quidquid secus super his à quoquam quavis authoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Iudices executores instituit.

23 Quocirca Venerabilibus Fratribus nostris Alexandro Patriarchæ Alexandrino Moderno, & pro tempore existenti nostro, & Sedis Apostolicæ in Regnis Hispaniarum Nuntio, & Archiepiscopis, & Episcopis in quorum Diœcesibus, domus, Monasteria, & alia eorumdem Fratrum Discalceatorū regularia loca erecta, & instituta sunt, ac pro tempore erigi, & institui contigerit, per præsentes committimus, & mandamus, quatenus ipsi, vel duo, aut vnus, eorum per se, vel alium, seu alios pręsentes litteras, & in eis contenta quæcumque, vbi, & quando opus fuerit, & quoties pro parte eorundem Fratrum Discalceatorum fuerint requisiti, solemniter publicantes, eisque in pręmissis efficacis defensionis præsidio assistentes, faciant authoritate nostra FratresDiscalceatos pręedictos pręmissorum omnium, & singulorum effectu pacificè frui, & gaudere: non permittentes eos desupèr à quoquam quomodolibet indebite molestari, contradictores quoslibet, & rebelles, ac pręmissis non patentes per sententias, censuras, & pœnas Ecclesiasticas, aliaque opportuna iuris, & facti remedia, appellatione postposita, compescendo, invocato etiam ad hoc, si opus fuerit, auxilio brachij sæcularis: Non obstantibus fœl. record. Bonifacij Papæ VIII. Prædecessoris nostri de vna, & in Concilio Generali edita, de duabus dietis, dummodo vltra tres dietas aliquis authoritate præsentium ad iudicium non trahatur, alijsque quibusvis constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, necnon dicti Ordinis, etiam iuramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus, privilegijs quoque indultis, & litteris Apostolicis, eidem Ordini, illiusque Ministro Generali, ac quibusvis alijs superioribus, & personis, sub quibuscumque tenoribus, & formis, ac cum quibusvis clausulis, & decretis in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis: Quibus omnibus, & singulis, eorum omnium tenores pro plenè, & sufficienter expressis habentes, illis aliàs in suo robore permansuris, hac vice dumtaxat specialiter, & expressè derogamus, cæterisque contrarijs quibuscumque.

Contraria irritat.

Eadem fides transumpto, ac originali detur.

24 Volumus autem quod præsentium transumptis, etiam impressis, manu alicuius Notarij publici subscriptis, & sigillo alicuius Personæ in dignitate Ecclesiastica constitutæ munitis eadem prorsus fides habeatur, quæ ipsis præsentibus haberetur, si forent exhibitę, vel ostensæ.

Subdatum Romæ apud Sanctum Petrum, sub Annulo Piscatoris die 26. Novembris 1621. Pontificatus nostri anno 1.

Transumptum authenticum huius Brevis invenitur in Archivo Generali Conventus nostri Matritensis, illud inserit, & confirmat Vrbanus VIII. constit. 4. infrà & affertur à Cherubin. in Bullar. Rom. Lugduni impresso tom. 4. in Appendi. constic. 14.

GREGORII XV.

CONSTITVTIO IV.

Trigesimo nono Magist. Generali Fr. Ambrosio Machin.

Procuratore Generali in Romana Curia Magist. Fr. Ioanne de Antillon.

COMPENDIVM.

In festo Beatæ MARIÆ de Mercede plenariam, per eius octavam trium annorum, & totidem quadragenarum indulgentiam nostras Ecclesias visitantibus concedit.

Edita an. 1622.

GREGORIVS PAPA XV. Vniversis Christi Fidelibus præsentes litteras inspecturis, salutem, & Apostolicam Benedictionem.

Visitantibus nostras Ecclesias in die B. M. de Mercede plenariam indulgen. concedit.

1 Ad augendam Fidelium Religionem, & animarum salutem cęlestibus Ecclesiæ thesauris pia charitate intenti, omnibus vtriusque sexus Christi Fidelibus vere pœnitentibus, & confessis, ac Sacra Communione refectis, qui aliquam ex Ecclesijs Fratrum Ordinis Beatæ MARIÆ de Mercede Redemptionis Captivorum vbique existentibus die festo eiusdem Beatæ MARIÆ de Mercede Dominica proximiori primo diei mensis Augusti celebrari solito, à primis Vesperis, vsque ad occasum solis diei huiusmodi singulis annis devote visitaverint, & ibi pro Christianorum Principum concordia, hæresum extirpatione, ac S. Matris Ecclesiæ exaltatione pias ad Deum preces effuderint, plenariam omnium peccatorum suorum indulgentiam, & remissionem misericorditer in Domino concedimus.

Diebus infra octavā 3. an. & 3. quadragenas.

2 Iis vero, qui easdem Ecclesias singulis diebus infra octavam dicti festi, vt supra visitaverint, & vt præfertur oraverint, quo die prædictorum id egerint tres annos, & totidem quadragenas de iniunctis eis, seu aliàs quomodolibet debitis pœnitentijs in forma Ecclesiæ consueta relaxamus; præsentibus ad decennium tantum valituris.

Ad decennium.

Non suffragatur habētibus easdē aliās cōcessas.

3 Volumus autem, vt si aliàs Christi Fidelibus dictas Ecclesias visitantibus aliquam aliam indulgentiam perpetuo, vel ad tempus nondum elapsum duraturam concesserimus, præsentes nullæ sint: vtque etiam præsentium trāsumptis, etiam impressis, manu alicuius Notarij publici subscriptis, & sigillo alicuius personæ in dignitate Ecclesiastica constiturę munitis eadem prorsus fides adhibeatur, quę præsentibus adhiberetur, si forent exhibitæ, vel ostensæ.

Eadem fides detur transumptis, ac originali.

Datum Romæ apud Sanctum Petrum, sub Annulo Piscatoris die 3. Martij 1622. Pontificatus nostri anno 2.

Adducitur in veteri Bullario.

GREGORII XV.

CONSTITVTIO V.

Trigesimo nono Magist. Generali Fr. Ambrosio Machin.

Procuratore Generali in Vrbe Fr. Ioanne Antillon, & pro Castella, & Bethica Mag. Fr. Didaco de Velasco Cuzcensi Provinciali, Matritensis Conventus filio, fidei dilatandæ apud Indos mirificè expedito ductore, bis Redemptore, obijt Matriti anno 1648.

COMPENDIVM.

Cardinalis Protector ex Pontificis commissione, & Apostolica authoritate confirmat acta Capituli Provincialis Cuzcensis in Indys.

Edita an. 1622.

NOS GASPAR TIT. S. CRVCIS in Hierusalem S. R. E. Presbyter Cardinalis de Borja Protector Generalis Ordinis Beatæ MARIÆ de Mercede Redemptionis Captivorum dilectis Nobis in Christo Venerabilibus, & Religiosis viris Magistro Generali, ac vniversis, & singulis eiusdem Ordinis Provincialibus, Commendatoribus, Præsidentibus, Vicarijs, & alijs Superioribus, cæterisque ad quos spectat, & pro tempore

pore spectabit, præsentium tenore attestamur, notumque facimus supplicationem pro parte dilectorum nobis in Christo R. P. Præsentati Fr. Didaci de Velasco Provincialis, & Vocalium Provinciæ del Cuzco eiusdem Religionis in Indijs Occidentalibus Sanctissimo Domino nostro D. Gregorio Divina providentia Papæ XV. ad obtinendam confirmationem actorum, & decretorum in celebratione Capituli Provincialis dictæ Provinciæ, quę fuit sub die prima mensis Iulij anni Domini 1618. factorum, porrectam, cuius tenor sequitur, & est talis.

2 Beatissime Pater, Præsentatus Fr. Didacus de Velasco Provincialis Provinciæ del Cuzco, ac cæteri Vocales dictæ Provinciæ Ordinis B. MARIÆ de Mercede Redemptionis Captivorum in Capitulo Provinciali, per eos sub die prima mensis Iulij, anni 1618. iuxta dicti Ordinis statuta, & consuetudinem in Civitate del Cuzco, ritè in Provincialem dictæ Provinciæ prædictum Patrem Fr. Didacum de Velasco Præsentatum, & Ordinem huiusmodi expressè professum, lecta à Secretario per Magistrum Generalem ei facta, & à dicto Capitulo acceptata dictæ Provinciæ prohibitione, ac servatis alijs Ordinis, & Provincię prædictorum constitutionibus, canonicè elegerunt omnes, & pro fœliciori Ordinis, ac Monasteriorum dictæ Provincię regimine, & administratione, ac Divini cultus augmēto infrascripta statuta condiderunt, videlicet.

Exponitur Papæ electio, & statuta Capituli Prov. Cuzcensis

Acta Capituli Provinc.

3 Quod omnes Fratres dictæ Provinciæ, qui pro Sacramentorum administratione, & Fidei Catholicæ instructione in illis partibus facienda à Vicario Generali, ac Provinciale, & Conventuum Hispanorum Commendatoribus pro tempore nominabuntur perindè, ac si in dicto Capitulo per se, & ad partem, ac ex tunc nominati essent, ab omnibus censeantur, & reputentur.

Quod extra Cap. possint deputari Fratres ad curam, & instruct. Indorum.

4 Item, quod pro fideli administratione bonorum Fratrum, qui in dicta Provincia pro tempore obibunt, & illorum, qui hactenus obierint, si qua sint, in virtute Spiritus Sancti, & sanctæ obedientiæ, ac sub excommunicationis pœna Superior Domus, vel Commendę, in qua Frater obierit ea, qua poterit maiori celeritate copiam inventarij bonorum dicti defuncti à Procuratore Domus, seu Commendę eiusdem defuncti subscriptam, originale tamen penes se retinendo, ad eius Provincialem, necnon in prima, quæ se obtulerit occasione, argentum, aurum, & alia bona huiusmodi, quæ defunctus reliquerit ad Commendatorem, & Depositarium Domus dictæ Civitatis del Cuzco transmittere debeat: quodque Commendator, & Depositarius prædicti illa recipere, ac in libro defunctorum annotare, & donec bona huiusmodi fiant applicata, prout ab eius Provinciale ordinetur, fideliter retinere, & custodire debeant, & teneantur.

Bona Fratrum defunctorum sub inventario Domui del Cuzco remittantur

5 Item, quod Provinciales, cæterique Superiores in virtute Spiritus Sancti, & sanctę obedientiæ, & sub pœna privationis suorum officiorum, ac exilij duorum annorum à dicta Provincia, nullo unquam tempore Fratres alterius Provinciæ in suis Conventibus, absque authentica, & fidedigna eorum Provincialis licentia admittere possint, quodque Fratres licentiam huiusmodi non habentes in carceribus retinere, & de eorum adventu Provinciales certiores facere teneantur: dicti vero Provinciales sub pœna privationis officij Fratres huiusmodi ad suas Domos redire compellant.

Fratres de alia Provincia nō admittantur sine Provinc. licentia.

6 Item, quod nulli dictæ Provinciæ Prælati in eorumdem Spiritus Sancti, & sanctæ obedientiæ virtute, ac sub perpetuæ inhabilitatis munera, & Prælaturas in dicta Provincia obtinendi, & duorum annorum exilij ab illa pœnis, ad habitum Religionis huiusmodi aliquem Indianum, Mulatum, Mœstizū, vel Quarteronem (vt dicitur) admittere possint: & vt facilius evitetur, ne habitus Religionis prædictæ à defectus huiusmodi patientibus in posterum suscipiatur, quod super huiusmodi defectibus pleniores habeantur informationes, Indos, Mulatos, Mœstizos, & Quarterones huiusmodi ad dictam Religionem inhabiles declarando, quodque Prælati eorum professionis emissionem admittere nequeant, sed à dicta Religione, vti enormiter læsa, expelli possint.

Indij, Mulati, Mœstici, & Quarterones non possint ad nostram Religionē admitti.

7 Item, quod cum sit contra votum paupertatis, & dicti Ordinis constitutiones, quod Fratres debita contrahant, Fratres dictæ Provinciæ debitum vltra viginti petia absque sui Ordinarij Prælati licentia, qui nihilominus illis vltra centum petia concedere nequeat, sub pœna carceris per dimidium anni, contrahere non possint: casu vero quo contingat aliquem ex Fratribus huiusmodi maiori pecuniarum summa indigere, quod licentiam petere debeat à suo Provinciali, vel Procuratore Generali; quibus etiam iniungitur, ne licentiam huiusmodi absque causis vrgentibus (dummodo non cum mercatoribus) concedant.

Debitā quæ possunt Fratres contrahere.

Neutiquā cū mercatoribus agant.

8 Item, ob multa inconvenientia quæ ex manifestatione defectuum, quos pro

pro tempore Fratres comittunt, possunt evenire, quod, sub pœna excommunicationis, nullus Frater alterius Fratris errores, & culpas alteri Fratri, vel sæculari, præterquam in casu vrgenti, ac patenti remedio indigente, Vicario Generali, vel Provinciali, aut Prælato, qui ex officio remedium afferre valeat, manifestare possit: quodque illi, qui errores, & culpas huiusmodi per epistolas, vel aliàs propalaverint, ad verificationẽ illorum obligati existant; & qui aliàs crimen aliquod alterius Fratris, quod sit peccatum mortale, patefecerit, pro conspiratore contra Religionem declaretur, & secundum dictæ Religionis constitutiones, rigorosè puniatur: provt etiam rigorosè erũt puniendi illi, qui sæcularium crimina publicaverint: districtius inhibendo, ne epistolæ fictitiæ, & sine subscriptionibus ab aliquo scribantur.

Prælatos localis nõ nisi cõtra in gravi crimine deprehensos processum actitet.

9 Item, quod Ordinarij Prælati contra suos subditos actitare, vel processus, seu informationes fabricare non possint, nisi contra in gravi aliquo delicto deprehensos: quo in casu originales processus, nullam apud se copiam retinendo, ad Vicarium Generalem, vel Provincialem suum transmittere debeat, & teneatur.

Qui possint ferre testimonium.

10 Item, quod nullus Chorista ad Ordines Sacros non promotus, nullusque Laicus ætatem viginti quatuor annorum completam non habens, nisi in casu gravissimo, & in quo non adsint alij testes, & tunc coram quatuor Sacerdotibus in Conventu senioribus, in testimonium adhiberi possit: ac omnes, & singulas testificationes aliter factas suspectas, nulliusque roboris, vel momenti fore. Illi verò, qui in huiusmodi testificationibus quovis prætextu, colore, vel ingenio falsa deposuerint, ad habitus privationem, & ad triremes per duos annos sine stipendio, si verò Prælatus fuerit, ad sui officij, & Prælaturæ privationem, & ad perpetuam à dicta Religione expulsionem condemnetur.

Qui ad Ordines Sacros promoveri debent.

11 Item, quod in posterum nullus Frater, qui linguæ latinæ, & cantus ignarus sit, ac duos annos post professionem non compleverit, & authenticam baptismatis fidem non habuerit, ad Sacros Ordines promoveri possit, illi verò, qui non constituti in ætate à Cõcilio Tridentino statuta se ad Sacros Ordines huiusmodi promoveri facient, ad triremes per duos annos damnẽtur.

Procuratores Redẽptionis.

12 Item, quia finis Religionis huiusmodi est Redemptio Captivorum Christianorum, quod Procuratores Cõventuum dictæ Provinciæ sint etiam Procuratores Redemptionis, vt diligentius, & acuratius attendatur ad id, quod pertinet ad ipsam Redemptionem.

Divini Officij, ac Missæ Cõventualis celebratio.

13 Item, quod Prælati cuiuscumque Domus, sub pœna privationis sui officij, & inhabilitatis ad illud per quatuor annos, si in suo Conventu adsint sex Sacerdotes, Horas Canonicas, ac Vesperas in Choro ante Sanctissimum Sacramentum decantari, ac Missam, quam Conventualem, seu decantatam vocant, quotidie, & absque vlla relaxatione celebrari faciant.

Doctrinarij vltra 3. dies hospites non retineant.

14 Item, quod doctrinarij, tam Prælati, quàm subditi in sua doctrina hospites sæculares vltra tres dies, sub pœna privationis doctrinæ, & salarij vnius anni, tenere non possint.

Pœnæ pro fumentibus tabacum in fumo.

15 Item, quod nullus cuiuscumque status, & conditionis existat, tabacum in fumo fumere possit; qui vero illud accepisse inveniatur, si iuvenis fuerit, ad disciplinam circularem publicè faciendam, & incedendum per quatuor menses sine mantelo, & ad graviores pœnas, si tabacum huiusmodi pluries acceperit: si verò sit Sacerdos, & tabacum huiusmodi ante celebrationem Missæ sumpserit, pœnis carceris, & suspensionis à Sacrificio Missæ per duos menses, pro qualibet vice subiaceat: si verò vltra tres vices dictum tabacum accepisse comperiatur, conscientia Provincialis oneratur, vt illum Altaris ministerio omninò privet.

Fratres alterius Provinc. non admittantur, nec officia absque Gen. Mag. facultate possint obtinere.

16 Item, quod Provincialis infra certum tempus Fratres, qui in eius Provincia commorantur, optimè noscere debeat, & illos, qui ex alijs Provincijs venerunt, ad suas Provincias reddire compellat, nec desuper, sub pœna suspensionis per sex menses, dispensare valeat: omnesque qui assistunt in illa, in qua tamen professionem non emisserunt, officia, vocem activam, & passivam in dicta Provincia nullatenus habeant, nisi per Magistrum Generalem expresè tribuatur facultas, & licentia, & talis ab omnibus in Capitulo Provinciali recipiatur, & non alio modo.

Petitur cõfirmatio.

17 Cum autem, Sanctissime Pater, Oratores prædicti Capituli celebrationem, ac Provincialis electionem huiusmodi, omniaque, & singula decreta, ac in illis contenta quæcumque, licita tamen, & honesta, Sacrisque Canonibus, & Sacri Concilij Tridentini decretis minimè cõtraria pro maiori, ac firmiori illorum omnium, & singulorum subsistentia, validitate, & observatione per Sanctitatem vestram, & Sedem Apostolicam approbari, & confirmari plurimum cupiant, supplicant igitur humiliter eidem Sanctitati vestræ

vestrę Oratores prædicti, quatenus eos specialis gratiæ favoribus prosequendo, Capituli celebrationem, ac Provincialis electionem ad quadriennium, vt moris est in dicta Provincia, taliter quod prædictus Provincialis, & eius successores canonicè intrantes, durante dicto quadriennio, á nullo vnquam, nisi audita parte, & servata iuris forma, ab officio everti, vel in eo perturbari possint; necnon decreta, statuta, & ordinata prædicta, omniaque, & singula in eis contenta Apostolica authoritate approbare, & confirmare: omnesque, & singulos, tam iuris, quàm facti, ac solemnitatum, & alios, quantumvis substantiales, patentes, vel occultos, defectus, si qui desuper quomodolibet intervenerunt, aut intervenisse dici, prætendi, vel censeri possunt, eadem authoritate supplere: ac statuta, decreta, ordinata, omniaque, & singula in eis contenta præfata semper, & perpetuo valida, & efficacia esse, & fore, omnesque suos plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, & à Magistro Generali Religionis, Capitulo Generali, & ab omnibus, ad quos spectant, & pro tempore quomodolibet spectabunt semper, & inviolabiliter observari, & adimpleri de gratia speciali, decernere, & præcipere dignetur: & pro tanto favore, &c. Ad Nos per eumdem Sanctissimum Dominū remissam fuisse, vt de omnibus in dicta supplicatione contentis inquisitionem faceremus; Nosque diligenti informatione sumpta, & constito prius de convenientia petitæ confirmationis, vt melius, ac validius perpetuis futuris temporibus supradicta decreta, & ordinationes super modo electionis Provincialis prędicti, & bono regimine suæ Provinciæ, hæc eadem pręfato Sanctissimo Domino nostro retulisse, ac ab eo in mandatis accepisse, quatenus in his, vt infra, providere deberemus.

Provincialatus quadriennio duret.

Quæritur Confirmatio.

Committitur examen Protectori.

18 Nos igitur de mandato eiusdem SS. Domini nostri Papæ vivæ vocis oraculo Nobis desuper facto, & authoritate nostri Protectoris officij, qua ad hoc principaliter fungimur, omnia, & singula in prædicta supplicatione contenta approbamus, revalidamus, & confirmamus, supplentes omnes, & quoscumque defectus, tam iuris, quàm facti, si qui quomodolibet in electione dicti Provincialis, & celebratione Capituli intervenerunt: Decernentes insuper quod electio Provincialis, quæ, vt moris est, in dicta Provincia del Cuzco fit ad quadriennium, ita fiat in posterum perpetuis futuris temporibus, taliter quod à nullo Prælato Religionis, nisi audita partę, & servata iuris forma, prædictus Provincialis, & eius successores in officio inquietari, & perturbari possint.

Cōfirmātur supradicta.

19 Et vt melius exequatur, vobis omnibus supradictis, & Capitulo Generali, ad quos pręsentes nostræ litteræ spectant, vel pro tempore quomodolibet spectabunt, in virtute sanctæ obedientiæ, & sub pœna excommunicationis maioris, ipso facto incurrenda, præcipimus, & mandamus, quatenus prædicta omnia, & singula, tam ad electionem Provincialis del Cuzco, quàm ad confirmationem statutorum, & decretorum dicti Capituli spectātia, prout iacent, cum diligentia observetis, & ab omnibus Religionis Prælatis, cuiuscumque status, & conditionis sint, observari faciatis. In quorum omnium, & singulorum fidem has pręsentes litteras manu nostra subscripsimus, ac per nostrum Secretarium infrascriptū subscribi, sigillique nostri, quo in talibus vtimur, appensione muniri iussimus, & fecimus.

Præcipitur statutorū observatio.

Datis Romæ in Ædibus nostræ solitæ residentiæ, die 28. mensis Martij, anno à Nativitate Domini nostri Iesu Christi 1622. & Pōtificatus SS. in Christo Patris, & D. N. D. Divina providentia Gregorij Papæ XV. secundo.

Gaspar Cardinalis Borgia.

De mandato Illust. ac RR. Dñi mei Cardinalis.

Cornelius Pisanus Secret.

Habetur hoc Diploma in dicto authentico Ordinis Bullar. in fine, B.6. Gregorij XV. fol. 268.

GREGORII XV.

CONSTITVTIO VI.

Trigesimo nono Magist. Generali M. Fr. Ambrosio Machin.

Pro vniverso Ordine in Apostolica Curia M. Fr. Ioanne de Antillon, & Mag. Fr. Didaco de Velasco pro Castella, & Vandalia Procuratoribus.

COMPENDIVM.

Ordinis nostri privilegia confirmat.

GREGORIVS EPISCOPVS, SERvus servorum Dei. Ad perpetuam rei memoriam.

Edita an. 1622.

Iniuncti

1 Iniuncti Nobis Apostolici muneris ratio postulat, : Religiosorum Ordinum quorumlibet, illorum præsertim, qui sub suavi Religionis iugo, & peculiari preclaræ Dei Genitricis MARIÆ vexillo Altissimo famulãtes, Christi fideles in manibus infidelium tyrannicè detentos, iuxta eorum regularia instituta, redimere consueverunt, paternam curam gerentes, privilegia, gratias, facultates, & indulta, quæ à Romanis Pontificibus Prædecessoribus nostris, & à Sede Apostolica concessa fuerunt, quo validius subsistant, Apostolicæ confirmationis munimine roboremus, prout conspicimus in Domino salubriter expedire.

Egregia nostri Instituti opera speciali favore digna.

2 Exhibita siquidem Nobis nuper pro parte dilectorum filiorum M. Ioannis Antillon Vicarij Generalis Ordinis Beatæ MARIÆ de Mercede Redemptionis Captivorum per Italiam, & Procuratoris Generalis in Romana Curia, necnon Presentati Didaci de Velasco Provincialis del Cuzco in partibus Indiarum, & Procuratoris Provinciæ Castellæ, & Bethicæ petitio continebat, quod cum inter omnes vitæ regularis Ordines, quibus administris, totum Militantis Ecclesiæ corpus ad Christianæ pietatis cultum dirigitur, ille semper in primis ex omni sui parte conspicuus, & illustris esse dignoscitur, quem Beatissima Cœlorum Regina ad Captivorum in Infidelium partibus miserè servientium Redemptionem Sancto Raymundo de Peñafort, & clarę mem. Iacobo Aragonum Regi, necnon Petro Nolasco primo illius professori, dum vitam in humanis ducerent, singulari quodam miserationis affectu sibi fore charissimum, vt pie creditur, revelavit; & fœl. rec. Callixtus Papa III. Prædecessor noster ipsum ratione quarti voti, quo illius Religiosi se infidelibus in Captivorum Redemptionem pignus fore devovent, & obstringunt, cæteris Ordinibus celsiorem, & perfectiorem vocaverit: sicque ipse Ordo iam inde ab anno Domini 1218. In Civitate Barchinonen. ab eodem Iacobo Rege in die festo Sancti Laurentij Martyris sub invocatione Beatæ MARIÆ de Mercede Redemptionis Captivorum institutus, & à piæ mem. Gregorio Papa IX. etiam Prædecessore nostro à Nativitate eiusdem Domini nostri 1230. à revelatione vero prædicta duodecimo in festivitate Sancti Antonij Abbatis confirmatus, his pietatis incrementis incorporum, animarumque Captivorum salutem, alijs scilicet redimendis, alijs vero instruendis, alijs autem in Fide corroborandis opere, & sermone in dies magis, magisque efflorverit, vt quam plurimi Romani Pontifices similiter Prædecessores nostri, non minus primam illius originem cœlitus revelatam, quam pios huiusmodi progressus admirati, innumeras propemodum in eum gratias, & privilegia, ex inexhausto Ecclesiæ Dei thesauro Sedis Apostolicæ benignitate deprompta liberalissimè contulerint.

Cœlestis præ omnibus Religionis nostræ gloria.

Callix. III. de nostro Ordine sensus.

Ordinis Fundatio ann. 1218.

Cõfirmatio anno 1230.

Origo, & progressus Religionis Pontifices admiratio nem pariunt, & ad favores inducunt.

3 Quare pro parte Ioannis Vicarij, & Procuratoris, ac Didaci prædictorum, tam suo, quam vniversorum totius Ordinis Professorum nominibus Nobis fuit humiliter supplicatum, quatenus privilegia huiusmodi, pro firmiori illorum subsistentia, Apostolico munimine roborare, aliàsque in præmissis, vt infra, opportunè providere de benignitate Apostolica dignaremur.

4 Nos igitur dicti Ordinis Beatæ MARIÆ (quam præ cæteris in visceribus gerimus charitatis) prosperum, & tranquillum statum paterno zelantes affectu, ac Ioannem Vicarium, & Procuratorem, & Didacum prædictos, & cæteros Religiosos huiusmodi à quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, alijsque Ecclesiasticis sententijs, censuris, & pœnis, à iure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodati existunt, ad effectum præsentium dumtaxat consequendum, harum serie absolventes, & absolutos fore censentes, huiusmodi supplicationibus inclinati: omnia, & singula privilegia, indulta, immunitates, exemptiones, libertates, prerogativas, antelationes, præeminentias, licentias, facultates, concessiones, remissiones peccatorum, indulgentias, absolutiones, aliasque gratias vniversas, necnon Apostolicas, tam sub plumbo, quàm in forma Brevis, desuper quomodolibet expeditas litteras, quæ, & quas idem Gregorius IX. & similis mem. Gregorius XI. Innoc. IV. VI. & VIII. necnon Alexan. etiam IV. & VI. & Clemens similiter IV. VI. & VII. Bonifac. VIII. & Ioannes XXII. necnon Nicolaus III. IV. & V. necnon Martinus etiam V. & Eugen. IV. idem Callixtus, Paulus II. III. & IV. ac Sixtus IV. & Iulius II. & III. necnon Leo X. Sixtus V. ac Clem. VIII. Paulus V. & alij quicumque Romani Pontifices Prædecessores nostri huic vniverso Ordini, ac singulis illius Provincijs, Prioratibus, Domibus, & alijs regularibus locis, necnon Generali Magistro, illiusque, sive ipsius Ordinis Vicario, seu Vicarijs, Procuratoribus, Visitatoribus, Provincialibus, Redemptoribus Captivorum, Electoribus, Diffinitoribus, Commendatoribus, Vocalibus, alijsque Officialibus quocumque nomine nuncupen-

Papę in nos singularis affectus.

Confirmat omnia privilegia, & indulta à suis Prædecessoribus concessa.

cupentur, ac cæteris illius Fratribus, & Religiosis quibuscumque tam in genere, quàm in specie, etiam per modum communicationis, extensionis, & ampliationis, ac aliàs quomodolibet, & sub quibusvis verborum formis, & expressionibus concesserunt, innovarunt, confirmarunt, & approbarunt, quorum omnium, & singulorum tenores, etiam si talia forent, quæ specialem, & individuam mentionem requirerent, præsentibus, ac si de verbo ad verbum insererentur, pro plene, & sufficienter expressis haberi volumus, dummodo tamen Sacris Canonibus, & præcipuè decretis Concilij Tridentini, ac Constitutionibus Apostolicis, dictique Ordinis institutis regularibus contraria, & sub aliquibus revocationibus comprehensa non sint, ac in vsu existant, Apostolica authoritate tenore præsētiū perpetuo approbamus, confirmamus, & innovamus, ac quatenus opus sit, ea omnia, & singula de novo cōcedimus, illisq; perpetuę, & inviolabilis Apostolicę firmitatis robur adjicimus: ac omnes, & singulos, tā iuris, quā facti, ac quarūcumque solemnitatū de iure, & cōsuetudine, aut aliàs quomodolibet requisitarum, necnon quoscumque alios, quantumvis substantiales defectus, si qui forsan in eisdem, aut aliquo eorum quomodolibet intervenerint, supplemus: Decernentes easdem præsentes, semper, & perpetuo validas, & efficaces esse, & fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, sicque per quoscumque Iudices ordinarios, & delegatos, etiam causarum Palatij Apostolici Auditores, ac S.R.E. Cardinales, etiam de latere Legatos, dictæque Sedis Nuntios iudicari, & diffiniri debere: irritum quoque, & inane, si secus super his à quoquam quavis authoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Contraria irritat.

5 Quo circa Venerabilibus Fratribus Toletano, & Hispalensi, ac Cæsaraugustano Archiepiscopis per Apostolica scripta mandamus, quatenus ipsi vel duo, aut vnus eorum per se, vel alium, seu alios easdem præsentes litteras, & in eis cōtenta quęcumque vbi, & quando opus fuerit, ac quoties pro parte Ioannis Vicarij, & Procuratoris, ac Didaci prædictorum, seu alicuius eorum fuerint requisiti, solemniter publicantes, eisque in præmissis efficacis defensionis præsidio assistentes, faciant authoritate nostra ab omnibus, ad quos spectat, & spectabit quomodolibet in futurum inviolabiliter observari: ipsosque Ioannem Vicarium, & Procuratorem, ac Didacum approbatione, confirmatione, roboris adiectione, defectuū suppletione, alijsque pręmissis omnibus, & singulis, iuxta earumdem præsentium litterarum continentiam, & tenorem, pacificè frui, & gaudere: non permittentes eos, seu eorum aliquem desupèr per quoscumque quomodolibet indebitè molestari, contradictores, & rebelles quoslibet per sententias, censuras, & pœnas Ecclesiasticas, aliaque opportuna iuris, & facti remedia, appellatione postposita, compescendo, ac legitimis super his habendis servatis processibus, illos sententias, censuras, & pœnas huiusmodi incurrisse, servata forma concilij huiusmodi, declarando, illasque etiam iteratis vicibus aggravando, invocato etiam ad hoc, si opus fuerit, auxilio brachij sæcularis: Non obstantibus eiusdem Bonifacij Papæ VIII. Prædecessoris de vna, & Concilij Generalis edita de duabus dietis, dummodo vltra tres dietas aliquis vigore earundem præsentium, extra suam Civitatem, vel Diœcesim ad iudicium non trahatur, ac alijs Apostolicis constitutionibus, necnon dicti Ordinis, iuramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus, cæterisque contrarijs quibuscumque.

Tolet. Hispalen. & Cęsaraug.

Archiepisc. Iudices executores instituit.

Contrarijs derogat.

6 Et quia difficilè foret easdem pręsentes nostras litteras ad singula loca, vbi necesse fuerit, deferre, volumus, & simili Apostolica authoritate, decernimus, quod earumdem litterarum transumptis, etiam impressis, ac manu, & sigillo pro tempore existentis Magistri Generalis ipsius Ordinis, seu illius Vicarij subscriptis, & munitis eadem fides adhibeatur tam in iudicio, quàm extra illud, quæ ipsis litteris adhiberetur, si illæ forent exhibitæ, vel ostensæ.

7 Nulli ergo omninò hominum liceat, hanc paginam nostræ absolutionis, confirmationis, approbationis, concessionis, roboris adiectionis, defectuum suppletionis, voluntatis, & decreti infringere, vel ei ausu temerario contraire: Si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem Omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum eius se noverit incursurum.

Minatur contradictores.

Datum Romæ apud Sanctum Petrum anno Incarnationis Dominicæ 1622. Kalendis Aprilis, Pontificatus nostri anno 2.

Extat originalis Matriti, & affertur, licet truncata, à veteri Bullario.

GREGORII XV.

CONSTITVTIO VII.

Trigesimo nono Magist. Generali M.Fr. Ambrosio Machin.

Procuratore Generali apud Vrbem Mag. Ioanne de Antillon. Mag. Fr. Didaco de Velasco Castellæ, & Bethicæ Procuratore.

COMPENDIVM.

Statuit vt Vicarij Generales Indiarum, vsque dum litteras (quas patentes vocant) sui muneris fidem facientes exhibeant, iurisdictionem non exerceant.

Edita an. 1622.

GREGORIUS PAPA XV. AD perpetuam rei memoriam.

Iniuncti nobis Apostolici muneris solicitudo postular, vt circa statum Personarum Religiosarum quarumlibet invigilantes, ad ea, per quæ prospero, feliciq; illarũ statui, & directioni consulitur sedulo intendamus, aliásque statuamus, & odinemus, provt conspicimus in Domino salubriter expedire.

1 Cum itaque, sicut dilectus filius Didacus de Velasco Provinciæ del Cuzco in Indijs Fratrum Ordinis B. MARIÆ de Mercede Redemptionis Captivorum Minister Provinclalis Nobis nuper exponi fecit, Vicarij Generales, qui pro tempore ad Provincias eiusdem Ordinis in Indijs similiter existentes visitare mittuntur, antequam ad Provincias huiusmodi perveniant, facultatibus sibi propterea concessis vtantur, indeque maxima scandala, ac inconvenientia orta sint, & in dies oriantur, idcirco Nos pro nostri Pastoralis Officij munere præmissis, quantum cum Domino possumus, obviare volentes, supplicationibus eiusdem Didaci nomine super hoc Nobis humiliter porrectis inclinati, quod de cætero perpetuis futuris temporibus Vicarij prædicti, qui ad huiusmodi Provincias perveniant, iuxta regularia dicti Ordinis statuta Apostolica authoritate confirmata, quoadvsque patentes eorum litteras ostendant, illis vti nullo domo possint, Apostolica authoritate, & tenore præsentium statuimus, & ordinamus.

Vic. Gen. Indiarum iurisdictionem exercere nõ valeãt, quoadvsque de literis patentibus sui Officij ostensionẽ faciãt.

2 Decernentes præsentes litteras semper, & perpetuo validas, firmas, & efficaces existere, & fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, ac ab omnibus, quos illæ concernere poterunt quomodolibet in futurum, firmiter, & inviolabiliter observari debere: Irritumque, & innane, si secùs super his à quoquam quavis authoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari, in contrarium facientibus non obstantibus quibuscumque.

Datum Romæ apud Sanctum Petrum, sub Annulo Piscatoris, die 4. Aprilis 1622. Pontificatus nostri an. 2.

Transumptum huius Brevis authenticum servatur vbi supra, & adducitur in dicto Bullar. Bul. 3. huius Pontificatus fol. 233.

AD annum 1622. creavit Episcopum Zefaludensem in Sicilia Fr. Stepnanum Muniera Provinciæ nostræ Vandaliæ filium, qui boni Pastoris officio clarus, sanctitatis fama notus obijt ad annum 1631. & in sua Sede sepelitur.

Fr. Stephanus Muniera Episcopus Zefaludensis creatur.

Ad annum 1623. idem Gregorius assumpsit ad Episcoparum Mechoacanen. apud Indos memoratum D. Fr. Alphonsum Enriquez de Toledo Episcopum Lavanen. obijt bono post se odore relicto in sua Ecclesia ad an. 1628.

D. Fr. Alphon. Enriquez de Toledo Episc. Mechoacanẽ. eligitur.

Ad annum 1621. creavit Episcopum Algueren. in Sardinia Magistrum Generalem Fr. Ambrosium Machin de Aquena, de quo in Cathalogo Generalium, & inf.

M. Fr. Ambros Machin. Episc. Algueren. creatur.

GREGORIO XV. qui obijt anno 1623. succedit

VRBANVS VIII.

Florentinus Mapheus anteà dictus, Antonij Barberini filius, Presbyter Cardinalis Tituli S. Onuphrij. Romæ die 6. Augusti Summus Pontifex pronuntiatus anno salutis 1623. & die 29. Septembris eiusdem anni Coronatus. Sedit in Pontificatu annos 20. menses 11. dies 21. Creavit Cardinales 72. & ex nostro Ordine Archiep. vnum, Episcopos 10. & Abbates duos. Obijt 29. Iulij anno Domini 1644. & prope Sedem Principis Apostolorum eiusdem Basilicæ requiescit.

VRBA-

VRBANI VIII.

CONSTITVTIO I.

Quadragesimo Mag. Generali Fr. Gaspare Prieto.

Procuratore Generali in Apostolica Curia Fr. Ioanne Quintanilla.

COMPENDIVM.

Reliquias Conventus Monialium de Alarcon prohibet extrahi, aut commodari, etiam in minima quantitate.

Edita an. 1625.

VRBANVS PAPA VIII. AD futuram rei memoriam. Conservationi, & manutentioni Sacrarum Reliquiarum, quæ sicut dilecta in Christo filia Aloisia de Matre Dei Commendatrix Monasterij Monialium Discalceatarum Ordinis Beatæ MARIÆ de Mercede Redemptionis Captivorum Oppidi Matriti Toletanę Diœcesis Nobis nuper exponi fecit, in dicto Monasterio, & illius Ecclesia servantur, quantumcumque Domino possumus, consulere volentes, dictamque Aloisiam, & ipsius Monasterij Moniales, specialibus favoribus, & gratijs prosequi volentes, & illarum singulares Personas à quibusvis excommunicationis, & interdicti, alijsque Ecclesiasticis sententijs, censuris, & pœnis à iure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatæ existunt, ad effectum præsentium dumtaxat consequendum, harum serie absolventes, & absolutas fore censentes, supplicationibus earum nomine Nobis super hoc humiliter porrectis inclinati, ne de cætero quisquam quavis authoritate fungens Reliquias prædictas, seu aliquam earum partem, quantumvis minimam, quovis prætextu, aut quæsito colore, causa, ratione, vel occasione è dicta Ecclesia, seu Monasterio extrahere, vel alijs Ecclesijs, Monasterijs, & locis pijs commodare, vel vt extrahantur, & commodentur permittere quoquomodo audeat, seu præsumat, sub excommunicationis, ac privationis vocis activæ, & passivæ pœnis, per contrafacientes incurrendis, Apostolica authoritate tenore præsentium interdicimus, & prohibemus; non obstantibus, constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, necnon, quatenus opus sit, Monasterij, & Ordinis prædictorum, etiam iuramento, confirmatione, Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus, cæterisque contrarijs quibuscumque.

Sub censuris alijsque pœnis prohibetur, ne Reliquiæ Monasterij Monialium de Alarcon apud Matritum è Conventu extrahantur.

Volumus autem, quod præsenris prohibitionis copia in valuis dictæ Ecclesiæ, aut aliquo alio perspicuo loco, quo ab omnibus cetni possit, continuo affixa remaneat.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Maiorem, sub Annulo Piscatoris, die 19. Iulij 1625. Pontificatus nostri anno 2.

V. Theatin.

VRBANI VIII.

CONSTITVTIO II.

Quadragesimo Mag. Generali Fr. Gaspare Prieto.

Procuratore Generali in Vrbe Fr. Ioanne Quintanilla.

COMPENDIVM.

In die festo S. Raymundi Nonnati officium, & Missam ab vniverso Ordine nostro præcipit celebrari, & recitari.

Edita an. 1625.

VRBANVS PAPA VIII. AD perpetuam rei memoriam. Salvatoris, & Domini nostri IESV CHRISTI, qui servos suos æternæ gloriæ præmio donat in cęlis, vices, quamquam immeriti, gerentes in terris, ex iniuncto Nobis desuper Pastoralis Officij debito, procurare tenemur, vt eorumdem servorum Christi debita veneratio in dies magis promoveatur, laudeturque Dominus in sanctis suis.

1 Quamobrem fidelium quorumlibet, præsertim vero sub suavi Religionis iugo Altissimo famulantium, votis, quæ peculiarem sanctorum huiusmodi cultum respiciunt, libenter annuimus, provt conspicimus in Domino salubriter expedire.

Petitio Procuratoris Excalceatorũ pro Officio, & Missa S Raymũdi Nõnati.

2 Sanè dilectus filius Didacus de S. Raymundo Procurator Generalis Ordinis Fratrum Discalceatorum, nuncupatorum B. MARIÆ de Mercede Redemptionis Captivorum Nobis nuper exponi fecit, quod Fratres prædicti, pro eo, quem erga S. Raymundum Nonnatum eiusdem Ordinis, dum vixit, Professorem, ac S.R.E. Cardinalem gerunt devotionis affectum, & ad augendam Christi Fidelium erga illum devotionē,

Officium, & Miſſam de eodem S.Raymundo, vt infra, recitari, & celebrari poſſe, ſummopere deſiderant; Nobis propterea idem Didacus totius Ordinis huiuſmodi nomine humiliter ſupplicari fecit, vt de opportuna ad hoc licentia providere de benignitate Apoſtolica dignaremur.

Concedi-tur pro to-to Ordine

3 Nos igitur pijs Didaci, & Fratrum prædictorum votis in præmiſſis annuere, illoſque ſpecialibus favoribus, & gratijs proſequi volentes,& eorum ſingulares perſonas à quiquſvis excommunicationis, ſuſpenſionis, & interdicti, alijſque Eccleſiaſticis ſententijs, cenſuris, & pœnis à iure, vel ab homine, quavis occaſione, vel cauſa latis, ſi quibus quomodolibet innodati exiſtunt, ad effectum præſentium dumtaxat conſequendum, harum ſerie abſolventes, & abſolutos fore cenſentes, huiuſmodi ſupplicationibus inclinati, de Venerabilium Fratrum noſtrorum S.R.E.Cardinalium,Sacris Ritibus præpoſitorum, conſilio:vt de eodem Sancto Raymundo die eius feſto Officium, & Miſſa de Communi Confeſſoris non Pontificis, iuxta rubricas Miſſalis, & Brebiarij Romani, ab omnibus prædicti Ordinis vtriuſque ſexus Regularibus perſonis tantum recitari, & celebrari reſpectivè liberè, & licitè poſſit, & valeat, Apoſtolica authoritate tenore præſentium licentiam,& facultatem concedimus, & impartimur: non obſtantibus conſtitutionibus, & ordinationibus Apoſtolicis, cæteriſque contrarijs quibuſcumque.

Eadem fides detur trãſumptis.

4. Volumus autem, vt præſentium tranſumptis, etiam impreſſis, manu alicuius Notarij publici ſubſcriptis, & ſigillo alicuius perſonæ in dignitate Eccleſiaſtica conſtitutæ munitis eadem prorſus fides vbique adhibeatur, quæ præſentibus ipſis adhiberetur, ſi forent exhibitæ, vel oſtenſæ.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Maiorem, ſub Annulo Piſcatoris die 5.Novembris 1625.Pontificatus noſtri anno 3.

Habetur authentica in noſtra Barchinonenſi Archivo.

VRBANI VIIJ.

CONSTITVTIO III.

Quadrageſimo Mag. Generali Fr. Gaſpare Prieto.

Generali apud Vrbem Procuratore Fr.Ioanne Quintanilla.

COMPENDIVM.

Gratias, & privilegia Ordini noſtro, à ſuis Prædeceſſoribus conceſſa, quatenus ſint in vſu confirmat.

Edita ann. 1626.

VRBANVS PAPA VIII. AD perpetuam rei memoriam. Sacroſanctum Apoſtolatus officium,humilitati noſtræ ex alto commiſſum poſtulat, vt ea, per quæ Chriſti Fideles omnes, præſertim, ſub ſuavi Religionis iugo Altiſſimo famulantes fœlicioribus in dies proficiant incrementis, libenter intendamus, eaque favoribus proſequamur opportunis.

1 Hinc eſt quod Nos Ordinem Beatæ MARIÆ de Mercede Redemptionis Caprivorum, illiuſque Miniſtrum Generalem, alioſque Superiores,& Fratres ſpecialibus favoribus, & gratijs proſequi volentes, & eorum ſingulares perſonas, à quibuſvis excommunicationis, ſuſpenſionis, & interdicti, alijſque Eccleſiaſticis ſententijs, cenſuris,& pœnis à iure,vel ab homine quavis occaſione, vel cauſa latis, ſi quibus quomodolibet innodatæ exiſtunt,ad effectum præſentium dumtaxat conſequendum, harum ſerie abſolventes, & abſolutas fore cenſentes, ſupplicationibus dilecti filij Ioannis de Quintanilla eiuſdem Ordinis Procuratoris Generalis Nobis ſuper hoc humiliter porrectis inclinati, omnia, & ſingula privilegia, gratias, indulgentias, aliaque indulta ſpiritualia, & temporalia, tam per quoſcumque Romanos Pontifices Prædeceſſores noſtros, quàm aliàs quomodolibet eidem Ordini, illiuſque Eccleſiis, domibus,& locis regularibus, illorumque Superioribus, & Fratribus quomodolibet conceſta, dummodo tamen ſint in vſu, & non ſint revocata, neque ſub aliquibus revocationibus comprehenſa, neque Sacris Canonibus, Conſtitutionibus Apoſtolicis, aut Concilij Tridentini decretis, dictique Ordinis regularibus inſtitutis adverſentur, Apoſtolica authoritate tenore præſentium approbamus, & confirmamus, illiſque perpetuæ, & invio-

Privilegia noſtra cõfirmat.

inviolabilis Apostolicæ firmitatis robur adjicimus; ac omnes, & singulos tam iuris, quàm facti defectus, si qui in eisdem intervenerint, supplemus.

Contraria irritat. 2 Decernentes, præsentes litteras semper, & perpetuo validas, firmas, & efficaces existere, & fore, dictoque Ordini, illiusque Superioribus, & Fratribus in omnibus, & per omnia plenissime suffragari: sicque per quoscumque Iudices Ordinarios, & Delegatos, etiam causarum Palatij Apostolici Auditores iudicari, & diffiniri debere: ac irritum, & innane, si secus super his à quoquam quavis authoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari: non obstantibus constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, cæterisque contrarijs quibuscumque.

Datum Romæ apud S. Petrum sub Annulo Piscatoris die 5. Iannarij 1626. Pontificatus nostri anno 3.

V. Theatin.

Servatur originale in Archivo nostro Matritensi.

VRBANI VIII.

CONSTITVTIO IV.

Quadragesimo Mag. Generali Fr. Gaspare Prieto.

Procuratore Generali in Vrbe Fr. Ioanne Quintanilla.

COMPENDIVM.

Officium, & Missam pro S. Raymundo Nonnato Nobis indulget.

Edita an. 1626. VRBANVS PAPA VIII. AD perpetuam rei memoriam.

1 Domini nostri IESV-CHRISTI, qui servos suos æternæ gloriæ præmio donat in celis vices, quamquam immeriti, gerentes in terris, ex iniuncto Nobis Pastoralis Officij debito procurare tenemur, vt eorumdem servorum Christi debita veneratio in dies magis promoveatur, & laudetur Dominus in Sanctis suis: quamobrem fidelium quorumlibet, præsertim vero divini Numinis obsequijs, sub suavi Religionis iugo famulaurium votis, quæ peculiarem Sanctorum huiusmodi cultum respiciunt libenter annuimus, prout conspicimus in domino salubriter expedire.

2 Sane dilectus filius Ioannes de Quintanilla Procurator Generalis Ordinis Fratrum Beatę MARIÆ de Mercede Redemptionis Captivorum totius Ordinis huiusmodi nomine Nobis nuper exponi fecit, quod vniversus Ordo prædictus pro eo, quem erga Sanctum Raymundum Nonnatum, eiusdem Ordinis, dum vixit, Professorem, ac S. R. E. Cardinalem gerit devotionis affectu, ac ad augendum Christi Fidelium erga illum devotionem, Officium, & Missam de eo, vt infra recitari, & celebrari posse summopere desiderat. Quare Nobis humiliter supplicari fecit, vt pijs huiusmodi votis annuere de benignitate Apostolica dignaremur.

Officium, & Missam S Raymũ. di Nonnati celebrãdum petimus.

3 Nos igitur Ordinem prædictum specialibus favoribus, & gratijs prosequi volentes, ac singulares eius personas à quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, alijsque Ecclesiasticis sententijs, censuris, & pœnis à iure, vel ab homine, quavis occasione, vel causa latis, si quibus quommodolibet innodatæ existunt, ad effectum præsentium dtaxat consequendum harum serie absolventes, & absolutos fore censentes supplicationibus eiusdem Ioannis quo supra nomine Nobis super hoc humiliter porrectis inclinari, de Venerabilium Fratrum nostrorum S. R. E. Cardinalium Sacris Ritibus præpositorum Consilio, quod de cætero perpetuis futuris temporibus in vniverso Ordine prædicto festũ S ancti Raymundi huiusmodi cum Officio, & Missa de Communi Confessoris non Pontificis iuxta Rubricas Breviarij, & Missalis Romani celebrari liberè, & licitè possit, & valeat Apostolica authoritate tenore præsentium facultatem concedimus, & impartimur, non obstantibus constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, ac quatenus opus sit, dicti Ordinis, etiam iuramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus, cæterisque cõtrarijs quibuscumque.

4 Volumus autem quod præsentiũ transumptis, etiam impressis, manu alicuius Notarij subscriptis, & sigillo alicuius personæ in dignitate Ecclesiastica constitutæ munitis, eadem prorsus fides in iudicio, & extra adhibeatur, quæ præsentibus ipsis adhiberetur si forent exhibitæ, vel ostensæ.

Datum Romæ apud S. Mariam Maiorẽ, sub Annulo Piscatoris die 9. Maij 1626. Pontif. nostri anno 3.

Scipio Cobellutius.

Breve istud habetur originale in prędicto Archivo generali Monasterij nostri Matritensis: illud referunt antiquum authenticum Bullar. nostra Religionis in hoc Pontif. Bul. 2. fol. 237. Cherub. in Bullar. Rom. impres. Lugduni tom. 4. in Append. constit. 15. & Angelus à Lantusca in eadem

dem Rom. Bullar. noviſsimo Romæ excuſſo, tom. 5. Conſtit. 58. Vrbani VIII. Conſtit. 51. eiuſdem Papę ipſiſsimam adducit conceſsionem.

VRBANI VIII.

CONSTITVTIO V.

Ordinis Sede Vacante.

Procuratore Generali in Romana Curia M.Fr.Aloiſio Aparicio.

COMPENDIVM.

Conſtitutionem de ſucceſſione in officio Vicarij Generalis Ordinis Prioris Barchinonen. confirmat.

Editâ an. 1627.

VRBANVS PAPA VIII. AD perpetuam rei memoriam.

1 Exponi Nobis nuper fecit dilectus filius Aloiſius de Aparicio Vicarius, & Procurator Generalis Ordinis Fratrum B. MARIÆ de Mercede Redemptionis Captivorum, quod quadam eiuſdem Ordinis conſtituitone Apoſtolica authoritate confirmata, cavetur expreſsè, quod officio Miniſtri Generalis eiuſdem Ordinis, quovis modo vacante, Prior Domus regularis ipſius Ordinis Barchinonen. qui tunc temporis muneris Prioris huiuſmodi actu fungeretur in officio Vicarij Generalis totius Ordinis, cum iiſdem facultatibus, & authoritatibus ſuccedat, ac in Capitulo Generali pro futuri Miniſtri Generalis electione facienda, & celebranda præſideat.

Magiſtratu vacãte, Prior Barchinon. in officio Vicarij Gen. cum omnibus facultatibus ſuccedat.

2 Cum autem, ſicut eadem expoſitio ſubiungebat, Aloiſius præfatus plurimum cupiat pro inviolabilis conſtitutionis huiuſmodi obſervantia per nos, vt infra, opportunè provideri: Nos eius deſiderijs huiuſmodi, quantum cum Domino poſſumus, annuere, ipſumque ſpecialibus ſavoribus, & gratijs proſequi volentes, & à quibuſvis excommunicationis, ſuſpenſionis, & interdicti, alijſque Eccleſiaſticis ſententijs, cenſuris, & pœnis, à iure, vel ab homine, quavis occaſione, vel cauſa latis, ſi quibus quomodolibet innodatus exiſtit, ad effectum præſentium dumtaxat conſequendum, harum ſerie abſolventes, & abſolutum fore cenſentes, ſupplicationibus eius nomine Nobis ſuper hoc humiliter porrectis inclinati: omnibus, & ſingulis nunc, & pro tempore exiſtentibus dicti Ordinis Superioribus, quocumque nomine nuncupatis, cęteriſque Fratribus in virtute ſanctæ obedientiæ, ac ſub privationis vocis activæ, & paſsivæ, necnon officiorum per eos obtentorum, ac alijs arbitrij noſtri pœnis pręcipimus, & mandamus, quatenus conſtitutionem præfatam firmiter, & inviolabiliter obſervent, & adimpleant, nec contra eam quidquam facere, aut venire, vel attentare quoquo modo audeant, ſeu pręſumant: decernentes nihilominus irritum, & innane, quidquid ſecus ſuper his á quoquam quavis authoritate, ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari: Non obſtantibus quibuſvis privilegijs, gratijs, & indultis Superioribus, & Fratribus prædictis in contrarium quomodolibet conceſſis, confirmatis, & innovatis: quibus omnibus, & ſingulis, eorum tenores præſentibus pro plene, & ſufficienter expreſſis habentes, hac vice dumtaxat, ſpecialiter, & expreſſe derogamus, cæteriſque contrarijs quibuſcumque.

Precipitur obſervantia præfatę conſtitutionis.

Datum Romæ apud Sanctum Petrum, ſub Annulo Piſcatoris, die 6. Martij 1627. Pontificatus noſtri anno 4.

Habetur originalis Barchinone.

VRBANI VIII.

CONSTITVTIO VI.

Quadrageſimo primo M. Generali M. Fr. Ioanne Cebrian.

Procuratore Generali in Vrbe M. Fr. Aloiſio Aparicio.

COMPENDIVM.

Conventibus noſtris de Cathalonia, vt poſſint Iudices Conſervatores eligere facultatem indulget.

Edita an. 1627.

VRBANVS PAPA VIII. AD futuram rei memoriam.

1 Gregis Dominici cura Nobis, licet immeritis, ex alto commiſſa poſtulat, vt Sacrarum Religionum, in Eccleſia Dei militantium, paternam curam gerentes, illarum Privilegiorum, & iurium conſervationi ſedulo incumbamus, provt conſpicimus in Domino ſalubriter expedite.

2 Hinc eſt, quod Nos proſpero, fœlicique Domorum regularium Fratrum Ordinis B. MARIÆ de Mercede Redemptionis Captivorum Provinciæ Cathaloniæ ſtatus, illarumque rerum, bonorum, & iurium quorumcumque conſervationi, quantum cum Domino poſſumus, conſulere volentes, ſupplicationi-

Conſervatores cum omnibus immunit. de iure cõceſſis poſſint eligere Fratres, & Cõventus noſtri.

catIonibus dilecti filij Aloisij de Apariciodicti Ordinis Procuratoris Generalis, Nobis super hoc humiliter porrectis inclinati, de Venerab. Fratrum nostrorum S. R. E. Cardinalium, negotijs regularium Præpositorum, consilio, dilectis filijs Provinciali, & alijs Domorum Regularium prædictarum Ministris, vnum, seu plures Provinciæ, ac singularum domorum huiusmodi, illarumque omnium, & singulorum fructuum, redditium, proventuum, iurium, obventionum, & emolumentorum, necnon bonorum, & rerum, aliorumque iurium, & privilegiorum quorumcumque Conservatores, cum omnibus, & singulis facultatibus, authoritatibus, iurisdictionibus, privilegijs, favoribus, gratijs, & indultis, similibus Conservatoribus de iure, vsu, consuetudine, privilegio, aut aliàs quomodolibet competentibus, & competituris, servata tamen forma in constitutione fœl. rec. Gregorij Papæ XV. Prædecessoris nostri desuper edita, præscripta, eligere, constituere, & deputare liberè, & licitè possint, & valeant Apostolica authoritate tenore præsentium facultatem concedimus, & impartimur: Non obstātibus constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, cæterisque contrarijs quibuscumque.

3 Volumus autem, vt præsentium transumptis, etiam impressis, manu alicuius Notarij publici subscriptis, & sigillo Ministri Gen. dicti Ordinis munitis eadem prorsus fides adhibeatur, quæ præsentibus adhiberetur, si forent exhibitæ, vel ostensæ.

Eadem fides detur transumptis, ac originali.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Maiorem, sub Annulo Piscatoris, die 7. Iulij 1627. Pontificatus nostri anno 4.

Habetur authentica in nostro Barchinonensi Archivo.

VRBANI VIII.

CONSTITVTIO VII.

Quadragesimo primo M. Generali M.Fr. Ioanne Cebrian.

Procuratore Generali in Vrbe M.Fr. Aloisio Aparicio.

COMPENDIVM.

Divisionem Discalceatorum à Calceatis confirmat.

Edita an. 1627.

VRBANVS PAPA VIII. AD perpetuam rei memoriam.

In Sede Principis Apostolorum, nullis licet nostris suffragantibus meritis, Divina providentia constituti Religiosorum Ordinum in Ecclesia Dei Militantium prosperum statum, fœlicemque directionem sinceris desiderantes affectibus, ea, quæ propterea concorditer facta fuisse dicuntur, vt firma perpetuo, & illibata permaneāt, Apostolicæ confirmationis robore libenter communimus, prout conspicimus in Domino salubriter expedire.

1 Cum itaque, sicut accepimus, aliàs inter dilectos filios Fratres Ordinis Beatæ MARIÆ de Mercede Redemptionis Captivorum Calceatos ex vna, ac Fratres eiusdem Ordinis Congregationis Discalceatorum nuncupatorum ex altera partibus infrascripta Capitula, occasione separationis, & totalis dismembrationis Fratrum Discalceatorum huiusmodi á Fratribus Calceatis prædictis de mandato dilecti filij nostri Gasparis Tituli S. Crucis in Ierusalem Presbyteri Cardinalis de Borgia nuncupati, Ordinis eiusdem, apud Nos, & Apostolicam Sedem Protectoris, intervenientibus, & assistentibus dilectis similiter filijs Ioanne de Antillon tunc vti Vicario Generali, & Provinciali, ac Procuratore Generali in Romana Curia, ac Petro de Guzman, etiam tunc Procuratore Provinciæ Castellæ eiusdem Ordinis, necnon Didaco de S. Paulo tunc similiter eiusdem Ordinis Procuratore Generali, inita fuerunt tenoris subsequentis, videlicet.

Memorat statuta in separatione à Discalceatis concordata.

Sequuntur Conventiones, & Capitula, quorum insertio omittitur; ea enim habes supra in Gregorio XV. Bull. 3. à num. 3. ad 21. inclusivè.

2 Nos inviolabili Capitulorum huiusmodi observantiæ, fœlicique dictę Congregationis regimini, atque gubernio, quantum cum Domino possumus, consulere, necnon eiusdē Congregationis Fratres specialibus favoribus, & gratijs prosequi volentes, eorumque singulares personas à quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, alijsque Ecclesiasticis sententijs, censuris, & pœnis à iure, vel ab homine, quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatæ existunt, ad effectum præsentium dumtaxat consequendum, harum serie absolventes, & absolutas fore censentes, motu proprio, & ex certa scientia nostris præinserta Capitula huiusmodi, citra tamen dispensationem super quarto voto huiusmodi, Apostolica authoritate tenore præsentium perpetuo approbamus,

Approbātur statuta, excepto de quarti voti exoneratione.

mus, & confirmamus, illique inviolabilis Apostolicæ firmitatis robur adjicimus, ac omnes, & singulos, tam iuris, quàm facti defectus, si qui desuper quomodolibet intervenerint, supplemus.

Firma statuuntur prædicta.

4 Decernentes eadem præinserta capitula, necnon, & præsentes litteras valida, firma, & efficacia existere, & fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, ac ab omnibus, ad quos spectat, & in futurum quomodolibet spectabit firmiter, & inviolabiliter observari: sicque per quoscumque Iudices Ordinarios, & delegatos, etiam causarum Palacij Apostolici Auditores, iudicari, & diffiniri debere: ac irritum, & innane, si secus super his à quoquam quavis authoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Iudices Executores instituit.

5 Quocirca Venerabilibus Fratribus Ioanni Baptistæ Patriarchę Antiocheno, moderno, & pro tempore existenti nostro, & Apostolicæ Sedis in Regnis Hispaniarum Nuntio, ac Archiepiscopis, & Episcopis, in quorum Diœcesibus Monasteria, Domus, & alia dictorum Fratrum Discalceatorum loca regularia erecta, & instituta sunt, & pro tempore erigi, & institui contigerit, per præsentes committimus, & mãdamus, quatenus ipsi, vel duo, aut vnus eorum per se, vel alium, seu alios præsentes litteras, & in eis contenta quæcumque, vbi, & quando opus fuerit, & quoties pro parte eorumdem Fratrum Discalceatorum fuerint requisiti, solemniter publicantes, eisque in præmissis efficacis defensionis præsidio assistentes, faciant authoritate nostra Fratres Discalceatos prædictos præmissorum omnium, & singulorum effectu pacificè frui, & gaudere, non permittentes eos desuper à quoquam quomodolibet molestari, vel perturbari, contradictores quoslibet, & rebelles per sententias, censuras, & pœnas Ecclesiasticas: aliaque opportuna iuris, & facti remedia, appellatione postposita, compescendo, invocato etiam ad hoc, si opus fuerit, auxilio brachij sæcularis: non obstantibus fœl. rec. Bonifacij Papæ VIII. Prædecessoris nostri de vna, & in Concilio Generali edita de duabus dietis, dummodo vltra tres dietas, aliquis authoritate præsentium ad iudicium non trahatur, alijsque constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, dictique Ordinis, etiam iuramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus, privilegijs quoque indultis, & litteris Apostolicis, in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, cõfirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis, eorum omnium tenores præsentibus pro plene, & sufficienter expressis, & ad verbum insertis habentes, illis aliàs in suo robore permansuris, hac vice dumtaxat specialiter, & expresse derogamus, cæterisque contrarijs quibuscumque.

Contraria irritat.

Datis Romæ apud Sanctam Mariam Maiorem, sub Annulo Piscatoris, die 8. Iulij 1627. Pontificatus nostri anno 4.

Hanc affert Bullam Angel. à Lantusca in Bullar. Rom. tom. 5. in hoc Pontifice, Constit. 79. cuius & meminit idem Vrbanus infra.

VRBANI VIII.

CONSTITVTIO VIII.

Quadragesimo primo M. Generali M. Fr. Ioanne Cebrian.

COMPENDIVM.

Mag. Fr. Ioannem Cebrian Generalem electum confirmat.

Edita an. 1627.

VRBANVS PAPA VIII. Dilecto filio Ioanni Cipriano, Ordinis Fratrum Beatæ MARIÆ de Mercede Redemptionis Captivorum, Ministro Generali, salutem, & Apostolicam Benedictionem.

Fr. Ioann. Cebrian Mag. Gen. eligitur.

1 Dilecte fili, cum sicut Nobis nuper exponi fecisti, in Capitulo Generali Ordinis Fratrum B. MARIÆ de Mercede Redemptionis Captivorum in Domo regulari eiusdem Ordinis Toletana de mense Maij proximè præterito celebrato, tu in eiusdem Ordinis Magistrum Generalem canonice electus fueris: Nos sperantes electionem de persona tua, ob tuæ Religionis zelum, fidem, prudentiam, integritatem, & doctrinam, prædicto Ordini plurimum profuturam, teque specialibus favoribus, & gratijs prosequi volentes, & à quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, alijsque Ecclesiasticis sententijs, censuris, & pœnis à iure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatus existis, ad effectum præsentium dumtaxat consequendum, harum serie absolventes, & absolutum fore censentes, supplicationibus tuo nomine Nobis super hoc humiliter porrectis inclinati, electionem de persona tua in Ministrum Generalem dicti Ordinis, vt præmitti-

Electio à Pontifice confirmatur.

præmittitur, canonicè factam, cum omnibus inde fecutis Apostolica authoritate tenore præsentium approbamus, & confirmamus, illique inviolabilis Apostolicæ firmitatis robur adjicimus; ac omnes, & singulos tam iuris, quam facti defectus, si qui desuper quomodolibet intervenerint, supplemus: Non obstantibus constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, cæterisque contrarijs quibuscumque.

Contraria irritat.

Subdatum Romæ apud Sanctam Mariam Maiorem sub Annulo Piscatoris die 4. Septembris 1627. Pontificatus nostri anno 5.

Habetur originalis in Conventu nostro Matritensi.

VRBANI VIII.

CONSTITVTIO IX.

Quadragesimo primo M. Generali M. Fr. Ioanne Cebrian.

Generali Procuratore apud Romanam Curiam Mag. Fr. Ioanne Perez de Roxas, Cordubensi, Theologo, ac Concionatore egregio, concionum librum, & alia edidit opuscula. Commentaria in Tobiam, & opus pro Immaculata Deipara, quia prematura morte Romæ correptus est, in manuscriptis latent.

COMPENDIVM.

Ne Vicarij Generales Indiarum absoluti recedant, seu in Hispaniam revertantur, quin prius ab eis residentiam, seu rationem gesti muneris novus Vicarius Generalis accipiat, decernit.

Edita an. 1627.

VRBANVS PAPA VIII. AD perpetuam rei memoriam.

Ijs quæ pro personarum sub suavi Religionis iugo Altissimo famulantiū statu prospere dirigendo in Capitulis præsertim Generalibus provide statuta, & decreta sunt, vt firma, & illibata persistant, & ab his, ad quos spectat, inviolabiliter observentur, Apostolici muniminis libenter adjicimus firmitatem, prout conspicimus, salubriter in Domino opportere.

Statutum Cap. Gen. vt non recedat Vic. Gē. Indiarum absolutus, quin prius residentiæ suæ redat nouo ratiocinium.

1 Exponi siquidem Nobis nuper fecit dilectus filius Procurator Generalis Fratrum Ordinis Beatæ MARIÆ de Mercede Redemptionis Captivorum, quod in duobus ipsius Ordinis Capitulis Generalibus vltimo celebratis, inter alia statutum, & decretum fuit, ne vllus Vicarius, seu Visitator Generalis à partibus Indiarum in Hispaniam redire valeat, etiamsi super hoc opportunam à Magistro Generali dicti Ordinis licē riam obtinuerit, nisi prius residentiæ suæ in dictis partibus Indiarum administrationis, suo, quem in easdem partes pro tempore mitti contigerit, Successori rationem redideril, prout in scripturis desuper confectis, plenius dicitur contineri.

Petitur huius statuti confirmatio.

2 Cum autem, sicut eadem expositio subiungebat, dictus Procurator Generalis decretum prædictum, pro illius subsistentia, & observantia firmioribus, Apostolicæ nostræ confirmationis robore plurimum desideret cōmuniri, Nobis propterea humiliter supplicari fecit, vt in præmissis opportunè providere de benignitate Apostolica dignaremur.

Cōfirmatur statutum.

3 Nos igitur dicti decreti inviolabili observationi, quantum cum Domino possumus, consulere volentes, huiusmodi supplicationibus inclinati, de Venerabilium Fratrum nostrorum S. R. E. Cardinalium, negotijs Regularium Præpositorum consilio, decretum supradictum approbamus, & confirmamus, illique inviolabilis Apostolicæ firmitatis robur adjicimus, ac omnes, & singulos, tam iuris, quàm facti defectus, si qui desuper quomodolibet intervenerint, supplemus: decernentes decretum prædictum, necnon præsentes litteras, valida, firma, & efficacia existere, & fore, suosque plenarios, & integros effectus fortiri, & obtinere: ac ab omnibus, ad quos spectat inviolabiliter observari; sicque per quoscumque Iudices Ordinarios, & Delegatos quavis authoritate fungentes, etiam causarum Palatij Apostolici Auditores iudicari, & diffiniri debere; ac irritum, & innane quidquid secus super his à quoquam quavis authoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari: Non obstantibus constitutionibus Apostolicis, necnon dicti Ordinis, etiam iuramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus, privilegiis quoque indultis, & litteris Apostolicis in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis: quibus omnibus, & singulis, eorum omnium tenores pro plene, & sufficiēter expressis habentes, illis aliàs in suo robore permansuris, pro hac vice dumtaxat specialiter, & expresse derogamus, cæterisque contrarijs quibuscumque.

Decretum irritans contraria.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Maiorem, sub Annulo Pis-

catoris, die 27. Septembris, anno 1627. Pontificatus nostri anno 5.

Scipio Cobellutius.

Habetur originalis Matriti, & adducitur in veteri Bullario.

VRBANI VIII.

CONSTITVTIO X.

Quadragesimo primo M. Generali M. Fr. Ioanne Cebrian.

Procuratore Generali in Romana Curia M. Fr. Aloisio Aparicio, & pro Indijs M. Fr. Matthæo Villarroel.

COMPENDIVM.

Statuit, quod in Provincijs Indiarum nullus Frater, qui earum filius non sit, aut filiationem quadriennio non obtinuerit, officium in eis exercere valeat.

Edita an. 1627.

VRBANVS PAPA VIII. AD perpetuam rei memoriam.

Pastoralis officij Nobis ex alto commissi solicitudo postulat, vt ad Religiosorum Ordinum in Ecclesia Dei Militantium statum prospere dirigendum, vigilantiæ nostræ partes assidue intendamus, eaque propter statuamus, quæ conspicimus in Domino salubriter expedire.

1 Hinc est, quod Nos prospero, fœlicique dilectorum filiorum Fratrum Ordinis Beatæ MARIÆ de Mercede Redemptionis Captivorum Provinciarum Indiarum statui, & gubernio, quãtum cum Domino possumus, consulere, ac dilectum filium Matthæum Villaroel eiusdem Ordinis Professorem, ipsarumque Provinciarum Procuratorem, specialibus favoribus, & gratijs prosequi volentes, & à quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, alijsque Ecclesiasticis sententijs, censuris, & pœnis à iure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatus existit, ad effectum præsentium dumtaxat consequendum, harum serie absolventes, & absolutum fore censentes, supplicationibus eius nomine Nobis super hoc humiliter porrectis inclinati: de Venerabilium Fratrum nostrorum S.R.E. Cardinalium negotijs Regularium Præpositorum consilio, atque relatione Procuratoris Generalis Ordinis huiusmodi, & stante consensu dilecti filij nostri Gasparis Tit. S. Crucis in Ierusalem Presbyteri Cardinalis Borgiæ nuncupati eiusdem Ordinis apud Nos, & Apostolicam Sedem Protectoris, quod de cætero perpetuis futuris temporibus nullus ipsius Ordinis Professor, qui earumdem Provinciarum filius non sit, aut saltem in illis naturalizationem, vel filiationem spatio quadriennij non obtinuerit, quævis munera, vel officia in eisdem Provincijs obire, & exercere vllatenus possit, Apostolica authoritate tenore præsentium statuimus, & ordinamus: decernentes præsentes litteras perpetuo validas, firmas, & efficaces existere, & fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, ac in eisdem Provincijs inviolabiliter observari, sicque, & non aliter per quoscumque Iudices Ordinarios, & Delegatos, etiam causarum Palacij Apostolici Auditores iudicari, & diffiniri debere: ac irritũ, & inane quidquid secus super his à quoquã quavis authoritate sciẽter, vel ignoranter contigerit attentari: Non obstantibus constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, ac quatenus opus sit, Ordinis, & Provinciarum, etiam iuramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus, privilegijs quoque indultis, & litteris Apostolicis, in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis, quibus omnibus, & singulis, illorum omnium tenores præsentibus pro plene, & sufficienter expressis habentes, illis aliàs in suo robore permansuris, hac vice dumtaxat specialiter, & expresse derogamus, cæterisque contrarijs quibuscumque.

Nullus Frater qui filius, aut per quadriennium affiliatus in Provincijs Indiarum non sit, valeat in illis officium obtinere.

Datum Romæ apud Sanctum Petrum, sub Annulo Piscatoris, die 15. Decembris 1627. Pontificatus nostri anno 5.

Habetur autentica in Archivo Matritensi.

VRBANI

VRBANI VIII.

CONSTITVTIO XI.

Quadragesimo primo M.Generali M. Fr. Ioanne Cebrian.

Procuratore Generali in Vrbe Mag.Fr. Ludovico Aparicio, Conchensis Monasterij filio, qui in omnium scientiarum genere apprime excultus, à Principibus magnus quesirus Consiliarius, & in spiritualibus director, plurium Voluminum, etsi lucem tantum viderit illud, quod de Beatitudine Adami excusit, Scriptor, Limæ Provincialis, & Primarius Theologiæ Cathedrarius, sicut & Toletanæ Vespertinus fuerat, Sanctę Catherinæ Commendator, & Fidei Censor.

COMPENDIVM.

Presbyteris secularibus apud Indos pręcipit sub excommunicatione reservata, ne ab his, qui in Ecclesijs nostris sepeliuntur amplius extorqueant iure Parochiali quam per Tridentinum, à Pio V. explicatum, taxatum est.

Edita an. 1628.

VRBANVS PAPA VIII. AD perpetuam rei memoriam.

1 Expositum nuper Nobis fuit pro parte dilecti filij Aloisij Aparicio Procuratoris Generalis Ordinis Fratrum Beatæ MARIÆ de Mercede Redemptionis Captivorum, quod in partibus Indiarum Orientalium, & Occidentalium, quando quis in vltimo suo testamento, seu alia eius dispositione, se post obitum in aliqua Ecclesiarum dictorum Fratrum sepeliri velle disponit, Presbyteri sæculares dictarum partium, pręteXtu quartæ, quæ funeralium dicitur, duplicatam, & maiorem, ea, quæ ipsis competat si in eorum Ecclesijs sepelirentur, exigere: præterea ijdem Presbyteri sæculares eleemosynarum eisdem Fratribus pro Missis in eorum Ecclesijs per Christi Fideles pro animarum suarum refrigerio, & salute celebrandis relictarum medietatem prætendere non verentur: quo fit, vt pijs Christi Fidelium prædictorum voluntatibus minimè satisfiat, & Fratribus prædictis non levia exinde detrimenta inferantur; idcircò pro parte dicti Aloisij fuit humiliter supplicatum, vt in præmissis de benignitate Apostolica opportunè providere dignaremur.

Clerici duplicatam quartam funeralem ab his, qui in Ecclesijs nostris sepeliũtur extorquẽt & medietatem Missarum Nobis relictarum exigere non verentur.

Sedis Apostolicæ remedium imploramus.

2 Nos igitur huiusmodi abusus omninò tollere, ac dicti Ordinis commoditatibus, & propagationi, quantum cum Domino possumus, consulere volentes, huiusmodi supplicationibus inclinati, de Venerabilium Fratrum nostrorum S.R.E. Cardinalium, negotijs Regularium Præpositorum, consilio, omnibus, & singulis Parochialium Ecclesiarum vniversalium Indiarum Orientalium, & Occidentalium Rectoribus harum serie, sine præiudicio tamen iurium illis legitime competẽtium, interdicimus, & prohibemus, ne sub excommunicationis maioris latæ sententiæ pœna, à qua non nisi à Nobis, seu Romano Pontifice pro tempore existente, præterquam in mortis articulo, absolvi possint, ex nunc deinceps perpetuis futuris temporibus maiorem eleemosynam ab his, qui in dictarum Fratrum Ecclesijs sepelientur, quàm illis præscribit Concilium Trident. sess. 25. cap. 13. de reformatione iuxta explicationem à fœl. rec. Pio Papa V. emanatam sub datum Romæ apud S. Petrum anno Incarnationis Dominicæ 1563. die 17. Kalendas Iunij Põtificatus sui anno 2. nec medietatẽ, aut aliam partem eleemosynarum pro Missis celebrandis prædictis Regularibus relictarum quovis prætextu, vel occasione, etiam de consilio, vel consensu, & mandato suorum Ordinariorum exigere valeant, seu præsumant.

Præfata prætensio Clericorũ sub excommunicatione reservata retunditur.

3 Quocirca dilectis filijs causarum Curiæ Cameræ Apostolicæ Generali Auditori, ac Indiarum Orientalium, & Occidentalium Societatis Iesu Provincialibus nunc, & pro tempore existentibus per præsentes committimus, & mandamus, quatenus ipsi, vel duo, aut vnus eorum per se, vel alium, seu alios, vbi, & quando opus fuerit, & quoties pro parte Superiorum, & Fratrum dicti Ordinis, aut alicuius eorum fuerint requisiti, præsentes litteras, & in eis cõtenta quęcumque solemniter publicantes, eisque in præmissis efficacis defensionis præsidio assistentes, faciant authoritate nostra, illos præmissorum quomodolibet effectu pacificè frui, & gaudere.

Iudices Executores instituit.

4 Non permittentes illos desuper, à quoquam quavis authoritate quomodolibet indebitè molestari; contradictores quoscumque, ac præmissis non parentes per censuras, ac pœnas Ecclesiasticas, aliaque opportuna iuris, & facti remedia, appellatione postposita, compescendo, invocato etiam ad hoc, si opus fuerit, brachij sæcularis auxilio; non obstantibus præmissis, ac constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, necnon Ecclesiarum, & Ordinis prædictorum, etiam iuramento, con-

Cõtrarijs quibuscũque derogat.

terisque contrarijs quibuscumque.

Eadem fides transumptis, ac originali adhibeatur.

5 Volumus autem quod earundem præsentium transumptis, etiam impressis, manuque, & sigillo pro tempore existentis Magistri Generalis ipsius Ordinis Beatæ MARIÆ, seu illius Vicarij subscriptis, & munitis, eadem prorsus fides adhibeatur tam in iudicio, quàm extra illud, quæ eisdem præsentibus adhiberetur, si forent exhibitæ, vel ostensæ.

6 Per easdem præsentes autem non intẽdimus facultates dicti Magistri Generalis circa Fratres ipsius Ordinis B. MARIÆ reformatos, seu Recollectos nuncupatos in aliquo approbare.

Contradictoribus minatur.

7 Nulli ergo omninò hominum liceat, hanc paginam nostræ absolutionis, approbationis, confirmationis, roboris adiectionis, defectuum suppletionis, decreti, derogationis, & voluntatis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem Omnipotẽtis Dei, ac Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum eius se noverit incursurum.

Datum Romæ apud S. Mariam Maiorem anno Incarnationis Dominicę 1628. 7. Idus Octobris, Pontificatus nostri anno 6.

Scipio Cobellutius.

Habetur originalis Matriti, authentica Barchinonæ, & in veteri Bullar.

VRBANI VIII.

CONSTITVTIO XIII.

Quadragesimo primo M. Generali Fr. Ioanne Cebrian.

Procuratore Generali in Vrbe M. Fr. Aloisio Aparicio.

COMPENDIVM.

Iudices Synodales Toletanę, Panormitanæ, ac Barchinonen. Ecclesiarum, executores superioris Bullę Iudices instituit.

Edita an. 1628.

VRBANVS EPISCOPVS, Servus servorum Dei. Dilectis filijs Iudicibus in Synodis Dioecesis Toletano, & Panormitano, ac Barcinonensi deputatis, salutem, & Apostolicam Benedictionem.

Bullã præcedentem reproducit.

1 Hodie à Nobis emanarunt literæ tenoris subsequentis, Vrbanus Episcopus, Servus servorum Dei ad perpetuam rei memoriam. Ex clementi Sedis Apostolicæ provisione, necnon personarum Deo devotarum sub Religionis iugo, &c. *Insere Bullam immediate precedentem.*

Ad eius exequutionem Toletanos Panormitanos, & Barcinonenses Iudices Synodales præficit.

2 Quo circa discretioni vestræ per Apostolica scripta mandamus, quatenus vos, vel duo, aut vnus vestrum per vos, vel alium, seu alios prædictas litteras, & in eis contenta quæcumque, vbi, & quando opus fuerit, ac quoties pro parte prædicti Ludovici, ac pro tẽpore existentium Procuratoris Generalis, & Religiosorum dicti Ordinis B. Mariæ MARIÆ fueritis. requisiti, solemniter publicantes, illisque efficacis defensionis præsidio assistentes, faciatis authoritate nostra, easdem litteras, & in eis contenta huiusmodi ab omnibus, ad quos spectat, & pro tempore spectabit, firmiter, & inviolabiliter observari, ac Ludovicum Procuratorem Generalem, necnon Religiosos huiusmodi illis, eorumque effectu pacifice frui, & gaudere, non permittentes eos desuper, per quoscumque quavis authoritate directè, vel indirectè, quomodolibet indebitè molestari, contradictores quoslibet, & rebelles per censuras, & pœnas Ecclesiasticas, aliaque opportuna iuris, & facti remedia, appellatione postposita, compescendo, ac censuras, & pœnas ipsas, servata forma Concilij Tridentini, etiam iteratis vicibus aggravando, invocato etiam ad hoc, si opus fuerit, auxilio brachij sæcularis; non obstantibus omnibus illis, quæ in dictis nostris litteris voluimus nõ obstare, aut si quibusvis communiter, aut divisim ab Apostolica sit Sede indultum, quod interdici, suspendi, vel excommunicari non possint per litteras Apostolicas non facientes plenam, & expressam, ac de verbo ad verbum de indulto huiusmodi mentionem.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Maiorem anno Incarnationis Domini 1628. 7. Idus Octobris, Pontificatus nostri anno 6.

Habetur originalis in Archivo Matritensi.

VRBA-

VRBANI VIII.

CONSTITVTIO XIV.

Quadragesimo primo M. Generali Fr. Ioanne Cebrian.

Procuratore Generali in Vrbe M. Fr. Aloisio Aparicio.

COMPENDIVM.

Concedit vt in toto Ordine nostro festum Sanctissimi Patriarchę nostri Petri Nolasco, cum Officio, & Missa de Communi Confessoris non Pontificis perpetuò celebretur.

Edita an. 1628.

VRBANVS PAPA VIII. AD perpetuam rei memoriam.
Domini Nostri IESV-CHRISTI, qui servos suos æternæ gloriæ præmio donar in cęlis, vices, quanquam immeriti, gerentes in terris, ex incumbenti Nobis munere tenemur, vt eorumdem servorum Christi debita veneratio in terris in dies magis promoveatur, & laudetur Dominus in Sanctis suis: quamobrem fidelium quorumlibet votis, quæ peculiatem ipsorum Sãctorum cultum respiciunt, libenter annuimus, ac favoribus prosequimur opportunis, prout conspicimus in Domino salubriter expedire.

Officium, & Missam S.P.N Petri Nolasco Nobis cõcedi petimus.

1 Sanè dilectus filius Ludovicus de Aparicio Fratrum Ordinis Beatæ MARIÆ de Mercede Redemptionis Captivorum Procurator Generalis, eorundem Fratrum nominibus, Nobis nuper exponi fecit, quod Fratres prædicti pro singulari, quam erga S.Petrum Nolascum gerunt devotionem, Officium, & Missam de eo, vt infra, recitari, & celebrari posse summopere desiderant; quare iisdem, quibus suprà, nominibus humiliter Nobis supplicari fecit, vt eis desuper opportune providere de benignitate Apostolica dignaremur.

2 Nos igitur piis eorumdem Fratrum huiusmodi votis annuere, illosque specialibus favoribus, & gratiis prosequi volentes, & eorum singulares personas à quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & pœnis à iure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatę existunt, ad effectum præsentium dumtaxat consequendum, harum serie absolventes, & absolutas fore censentes, huiusmodi supplicationibus inclinati, de Venerabilium Fratrum nostrorum S. R. E. Cardinalium Sactis Ritibus præpositorum Consilio, re maturè discussa, ad maiorem Sanctorum gloriam, divinique cultus augmẽtum, quod de cętero perpetuis futuris temporibus festum dicti S.Petri Nolasco eiusdem Ordinis Fundatoris cum Officio, & Missa de Communi Confessoris non Pontificis, iuxta rubricas Breviarii, & Missalis Romani, in vniverso Ordine prædicto celebrari libere, & licitę possit, & valeat, Apostolica authoritate tenore præsentium facultatem concedimus, & impartimur; non obstantibus constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, ac, quatenus opus sit, dicti Ordinis, etiam iuramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus, cæterisque contrariis quibuscumque.

De Communi Cóf. non Pôt. Nobis indulgetOfficium, & Missam celebranda.

Eadem fides trãsumptis, ac originali exhibeatur.

3 Volumus autem, quod præsentium transumptis, etiam impressis, manu alicuius Notarii publici subscriptis, & sigillo alicuius Personæ in dignitate Ecclesiastica constitutæ munitis eadem prorsus fides adhibeatur quæ præsentibus adhiberetur, si forent exhibitæ, vel ostensæ.

Datum Romæ apud S.Mariam Maiorem, sub Annulo Piscatoris die 11. Octobris 1628. Pontificatus nostri anno 6.

Scipio Cobellutius.

Extat originalis Matriti, affertur in veteri Bullar. & apud Cherub. tom. 4. & Lantusc. tom. 5. const. 110.

VRBANI VIII.

CONSTITVTIO XV.

Quadragesimo primo M. Generali Fr. Ioanne Cypriano

Procuratore Generali in Vrbe M. Fr. Ludovico de Aparicio.

COMPENDIVM.

Magistro Generali concedit, vt in sui Ordinis visitatione possit vti Altari portatili.

Edita an. 1628.

VRBANVS PAPA VIII. DILEcto filio Ioanni Cebrian Mag. Generali Ordinis Fratrum B. MARIÆ de Mercede Redemptionis Captivorum. Dilecte fili, salutem, & Apostolicam Benedictionem.

Spi-

1 Spirituali conſolationi tuæ, quantum cum Domino poſſumus, benigne conſulere, teque ſpecialibus favoribus, & gratijs proſequi volentes, & à quibuſvis excommunicationis, ſuſpenſionis, & interdicti, aliiſque Eccleſiaſticis ſententijs, & pœnis à iure, vel ab homine, quavis occaſione, vel cauſa latis, ſi quibus quomodolibet innodatus exiſtis, ad effectum præſentium dumtaxat conſequendum, harum ſerie abſolventes, & abſolutum fore cenſentes, ſupplicationibus tuo nomine Nobis ſuper hoc humiliter porrectis inclinati, tibi, vt in viſitatione tui Ordinis in Provincijs, & Civitatibus, in quibus non extant Eccleſiæ, vel vbi non eſt publicum Religionis Catholicæ exercicium Altare portatile, debitis tamen cum honore, & reverentia habere, ac ſuper eo, vbi Eccleſiarum commoditas non fuerit, & in caſu neceſſitatis tantum, Sacroſanctum Miſſæ Sacrificium per quemcumque Sacerdotem approbatum ſæcularem, ſeu de ſuperiorum ſuorum licentia regularem, & in locis ad id congruis, & decentibus in tua, ac familiæ tuæ præſentia celebrari facere, libere, & licitè poſſis, & valeas Apoſtolica authoritate tenore præſentium concedimus, & indulgemus; non obſtantibus conſtitutionibus, & ordinationibus Apoſtolicis, cæteriſque contrarijs quibuſcumque.

Reverendiſſimo F. Ioãni Cebrian, vt in viſitationibus poſſit vti altari portatili largitur.

Datis Romæ apud S. Mariam Maiorem, ſub Annulo Piſcatoris die 30. Octobris 1628. Pontificatus noſtri anno 6.

VRBANI VIII.

CONSTITVTIO XVI.

Quadrageſimo primo M. Generali Fr. Ioanne Cebrian.

Procuratore Generali in Vrbe M. Fr. Ioanne Perez de Rojas.

COMPENDIVM.

Acta, & ſtatuta Capituli Generalis Toletani confirmat.

Edita an. 1628.

VRBANVS PAPA VIII. AD perpetuam rei memoriam.

1 In ſupremo Apoſtolicæ dignitatis ſolio, meritis licet imparibus, à Domino conſtituti, inter graviſſimas, multipliceſque Paſtoralis officij curas, illa præ cęteris Nos ſolicitos habet, vt regulares perſonæ, quæ, relicto ſæculo, divinis obſequijs ſe ſe manciparunt, proſpere dirigantur, & ſeliciter gubernentur; qua propter, quæ ab earum ſuperioribus, præſertim in Capitulis generalibus, propterea ſacta fuiſſe comperimus, ea, quo firmius ſubſiſtant, exactiuſque obſerventur, libenter, cum à Nobis petitur, Apoſtolicæ confirmationis patrocinio communimus, prout conſpicimus in Domino ſalubriter expedire.

2 Exponi ſiquidem Nobis nuper fecit dilectus filius Ioannes Perez de Rojas Ordinis Fratrum Beatæ MARIÆ de Mercede Redemptionis Captivorum Procurator Generalis, quod in Capitulo Generali eiuſdem ordinis de menſe Maij anni proximè præteriti 1627. in domo regulari ipſius Ordinis Toletana celebrato pro fœlici, proſperoque eiuſdem ordinis regimine, & directione, ac ad maiorem illius reformationem nonnulla ſtatuta, & ordinationes omnium conſenſu edita fuerunt tenoris ſubſequentis, videlicet.

Cap. Gen. Toleti cõfirmatur.

3 Primum, ne multiplicitas mandatorum fiat maior occaſio labẽdi, abrogantur, & ſupprimuntur quæcumque mandata hucvſque ſive in Capitulis Provincialibus, vel etiam Generalibus, aut in particularibus Conventuum viſitationibus à quovis confecta, dummodo à Sancta Sede Apoſtolica non ſint approbata, aut intra noſtrarum conſtitutionum corpus inſerta, ſolumque remaneant, quæ hic meliori calculo, ex omnibus ſelecta annectuntur.

Abrogantur alia mandata.

4 Prælatis ſub privatione officij præcipitur, ne quovis titulo, vel prætextu audeant ægrotantibus neceſſaria tam in victu, quàm in medicamentis negare. Inſuper Religioſis omnibus neceſſaria ad victum, & veſtitum provideant, ad minus habitum integrum in triennio, & calceamenta toties quoties opus fuerit: ipſi autem Prælati nequeant ſibi aliquid veſtimentorum aſſumere, niſi idipſum cæteris Religioſis dent.

Cura ęgrotum.

Veſtuaria.

5 Commendatores à ſuis Conventibus notabiliter non recedant ſine licẽtia ſuperiorum: cum autem iter agant, hoc Conventum expenſis non fiat, niſi quando in ipſius Conventus vtilitatem vergit: ſimiliter per ſe ſolos, & abſque officialium interventu aliquid dare, aut recipere, etiam ad Fratrum ſuſtentationem minime tentent ſub pœna privationis officij: inſuper ſine Generalis, aut Provincialis licentia ædificationes non incipiant, nec proſequantur.

Expenſas ſolus non faciat Prælatus.

6 Ipſi Commendatores ſemper in Choro ad omnes officij horas, quavis poſtpoſita occupatione, intereſſe, vt alijs bono exemplo ſint, non recuſent.

A Choro non abſit.

Pro-

Confeſſores examinentur.

7 Provinciales,& Viſitatores in Cõventuum Viſitationibus licentias confeſſiones audiendi confeſſarijs non graduatis ſuſpendat, donec novo examine approbentur.

Expulſio incorrigibilium.

8 Iuxta ordinationem Sanctiſſimi D.N.Vrbani nullus ab habitu, & Religione expellatur, niſi per annum carceribus,& inedijs eius incorrigibilitas tenretur.

Qui ad alium Ordinem trãſlati ad nos redeunt amittant antiquitatem, & gradus.

9 Ne vero vlla Religioſis occaſio derelinquendi ſuam primam vocationem remaneat , ſtatuitur , quod ſi quis Religioſus legitimè in noſtro Ordine profeſſus ad alium Ordinem tranſierit, quomodolibet id fiat , ſi poſtea emiſſa, vel non emiſſa profeſſione Iterum ad nos redierit , totum tempus à primo ingreſſu in noſtram Religionem , vſque ad diem reditus ex alia , ad quam trãſierat,illi ad obtinendam antiquitatem nullatenus computetur ; ſed ab eo die incipiat noviſſimus eſſe , ac ſi tunc primo habitum ſuſcepiſſet : ſi quos autem gradus, dignitates, aut officia in Religione habeat , ipſo facto vacent.

Fratres alterius Ordinis non admittendi ad noſtrum.

10 Viſis diligenter,longaque experientia multis , hiſque gravibus incomodis, quæ noſtræ Religioni ex ſuſceptione Fratrum alienæ profeſſionis irrepſerunt, ſtatuitur,ne deinceps Religioſus aliquis alienæ profeſſionis,cuiuſcumque qualitatis, aut conditionis poſſit ad noſtram Religionem admitti : ſuper quo Magiſtro Generali raxatur poteſtas,ſupplicaturque Sanctiſſimo D. Noſtro quatenus de ſua benignitate dignetur profeſſiones eorũ, qui ſic recipientur deinceps annullare, & ipſo facto eas irritas fore declarare,non obſtantibus privilegijs à Sede Apoſtolica olim noſtræ Religioni conceſſis.

Licentia ad Ordines.

11 Nulli deinceps Religioſo licentia Ordines Sacros ſuſcipiendi,niſi prius plenè elapſis tribus à profeſſione annis concedatur.

Iter agentes Sacrũ celebrent.

12 Religioſi Sacerdotes iter agentes vbicumque occaſionem Sacrum celebrandi repererint,non prætermittant.

Comedijs non intersint.

13 Nullatenus Religioſi, aut per ſe ipſos repreſentationes faciant, aut illis, dum publicè ab hiſtrionibus fiunt andeant intereſſe,ſub pœna à Prælato pro arbirrio taxanda.

Equitare quis poſſit.

14 Religioſi ad incedendum in Civitatibus , aut locis, vbi ſunt noſtri Ordinis Conventus mulabus , aut equis non vtantur,prçter Provinciales,& Procuratores Generales Romanæ , & Catholici Regis Curiarum.

15 Sæculares perſonæ intra Clauſtra Conventus neque titulo inſerviendi pernoctent.

16 Provinciales teneantur quàm primum omnes , & quoſcumque Religioſos viderint extra Clauſtra degere titulo Parentibus ſubveniendi,aut beneficij inſerviendi revocare , & cauſas diligenter examinare.

Extra Clauſtra non degãt.

Ab vna ad aliã Provinciam nullus accedat.

17 Deſiderantes omnem Religionis occaſionem præcludere,efracto obedientiæ freno,vagandi ex vna in aliam Provinciam ſine legitima licentia tranſeundi , ſtatuimus , vt quicumque ſic abſque legitima Magiſtri Generalis licentia auſugerint , ſtatim atque aliquam Provinciam,aut Conventum appulerint incarcerentur , vt per dies aliquot flagellis, & in pane, & aqua ieiunio puniantur , ſtatimque compellantur ad ſuum Conventum,vnde exierunt regredi. Quicumque autem modo ſunt extra ſuas Provincias , qui ſic ſine legitima licentia ab ipſis auſugerunt,etiam ſi per longum tempus,perperam Prælaris diſſimulantibus, in alijs Provincijs fuerint , ſtatim compellantur ad ſuas Provincias abſque vlla ſpe relaxationis redire. Et vt maioribus damnis occurratur,quicumque ſic fugitivi ſine licentia ſuorum Prælatorum Ordinem aliquem ſacrum ſuſceperint,ſint perpetuo irremiſſibiliter ſuſpenſi à talis Ordinis exercicio,& ad alios aſcendendi perpetuo inhabiles, niſi aliter à Sancta Sede Apoſtolica diſpenſetur.

Libri poſſint iterũ viſitari.

18 Quia in exigenda , & reddenda ratione bonorum mobilium , aut immobilium Religionis facilè poteſt error committi , decernitur , vt quicumque Viſitator poſſit libros rationales conventuum à quocumque tempore viſitare , etiam ſi ſuper his alia , vel aliæ viſitationes præceſſerint.

19 Omnino poſthac inhabilis ad omne officium gubernationis habeatur, quicumque,vel ſemel Cõventum,quem gubernarit,debitis obſtrictum reliquerit.

Debitã Cõventus in Capit. exprimãtur.

20 Si qua autem debita in Conventu tempore Capituli remanſerint non ſoluta , de quibus ab ipſis Commendatore , & Depoſitarijs ratio ad Capitulum non tranſmittatur, illa debita Cõmendator,& Depoſitarij non exprimẽtes irrelaxabiliter exſolvent.

Prælatia à Subditis nil petãt.

21 Sub pœna privationis officij præcipitur Prælatis,ne à ſubditis,in minima adhuc quantitate , neque ad breviſſimum tempus ſumant , aut mutuatum petant.

Stipendia Miſſarum.

22 Cavetur autem , ne quovis titulo , prætextu , aut neceſſitate eleemoſinæ pro Miſſis acceptæ conſumantur, donec in re Miſſæ dictæ , obligationique ſatisfactum ſit.

Exemptiones abrogantur.

23 Annullantur immediationes, quas Magiſtri Generales aliquando dederint , ipſique perpetuo inhibetur facultas eas dandi.

Extra Claustra si pernoctet.

24 Nullus Religiosus in locis, vbi Conventus nostrę Religionis fuerint, extra Claustra pernoctare audeat, etiam si in domo consanguineorum, aut etiam Parentum sit: Prælatusque ad id licentiam non concedat, nec sibi sumat.

Lecturarum provisio.

25 Vt deinceps, ad docendos alios idonei provideantur Ministri, statuitur; vt in posterum lecturæ sive artium, sive Sacræ Theologiæ, facta oppositione, & examine illis conferatur, qui in studijs plus inveniantur profecisse; cassantur autem, & annullantur quæcumque collatæ sunt ante vacaturam dictarum Lecturarum, quod ad futurā successionem vocant.

Prædicator Conventualis casus conscientiæ proponat.

26 Iuxta mandatum Sanctissimi D. Nostri in Sacra Congregatione Reg. factum, & iuxta antiquissimam nostræ Religionis consuetudinem, in vnoquoque Conventu vnus sit assignatus Prædicator Conventualis, cuius sit absque vlla relaxatione quotidie prorsus casus proponere conscientiæ, legere, & resolvere: qui, cùm hoc exercitium per decennium habuerit, possit ad Præsentaturam de pulpito, seu prædicatione, vt vocant, admitti: gaudeat autem, dum hoc officio fungitur, exemptionibus circa Altare, Matutinas media nocte dicendas, & Primam.

Procuratores Choro adsint.

27 Procuratores Generales (his exceptis, qui ad Romanam, & Catholici Regis Curiam sunt) absque licentia extra Conventum non exeant, diebusque festis Choro intersint.

Probatio Lecturæ.

28 Provinciales probationes Lecturarum alijs faciendas non committant, sed per se ipsos faciant.

Vic. Gen. redant rationé successori.

29 Quicumque Generalis Vicarij officium sive in partibus Indiarū, sive in qualibet alia Provincia exercuerint, inde recedere non audeant absque Magistri Generalis licentia, quā ipse non concedat, donec illic successoribus rationem exactam suorum officiorum, & gestorum reddiderint: teneanturque, subditi illis pariter obedire,, donec alij in officio successerint. Si qui autem, nec præcedente dicti officij ratione recessisse reperti fuerint, aut modo sint, non possint ad aliquod Religionis officium, vel munus assumi donec reddita ratione villicationis, à Magistro Generali absolvantur.

Cap. inter med. non fiant.

30 Observari iubetur Bulla fœl. rec. Pauli V. qua auferuntur Capitula, quæ vocantur intermedia: datutque Magistro Generali facultas per se ipsum faciendi quidquid in prædicto fieri consueverat.

31 Curent diligenter Provinciales in posterum, dum ad Capitula Generalia conveniunt, authentica, & fidedigna testimonia de omnibus notatu dignis, quæ in sua Provincia acciderint, secum afferre, de Conventuum fundationibus, præsertim de vita, & morte eorum, qui cum specialis sanctimonię, & virtutum fama decesserint, sicut à primis sui exordij temporibus in nostra Religione fieri consuevit, quo faciliùs res gestæ historijs annectantur, & in qualibet Provincia vnus semper sit Chronista assignatus.

Provincia les ad chronicam notent ea, quæ accidunt.

32 In bonum nostri Conventus Barchinonen. statuimus, quod bona relicta à Religiosis defunctis in partibus Indiarū, qui ex Hispania illuc cū legitima licentia transierunt, ex his, quæ ad vsum de licentia Superiorum habebant, his quinque proximis annis futuris applicentur ad ędificationem dicti Conventus Barchinonen. qui primus, & Caput in nostra Religione est: ad quæ bona colligenda specialiter Religiosus deputetur, & mittatur, qui etiam eleemosynas ad id factas inquirat, & colligat.

Convētus Barchin. applicantur spolia.

33 Ad obvianda autem plura, & gravia damna, quæ longa experientia comperta sunt evenisse Religioni nostræ ex eo, quod officium Magistri Generalis per longum tempus vacet, matura, & seria rei consideratione statuimus, vt quotiescūque dictum officium ante expletum sexennium, quovis modo vacare cōtigerit, Prior Barchin. sive cōfirmatus, sive non cōfirmatus in officio Vicarij Gen. succedat, cum omnibus, & plenaria potestate, vt in nostris Constitutionibus habetur, & hoc officio per solos quatuor menses fungatur; quibus expletis, Capitulum Generale celebretur quocumque anni tempore accedat. Dicto autem spatio quatuor mensium durante, officium Prioratus Barchinonen. nō vacet, etiam si aliàs triennium expleatur. Si vero quando officium Generalatus vacaverit, non sit Prior Barchinonen. electus, PP. Conventuales dicti Conventus intra spatium vigintiquatuor horarū Priorem de more iuxta constitutiones eligant: electus autem sit Vicarius Generalis iuxta dicta.

Vacantia M. Gen. sit per solos 4. menses.

34 Quoniam longa experientia constat, Religiosos Provinciæ Franciæ suis ordinarijs litibus, & schismatibus Capitula Generalia turbasse, statuimus, vt quotiescumque ad Capitulum convocati lite inter ipsos, aut schismate habito, duplicati vocales venerint, nullatenus ad habendam vocem in Capitulo admittantur, sed sine ipsis procedatur ad electionē: qua finita, lites in Diffinitorio coram decidantur, & componantur. Ne vero, vt assolent hi, qui legitimi vocales sunt, suas voces sine legitima causa substituant, statuimus omnino servare, quod alias sæpe statutum est,

Vocales Galliæ litigiosi nō suffragentur.

Nec sine patente à Galliarum Nuntio approbata.

est, vt qui ex prædicta Provincia Franciæ ad Capitulum convocari advenerint, sua testimonia approbata per officium Reverendissimi Nuntij Apostolici in Curia existentis Regis Christianissimi deportent, secus verò ad habendam vocem non admittantur.

Vic. Gen. Ord. si nō erat, magistrat Mag.

35 Prior Barchinonen. qui ex iure nostrarum Constitutionum, vacante Generalatu ante expletum sexennium, in officium Vicarij Generalis cum plenaria iurisdictione succedit, si quando dictum Vicariatum adierit, sit solum Præsentatus, ipso facto Magister, ob officij gravitatem, & regimen totius Religionis, habeatur, nominetur, & sit.

Exemptiones eius, qui fuit Proc. in Curia Rom.

36 Observetur, quod alliàs ab Apostolica Sede concessum est, nempe quicumque ad Romanam Curiam in officio Procuratoris Generalis strenuè, & cum approbatione communi per quinquennium se gesserit, si antea Præsentatus erat, sit Magister, si vero erat Magister, votum habeat in Capitulo Generali proxime immediato futuro.

Exemptiones Antiquorum.

37 Ne qui per multum temporis in Religione Domino inservierunt, absque aliquo levamine senectam ducant, statuitur, vt qui illi per quadraginta annos continuos in Religione cum vitę, ac morum approbatione degerint, à Matutinis media nocte dicendis, Prima, & Nona sint absoluti; reliqui verò cuiusvis ætatis sint, omni obligationi subiaceant.

Senum cura.

38 Senibus autem, & impeditis de sibi necessarijs, de socio Laico converso, qui illorum curam gerat provideatur.

Exemptiones abrogantur.

39 Executioni mandari iubetur Breve quoddam, seu motus proprius SS.D.N. Vrbani VIII. quo abrogantur, & revocantur omnes, & quæcumque gratiæ, exemptiones, libertates, à quocumque quomodolibet concessæ, sive circa Chorum, sive circa Altare, circa Missas, circa cibum, & speciales socios, circa egressum de Cōventu, circa præcedentias, &c. etiam si à Sede Apostolica emanaverint.

Gradus de gratia abrogari petitur.

40 Quia verò quamplurima Magisteria, & Præsentaturæ extra numerum à nostris constitutionibus præfixum in evidens Monasticę Observantiæ damnum irrepsere, supplicatur humiliter SS. D.N. Papæ pro parte totius Generalis Capituli, & Congregationis ad evitanda damna evidentia ex hac extra numerū numerositate graduum subsecura, quatenus dignetur dicta Magisteria, & Præsentaturas extra prædictum numerum quomodolibet concessa abrogare, & annullare, eis exceptis, quorum Magisteria, sive Præsentaturæ à Magistro Generali, & Capitulo pro hac vice dumtaxat iustis de causis admittentur: aut si quæ Magistro Generali de cōsilio speciali Diffinitorum cuiusvis Provinciæ rationabilibus de causis toleranda videbuntur.

Præcedentia inter Graduatos declaratur

41 Vt omninò deinceps litigia circa ordinem sedendi evitentur, inter Magistros, & Præsentatos ordo iuxta gradus antiquitatem, non professionis servetur, sicut hactenus observatum est: ita tamen, vt qui de numero iuxta rigorem sunt, præcedāt eos, qui, vel extra numerum, vel non rigorosè quocumque modo intraverint.

Diffinitorum, & Electorum præcedentia.

42 Diffinitores Generales, sive Provinciales, & Electores Generales, si sint Magistri, omnes alios Magistros etiam de numero præcedant; si verò non sint Magistri, præcedant omnes Præsentatos, quamvis ipsi simili gradu non gaudeant, ordine suæ antiquitatis inter ipsos servato: hoc quidem extra Capitulum, durante quippe Capitulo Provinciali, Diffinitores omnes alios præcedunt, iuxta nostras constitutiones.

Imprimātur Constitutiones

43 Vt omnibus semel consulatur, volumen, seu liber nostrarum constitutionum iterum imprimatur, additis, seu ablatis, seu moderatis, quæ Apostolica authoritate fuerint, sive stabilita, sive soblata, aut moderata, appositisque indicibus necessarijs.

Manuale, & Cæremoniale Typis cudatur.

44 Curabit autem Magister Generalis, vt tam cōstitutionum liber, quam Manuale Chori, Ceremoniale, & reliqui libri ad vsum Religionis necessarij diligenter in bonam formam redacti imprimantur.

Provincia Italiæ supprimenda decernitur

45 Visis permultis incommodis, quæ non solum vniversæ Religioni, verum etiam Conventibus, Religiosisque particularibus in Italia degentibus, ex quo ibi Provincia erecta est, succreyere ob summam paupertatem octo Conventiculorum in ea erectorum vix ad sustentationem paucorum Fratrum valentium, nisi evagātibus hac illac Religiosis quęrendi victus causa, vndè multo minus valerent ad expensas Provincialis, & sociorum ad eorum itinera, atque ad necessaria suppeditanda euntibus ad Generalia Capitula, vt hoc eodem anno experientia constitit, cum Vasa Sacra in pignus sint data, vt ad Capitulum Generale euntibus succurreretur, sine spe illa iterum habendi, cognitisque alijs quamplurimis incommodis, statuitur ipsam Provinciam debere extingui, atque eius Religiosos sub immediata obediētia Vicarij Generalis manere: officia autem, & gradus, eorumque institutionem, & durationem iuxta nostrarum constitutionum

vigorem permanere debere; fuper quo SS. D. N. Papæ fupplicatur, quatenus de fua benignitate dignetur providere.

46 Super his autem omnibus, & fingulis pro parte huius Generalis Congregationis, totiufque Religionis humiliter fupplicatur Sanctiffimo D. N. quatenus de fua benignitate dignetur providere ea confirmando, vtpote ad maiorem reformationem, & Monafticam obfervantiam evidenter, vt apparet, conducentia.

Petitur confirmatio.

47 Cum autem, ficut eadem expofitio fubiungebat, prædictus Ioannes Procurator plurimum cupiat ftatuta, & ordinationes huiufmodi pro firmiori illorum fubfiftentia, atque inviolabili obfervatione Apoftolicæ noftræ confirmationis robore communiri, Nobis propterea totius Ordinis huiufmodi nomine humiliter fupplicari fecit, vt defuper opportunè providere de benignitate Apoftolica dignaremur.

48 Nos igitur dictum Ioannem fpecialibus favoribus, & gratijs profequi volentes, & à quibufvis excommunicationis, fufpenfionis, & interdicti, alijfq; Ecclefiafticis fententijs à iure, vel ab homine quavis occafione, vel caufa latis, fi quibus quomodolibet innodatus exiftit, ad effectum præfentium dumtaxat confequendum, harum ferie abfolventes, & abfolutum fore cenfentes, huiufmodi fupplicationibus inclinati, de Venerabilium Fratrum noftrorum S. R. E. Cardinalium negotijs Regularium Præpofitorum confilio ftatuta, & ordinationes præinferta huiufmodi, præter quam in ea parte, in qua ftatuitur effe extinguendam Provinciam prædicti Ordinis in Italia; quod ftaturum de prædicta Provincia extinguenda nullum fuiffe declaramus, illudque, quatenus fuerit opus, irritamus, ac revocamus, ac fi factum minimè fuiffet, & à libris ftatutorum, & decretorum Religionis deleri, cancellari, & caffari mandamus fub pœna excommunicationis maioris, ac privationis vocis activæ, & paffivæ ipfo facto incurrenda: reliqua verò Apoftolica authoritate tenore præfentium perpetuo approbamus, & confirmamus, illifq; inviolabilis Apoftolicæ firmitatis robur adjicimus: ac omnes, & fingulos, tam iuris, quam facti defectus: fi qui defuper quomodolibet interVenerint, fupplemus: Decernentes ftatuta, & ordinationes huiufmodi, ac præfentes litteras, & in eis contenta quæcumque, femper, & perpetuo valida, firma, & efficacia effe, & fore, fuofque plenarios, & integros effectus fortiri, & obtinere: ac in dicto Ordine ab omnibus, & fingulis illius Fratribus nunc, & pro tempore exiftentibus firmiter, & inviolabiliter obfervari, & adimpleri, atque ita in præmiffis ab omnibus cenferi; ficque per quofcomque Iudices Ordinarios, & Delegatos, etiam caufarum Palatij Apoftolici Auditores iudicati, & diffiniri debere: ac irritum, & inane quidquid fecus fuper his à quoquam quavis authoritate fcienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Statuta confirmantur.

Non extinguatur Provincia Italiæ.

49 Quocirca dilectis filijs, noftro, & Apoftolicæ Sedis in Regnis Hifpaniatum Nuntio, & caufarum Curiæ Cameræ Apoftolicæ Generali Auditori, cõmirimus, & mandamus, quatenus ipfi, aut vnus eorum per fe, vel alium, feu alios præfentes litteras, & in eis cõtenta quæcumque, vbi, & quando opus fuerit, ac quoties defuper fuerint requifiti folemniter publicantes, ac in præmiffis efficacis defenfionis præfidio affiftentes, faciant authoritate noftra, ftatuta, & ordinationes huiufmodi ab omnibus, ad quos fpectat, & in futurum fpectabit, inviolabiliter obfervari, contradictores, & rebelles, & præmiffis non parentes, per cenfuras, & pœnas Ecclefiafticas, aliaque opportuna iuris, & facti remedia, appellatione poftpofita, compefcendo, invocato etiam ad hoc, fi opus fuerit, auxilio brachij fæcularis; Non obftantibus fœl. rec. Bonifacij Papæ VIII. Prædecefforis noftri de vna, & in Concilio Generali, edita de duabus dietis, dummodo vltra tres dietas, aliquis authoritate præfentium in iudicium non trahatur, alijfque conftitutionibus, & ordinationibus Apoftolicis, ac, quatenus opus fit, dicti Ordinis, etiam iuramento, confirmatione Apoftolica, vel quavis firmitate alia roboratis ftatutis, & confuetudinibus, privilegijs quoque indultis, & litteris Apoftolicis, fub quibufcumque tenoribus, & formis, ac cum quibufvis claufulis, & decretis in contrarium præmifforum quomodolibet conceffis, confirmatis, & innovatis: Quibus omnibus, & fingulis illorum tenores præfentibus pro fufficienter expreffis habentes, illis aliàs in fuo robore permanfuris, hac vice dumtaxat, fpecialiter, & expreffe derogamus, cæterifque contrarijs quibufcumque.

Iudices Conferuatores.

50 Volumus autem, vt præfentium tranfumptis, etiam impreffis, manu alicuius Notarij publici fubfcriptis, & figillo perfonæ in dignitate Ecclefiaftica conftitutæ munitis eadem prorfus vbique fides adhibeatur, quæ ipfis præfentibus adhiberetur, fi forent exhibitæ, vel oftenfæ.

Datum Romę apud Sanctam Mariam Maiorem, fub Annulo Pifcatoris,

ris, die 4. Novembris anno 1628. Pontificatus nostri anno 6.

Extat originalis Matriti, & Barchinone. Habeturque in dicto authentico Bullar. Ordinis in hoc Pontifice, Bull. 8. fol. 246.

VRBANI VIII.

CONSTITVTIO XVII.

Quadragesimo primo M.Generali M.Fr.Ioanne Cipriano.

COMPENDIVM.

Confirmat concessionem factam prædicto Magistro Generali, vt bona, quæ tempore eius mortis secum haberet, Conventui del Olivar in totum proveniant, & statuit, vt per quatuor sequentes annos ex bonis Magistro Generali obveniendis, proveniat pars sumptibus Canonizationum SS. Petri de Armengol, & Mariæ de Socos, & pro subveniendis nonnullis Conventibus assignentur.

Edita an. 1629.

VRBANVS PAPA VIII. AD futuram rei memoriam.

Statutum de eo quod bona Religiosi morientis domui in qua habitum suscceperat proveniãt.

1 Nuper pro parte dilecti filij Ioannis de Cebrian Magistri Generalis Ordinis Fratrum B. MARIÆ de Mercede Redemptionis Captivorum expositum Nobis, qood Regularibus dicti Ordinis institutis, Apostolica authoritate confirmatis, inter alia disponebatur, quod quidquid apud vnumquemque ipsius Ordinis Religiosum tempore eius obitus repertum foret, id totum domui Regulari dicti Ordinis, in qua habitum susceepisset, & professionem emisisset regularem omninò cederet. Et in eadem expositione subiũcto, quod dictus Ioannes, pro cuius personę sustentatione, vt asseritur, vniversus Ordo ptęsatus diversas expensas contribuere solet, habitum, per eiusedm Ordinis Fratres gestari solitum, in domo Regulari præsari Ordinis Oppidi del Olivar, Cæsaraugustanę Diœcesis susceperat, & professionem per eosdem Fratres emitti consuetam, expressè emissetat regularem, eamdemque domum à fundamentis restaurare curaverat, & propterea quomodo ipsius domus indemnitati consultum esset, per Nos desuper opportunè provideri desiderabat.

Mag. Gen. Cebrian. Convẽtus del Olivar filius, & penè à fũdamentis Reparator petiit, quod bona, quæ tempore mortis ha beret eidẽ Monasterio applicentur.

2 Nos eiusdem Ioannis ea in parte supplicationibus inclinati, institutis præfatis, etiam inhærendo, quod quidquid apud dictum Ioannem tempore illius obitus repertum fuisset, id totum domui præfatæ, in qua habitum susceperat, & professionem prædictam emisisserat, vt præfertur, cederet, & cedere deberet: nec quisquam, cuiusvis status, gradus, & conditionis existeret, aliquid secus molliri, aut intentare vllo modo posset: quodque etiam qualibet expensæ ex prædictis bonis per Religionem eidem Ioanni (non tamen pro Redemptione Captivorum) contribui solitis, & consuetis, quas in restaurationem prædictæ domus factas fuisse constitisset, ad computum ab his, ad quos pro tempore spectatet, recipi deberenr, Apostolica authoritate decrevimus, & declaravimus, & aliàs ptovt in nostris desuper sub die 7. Decembris proximi præteriti expeditis litteris, quarum tenorem præsentibus pro sufficienter expresso haberi volumus, plenius continetur.

Concedit Pontifex iuxta petita.

Recipiantur illi in computis expensæ factæ io re para ione Convẽtus del Olivar

Harum litterarum nooi inveoi trao. sumptum.

3 Nunc autem dilecti filij moderni Procuratoris Generalis eiusdem Ordinis precibus Nobis humiliter porrectis inclinati, quod deinceps quatoor annis proximè futuris durãtibus dumtaxat prædictus Ioannes modernus, & pro tempore existens dicti Ordinis Magister Generalis de omnibus, & quibuscumque rebus, & bonis Religiosorum eiusdem Ordinis interim decedentium tum pro expensis, quæ in informationibus, & processibus Canonizationum Petri Armengol, & Mariæ Socos, aliorumque Christi servorum, Beatorum nuncupatorum, ipsius Ordinis professorum, in dies fieri solent, supportandis, tum etiam pro reparandis, & restaurandis nonnullis dicti Ordinis Regularibus domibus pauperibus, & præsertim S. Adriani Almæ Vrbis nostrę non autem alijs vsibus, ac salvis, remanentibus litteris nostris prædictis, disponere, & ordinare liberè, & licitè possit, & valeat, Apostolica authoritate tenore præsentium concedimus, & indulgemus.

Spolia Fratrum per quadriennium ad sumptus Canonizationum SS Ordinis, & pro Conventibus paupe ribus deserviant.

4 Et ita sub censuris, & pœnis Ecclesiasticis, ac alijs arbitrio nostro imponendis, observari volumus, & mandamus; decernentes prædictas, ac præsentes litteras validas, firmas, & efficaces existere, & fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, atque ab his, ad quos spectat, & in futurum spectabit, inviolabiliter observari: sicque per quoscumque Iudices Ordinarios, & Delegatos, etiam causarum Palatij Apostolici Auditores iudicari, & diffiniri debere: ac irritum, & innane si quid secus super his, à quoquam quavis authoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari; non obstantibus constitutionibus, & ordinationi-

Firmitas adijcitur decreto.

Contraria abrogat.

confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia robotatis statutis, & consuetudinibus, privilegijs quoque, indultis, & litteris Apostolicis eisdem Ecclesijs, & Ordini, earumque Rectoribus, Superioribus, & Fratribus, & quibusvis alijs in contrarium præmissorum, quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis fœl. rec. Gregorij Papæ XIII. etiam Prędecessoris nostri, subdatum Romæ apud Sanctum Petrum, anno 1572. Pontificatus sui anno 1. Quibus omnibus, & singulis, illorum omnium tenores præsentibus pro plene, & sufficienter expressis habentes, hac vice dumtaxat, specialiter, & expresse derogamus, ceterisque contrarijs quibuscumque.

Eadem fides transumptis, ac originali tribuatur.

5 Volumus autem quod pręsentium transumptis etiam impressis, manu alicuius Notarij publici subscriptis, & sigillo personæ in dignitate Ecclesiastica constitutæ munitis, eadem vbique fides in iudicio, & extra adhibeatur, quæ ipsis præsentibus adhiberetur, si forent exhibitæ, vel ostensæ.

Datum Romæ apud Sanctum Petrum, sub Annulo Piscatoris, die 19. Ianuarij 1628. Pontificatus nostri anno 5.

Extat transump. authentic. huius brevis, in citato Generali Matritensi Archivo Ordinis nostri habetur apud nostrum vetus Bullar. supra relatum Bull. 1. huius Pontificis fol. 236.

VRBANI VIII.

CONSTITVTIO XII.

Quadragesimo primo M. Generali Fr. Ioanne Cebrian.

Procuratore Generali in Pontificia Curia Mag. Fr. Aloisio Aparicio.

COMPENDIVM.

Privilegia Ordini nostro à Prędecessoribus suis concessa, confirmat.

Edita an. 1628.

VRBANVS EPISCOPVS, Servus servorum Dei. Ad perpetuam rei memoriam.

Ex clementi Sedis Apostolicæ provisione, necnon personatum Deo devotarum, sub Religionis iugo Domino militantium pia devotione provenire dignoscitur, vt Romanus Pontifex quandoque per Prædecessores suos Romanos Pontifices pro personatum earundem, locorumque illarum fœlici successu, & quiete concessa approbet, & confirmet, atque cōmuniat, prout Personarum earundem, ac locorū, & remporum qualitatibus debite pēsatis, conspicit in Domino salubriter expedire.

Ægregiū Ordinis nostri principium. & in cæteros antelatio.

1 Sanè pro parte dilecti filij Ludovici Aparicij Moderni Procuratoris Generalis infrascripti Ordinis Beatæ MARIÆ de Mercede Redemptionis Captivorum Nobis nuper exhibita petitio continebat, quod cum inrer omnes vitę regularis Ordines ille in primis conspicuus videretur, quem Beatissima Cœlorū Regina ad Captivorū, in Infideliū partibus misere servientium, Redemptionem Sancto Raymundo de Peñafort, & claræ memoriæ Iacobo Aragonum Regi, necnon Petro Nolasco primo illius professori dum vitam ducerent in humanis, singulari quodam miserationis affectu sibi charissimum fore revelaverat, fœl. rec. Calixtus Papa III. Prædecessor noster illum cæteris ordinibus ratione quarti voti, quo illius Fratres se Infidelibus in Captivorum Redemptionis pignus fore devovent, & obstringunt celsiorem, & perfectiorem vocavit: & hic ipse Ordo iam inde ab anno Domini 1218. in Civitate Barchinonen. ab eodem Iacobo Rege in die festo S. Laurentij Martyris sub invocatione B. MARIÆ de Mercede Rededemptionis Captivorum nuncupatæ institutus, & à piæ memoriæ Gregorio Papa IX. etiam Prædecessore nostro à Nativitate Domini 1230. à revelatione vero prædicta 12. Pontificatus autem sui 3. anno in festivitate S. Antonij Abbatis confirmatus, his pietatis incrementis in corporum, animarumque Captivorum huiusmodi salutem, scilicet eorum, alijs redimendis, alijs instruendis, alijsque in fide corroborandis opere, & sermone in dies magis, magisque effotuit, vt quamplurimi Romani Pontifices similiter Prædecessores nostri non minus primam illius otinem cęlitus revelatam, quam pios huiusmodi progressus admirati innumeras propemodum in eum gratias, & privilegia, ex inexhausto Ecclesię Dei thesauro deprompta Sedis Apostolicæ benignitate liberalissime contulerint.

2 Quare pro parte dicti Ludovici, tam suo, quā vniversorum totius Ordinis Professorum nominibus Nobis fuit humiliter supplicatum, quatenus privilegia huiusmodi pro firmiori illorum subsistentia Apostolico munimine roborare, aliāsque eis in præmissis, vt infra, opportune providere de benignitate Apostolica dignaremur.

Noster Ordo præ cæ

3 Nos igitur dicti Ordinis B. MARIæ (quem præ cæteris in visceribus gerimus

teris Pontifici Charus.

rimus charitatis) prosperum, & tranquillum statum paterno zelantes affectu, ac Ludovicum, & singulos Religiosos huiusmodi à quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, alijsque Ecclesiasticis sententijs, cēsuris, & pœnis à iure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodati existunt, ad effectum præsentium dumtaxat cōsequendum, harum serie absolventes, & absolutos fore censentes, huiusmodi supplicationibus inclinati, omnia, & singula privilegia, indulta, immunitates, exemptiones, libertates, prerrogativas, antelationes, præeminentias, licentias, facultates, concessiones, remissiones peccatorum, indulgentias, absolutiones, aliàsque gratias vniversas per dictum Greg. IX. & recol. mem. Greg. XI. Innoc. IV. Innoc. VI. & VIII. Alex. IV. & Alex. VI. Clem. IV. Clem. VI. & Clement. VII. Ioannem XXII. Nicol. III. & Nicol. IV. & Nicol. V. Bonif. VIII. Vrbanum V. Martin. etiam V. Eugenium IV. Pium II. prædictum Calix. Paulum II. Paulum III. & Paulum IV. Sixtum IV. Iulium II. & Iulium III. Leonem X. novissimeque Sixtum V. Clement. VIII. & Paulum V. & alios quoscumque Romanos Pontifices Prædecessores nostros vniverso Ordini Beatæ MARIÆ huiusmodi, & singulis illius Provincijs Monasterijs, Prioratibus, domibus, & alijs regularibus locis, necnon Generali Magistro, illiusque sive ipsius Ordinis Vicario, seu Vicarijs, Procuratoribus, Visitatoribus, Provincialibus, Redemptoribus Captivorum, Electoribus, Diffinitoribus, Commendatoribus, Vocalibus, alijsque Officialibus quocumque nomine nuncupatis, & cæteris illius Fratribus, & Religiosis, & alijs Personis quibuscumque, tam in genere, quàm in specie, etiam per modum communicationis, extensionis, & ampliationis, ac aliàs quomodolibet, & sub quibuscumque verborum formis, & expressionibus concessa, innovata, confirmata, & approbata, & litteras Apostolicas desuper tam sub plumbo, quàm in forma Brevis expeditas, quorum, & quarum omnium, & singulorum, ac singularum tenores, etiam si talia, seu tales forent, quæ specialem, & individuā rationem requirerent, præsentibus, acsi de verbo ad verbum insererentur, pro plene, ac sufficiēter expressis haberi volumus, dummodo tamen sint in vsu, & Sacris Canonibus, & Concilij Trident. decretis, necnon Apostolicis constitutionibus, & dicti Ordinis regularibus institutis non repugnent, illaque, & illæ hactenus revocata, & revocatæ, ac sub aliquibus revocationibus cōprehēsa, & comprehensæ non sint, Apostolica authoritate earundem tenore præsentium perpetuo approbamus, & confirmamus, illisque perpetuæ, & inviolabilis Apostolicæ firmitatis robur adiicimus, omnesque, & singulos, tam iuris, quàm facti, & quatumcumque solemnitatum de iure, vsu, vel consuetudine, aut aliàs quomodolibet requisitarum, ac in præmissis omissarum, nec non quoscumque alios, quantumvis substantiales defectus, si qui desupèr quomodolibet intervenerint, dicta authoritate supplemus.

Privilegia nostro Ordini à Prædecessoribus indulta confirmat.

4 Decernentes easdem præsentes semper, & perpetuo validas, & efficaces esse, & fore, suosque plenarios, & integros effectus, sortire, & obtinere; sicque ab omnibus, & singulis censeri, & ita per quoscumque Iudices ordinarios, vel delegatos quavis authoritate fungentes, etiam causarum Palatij Apostolici Auditores, ac S.R.E. Cardinales, etiam de latere Legatos, dictæque Sedis Nuntios, iudicari, & diffiniri debere; irritum quoque, & innane, quidquid secus super his à quoquam quavis authoritate scienter, vel ignoranter, contigerit attentari: Non obstantibus præmissis ac prædicti Bonif. Papæ VIII. pariter Prędecessoris nostri de vna, & in Cōcilio Generali edita de duabus dietis, dummodo tamen non vltra 3. dietas quis vigore præsentiū ad iudiciū trahatur, alijsque quibusvis Apostolicis, etiam in Provincialibus, Synodalibus, vniversalibusque Concilijs editis specialibus, vel generalibus constitutionibus, & ordinationibus, necnon dicti Ordinis Beatæ MARIÆ iuramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus, privilegijs quoque indultis, & litteris Apostolicis, illi, eiusque Superioribus, & Personis sub quibuscumque tenoribus, & formis, ac cum quibusvis, etiam derogatoriarum derogatorijs, alijsque efficacioribus, & efficacissimis, ac insolitis clausulis, irritantibusque, & alijs decretis in genere, vel in specie, etiam motu proprio, & consistorialiter ac aliàs in contrarium quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis: Quibus omnibus, etiam si aliàs pro illorum sufficienti derogatione de illis, eorumque totis tenoribus specialis, specifica, & expressa, individua, ac de verbo ad verbum, non autem per clausulas generales, idem importantes, mentio, seu quævis alia expressio habenda, aut aliqua alia exquisita forma ad hoc servanda foret, illis aliàs in suo robore permansuris, hac vice dumtaxat specialiter, & expresse harum serie latissimè, & plenissimè derogamus cæteris-

Contraria derogat.

rerisque contratijs quibuſcumque.

Eadem fides tranſumptis, ac origina li adhibea tur.

5 Volumus autem quod eatundem præſentium tranſumptis, etiam impreſſis, manuque, & ſigillo pto tempore exiſtentis Magiſtri Generalis ipſius Ordinis Beatæ MARIÆ, ſeu illius Vicarij ſubſcriptis, & munitis, eadem prorſus fides adhibeatut tam in iudicio, quàm extra illud, quæ eiſdem præſentibus adhiberetur, ſi forent exhibitæ, vel oſtenſæ.

6 Per eaſdem præſentes autem noo intẽdimus facultates dicti Magiſtri Generalis circa Fratres ipſius Ordinis B. MARIÆ reformatos, ſeu Recollectos nuncupatos in aliquo approbare.

Contradictoribus minatur.

7 Nulli ergo omninò hominum liceat, haoc paginam ooſtræ abſolutionis, approbationis, confitmationis, toboris adiectionis, defectuum ſuppletionis, decreti, derogationis, & voluntatis infringere, vel ei auſu temetario cootraire. Si quis autem hoc attentare præſumpſerit, indignationem Omnipotẽtis Dei, ac Beatorum Petri, & Pauli Apoſtolorum eius ſe ooverit incurſurum.

Datum Romæ apud S. Mariam Maiorem anno Incarnationis Dominicę 1628. 7. Idus Octobris, Pontificarus noſtri anno 6.

Scipio Cobellutius.

Habetur originalis Matriti, authentica Barchinonæ, & in veteri Bullar.

VRBANI VIII.

CONSTITVTIO XIII.

Quadrageſimo primo M. Generali Fr. Ioanne Cebrian.

Procuratore Generali in Vrbe M. Fr. Aloiſio Aparicio.

COMPENDIVM.

Iudices Synodales Toletanę, Panormitanæ, ac Barchinonen. Eccleſiarum, executores ſuperioris Bullę Iudices inſtituit.

Edita an. 1628.

VRBANVS EPISCOPVS, Servus ſervorum Dei. Dilectis filijs Iudicibus in Synodis Diœceſis Toletaoo, & Panormitano, ac Barcinonenſi deputatis, ſalutem, & Apoſtolicam Benedictionem.

Bullã precedentem reproducit.

1 Hodie à Nobis emanarunt literæ tenoris ſubſequentis, Vrbanus Epiſcopus, Servus ſervorum Dei ad perpetuam rei memoriam. Ex clementi Sedis Apoſtolicæ proviſione, necnon perſonarum Deo devotarum ſub Religionis iugo, &c. *Inſere Bullam immediate præcedentem.*

Ad eius exequtionem Toletanos Panormitanos, & Barcinonenſes Iudices Synodales præficit.

2 Quo circa diſcretioni veſtræ per Apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus vos, vel duo, aut vnus veſtrum per vos, vel alium, ſeu alios prædictas litteras, & in eis contenta quæcumque, vbi, & quando opus fuerit, ac quoties pro parte prædicti Ludovici, ac pto tẽpore exiſtentium Procuratoris Generalis, & Religioſorum dicti Ordinis B. Mariæ MARIÆ fueritis. tequiſiti, ſolemniter publicaotes, illiſque efficacis defenſionis præſidio aſſiſtentes, faciatis authoritate noſtra, eaſdem litteras, & in eis contenta huiuſmodi ab omnibus, ad quos ſpectat, & pro tempore ſpectabit, firmitet, & inviolabiliter obſervari, ac Ludovicum Procutarem Generalem, necnoo Religioſos huiuſmodi illis, eorumque effectu pacifice frui, & gaudere, oon permittentes eos deſuper, per quoſcumque quavis authotitate directè, vel indirectè, quomodolibet indebitè moleſtari, contradictores quoſlibet, & rebelles per cenſuras, & pœoas Eccleſiaſticas, aliaque opportuna inris, & facti remedia, appellatione poſtpoſita, compeſcendo, ac cenſuras, & pœnas ipſas, ſervata forma Concilij Tridentini, etiam iteratis vicibus aggravando, invocato etiam ad hoc, ſi opus fuerit, auxilio brachij ſæcularis; non obſtantibus omnibus illis, quæ in dictis noſtris litteris voluimus oõ obſtate, aut ſi quibuſvis communiter, aut diviſim ab Apoſtolica ſit Sede indultum, quod interdici, ſuſpendi, vel excommunicari non poſſint per litteras Apoſtolicas non facientes plenam, & expreſſam, ac de verbo ad verbum de indulro huiuſmodi mentionem.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Maiorem anno Incarnationis Domini 1628. 7. Idus Octobris, Pontificatus noſtri anno 6.

Habetur originalis in Archivo Matritenſi.

VRBA-

VRBANI VIII.

CONSTITVTIO XIV.

Quadragesimo primo M. Generali Fr. Ioanne Cebrian.

Procuratore Generali in Vrbe M. Fr. Aloisio Aparicio.

COMPENDIVM.

Concedit vt in toto Ordine nostro festum Sanctissimi Patriarchę nostri Petri Nolasco, cum Officio, & Missa de Communi Confessoris non Pontificis perpetuò celebretur.

Edita an. 1628.

VRBANVS PAPA VIII. AD perpetuam rei memoriam. Domini Nostri IESV-CHRISTI, qui servos suos æternæ gloriæ præmio donat in cęlis, vices, quanquam immeriti, gerentes in terris, ex incumbenti Nobis munere tenemur, vt eorumdem servorum Christi debita veneratio in terris in dies magis promoveatur, & laudetur Dominus in Sanctis suis: quamobrem fidelium quorumlibet votis, quæ peculiarem ipsorum Sãctorum cultum respiciunt, libenter annuimus, ac favoribus prosequimur opportunis, prout conspicimus in Domino salubriter expedire.

1 Sanè dilectus filius Ludovicus de Aparicio Fratrum Ordinis Beatæ MARIÆ de Mercede Redemptionis Captivorum Procurator Generalis, eorundem Fratrum nominibus, Nobis nuper exponi fecit, quod Fratres prædicti pro singulari, quam erga S. Petrum Nolascum gerunt devotionem, Officium, & Missam de eo, vt infra, recitari, & celebrari posse summopere desiderant; quare iisdem, quibus suprà, nominibus humiliter Nobis supplicari fecit, vt eis desuper opportune providere de benignitate Apostolica dignaremur.

Officium, & Missam S.P.N Petri Nolasco Nobis cõcedi petimus.

2 Nos igitur piis eorumdem Fratrum huiusmodi votis annuere, illosque specialibus favoribus, & gratiis prosequi volentes, & eorum singulares personas à quibusvis excommunicarionis, suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & pœnis à iure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatę existunt, ad effectum præsentium dumtaxat consequendum, harum serie absolventes, & absolutas fore censentes, huiusmodi supplicationibus inclinati, de Venerabilium Fratrum nostrorum S. R. E. Cardinalium Sacris Ritibus præpositorum Consilio, re maturè discussa, ad maiorem Sanctorum gloriam, divinique cultus augmẽ, tum, quod de cętero perpetuis futuris temporibus festum dicti S. Petri Nolasco eiusdem Ordinis Fundatoris cum Officio, & Missa de Communi Confessoris non Pontificis, iuxta rubricas Breviarii, & Missalis Romani, in vniverso Ordine prædicto celebrari liberè, & licitè possit, & valeat, Apostolica authoritate tenore pręsentium facultatem concedimus, & impartimur; non obstantibus constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, ac, quatenus opus sit, dicti Ordinis, etiam iuramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus, cæterisque contrariis quibuscumque.

De Communi Cõf. non Pòt. Nobis indulget Officium, & Missam celebrandam.

3 Volumus autem, quod præsentium transumptis, etiam impressis, manu alicuius Notarii publici subscriptis, & sigillo alicuius Personæ in dignitate Ecclesiastica constitutæ munitis eadem prorsus fides adhibeatur quæ præsentibus adhiberetur, si forent exhibitæ, vel ostensæ.

Eadem fides transumptis, ac originali tribuatur.

Datum Romæ apud S. Mariam Maiorem, sub Annulo Piscatoris die 11. Octobris 1628. Pontificatus nostri anno 6.

Scipio Cobellutius.

Extat originalis Matriti, affertur in veteri Bullar. & apud Cherub. tom. 4. & Lantusc. tom. 5. const. 110.

VRBANI VIII.

CONSTITVTIO XV.

Quadragesimo primo M. Generali Fr. Ioanne Cypriano

Procuratore Generali in Vrbe M. Fr. Ludovico de Aparicio.

COMPENDIVM.

Magistro Generali concedit, vt in sui Ordinis visitatione possit vti Altari portatili.

Edita an. 1628.

VRBANVS PAPA VIII. DILEcto filio Ioanni Cebrian Mag. Generali Ordinis Fratrum B. MARIÆ de Mercede Redemptionis Captivorum. Dilecte fili, salutem, & Apostolicam Benedictionem.

Spi-

1 Spirituali consolationi tuæ, quantum cum Domino possumus, benigne consulere, teque specialibus favoribus, & gratijs prosequi volentes, & à quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, alijsque Ecclesiasticis sententijs, & pœnis à iure, vel ab homine, quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatus existis, ad effectum præsentium dumtaxat consequendum, harum serie absolventes, & absolutum fore censentes, supplicationibus tuo nomine Nobis super hoc humiliter porrectis inclinati, tibi, vt in visitatione tui Ordinis in Provincijs, & Civitatibus, in quibus non extant Ecclesiæ, vel vbi non est publicum Religionis Catholicæ exercicium Altare portatile, debitis tamen cum honore, & reverentia habere, ac super eo, vbi Ecclesiarum commoditas non fuerit, & in casu necessitatis tantum, Sacrosanctum Missæ Sacrificium per quemcumque Sacerdotem approbatum sæcularem, seu de superiorum suorum licentia regularem, & in locis ad id congruis, & decentibus in tua, ac familiæ tuæ præsentia celebrari facere, libere, & licitè possis, & valeas Apostolica authoritate tenore præsentium concedimus, & indulgemus; non obstantibus constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, cæterisque contrarijs quibuscumque.

Reverendissimo F. Ioani Cebrian, vt in visitationibus possit vti altari portatili largitur.

Datis Romæ apud S. Mariam Maiorem, sub Annulo Piscatoris die 30. Octobris 1628. Pontificatus nostri anno 6.

VRBANI VIII.

CONSTITVTIO XVI.

Quadragesimo primo M. Generali Fr. Ioanne Cebrian.

Procuratore Generali in Vrbe M. Fr. Ioanne Perez de Rojas.

COMPENDIVM.

Acta, & statuta Capituli Generalis Toletani confirmat.

Edita an. 1628.

VRBANVS PAPA VIII. AD perpetuam rei memoriam.

1 In supremo Apostolicæ dignitatis solio, meritis licet impatibus, à Domino constituti, inter gravissimas, multiplicesque Pastoralis officij curas, illa præ cęteris Nos solicitos habet, vt regulares personæ, quæ, relicto sæculo, divinis obsequijs se se manciparunt, prospere dirigantur, & feliciter gubernentur; qua propter, quæ ab earum superioribus, præsertim in Capitulis generalibus, proptetea facta fuisse comperimus, ea, quo firmius subsistant, exactiusque observentur, libenter, cum à Nobis petitur, Apostolicæ confirmationis patrocinio communimus, provt conspicimus in Domino salubriter expedire.

2 Exponi siquidem Nobis nuper fecit dilectus filius Ioannes Perez de Rojas Ordinis Fratrum Beatæ MARIÆ de Mercede Redemptionis Captivorum Procurator Generalis, quod in Capitulo Generali eiusdem ordinis de mense Maij anni proximè præteriti 1627. in domo regulari ipsius Ordinis Toletana celebrato pro fœlici, prosperoque eiusdem ordinis regimine, & directione, ac ad maiorem illius reformationem nonnulla statuta, & ordinationes omnium consensu edita fuerunt tenoris subsequentis, videlicet.

Cap. Gen. Toleti cõfirmari petitur.

3 Primum, ne multiplicitas mandatorum fiat maior occasio labẽdi, abrogantur, & supprimuntur quæcumque mandata hucvsque sive in Capitulis Provincialibus, vel etiam Generalibus, aut in particularibus Conventuum visitationibus à quovis confecta, dummodo à Sancta Sede Apostolica non sint approbata, aut intra nostrarum constitutionum corpus inserta, solumque remaneant, quæ hic meliori calculo, ex omnibus selecta annectuntur.

Abrogantur alia mandata.

4 Prælatis sub privatione officij præcipitur, ne quovis titulo, vel prætextu audeant ægrotantibus necessaria tam in victu, quàm in medicamentis negare. Insuper Religiosis omnibus necessaria ad victum, & vestitum provideant, ad minus habitum integrum in triennio, & calceamenta toties quoties opus fuerit: ipsi autem Prælati nequeant sibi aliquid vestimentorum assumere, nisi idipsum cæteris Religiosis dent.

Cura ęgrorum.

Vestuariũ.

5 Commendatores à suis Conventibus notabiliter non recedant sine licẽtia superiorum: cum autem iter agant, hoc Conventus expensis non fiat, nisi quando in ipsius Conventus vtilitatem vergit: similiter per se solos, & absque officialium interventu aliquid dare, aut recipere, etiam ad Fratrum sustentationem minime tentent sub pœna privationis officij: insuper sine Generalis, aut Provincialis licentia ædificationes non incipiant, nec prosequantur.

Expensas solus non faciat Prælatus.

6 Ipsi Commendatores semper in Choro ad omnes officij horas, quavis postposita occupatione, interesse, vt alijs bono exemplo sint, non recusent.

A Choro non absit.

Pro-

Confessores examinentur.

7 Provinciales,& Visitatores in Cõventuum Visitationibus licentias confessiones audiendi confessarijs non graduatis suspendat, donec novo examine approbentur.

Expulsio incorrigibilium.

8 Iuxta ordinationem Sanctissimi D.N.Vrbani nullus ab habitu, & Religione expellatur,nisi per annum carceribus,& inedijs eius incorrigibilitas tentetur.

Qui ad alium Ordinem trãslati adnos redeunt amittant antiquitatem, & gradus.

9 Ne vero vlla Religiosis occasio derelinquendi suam primam vocationem remaneat, statuitur, quod si quis Religiosus legitimè in nostro Ordine professus ad alium Ordinem transierit, quomodolibet id fiat, si postea emissa, vel non emissa professione iterum ad nos redierit, totum tempus à primo ingressu in nostram Religionem, vsque ad diem reditus ex alia, ad quam trãsierat,illi ad obtinendam antiquitatem nullatenus computetur; sed ab eo die incipiat novissimus esse, ac si tunc primo habitum suscepisset: si quos autem gradus, dignitates, aut officia in Religione habeat, ipso facto vacent.

Fratres alterius Ordinis non admittendi ad nostrum.

10 Visis diligenter,longaque experientia multis, hisque gravibus incomodis, quæ nostræ Religioni ex susceptione Fratrum alienæ professionis irrepserunt, statuitur,ne deinceps Religiosus aliquis alienæ professionis,cuiuscumque qualitatis, aut conditionis possit ad nostram Religionem admitti: super quo Magistro Generali taxatur potestas,supplicaturque Sanctissimo D. Nostro quatenus de sua benignitate dignetur professiones eorũ, qui sic recipientur deinceps annullare, & ipso facto eas irritas fore declarare,non obstantibus privilegijs à Sede Apostolica olim nostræ Religioni concessis.

Licentia ad Ordines.

11 Nulli deinceps Religioso licentia Ordines Sacros suscipiendi,nisi prius plenè elapsis tribus à professione annis concedatur.

Iter agentes Sacrũ celebrent.

12 Religiosi Sacerdotes iter agentes vbicumque occasionem Sacrum celebrandi repeterint,non prætermittant.

Comedijs non intersint.

13 Nullatenus Religiosi, aut per se ipsos representationes faciant, aut illis, dum publicè ab histrionibus fiunt audeant interesse,sub pœna à Prælato pro arbitrio taxanda.

Equitare quis possit

14 Religiosi ad incedendum in Civitatibus, aut locis, vbi sunt nostri Ordinis Conventus mulabus, aut equis non vtantur,prçter Provinciales,& Procuratores Generales Romanæ, & Catholici Regis Curiarum.

15 Sæculares personæ intra Claustra Conventus neque titulo inserviendi pernoctent.

16 Provinciales teneantur quàm primum omnes, & quoscumque Religiosos viderint extra Claustra degere titulo Parentibus subveniendi,aut beneficij inserviendi revocare, & causas diligenter examinare.

Extra Claustra non degãt

17 Desiderantes omnem Religionis occasionem præcludere,efracto obedientiæ freno,vagandi ex vna in aliam Provinciam sine legitima licentia transeundi, statuimus, vt quicumque sic absque legitima Magistri Generalis licentia aufugerint, statim atque aliquam Provinciam,aut Conventum appulerint incarcerentur, vt per dies aliquot flagellis, & in pane, & aqua ieiunio puniantur, statimque compellantur ad suum Conventum,vnde exierunt regredi. Quicumque autem modo sunt extra suas Provincias, qui sic sine legitima licentia ab ipsis aufugerunt,etiam si per longum tempus,perperam Prælatis dissimulantibus, in alijs Provincijs fuerint, statim compellantur ad suas Provincias absque vlla spe relaxationis redire. Et vt maioribus damnis occurratur,quicumque sic fugitivi sine licentia suorum Prælatorum Ordinem aliquem sacrum susceperint,sint perpetuo irremissibiliter suspensi à talis Ordinis exercicio,& ad alios ascendendi perpetuo inhabiles, nisi aliter à Sancta Sede Apostolica dispensetur.

Ab vna ad aliã Provinciam nullus accedat.

18 Quia in exigenda, & reddenda ratione bonorum mobilium, aut immobilium Religionis facilè potest error committi, decernitur, vt quicumque Visitator possit libros rationales conventuum à quocumque tempore visitare, etiam si super his alia, vel aliæ visitationes præcesserint.

Libri possint iterũ visitari.

19 Omninò posthac inhabilis ad omne officium gubernationis habeatur, quicumque,vel semel Cõventum,quem gubernarit,debitis obstrictum reliquerit.

20 Si qua autem debita in Conventu tempore Capituli remanserint non soluta, de quibus ab ipsis Commendatore, & Depositarijs ratio ad Capitulum non transmittatur, illa debita Cõmendator,& Depositarij non exprimẽtes irrelaxabiliter exsolvent.

Debita Cõventus in Capit. exprimãtur.

21 Sub pœna privationis officij præcipitur Prælatis,ne à subditis,in minima adhuc quantitate, neque ad brevissimum tempus sumant, aut mutuatum petant.

Prælatis à Subditis nil petãt.

22 Cavetur autem, ne quovis titulo, prætextu, aut necessitate eleemosinæ pro Missis acceptæ consumantur, donec in re Missæ dictæ, obligationique satisfactum sit.

Stipendia Missarum.

23 Annullantur immediationes, quas Magistri Generales aliquando dederint, ipsique perpetuo inhibetur facultas eas dandi.

Exemptiones abrogantur.

Extra Claustra si pernoctet.

24 Nullus Religiosus in locis, vbi Conventus nostrę Religionis fuerint, extra Claustra pernoctare audeat, etiam si in domo consanguineorum, aut etiam Parentum sit: Prælatusque ad id licentiam non concedat, nec sibi sumat.

Lecturarum provisio.

25 Vt deinceps, ad docendos alios idonei provideantur Ministri, statuitur; vt in posterum lecturæ sive artium, sive Sacræ Theologiæ, facta oppositione, & examine illis conferatur, qui in studijs plus inveniantur profecisse; cassantur autem, & annullantur quæcumque collatæ sunt ante vacaturam dictarum Lecturarum, quod ad futurā successionem vocant.

Prædicator Conventualis casus conscientiæ proponat.

26 Iuxta mandatum Sanctissimi D. Nostri in Sacra Congregatione Reg. factum, & iuxta antiquissimam nostræ Religionis consuetudinem, in vnoquoque Conventu vnus sit assignatus Prædicator Conventualis, cuius sit absque vlla relaxatione quotidie prorsus casus proponere conscientiæ, legere, & resolvere: qui, cùm hoc exercitium per decennium habuerit, possit ad Præsentaturam de pulpito, seu prædicatione, vt vocant, admitti: gaudeat autem, dum hoc officio fungitur, exemptionibus circa Altare, Matutinas media nocte dicendas, & Primam.

Procuratores Choro adsint.

27 Procuratores Generales (his exceptis, qui ad Romanam, & Catholici Regis Curiam sunt) absque licentia extra Conventum non exeant, diebusque festis Choro intersint.

Probatio Lecturæ.

28 Provinciales probationes Lecturarum, alijs faciendas non committant, sed per se ipsos faciant.

Vic. Gen. redant rationē successori.

29 Quicumque Generalis Vicarij officium sive in partibus Indiarū, sive in qualibet alia Provincia exercuerint, inde recedere non audeant absque Magistri Generalis licentia, quā ipse non concedat, donec illic successoribus rationem exactam suorum officiorum, & gestorum reddiderint: teneanturque, subditi illis pariter obedire, , donec alij in officio successerint. Si qui autem, nec præcedente dicti officij ratione recessisse reperti fuerint, aut modo sint, non possint ad aliquod Religionis officium, vel munus assumi donec reddita ratione villicationis, à Magistro Generali absolvantur.

Cap. inter med. non fiant.

30 Observari iubetur Bulla fœl. rec. Pauli V. qua auferuntur Capitula, quæ vocantur intermedia: datúrque Magistrn Generali facultas per se ipsum faciendi quidquid in prædicto fieri consueverat.

Provinciales ad chronicam nonitent ea, quæ acciderent.

31 Curent diligenter Provinciales in posterum, dum ad Capitula Generalia conveniunt, authentica, & fidedigna testimonia de omnibus notatu dignis, quæ in sua Provincia acciderint, secum afferre, de Conventuum fundationibus, præsertim de vita, & morte eorum, qui cum speciali sanctimonię, & virtutum fama decesserint, sicut à primis sui exordij temporibus in nostra Religione fieri consuevit, quo facilius res gestæ historijs annectantur, & in qualibet Provincia vnus semper sit Chronista assignatus.

Convētui Barchin. applicantur spolia.

32 In bonum nostri Conventus Barchinonen. statuimus, quod bona relicta à Religiosis defunctis in partibus Indiarū, qui ex Hispania illuc cū legitima licentia transierunt, ex his, quæ ad vsum de licentia Superiorum habebant, his quinque proximis annis futuris applicentur ad ędificationem dicti Conventus Barchinonen. qui primus, & Caput in nostra Religione est: ad quæ bona colligenda specialiter Religiosus deputetur, & mittatur, qui etiam eleemosynas ad id factas inquirat, & colligat.

Vacantia M. Gen. sit per solos 4. menses.

33 Ad obvianda autem plura, & gravia damna, quæ longa experientia comperta sunt evenisse Religioni nostræ ex eo, quod officium Magistri Generalis per longum tempus vacet, matura, & seria rei consideratione statuimus, vt quotiescūque dictum officium ante expletum sexennium, quovis modo vacare cōtigerit, Prior Barchin. sive cōfirmatus, sive non cōfirmatus in officio Vicarij Gen. succedat, cum omnibus, & plenaria potestate, vt in nostris Constitutionibus habetur, & hoc officio per solos quatuor menses fungatur; quibus expletis, Capitulum Generale celebretur quocumque anni tempore accedat, Dicto autem spatio quatuor mensium durante, officium Prioratus Barchinonen, nō vacet, etiam si aliàs triennium expleatur. Si vero quando officium Generalatus vacaverit, non sit Prior Barchinonen. electus, PP. Conventuales dicti Conventus intra spatium vigintiquatuor horarū Priorem de more iuxta constitutiones eligant: electus autem sit Vicarius Generalis iuxta dicta.

Vocales Galliæ litigiosi nō suffragentur.

34 Quoniam longa experientia constat, Religiosos Provinciæ Franciæ suis ordinarijs litibus, & schismatibus Capitula Generalia turbasse, statuimus, vt quotiescumque ad Capitulum convocati lite inter ipsos, aut schismate habito, duplicati vocales venerint, nullatenus ad habendam vocem in Capitulo admittantur, sed sine ipsis procedatur ad electionē: qua finita, lites in Diffinitorio coram decidantur, & componantur. Ne vero, vt assolent hi, qui legitimi vocales sunt, suas voces sine legitima causa substituant, statuimus omnino servare, quod alias sæpe statutum est,

est, vt qui ex prædicta Provincia Franciæ ad Capitulum convocati advenerint, sua testimonia approbata per officium Reverendissimi Nuntij Apostolici in Curia existentis Regis Christianissimi deportent, secus verò ad habendam vocem non admittantur.

Nec sine patente à Galliarum Nuntio approbata.

35 Prior Barchinonen. qui ex iure nostrarum Constitutionum, vacante Generalatu ante expletum sexennium, in officium Vicarij Generalis cum plenaria iurisdictione succedit, si quando dictum Vicariatum adierit, sit solum Presentatus, ipso facto Magister, ob officij gravitatem, & regimen totius Religionis, habeatur, nominetur, & sit.

Vic. Gen. Ord. si nō erat, maneat Mag.

36 Observetur, quod aliàs ab Apostolica Sede concessum est, nempe quicumque ad Romanam Curiam in officio Procuratoris Generalis strenuè, & cum approbatione communi per quinquennium se gesserit, si antea Præsentatus erat, sit Magister, si vero erat Magister, votum habeat in Capitulo Generali proxime immediato futuro.

Exemptiones eius, qui fuit Proc. in Curia Rom.

37 Ne qui per multum temporis in Religione Domino inservierunt, absque aliquo levamine senectam ducant, statuitur, vt qui illi per quadraginta annos continuos in Religione cum vitę, ac morum approbatione degerint, à Matutinis media nocte dicendis, Prima, & Nona sint absoluti; reliqui verò cuiusvis ætatis sint, omni obligationi subiaceant.

Exemptiones Antiquorum.

38 Senibus autem, & impeditis de sibi necessarijs, de socio Laico converso, qui illorum curam gerat provideatur.

Senum cura.

39 Executioni mandari iubetur Breve quoddam, seu motus proprius SS. D.N. Vrbani VIII. quo abrogantur, & revocantur omnes, & quæcumque gratiæ, exemptiones, libertates, à quocumque quomodolibet concessæ, sive circa Chorum, sive circa Altare, circa Missas, circa cibum, & speciales socios, circa egressum de Cōventu, circa præcedentias, &c. etiam si à Sede Apostolica emanaverint.

Exemptiones abrogantur.

40 Quia verò quamplurima Magisteria, & Præsentaturæ extra numerum à nostris constitutionibus præfixum in evidens Monasticę Observantiæ damnum irrepsere, supplicatur humiliter SS. D. N. Papæ pro parte totius Generalis Capituli, & Congregationis ad evitanda damna evidentia ex hac extra numerū numerositate graduum subsecuta, quatenus dignetur dicta Magisteria, & Præsentaturas extra prædictum numerum quomodolibet concessa abrogare, & annullare, eis exceptis, quorum Magisteria, sive Præsentaturæ à Magistro Generali, & Capitulo pro hac vice dumtaxat iustis de causis admittentur: aut si quæ Magistro Generali de cōsilio speciali Diffinitorum cuiusvis Provinciæ rationabilibus de causis toleranda videbuntur.

Gradus de gratia abrogari petitur.

41 Vt omninò deinceps litigia circa ordinem sedendi evitentur, inter Magistros, & Presentatos ordo iuxta gradus antiquitatem, non professionis servetur, sicut hactenus observatum est: ita tamen, vt qui de numero iuxta rigorem sunt, præcedāt eos, qui, vel extra numerum, vel non rigorosè quocumque modo intraverint.

Præcedentia inter Graduatos declaratur

42 Diffinitores Generales, sive Provinciales, & Electores Generales, si sint Magistri, omnes alios Magistros etiam de numero præcedant; si verò non sint Magistri, præcedant omnes Præsentatos, quamvis ipsi simili gradu non gaudeant, ordine suæ antiquitatis inter ipsos servato: hoc quidem extra Capitulum, durante quippe Capitulo Provinciali, Diffinitores omnes alios præcedunt, iuxta nostras constitutiones.

Diffinitorum, & Electorum præcedentia.

43 Vt omnibus semel consulatur, volumen, seu liber nostrarum constitutionum iterum imprimatur, additis, seu ablatis, seu moderatis, quæ Apostolica authoritate fuerint, sive stabilita, sive sublata, aut moderata, appositisque indicibus necessarijs.

Imprimātur Constitutiones

44 Curabit autem Magister Generalis, vt tam cōstitutionum liber, quam Manuale Chori, Ceremoniale, & reliqui libri ad vsum Religionis necessarij diligenter in bonam formam redacti imprimantur.

Manuale, & Cæremoniale Typis cudatur.

45 Visis permultis incommodis, quæ non solum vniversæ Religioni, verum etiam Conventibus, Religiosisque particularibus in Italia degentibus, ex quo ibi Provincia erecta est, succrevere ob summam paupertatem octo Conventiculorum in ea erectorum vix ad sustentationem paucorum Fratrum valentium, nisi evagātibus hac illac Religiosis quęrendi victus causa, vndè multo minus valerent ad expensas Provincialis, & sociorum ad eorum itinera, atque ad necessaria suppeditanda euntibus ad Generalia Capitula, vt hoc eodem anno experientia constitit, cum Vasa Sacra in pignus sint data, vt ad Capitulum Generale euntibus succurreretur, sine spe illa iterum habendi, cognitisque alijs quamplurimis incommodis, statuitur ipsam Provinciam debere extingui, atque eius Religiosos sub immediata obediētia Vicarij Generalis manere: officia autem, & gradus, eorumque institutionem, & durationem iuxta nostrarum constitutionum

Provincia Italiæ supprimēda decernitur

vigorem permanere debere; super quo SS.D.N.Papæ supplicatur, quatenus de sua benignitate dignetur providere.

46 Super his autem omnibus, & singulis pro parte huius Generalis Congregationis, totiusque Religionis humiliter supplicatur Sanctissimo D. N. quatenus de sua benignitate dignetur providere ea confirmando, vtpote ad maiorem reformationem, & Monasticam observantiam evidenter, vt apparet, conducentia.

Petitur confirmatio.

47 Cum autem, sicut eadem expositio subiungebat, prædictus Ioannes Procurator plurimum cupiat statuta,& ordinationes huiusmodi pro firmiori illorum subsistentia, atque inviolabili observatione Apostolicæ nostræ confirmationis robore communiri, Nobis propterea totius Ordinis huiusmodi nomine humiliter supplicari fecit, vt desuper opportunè providere de benignitate Apostolica dignaremur.

48 Nos igitur dictum Ioannem specialibus favoribus, & gratijs prosequi volentes, & à quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, alijsq; Ecclesiasticis sententijs à iure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatus existit, ad effectum præsentium dumtaxat consequendum, harum serie absolventes, & absolutum fore censentes, huiusmodi supplicationibus inclinati, de Venerabilium Fratrum nostrorum S. R. E. Cardinalium negotijs Regularium Præpositorum consilio statuta, & ordinationes præinserta huiusmodi, præter quam in ea parte, in qua statuitur esse extinguendam Provinciam prædicti Ordinis in Italia; quod statutum de prædicta Provincia extinguenda nullum fuisse declaramus, illudque, quatenus fuerit opus, irritamus, ac revocamus, ac si factum minimè fuisset, & à libris statutorum, & decretorum Religionis deleri, cancellari, & cassari mandamus sub pœna excommunicationis maioris, ac privationis vocis activæ,& passivæ ipso facto incurrenda; reliqua verò Apostolica authoritate tenore præsentium perpetuo approbamus,& confirmamus, illisq; inviolabilis Apostolicæ firmitatis robur adjicimus; ac omnes, & singulos, tam iuris, quam facti defectus: si qui desuper quomodolibet intervenerint, supplemus: Decernentes statuta, & ordinationes huiusmodi, ac præsentes litteras, & in eis contenta quæcumque, semper, & perpetuo valida, firma, & efficacia esse,& fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere: ac in dicto Ordine ab omnibus, & singulis illius Fratribus nunc, & pro tempore existentibus firmiter, & inviolabiliter observari, & adimpleri, atque ita in præmissis ab omnibus censeri: sicque per quoscumque Iudices Ordinarios, & Delegatos, etiam causarum Palatij Apostolici Auditores iudicari,& diffiniri debere; ac irritum, & inane quidquid secus super his à quoquam quavis authoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Statuta confirmantur.

Non extinguatur Provincia Italiæ.

49 Quocirca dilectis filijs, nostro, & Apostolicæ Sedis in Regnis Hispaniarum Nuntio, & causarum Curiæ Cameræ Apostolicæ Generali Auditori, committimus, & mandamus, quatenus ipsi, aut vnus eorum per se, vel alium, seu alios præsentes litteras, & in eis contenta quæcumque, vbi,& quando opus fuerit, ac quoties desuper fuerint requisiti solemniter publicantes, ac in præmissis efficacis defensionis præsidio assistentes, faciant authoritate nostra, statuta, & ordinationes huiusmodi ab omnibus, ad quos spectat, & in futurum spectabit, inviolabiliter observari, contradictores,& rebelles, & præmissis non parentes, per censuras, & pœnas Ecclesiasticas, aliaque opportuna iuris, & facti remedia, appellatione postposita, compescendo, invocato etiam ad hoc, si opus fuerit, auxilio brachij sæcularis; Non obstantibus fel. rec. Bonifacij Papæ VIII. Prædecessoris nostri de vna, & in Concilio Generali, edita de duabus dietis, dummodo vltra tres dietas, aliquis authoritate præsentium in iudicium non trahatur, alijsque constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, ac, quatenus opus sit, dicti Ordinis, etiam iuramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis,& consuetudinibus, privilegijs quoque indultis, & litteris Apostolicis, sub quibuscumque tenoribus, & formis, ac cum quibusvis clausulis,& decretis in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis: Quibus omnibus,& singulis illorum tenores præsentibus pro sufficienter expressis habentes, illis aliàs in suo robore permansuris, hac vice dumtaxat, specialiter, & expresse derogamus, cæterisque contrarijs quibuscumque.

Iudices Conservatores.

50 Volumus autem, vt præsentium transumptis, etiam impressis, manu alicuius Notarij publici subscriptis, & sigillo personæ in dignitate Ecclesiastica constitutæ munitis eadem prorsus vbique fides adhibeatur, quæ ipsis præsentibus adhiberetur, si forent exhibitæ, vel ostensæ.

Datum Romę apud Sanctam Mariam Maiorem, sub Annulo Piscatoris,

ris, die 4. Novembris anno 1628. Pontificatus noſtri anno 6.

Extat originalis Matriti, & Barchinone. Habeturque in dicto authentico Bullar. Ordinis in hoc Pontifice, Bull. 8. fol. 246.

VRBANI VIII.

CONSTITVTIO XVII.

Quadrageſimo primo M. Generali M. Fr. Ioanne Cipriano.

COMPENDIVM.

Confirmat conceſſionem factam prædicto Magiſtro Generali, vt bona, quę tempore eius mortis ſecum haberet, Conventui del Olivar in totum proveniant, & ſtatuit, vt per quatuor ſequentes annos ex bonis Magiſtro Generali obveniendis, proveniat pars ſumptibus Canonizationum SS. Petri de Armengol, & Mariæ de Socos, & pro ſubveniendis nonnullis Conventibus aſſignentur.

Edita an. 1629.

VRBANVS PAPA VIII. AD futuram rei memoriam.

Statutum de eo quod bona Religioſi morien. tis domui in qua habitum ſuſceperat proveniat.

1. Nuper pro parte dilecti filij Ioannis de Cebrian Magiſtri Generalis Ordinis Fratrum B. MARIÆ de Mercede Redemptionis Captivorum expoſito Nobis, quod Regularibus dicti Ordinis inſtitutis, Apoſtolica authoritate confirmatis, inter alia diſponebatur, quod quidquid apud vnumquemque ipſius Ordinis Religioſum tempore eius obitus repertum foret, id totum domui Regulari dicti Ordinis, in qua habitum ſuſcepiſſet, & profeſſionem emiſiſſet regularem omninò cederet. Et in eadem expoſitione ſubiūcto, quod dictus Ioannes, pro cuius perſonę ſuſtentatione, vt aſſeritur, vniverſus Ordo pręfatus diverſas expenſas contribuere ſolet, habitum, per eiuſdem Ordinis Fratres geſtari ſolitum, in domo Regulari præfati Ordinis Oppidi del Olivar, Cæſarauguſtanę Diœceſis ſuſceperat, & profeſſionem per eoſdem Fratres emitti conſuetam, expreſsè emiſſerat regularem, eamdemque domum à fundamentis reſtaurare curaverat, & propterea quomodo ipſius domus indemnitati conſultum eſſet, per Nos deſuper opportunè provideri deſiderabat.

Mag. Gen. Cebrian. Convêtus del Olivar filius, & penè à fūdamentis Reparator petit, quod bona, quæ tempore mortis habere eidē Monaſterio applicentur.

2. Nos eiuſdem Ioannis ea in parte ſupplicationibus inclinati, inſtitutis præfatis, etiam inhærendo, quod quidquid apud dictum Ioannem tempore illius obitus repertum fuiſſet, id totum domui præfatæ, in qua habitum ſuſceperat, & profeſſionem prædictam emiſſerat, vt præfertur, cederet, & cedere deberet: nec quiſquam, cuiuſvis ſtatus, gradus, & conditionis exiſteret, aliquid ſecus molliri, aut intentare vllo modo poſſet: quodque etiam qualibet expenſæ ex prædictis bonis per Religionem eidem Ioanni (non tamen pro Redemptione Captivorum) contribui ſolitis, & conſuetis, quas in reſtaurationem prædictæ domus factas fuiſſe conſtitiſſet, ad computum ab his, ad quos pro tempore ſpectaret, recipi deberent, Apoſtolica authoritate decrevimus, & declaravimus, & aliàs provt in noſtris deſuper ſub die 7. Decembris proximi præteriti expeditis litteris, quarum tenorem præſentibus pro ſufficienter expreſſo haberi volumus, plenius continetur.

Concedit Pontifex iuxta petita.

Recipiantur illi in computis expenſæ factæ io re para ione Convêtus del Olivar

Harum litterarum non inventi tranſumptum.

3. Nunc autem dilecti filij moderni Procuratoris Generalis eiuſdem Ordinis precibus Nobis humiliter porrectis inclinati, quod deinceps quatuor annis proxime futuris duraturis dumtaxat prædictus Ioannes modernus, & pro tempore exiſtens dicti Ordinis Magiſter Generalis de omnibus, & quibuſcumque rebus, & bonis Religioſorum eiuſdem Ordinis interim decedentium tum pro expenſis, quæ in informationibus, & proceſſibus Canonizationum Petri Armengol, & Mariæ Socos, aliorumque Chriſti ſervorum, Beatorum nuncupatorum, ipſius Ordinis profeſſorum, in dies fieri ſolent, ſupportandis, tum etiam pro reparandis, & reſtaurandis nonnullis dicti Ordinis Regularibus domibus pauperibus, & præſertim S. Adriani Almæ Vrbis noſtrę, non autem alijs vſibus, ac ſalvis, remanentibus litteris noſtris prædictis, diſponere, & ordinare liberè, & licitè poſſit, & valeat, Apoſtolica authoritate tenore præſentium concedimus, & indulgemus.

Spolia Fratrum per quadriennium ad ſumptus Canonizationum SS Ordinis, & pro Conventibus pauperibus deſerviant.

4. Et ita ſub cenſuris, & pœnis Eccleſiaſticis, ac alijs arbitrio noſtro imponendis, obſervari volumus, & mandamus; decernentes prædictas, ac præſentes litteras validas, firmas, & efficaces exiſtere, & fore, ſuoſque plenarios, & integros effectus ſortiri, & obtinere, atque ab his, ad quos ſpectat, & in futurum ſpectabit, inviolabiliter obſervari: ſicque per quoſcumque Iudices Ordinarios, & Delegatos, etiam cauſarum Palatij Apoſtolici Auditores iudicari, & diffiniri debere: ac irritum, & inane ſi quid ſecus ſuper his, à quoquam quavis authoritate ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari; non obſtantibus conſtitutionibus, & ordinationi-

Firmitas adijcitur decreto.

Contraria abrogat.

nationibus Apoſtolicis, necnon domorum Regularium, & Ordinis huiuſmodi, etiam iuramenro, confirmatione Apoſtolica, vel quavis firmitate alia roboratis ſtatutis, & conſuetudinibus, privilegijs quoque indultis, & litteris Apoſtolicis, eiſdem domibus, & Ordini, illorumque Superioribus, & perſonis in contrarium præmiſſorum, quomodolibet conceſſis, confirmatis, & innovaris.

Contrarlis derogat.

5 Quibus omnibus, & ſingulis, illorum renores præſenribus pro ſufficiẽter expreſſis habenres, illis aliàs in ſuo robore permanſuris, hac vice dumtaxat ſpecialirer, & expreſsè derogamus, cæteriſque contrarijs quibuſcumque.

Eadem fides tranſumptis, ac originali exhibẽatur

6 Volumus autem, quod præſentium tranſumptis, etiam impreſſis, manu alicuius Norarij publici ſubſcriptis, & ſigillo perſonæ in dignitare Eccleſiaſtica conſtirutæ munitis, eadem prorſus vbique fides in iudicio, & extra iudicium adhibeatur, quæ ipſis præſentibus adhiberetur, ſi forent exhibitæ, vel oſtenſæ.

Datum Romæ apud Sanctum Petrum, ſub Annulo Piſcatoris, die 4. Ianuarij 1629. Pontificatus noſtri anno 6.

VRBANI VIII.

CONSTITVTIO XVIII.

Quadrageſimo primo M. Generali M.Fr.Ioanne Cebrian.

Procuratore Generali in Vrbe Præſentato Fr. Gaſpare de Ioſſa.

COMPENDIVM.

Conſtitutionem Clementis VIII. de non transferendo bona vnius Provincia in aliam diſpenſat, vt eleemoſyna Redemptionis, ad eam exercendam, ex Hiſpania ad Italię Provinciam tranſmittantur.

Edita an. 1610.

VRBANVS PAPA VIII. AD futuram rei memoriam.

Provincia Italiæ parat Redẽptionem Tuneti faciẽdam.

1 Exponi Nobis nuper fecit dilectus filius Procurator Generalis Ordinis B. MARIÆ de Mercede Redemptionis Captivorum, quod Fratres eiuſdem Ordinis Provinciæ Italiæ, iuxta quartum votum de redimendis Captivis per ipſius Ordinis Fratres emitti ſolitum, copioſam Captivorum Redemptionem in partibus Tuneti, attenta magna quãtitate Captivorum Chriſtianorum inibi cum evidenti periculo à Fide Catholica deficiendi detentorum, facere parati ſunt: & ad huc effectum dilectus filius Magiſter Generalis dicti Ordinis Chriſtiana charitare, & ſalutis animarum zelo ductus, Fratres Provinciæ prædictæ pro ſancto huiuſmodi opere faciendo ſumma decem millium ſcutorum ex Hiſpania ad Italiam tranſmittendorum, eleemoſynæ nomine ſubvenire paratus eſt.

Mag Gen. 10000. ſcuta ad Italiæ Provinciam pro Redemptione trãſferre deſiderat.

2 Cum autem, ſicut eadem expoſirio ſubiungebat, quadam conſtitutione fœl.rec. Clementis Papæ VIII. Prædeceſſoris noſtri caveatur expreſsè, ne pecuniæ pro Redemprione Captivorum à dicti Ordinis Magiſtro Generali ab vna Provincia in aliam extrahi poſſenr: & proptereà Fratres prædicti per nos deſuper opportune provideri plurimum deſiderent.

3 Nos Fratres prædictos ſpecialibus favoribus, & gratiis proſequi volentes, eorumque ſingulares Perſonas à quibuſvis excommunicationis, ſuſpenſionis, & interdicti, alijſque Eccleſiaſticis ſententijs, cenſuris, & pœnis, quavis occaſione, vel cauſa latis, ſi quibus quomodolibet innodati exiſtunt, ad effectum preſentium dumtaxat conſequendum, harum ſerie abſolventes, & abſolutas fore cenſenres, ſupplicationibus illorum nomine Nobis ſuper hoc humilirer porrectis inclinati: quod pro hac vice dumtaxat Mag. Generalis prædictas ſummas decem millium ſcutorum huiuſmodi è Provinciis Hiſpaniarum dicti Ordinis, ad Provinciam Italiæ ad effectum prædictum extrahere libere, & licite, abſque vllius pœnæ incurſu poſſit, & valeat: dummodo tamen Captivi huiuſmodi per eoſdem Fratres, ſub excommunicationis latæ ſententiæ, ac privationis vocis activæ, & paſſivæ, necnon officiorum per eos obtenrorum pœnis, realiter, & cum effectu rediman-tur, Apoſtolica authoritate tenore præſentium licentiam, & facultatem concedimus, & impartimur: non obſtantibus prædicta Clementis Prædeceſſoris huiuſmodi, alijſque conſtiturionibus, & ordinationibus Apoſtolicis, ac dicti Ordinis, etiam iuramento, confirmatione Apoſtolica, vel quavis firmitate alia roboraris ſtatutis, & conſuetudinibus, privilegijs quoque indultis, & litteris Apoſtolicis in contrarium quomodolibet conceſſis, confirmatis, & innovatis: quibus omnibus, eorum renores præſentibus pro plene, & ſufficienter expreſſis habentes, illis aliàs in ſuo robore permanſuris, hac vice dumtaxar, ſpecialirer, & expreſſe derogamus, cæteriſque contrarijs quibuſcumque.

Præfatam ſummam pro vna vice à Provincijs Hiſpaniæ ad Italię trãſmitti indulget.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam

Mariam Maiorem, sub Annulo Piscatoris, die 10. Iulij 1625. Pontificatus nostri anno 7.

M. A. Maraldus.

Habetur originalis in Archivo Matritensi.

VRBANI VIII.

CONSTITVTIO XIX.

Quadragesimo primo M. Generali M. Fr. Ioanne Cebrian.

COMPENDIVM.

Facultatem concedit vt in Regno Lusitaniæ Cœnobia Ordinis nostri erigere valeamus.

Edita an. 1631.

VRBANVS PAPA VIII. AD futuram rei memoriam.

Onerosa Pastoralis Officij Cura Nobis ex alto commissa, vt his, per quæ regularium locorum, ac Personarum in illis Altissimo famulantium numerus augeatur, eiusdem Officij partes, etiam per opportunæ declarationis ministerium interponamus, provt conspicimus in Domino salubriter expedire.

In ditionibus Portugaliæ plura extant nostri Ordinis Monasteria apud Maragnionem & alibi.

1 Exponi siquidem Nobis nuper fecit dilectus filius Procurator Generalis Ordinis Fratrum Beatæ MARIÆ de Mercede Redemptionis Captivorum, quod eiusdem Ordinis Fratres, vt melius, & facilius Captivorum Redemptioni, iuxta laudabile eorum institutum incumbere valeant, regulares domos, seu Conventus, eiusdem Ordinis In Regno Portugalliæ, & præsertim Civitate Vlisiponensi, fundare possint plurimum desiderant.

Clem. VIII. regularibus in Vlisipone fundare prohibuit.

2 Cum autem, sicut eadem expositio sobiungebat, aliàs fœl. rec. Clemens Papa VIII. Prædecessor noster per suas in simili forma Brevis, sub die 30. Iulij 1591. expeditas litteras regularibus Personis cuiusvis Ordinis, ne in dicta Civitate regularia loca, domos, aut Conventus fundare audeant, seu præsumant expresse prohibuerit: cupiatque propterea per Nos desuper opportune provideri: Nos Procuratorē, & Fratres præfatos specialibus favoribus, & gratijs prosequi volentes, & à quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, alijsque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & pœnis à Iure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodati existūt, ad effectum presentium dumtaxat consequendum, harum serie absolventes, & absolutos fore censentes, supplicationibus illorum nomine, Nobis super hoc humiliter porrectis inclinati, de Venerabilium Fratrum nostrorū S.R.E. Cardinalium negotijs regularium Præpositorum Consilio, auditaque dilecti filij iurium, & spoliorum Cameræ Apostolicæ debitorum in Portugalliæ, & Algarbiorum Regnis Collectoris Generalis relatione desuper facta, litteras Clementis Prædecessoris huiusmodi Fratribus præfatis, quin Conventus sui Ordinis huiusmodi in Civitate Vlisiponēsi, alijsque locis Regni prædicti erigere, prævia tamē Episcopi, in cuius Diœcesi erigendi sunt, licentia, ac servata in reliquis decretorum nostrorum, atque eiusdem Clem. Prædecessoris, necnon piæ memoriæ Gregor. Papæ XV. etiam Prędecessoris nostri super novorum Cōventuum erectione editorum forma, libere, & licite possint, & valeant, nequaquam obstare: sicque, & non aliter ab omnibus censeri, & per quoscūque Iudices ordinarios, & delegatos, etiā causarū Palatij Apostolici Auditores, iudicari, & diffiniri debere: Irritumque, & inane, si quid secùs super his á quoquam quavis authoritate scienter, vel ignorantet contigerit attentari, Apostolica authoritate tenore præsentium decernimus, & declaramus: non obstantibus constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, privilegijs quoque indultis, & prædicti Clementis Prædecessoris, ac quibusvis alijs litteris Apostolicis in contrarium præmissorum, quommodolibet concessis, confirmatis, & approbatis, quibus omnibus, & singulis eorum tenores pro sufficiēter expressis habentes, illis aliàs in suo robore permansuris, hac vice dumtaxat specialiter, & expresse derogamus, cæterisque contrarijs quibuscumque.

Derogat præfatæ cōstitutioni Clem. & in Portug. ac Vlisipone Cōventus nostros fundare concedit.

Contraria irritat.

2 Volumus autem, quod præsentium transumptis, etiam impressis, manu alicuius Notarij publici subscriptis, & sigillo Personæ in Dignitate Ecclesiastica constitutæ munitis eadem prorsus fides adhibeatur, quæ præsentibus adhiberetur, si forent exhibitæ, vel ostensæ.

Eadem fides transumptis, ac originali tribuatur.

Datum Romæ apud Sanctum Petrum, sub Annulo Piscatoris, die 26. Martij 1631. Pontificatus nostri an. 8.

Hoc breve extat originale Matriti, & in veteri Bullar. Bull. 9. fol. 251.

VRBANI

VRBANI VIII.

CONSTITVTIO XX.

Quadrageſimo primo M. Generali M. Fr. Ioanne Cebrian.

Procuratore Generali Mag. Fr. Didaco de Velaſco.

COMPENDIVM.

Prohibet ne Fratres Laici abſque Conſilio, & facultate Congregationis regularium poſſint ad Sacros Ordinis promoveri.

Edita an. 1632.

VRBANVS PAPA VIII. AD futuram rei memoriam.

1 Exponi Nobis nuper fecerunt dilecti filij Vicarius, & Procurator Generalis Ordinis Fratrum Beatę MARIÆ de Mercede Redemptionis Captivorū, quod cum aliàs nonnulli ipſius Ordinis Laici, ſive Converſi, vel cum falſa narrativa, ſeu aliàs à dilecto filio noſtro, & Apoſtolicæ Sedis in Regnis Hiſpaniarum Nuntio, licentias obtinuiſſent, quarum vigore ſe ad Sacros Ordines promoveri fecerant, & faciebant, indeque gravia in dicto Ordine inconvenientia, non ſine Dei offenſa oriren-tur, Venerabiles Fratres noſtri S. R. E. Cardinales negotijs Epiſcopum, & regularium Præpoſiti, quibus pro opportuno ſuper præmiſſis remedio ſupplicatū fuerat, eidem Nuntio, & Magiſtro Generali dicti Ordinis iniunxerunt, vt ille à ſimilium licentiarum conceſſione abſtineret, hic vero præfatos Converſos puniret.

Laici ex Nuntij licentia ad Sacros Ordines promovebantur.

Conſultur Congregatio regulariū, & hęc Nūtio prohibet eas licētias impartiri.

2 Cum autem, ſicut eadem expoſitio ſubiungebat, Magiſtri Generalis officium huiuſmodi brevi temporis ſpatio duret, & Ordo præfatus in multas adeò, ſibique maxime diſtantes orbis partes diffuſus exiſtat, vt ob maxima terrarū intervalla ſui Generalatus tempore mandara ſua in eiſdem partibus executioni demandari facere nequeat, Nobis proptereà humiliter ſupplicari fecerunt, vt in prēmiſſis opportune providere, de benignitate Apoſtolica dignaremur.

3 Nos igitur dictum Procuratorem Generalem à quibuſvis excōmunicationis, ſuſpenſionis, & interdicti, alijſque Eccleſiaſticis ſenrentijs, cēſuris, & pœnis à iure, vel ab homine quavis occaſione, vel cauſa latis, ſi quibus quomodolibet innodatus exiſtir, ad effectum præſentium dumtaxat cōſequendum, harum ſerie abſolventes, & abſolutum fore cenſentes, huiuſmodi ſupplicationibus inclinati, de Venerabilium Frarrum noſtrorum S.R.E. Cardinalium, negotijs regularium Præpoſitorum Conſilio, dilecto filio moderno, & pro tempore exiſtenti Mag. Generali, cæteriſque Superioribus Ordinis huiuſmodi, ad quos ſpectat, Apoſtolica authoritate tenore præſentium inhibemus, ne de cætero inconſulta Congregatione eorumdem Cardinalium, & ſine expreſſa illius approbatione præfatis Frarribus Laicis, ſeu Converſis licentiam rranſeundi à ſtatu Laicali ad Clericalē, ſeu de ſe promoveri faciendo ad Minores, ac Sacros Ordines vllo modo concedant, alioquin Magiſter Generalis, ac Superiores præſati contrà facientes excommunicarionis, necnon vocis activæ, & paſſivæ, ac officiorum quæ obrinent privationis, ac perpetuæ inhabilitaris ad alia in poſterum obtinenda, pœnas eo ipſo incurrent: Laici vero, ſeu Converſi, qui cum licentijs huiuſmodi, vel aliter abſque ſpeciali ipſius Congregationis approbatione ad ſtatum Clericalem prædictum tranſferinr, vel minores, ac Sacros Ordines ſuſceperint, à ſuſceptis ordinibus ſint in perpetuum ſuſpenſi: atque Laici, ſeu Converſi, vt prius, remanere intelligantur, ac Laicorum habitum deferre, omnino cogantur, alijſque pœnis mulctentur arbitrio ſuperiorum, abſque ſpe diſpenſationis in præmiſſis obtinendæ.

Prohibet Mag. Gen. ne Laicos ad Ordines aſcendere permittat.

Pœnas in contravenientes ſtatuit.

4 Decernentes præſentes litteras validas, firmas, & efficaces exiſtere, & fore, ac ab omnibus, ad quos ſpectat, & pro tempore ſpectabit inviolabiliter obſervari: ſicque per quoſcumque Iudices Ordinarios, & delegatos, etiam cauſarum Palatij Apoſtolici Auditores iudicari, & deffiniri debere, ac irritum, & innane, ſi quid fecùs ſuper his à quoquam quavis authoritate ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari, non obſtantibus conſtitutionibus, & ordinationibus Apoſtolicis, ac, quatenus opus ſit, dicti Ordinis, etiam iuramento, confirmatione Apoſtolica, vel quavis firmitate alia roboratis ſtatutis, & conſuetudinibus, privilegijs quoque indultis, & litteris Apoſtolicis in contrarium præmiſſarum quomodolibet conceſſis, confirmatis, & innovatis: quibus omnibus, & ſingulis, illorum tenores præſentibus pro ſufficienter expreſſis habentes, illis aliàs in ſuo robore permanſuris, hac vice dumtaxat ſpecialiter, & expreſſe derogamus, cæteriſque contrarijs quibuſcumque.

Robur adijcit decreto.

Contraria abrogat.

5 Volumus autem, quod præſentium tranſumptis, etiam impreſſis, manu alicuius Notarij publici ſubſcriptis, &

Eadem fides tranſumptis, ac origi-

nali dandam decernit. & ſigillo perſonæ in dignitate Eccleſiaſtica conſtitutæ munitis eadem prorſus vbique fides adhibeatur, quæ ipſis præſentibus adhiberetur, ſi forent exhibitę, vel oſtenſæ.

Datum Romæ apud Sanctum Petrum, ſub Annulo Piſcatoris, die 10. Martij 1632. Pontificatus noſtri anno 9.

Habetur originalis Barchinonę, extat etiam in veteri Bullar. & apud Lanzuſcam tom. 5. Conſt. 161.

VRBANI VIII.

CONSTITVTIO XXI.

Quadrageſimo primo M. Generali Fr. Ioanne Cebrian.

Procuratore Generali in Vrbe M. Fr. Didaco de Velaſco, de quo vide in Cath. Gen.

COMPENDIVM.

Contra Prioris Barcinonen. pretenſionem ſtatuit, quod M. Generalis ad Albarracinenſem Epiſcopatum electus munus Generalis exerceat vſque ad praconizationem, & quod Capitulum Generale celebretur Cęſaraugustę, & in eo pręſideat, quem Nuntius Hiſpaniarum deſignaret.

Edita an. 1632.

VRBANVS PAPA VIII. AD futuram rei memoriam.

1 Exponi Nobis nuper fecit dilectus filius Didacos de Velaſco Vicarius, & Procurator Generalis Fratrum Ordinis B. MARIÆ de Mercede Redemptionis Captivorum, quod ob factam à chariſſimo in Chriſto filio noſtro Philippo Hiſpaniarum Rege Catholico præſentationem de perſona dilecti filij Ioannis Cebrian Magiſtri Generalis dicti Ordinis ad Eccleſiam Albarracinenſem, quę de iure patronatus ipſius Philippi Regis privilegio Apoſtolico, cui non eſt hactenus derogatum, fore dignoſcitur, etiamſi dictus Ioannes officio Generalatus huiuſmodi non ceſſerit, eiuſque ſigillo etiam nunc vtatur, nec ipſe pro ipſius Eccleſiæ proviſione in Conſiſtorio noſtro ſecreto præconizatus ſit, nihilominus dilectus filius modernus Prior domus Regularis eiuſdem Ordinis Barcinonen. in abſoluto ipſius Ordinis regimine ſe ſe ingerere prætendit, non ſine eorumdem Fratrum perturbatione, & ſcandalo, & pacis, & quietis illorum detrimento.

M. Gen. Fr. Ioannes Cebrian Epiſc. Albarracinē. eligitur.

Prætendit Prior Barcin. totius Ordinis Prælaturā ante præconizatio nem Epiſcopatus.

2 Quoniam vero ex præfata dicti Prioris prætenſione proſpicere licet, quę Capitulo Generali proximè futuro in convenientia immineant, ſi in illo idē Prior Præſidentis munere fungatur, ſique Capitulum Generale huiuſmodi in ea Civitate, & regulari domo celebretur: quandoquidem Civitas præfata, ob milites inibi exiſtentes, & eo iugiter confluentes Religioſis pro celebratione Capituli præfati recipiendis minus commoda ſit, & præfatus Philippus Rex vna cum Aula Regia illuc acceſſiſſet, & electio in dicto Capitulo neque libera, neque citra tractatus fieri poſſit, & duanis, quæ in Aragonia, & Cathalonia multæ ſunt, in tranſitu per ſolvēdis ijdem Religioſi impares futuri ſint, idcirco, & ex eo etiam quod fœl. rec. Sixtus Papa V. Prædeceſſor noſter opportunitati loci, in quo Capitulum Generale dicti Ordinis pro tempore celebrari deberet conſultum eſſe cupiens, voluit vt talis eſſet locus, qui & libertati electionis, & commoditati ipſius Ordinis, ac ſingularum Provinciarum illius magis opportunus videretur, dictus Didacus Nobis humiliter ſupplicari fecit, vt deſuper opportune providere de benignitate Apoſtolica dignaremur.

Spoliatur Prior munere Præſidentis in futuro Cap. Gen.

Inconveniētia, ne Cap. Gen. celebretur Barcinonę.

Sixti V. Bul. 8.

3 Nos igitur proſpero, felicique dicti Ordinis regimini, & directioni, quantum cum Domino poſſumus, opportune providere, & Didacum, & Fratres prædictos ſpecialibus favoribus, & gratijs proſequi volentes; & à quibuſvis excommunicationis, ſuſpenſionis, & interdicti, aliiſque Eccleſiaſticis cenſuris, & pœnis à iure, vel ab homine quavis occaſione, vel cauſa latis, ſi quibus quomodolibet innodati exiſtunt, ad effectum præſentium dumtaxat conſequendum, harum ſerie abſolventes, & abſolutos fore cenſentes, ſupplicationibus tuo nomine Nobis ſuper hoc humiliter porrectis inclinati, Apoſtolica authorite tenore præſentium volumus, & decernimus, quod Capitulum Generale proximè futurum huiuſmodi in domo regulari eiuſdem Ordinis Civitatis Cæſarauguſtanæ, tempore aliàs ſtatuto à Capitulo Generali ipſius Ordinis de anno 1627. celebrato, & à Sede Apoſtolica confirmato, ſcilicet infra quatuor menſes à die proviſionis per Nos dandæ eidem Ioanni in Conſiſtorio noſtro ſecreto, vt moris eſt faciendæ, celebretur: ac omnino celebrari debeat, ac irritum, & inane, ſi ſecus ſuper his à quoquam quavis auihoritate ſcienter, vel ignorāter contigerit attentari.

Statuit ſuturū Cap. Gen. Cæſaraug. celebrari.

Sed ad inſtantiam Philippi IV. hoc decretum de rogatū eſt, & Barcin. celebratū fuit die 4. Septembr. 1632. Prior tamen nō præfuit.

4 Propterea cupientes, vt Capitulum Generale pręfatum feliciter ad Dei laudem, & eiuſdem Ordinis vtilitatem celebretur, Venerabili Fratri Cęſari Pa-

triarchę Antiocheno nostro, & Apostolicæ Sedis in Regnis Hispaniarum Nuntio per præsentes committimus, & mandamus, vt aliquam personam sibi bene visam in Episcopali, vel Ecclesiastica dignitate constitutam, in eiusdem Capituli nostro, & dictę Sedis nomine Pręsidentem cum authoritate, facultatibus, iurisdictione, honoribusque, & oneribus similibus Præsidentibus competentibus, ac alijs solitis, & consuetis, authoritate nostra Apostolica constituat, & deputet, eamque hortetur, & moneat, vt Capitulum huiusmodi fœliciter regere, & in illo omnia, quæ ad prosperum totius Ordinis huiusmodi regimen, & gubernium pertineant decerni, statui, & ordinari curet, & faciat: super quo plenam eidem Cæsari Patriarchæ, & Nuntio facultatem per præsentes impartimur.

Nuntio Hispaniarum committit, vt Præsidem in præfato Capitulo instituat.

5 Mandantes propterea in virtute sanctæ obedientiæ, & sub alijs arbitrij nostri pœnis dilectis filijs dicti Ordinis Superioribus quocumque nomine nuncupatis, cæterisque Fratribus, & specialibus Vocalibus in prædicto Capitulo congregandis, vt præsentes litteras, ac omnia, & singula in eis contenta debitæ executioni, vt par est, demandent, atque inviolabiliter observent, & respective observari curent, & faciant, & personam in dicti Capituli Præsidētem, vt præfertur deputatam reverenter recipiant, eique in omnibus ad Præsidentis huiusmodi officium pertinentibus promptè pareant, obediant, & assistant: Non obstantibus præmissis, & constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, ac dicti Ordinis, etiam iuramento, cōfirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus, privilegijs quoque indultis, & litteris Apostolicis eidem Ordini, illiusque Superioribus, & personis præfatis sub quibuscumque tenoribus, & formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriarum derogatorijs, alijsque efficacioribus, & insolitis clausulis, ac alijs decretis in genere, vel in specie, & aliàs in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis: quibus omnibus, etiamsi de illis, eorumque totis tenoribus specialis, specifica, & expressa, & individua, ac de verbo ad verbum, non autem per clausulas generales idem importantes mentio, seu quævis alia expressio habenda, aut alia exquisita forma ad hoc servanda foret, illorum tenores præsentibus pro sufficienter expressis habentes, illis aliàs in suo robore permansuris, hac vice dumtaxat specialiter, & expresse derogamus, cæterisque contrarijs quibuscumque.

Præcipit Fratribus, vt præfata decreta in omnibus observent.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Maiorem, sub Annulo Piscatoris, die 26. Aprilis 1632. Pontificatus nostri anno 9.

Habetur authentica Matriti, & in veteri Bullar. fol. 254.

SVB VRBANO VIII.

Decretum Sacræ Congregationis Regularium.

Quadragesimo primo M. Generali M. Fr. Ioanne Cebrian.

Procuratore Generali in Vrbe M. Fr. Didaco de Velasco.

COMPENDIVM.

Irritat Sacra Congregatio nominationem Vicarij, & Procuratoris Generalis in Vrbe factam à Priore Barchinonen. in persona Fr. Iosephi Soler, supplicatione à præfato Didaco Velasco porrecta.

1 EMINENTISSIMI, ET REverendissimi Domini. Frater Didacus de Velasco, Vicarius, & Procurator Generalis Ordinis Beatæ MARIÆ de Mercede Redemptionis Captivorum exponit Eminentijs vestris, quod cum Prior Barchinonen. Religionis prædictæ, ob factam à Rege Catholico nominationem de Generalis persona ad Episcopatum Albarracinen. Generalatus officium vacare, Generalisque propterea facultatem ad se devolvi prætenderet, inter alia attentata Fratrem Iosephum Soler in Vicarium, & Procuratorem Generalem electum (cum iuxta constitutiones Oratorem privare non posset) in Romanam Curiam misit: qui Religionem turbans sibi tanquam Superiori à Conventu obedientiam præstari fecit, Vicario, & Procuratore Generali per Capitulum, & Magistrum Generalem electo iuxta constitutiones Apostolicas, quarum copia exhibetur, amoto: Vnde habito ad hanc Sacram Congregationem recursu, auditis vtrinque partibus, constitutoque vt Magister Generalis suum prosequeretur officiū, vsque ad Ecclesiæ præconizationem, atque adeo præfatus Prior, etiamsi Vicarius Generalis existeret, quidquam infrascriptis rationibus innovare non posset.

Edita an. 1632.

Expositio facta Congregationi à Vic. & Proc. Gen. Vrbis, ne Prior Barchin. succedat in officio Vicarij Gen. assumpto ad Episcopatum M. Gen. quovsque præconizetur, nec possit officia mutare, etiam dum succedit.

2 Primò, quia tametsi vacavisset Generalatus, dictus Procurator Generalis,

Rationes allegatę.

lis, à prænominato Priore abdicari non poterat, Religionis constitutionibus, ne Procurator Generalis, nisi in Capitulo revocari valeat, prohibentibus, vel propter delicta, quibus iure repulsam à prædicta Procuratione mereatur, vt in Cap. 13. dist. 2. tenoris sequentis, scilicet Cap. 13. de statu omnium Provinciarum: *Statuimus, & ordinamus, quod Generalis Magister, & Capitulum, cum simul convenerint, eligant, & nominent in Procuratorem Ordinis in Curia Romana Religiosum Fratrem optimè institutum, qui causas, & negotia Ordinis, quæ sese Romæ obtulerint, tractet, & peragat. Qui Gen. Procurator, iurisdictionem habeat, & commissionem sui Ordinis à Generale, & Capitulo ad comprehendendum, puniendum, & corrigendum omnes illos Fratres, qui sine licentia Generalis in scripto in prædicta Curia Romana reperti fuerint, &c. Generalis autem Magister non possit Procuratorium revocare prædicto Procuratori, nisi in Capitulo, vel nisi propter delicta, quibus iure repulsam à prædicta Procuratoria mereatur.*

Const. nostra, dist. 2. cap. 13.

Secundò, quia Capitulum Magistro Generali facultatem nominandi compromisit, quotiescumque opus fuerit: quodque nunquam in constitutionis casu privetur, vt liquet ex decreto Capituli subsequentis, videlicet: *fol. 8. à tergo. Item, in eodem Diffinitorio consultum est circa assignationes, & nominationes Vicariorum, & Visitatorum Generalium Indiarum, Peru scilicet, & Novę Hispaniæ, necnon Procuratoris, & Vicarij Generalis Romę, & Italiæ: & vniversum Diffinitorium vices, votaque sua commiserunt in forma compromissi Reverendissimo Patri nostro Magistro Generali, potestatem illi tribuendo ad prædictam nominationem per se solum faciendam, &c. Similiter eidem Reverendissimo Patri nostro Magistro Generali commissum est, vt possit alios Vicarios Generales assignare, & nominare, si prius nominati, vel decedant, vel officio debeant privari.*

Secunda ratio.

Diffinitorium soli Mag. Gen. commisit, vt possit Vicarios Gen. instituere.

Tertiò, & in terminis Procurationis Generalis huius Religionis, vt, Generalatu vacante, per Vicarium Generalem in Generalis locum succedentem abdicari non possit, statutum est in Visitationis, & Reformationis Apostolicæ Congregatione habita coram Papa Clem. VIII. an. 1602. provt in libro, qui dicti Ordinis Chronica nuncupatur, fol. 337. narratur, tenoris sequentis, scilicet: *In Dei nomine. Amen. Hoc præsenti publico decreti instrumento cunctis pateat, &c. quod anno 1602. 3. Martij in Congregatione Visitationis, & Reformationis Apostolicæ habita coram Sanctissimo Domino nostro inter cætera adest infrascriptum decretum.*

Tertia ratio ex decreto Sac. Congreg. sub Clem. VIII. qua simile declaratur, anno 1602.

Circa supplicem libellum Fr. Ioannis Proano de Mercede ob initum inter eum, & Vargas super ipsius Religionis generali Procuratione litigium, statuit Sanctissimus D. noster, vt suum Vargas prosequatur officium, vsque ad novam provisionem, per proximum Capitulum, vel Generalem, qui electus fuerit, iuxta Constitutiones, faciendam.

Quartò, quia Prior Barchinonen. vti Vicarius Generalis, nec Religionis statum immutare, nec aliud quidquam vsque ad proximum Capitulum Generale innovare potuit, vt expressè disponunt Ordinis Constitutiones, cap. 3. tenoris sequentis, videlicet cap. 3. dist. 1. *Et licet Vicarius Generalis in officium Generalis succedat, illi tamen nullatenus liceat Electores mutare, vel privare, aut novos eligere ad Capitulum Generale proximum, sed quantum ad hoc ijdem Electores, quos Magister Generalis per mortem, vel decessum reliquerit, permaneant, ita vt Religio in eodem prorsus statu perseveret, sicut fuerat ante vacationem Magistratus.*

Quarta ratio ex nostris Const. dist. 1. cap. 3. desumpta.

Quintò, quia consimile In simili casu declaratum est in Capitulo Cæsaraugustæ celebrato anno 1622. tenoris, qui sequitur, videlicet: Declaratio Capituli Generalis Cæsaraugustæ anni 1622. *Item declaravit hoc sanctum Diffinitorium, quod R. Prior Barchinonen. existens Vicarius Generalis nullo modo posset nominare Vicarios Generales Indiarum, neque revocare nominationem illorum, qui extiterint nominati: & omne quod in contrarium huius factum fuerit datur pro nullo, & nullius valoris, & effectus nunc, & in perpetuum.*

Quinta ratio ex decreto Cap. Gen. Cæsaraug. de an. 1622. simile declarans.

3 Idcircò Eminentijs vestris supplicat præfatus Procurator Generalis, quatenus dicto Priori Barchinonen. denuo mandare dignentur, vt se à prædicti officij Vicarij Generalis exercitio, vsque ad tempus vacationis abstineat, nominationem dicti Fr. Iosephi Soler irritam declarantes, eidemque præcipere, ne præfatum exerceat officium, sed sub pœnis, & censuris ad suum revertatur Cœnobium, Religionemque in pace, & tranquillitate relinquat: Insuper declarantes Oratorem per dictum Vicarium Generalem Priorem Barchinonen. suo munere privari non posse, sed tantum per Capitulum, seu Generalem eligendum: & hoc præsertim tempore, quo Orator ob ingentia, tùm in litibus pro Religione actis, tùm & in ipsius, ac socij, & famulorum victu contracta impendia alieno ære valde obstrictus reperitur: quæ omnia solvere, de iisdemque rationem successori in Generali Capitulo nominato,

Supplicatio vt Prior Barchinonen. & præfatus Fr. Ioseph Soler ab ipso Vic. Gen. instituendus à suis arceatur prætensionibus.

provt in vsu est, & consuetudine reddere tenetur. Quod omne, &c. Quam Deus, &c.

4 Sacra Congregatio Cardinalium negotijs Regularium præposita, attentis narratis, & partibus iterum auditis, Eminentissimo Vidono referente, censuit standum esse decreto quoad declarationem prędictam, ac propterea inhibendum esse, provt præsentis decreti inhibuit prænominato Fr. Iosepho Soler, ne sub pœna carceris, alijsque pœnis eidem Sacræ Congregationi bene visis, se quoquo modo ingerat, nec perturbet præfatum Fr. Didacum in officio Vicarij, & Procuratoris Generalis in Curia Romana, sibi, vt ponitur, à Patre Generali eiusdem Ordinis, Capituli Generalis, & constitutionum ipsius Ordinis authoritate, assignato. Romæ die 18. Iunij 1632.

Declaratio Sac. Cong. cõtra Prioris Barch. & ab eo instituti Vic. Gen. prætensionem.

Fr. Antonius Card. S. Onufrij.

Loco † sigilli.

Antonius Tornielius.

Hoc decretum extat apud antiquum Bullar. fol. 258.

VRBANI VIII.

CONSTITVTIO XXIII.

Quadragesimo secundo M. Generali Fr. Didaco Serrano.

Procuratore Generali in Vrbe M. Fr. Ioanne Cantañazor, Matritensi, Marchionis Castelli-Roderici, spirituali Directore, qui nonnulla scripsit, videnda in Bibliotheca Hispana.

COMPENDIVM.

Super lite orta cum Nudipedibus nostris declarat, quod in executione quarti voti subdantur Magistro Generali.

VRBANVS PAPA VIII. AD futuram rei memoriam.

Edita an. 1633.

1 Cum, sicut dilecti filij Fratres Calceati Ordinis B. MARIÆ de Mercede Redemptionis Captivorum Nobis nuper exponi fecerunt, in controversia nuper exorta inter dictos Fratres Calceatos ex vna, & Fratres Discalceatos, sive Recollectos eiusdem Ordinis partibus ex altera, super observatione concordiæ aliàs inter eos initæ, & authoritate Apostolica à fel. rec. Gregorio Papa XV. Prædecessore nostro, ac etiam à Nobis confirmatæ cum clausula *citra dispensationem super quarto voto*, ac ministerio Redemptionis Captivorum eisdem Fratribus Calceatis dumtaxat in eadem concordia reservato, quod nihilominus etiam à dictis Fratribus Discalceatis fieri posse prætenditur vigore clausulæ prædictę *citra dispensationem super quarto voto*, in litteris Apostolicis confirmationis concordiæ huiusmodi appositæ, rebusque alijs, Venerabiles Fratres nostri S.R.E. Cardinales negotijs Regularium Præpositi censuetint, vigore dictæ clausulæ *citra dispẽsationem super quarto voto huiusmodi*, & aliarum in dicta concordia, & confirmationibus Apostolicis contentarum, non fuisse, nec esse, ius aliquod de novo quæsitum dictis Fratribus Discalceatis, seu Recollectis ad ministerium Redemptionis Captivorum exercendum sub directione, & superioritate eorum Vicarij Generalis: sed omnia circa ministerium prædictæ Redemptionis Captivorum remansisse, & remanere in ijsdem statu, & terminis, quibus reperiebantur ante dictam concordiam: ita vt prædicti Fratres Discalceati, quoad dictum opus Redemptionis, aut alia ad idem ministerium quomodolibet spectantia remaneant sub directione, cura, & obedientia, ac superioritate dilecti filij Magistri Generalis Calceatorum, provt, & quemadmodum, ac in eisdem statu, & terminis, in quibus erant, seu existebant ante concordiam, & confirmationes prædictas, & aliàs, provt in eorundem Cardinalium decreto desuper sub die 18. Novembris præsentis anni 1633. emanato plenius dicitur contineri.

Lis orta cum Excalceatis nostris super concordia à Gregor. XV. B. 3. & Vrban. VIII. B. 7. cõfirmata.

Declaratio Sac. Cõg. quod vi concordiæ non possunt Excalceati nostri absque directione, & obedientia Mag. Gen. ministeriũ Redemp. exercere.

Hoc decretum quia ad longũ non inveni pertranssit.

2 Nos inviolabili decreti, & in eo contentorum quorumcumque firmitati, atque observantiæ, quantum cum Domino possumus, consulere, dictosque Exponentes specialibus favoribus, & gratijs prosequi volentes, & eorum singulares personas à quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, alijsque Ecclesiasticis sententijs, censuris, & pœnis à iure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatę existunt, ad effectum præsentium dumtaxat cõsequendum, harum serie absolventes, & absolutas fore censentes, motu proprio, ac certa scientia, & matura deliberatione nostris decretum prædictum, & in eo contenta quæcumque Apostolica authoritate tenore præsentium approbamus,

Confirmat Pontifex præfatum Congreg. decretum.

bamus, & confirmamus, illisque inviolabilis Apostolicæ firmitatis robur adjicimus: ac omnes, & singulos, tam iuris, quàm facti defectus, si qui desuper quomodolibet intervenerint, supplemus.

3 Decernentes illud, necnon præsentes litteras valida, firma, & efficacia existere, & fore, ac ab omnibus, ad quos spectat, & pro tempore spectabit, inviolabiliter observari: sicque per quoscumque Iudices Ordinarios, & Delegatos, etiam causarum Palatij Apostolici Auditores, sublata eis, & eorum cuilibet quavis aliter iudicandi, & interpretandi facultate, & authoritate, vbique iudicari, & diffiniri debere, ac irritum, & innane, si secus super his à quoquam quavis authoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari: Non obstantibus præmissis, ac constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, & quatenus opus sit, quibusvis etiam iuramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus, privilegijs quoque indultis, & litteris Apostolicis in contrarium quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis; quibus omnibus, & singulis eorum tenores præsentibus pro sufficienter expressis habentes, illis aliàs in suo robore permansuris, hac vice dumtaxat specialiter, & expresse derogamus, cæterisque contrarijs quibuscumque.

Robur adjicit confirmationi

Contraria irritat.

Datum Romæ apud Sanctum Petrum, sub Annulo Piscatoris, die 3. Decembris 1633. Pontificatus nostri anno 11.

M. A. Maraldus.

Loco † Annuli Piscatoris.

Habetur authenticum Matriti, & in veteri Bullario, & apud Cherub. Constit. 57. & Lantusca tom. 5. Constit. 181.

VRBANI VIII.

CONSTITVTIO XXIV.

Quadragesimo secundo M. Generali Fr. Didaco Serrano.
Procuratore Generali in Vrbe M. Fr. Ioanne Cantañazor.

COMPENDIVM.

Concedit Magistro Generali, vt de spolijs Religiosorum in Indys decedentium possit libere intra Ordinem disponere per 6. an.

Edita an. 1634.

VRBANVS PAPA VIII. AD futuram rei memoriam.

1 Aliàs à Nobis emanarunt litteræ tenoris subsequentis. Vrbanus Papa VIII. Ad futuram rei memoriam. Nuper pro parte dilecti filij Ioannis Cebrian Magistri Generalis Ordinis Fratrum Beatæ MARIÆ de Mercede Redemptionis Captivorum, Nobis exposito, quod Regularibus dicti Ordinis institutis, &c. *Insere huius Pontif. Bullam 17. sup. fol. 261.*

Huius Papæ Bul. 17 qua indulget M. Gé. vt per quadriennium possit spolia Indiarum in reparatione Conventuum pauperum applicare.

2 Cum autem, sicut dilectus filius modernus Procurator Generalis Ordinis prædicti Nobis nuper exponi fecit; dicti quatuor anni iam elapsi sint, cupiatque per nos concessionem huiusmodi, vt infra innovari: Nos eumdem Procuratorem specialibus favoribus, & gratijs prosequi volentes, & à quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, alijsque Ecclesiasticis sententijs, censuris, & pœnis à iure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatus existit, ad effectum præsentium dumtaxat consequendum, harum serie absolventes, & absolutum fore censentes, supplicationibus illius nomine Nobis super hoc humiliter porrectis inclinati; quod deinceps, sex annis proxime futuris durantibus dumtaxat, modernus, & pro tempore existens dicti Ordinis Magister Generalis de omnibus, & quibuscumque rebus, & bonis Religiosorum eiusdem Ordinis in partibus Indiarum tantum interim decedentium, iuxta litterarum insertarum formam, disponere, & ordinare liberè, & licitè possit, & valeat authoritate prædicta, tenore præsentium concedimus, & indulgemus: & ad eundem effectum litteras præinsertas cum omnibus, & singulis in eis contentis litteris, & decretis extendimus, & ampliamus; non obstantibus illis, quæ in dictis litteris voluimus non obstare, cæterisque contrarijs quibuscumque.

Concedit Mag. Gen. vt per sex annos spolia Fratrũ in Indijs decedentium, libere possit Cõventui cui voluerit applicare.

Datum Romæ apud Sanctum Petrum, sub Annulo Piscatoris, die 28. Ianuarij 1634. Pontificatus nostri anno 11.

Habetur originalis in Archivo Conventus Matritensis.

VRBA-

VRBANI VIII.

CONSTITVTIO XXV.

Quadrageſimo ſecundo M. Generali Fr. Didaco Serrano.

Procuratore Generali in Vrbe M. Fr. Ioanne Cantañazor.

COMPENDIVM.

Commiſſionem facit Pontifex, vi ſuper denegatione confirmationis indulti nobis preſtiti à Viſitatore Legionenſi, vt in Hoſpitio de Llerena aſſervare poſſemus SS. Eucharistię Sacramentum, qua Conſilium Ordinum Hiſpaniarum id prohibere voluit, vt auditis partibus de iure pronuntietur.

Edita an. 1614.

VRBANVS PAPA VIII. Dilecti filij, ſalutem, & Apoſtolicam Benedictionem.

Conventui de Villagarcia aſſignatū fuit hoſpitiom de Llerena cum Oratorio.

1 Exponi Nobis nuper fecerunt dilecti filij Fratres, & Conventus domus Regularis Beatæ MARIÆ Redemptionis Captivorum Oppidi, ſeu Loci de Villagarcia nuncupati, nullius, ſeu Paceſis, aut alterius Diœceſis, quod dicti Exponentes in Oppido de Llerena obtinēt hoſpitium infirmorum, in quo exrat Oratorium per Ordinarium loci approbatum, & viſitatum, vbi Religioſi infirmis ſervientes Miſſam celebrant.

Viſitator Gen. S. Iacobi concedit Fratribus in dicto hoſpitali aſſervare pro infirmis SS. Euchariſtiæ Sacram.

2 Dilectus filius Viſitator Generalis Provinciæ de Leon nuncuparus Ordinis S. Iacobi de Spatha illius Provinciæ, Compoſtellanen. ſeu alterius Diœceſis, prævia pariter matura informatione deſuper facta, dictis exponentibus licētiam apponendi Sanctiſſimum Euchatiſtiæ Sacramentum in dicto Oratorio infirmis in prædicto hoſpitio exiſtentibus miniſtrandum, conceſſit. Pro cuius licentiæ confirmatione dicti exponentes adiverunt dilectos filios Concilium Ordinum Militiarum Regnorum Hiſpaniarum, qui ſicut factum prædicti Viſitatoris omninò confirmare debuiſſent; contrarium tamen facientes ſua ſententia diffinitiva, ſive decreto diffinitivò in prima,

Petitur, & negatur cōfirmatio à Concilio Ordinum.

ſeu alia veriori inſtantia duarum conformium non confirmatoria lata, ſeu facto revocavit, & aliàs, provt in ſententia, ſeu decreto huiuſmodi plenius cōtineri dicitur: à qua, ſeu quo dicti exponentes ad Sedem Apoſtolicam intra legitima, vt ipſi aſſerunt, tempora appellarunt, ſeu de nullitate dixerunt; Nobiſque humiliter ſupplicari fecerūt, vt eis in præmiſſis de opporruno iuris remedio ſubvenire paterna ſolicitudine curaremus.

Appellatio noſtra ad Sedem Apoſtolic.

3 Nos igitur vnicuique iuſtitiam, vt decet, miniſtrari cupientes, ipſoſque exponentes, & eorum ſingulos à quibuſvis excommunicationis, ſuſpenſionis, & interdicti, aliiſque Eccleſiaſticis ſententijs, cenſuris, & pœnis à iure, vel ab homine quavis occaſione, vel cauſa latis, ſi quibus quomodolibet innodati exiſtunt, ad effectum præſentium dumtaxat conſequendum harum ſerie abſolventes, & abſolutos fore cenſentes, huiuſmodi ſupplicationibus inclinati, diſcretioni veſtræ piæ committimus, & mandamus quatenus vos, vel duo, aut vnus veſtrum, vocatis ad id, qui fuerint vocandi, cauſam, & cauſas appellationis, & appellationum huiuſmodi, ac nullitatis, ex tribus iniquitatis, & iniuſtitiæ, necnon attentatorum, & innovatorum quorumcumque, ac reſtitutionis in integrum, provt de iure adverſus præiudicialia quæcumque, ſaltem ex clauſula generali *Si qua mihi*, iuxta eam videbitur; necnon quam, & quas dicti exponentes ſuper præmiſſis contra dilectum filium Procuratorem Fiſcalem dicti Concilij, omneſque alios ſua intereſſe putant, habent, & movent, habereque, & movere volunt, & intendunt cum omnibus ſuis incidentibus, dependentibus, emergentibus, annexis, connexis, totoque negotio principali ſummariè provt & beneficialibus, authoritate noſtra audiatis, cognoſcatis, fineq; debito terminetis, & decidatis: Nos enim vobis, & cuilibet veſtrum, etiam per edictum publicum, conſtito de non tuto acceſſu ad dictum Procuratorem Fiſcalem, omneſque alios, quos opus fuerit citandi, eiſque, & quibus inhibendum erit ſub ſententijs, cēſuris, & pœnis inhibendi, & inobedientes in illas incidiſſe, ſervata forma Concilij Tridentini declarandi, ac aggravandi, reaggravandi, & interdicendi, auxiliumque brachij ſæcularis, ſi opus fuerit, invocandi, & attentata, & innovata quæcumque, provt de iure revocandi, fatália quoque, ſi durent, veſtro, & cuiuſlibet veſtrum arbitrio prorogandi, quatenus verò lapſa ſint exponentes prædictos adverſus eorum lapſum rem iudicatam, & alia præiudicialia quęcumque in integrū, & provt de iure reſtituendi, cæteraque in præmiſſis neceſſaria, & opportuna faciendi, dicendi, gerendi, exercendi, & exequendi plenam, & liberam Apoſtolica authoritate tenore præſentium concedimus

Commiſſionem facit, vt auditis partibus de iure pronuntietur.

dimus facultatem ; non obstantibus constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, cæterisque contrarijs quibuscumque.

Datum Romæ apud Sanctum Petrum, sub Annulo Piscatoris, die 1. Decembris 1637. Pontificatus nostri anno 12.

Petrus Paulus Boüillus.

SVB VRBANO VIII.

Mandatum Sacrę Rotę de manutenendo super possessione Officij Conservatoris Collegij S. Ildephonsi, & Vniversitatis Complutensis in favorem Patris Commendatoris, seu Rectoris Collegij nostri Ordinis eiusdem Compluti. Ad instantiam R. P. Fr. Petri Nolasco Pręsentati, Procuratoris pro Castella in Vrbe.

Edita an. 1635.

Exprimũtur personæ, quibus præsens sententia dirigitur, & observari decernitur.

SERENISSIMO, POTENTISSIMO, & Catholico Principi, & Domino, Domino Philippo, divina favente clementia, Hispaniarum, Castellæ, Legionis, Aragonum, Portugalliæ, Neapolis, vtriusque Siciliæ citra, & vltra Pharum, Valentiæ, Navarræ, Sardiniæ Regi, Archiduci Austriæ, Mediolani, Burgundiæ, Flandriæ, & Duci, & Comiri, Indiarum Orientalium, & Occidentalium Maris Occeani, Novi Orbis terrarum Dominatori, Regnorum, Ducatuum, & aliorum Dominiorum vestrorum fęlicis prosperitatis augmentum, necnon Illustrissimo, & Reverendissimis in Christo Patribus, & Dominis Dominis Dei, & Apostolicæ Sedis gratia Burgensi Archiepiscopo, ac Conchensi, & Vallis-Oletano Episcopis, eorumque, & cuiuslibet ipsorum in spiritualibus, & temporalibus Vicarijs, seu Officialibus Generalibus, vniversis quoque, & singulis Dominis Abbatibus, Prioribus, Præpositis, Decanis, Archidiaconis, Scholasticis, Cantoribus, Thesaurarijs, Sacristanis, tàm Cathedralium, quàm Collegiatarum Canonicis, Parochialiumque Ecclesiarum Rectoribus Curatis, & non Curatis, Vicarijs perpetuis, ac Monasteriorum quorumcumque Generalibus, Provincialibus, Ministris, Guardianis, Fratribus, Monachis, Regularibus, Conventualibus, exemptis, & non exemptis, cæterisque Presbyteris, Clericis, Notarijs, & Tabellionibus publicis quibuscumque per dictorum Dominorum Archiepiscopi, & Episcoporum, per Provincias Civitates, ac Diœceses, ac aliàs vbilibet constitutis, & eorum cuilibet in solidum, necnon Illustrissimis, & Excellentissimis Dominis, ac Illustribus, ac Magnificis Viris, Dominis, Principibus, Ducibus, Marchionibus, Comitibus, Varonibus, Vicecomitibus, Domicellis, Capitaneis, Consulibus, Iustitiarijs, Advocatis, & Curiarum quarumcumque tam spiritualium, quàm temporalium, terrarumque, Civitatum, Oppidorum, Castrorum, Villarum, & Vniversitatum quarumcumque Maioribus Rectoribus, Præfectis, Vaiulinis, necnon servictibus, scrivis, præconibus, Alguacillis, & Officialibus, cæterisque Dominis, & Personis quibuscumque iurisdictionem spiritualem, & ordinariam per se, vel alium, seu alios mediatè, vel immediatè vbicumque pro tempore exercentibus, & constitutis, & eorum cuilibet in solidum, & præsertim admodum Illustribus Dominis Rectori, & Collegialibus Vniversitatis, & Studij Generalis S. Ildephonsi Oppidi de Alcala de Henares, admodum Reverendo Domino Episcopo Abulensi, pro omni, & quocumque eius prætenso iure, & interesse, ex adverso Principalibus, omnibus alijs, & singulis, quorum interest, intererit, aut interesse poterit quomodolibet in futurum quibuscumque nominibus censeantur, & quacumque præfulgeant dignitate. Amatus Dunozettus Iuris vtriusque Doctor, ac Sanctissimi Domini Nostri Papæ Capellanus, & ipsius Sacri Palatij causarum Apostolici Auditor causæ, & causis, ac partibus infrascriptis Iudex Cõmissarius authoritate Apostolica specialiter deputatus, salutem in Domino, & præsentibus fidem indubiam adhibere, ac in comissis diligentiam facere, nostrisque huiusmodi, imò veriùs Apostolicis firmiter obedire mandatis.

2 Noveritis subinsertam commissionem copiam alterius, in eius capite insertam habentem Nobis dicta authoritate Apostolica præsentatam fuisse tenoris pręsentis, videlicet.

Expositio pro parte Collegij S. Ildephõsi, & Abbatis S. Bernardi.

3 Beatissime Pater, exponitur humiliter sanctitati vestræ pro parte Rectoris, & Collegialium, Collegij Vniversitatis studij Generalis S. Ildephonsi, necnon Abbatis, & Conventus Monasterij Sancti Bernardi Oppidi Complutensis Toletanæ Diœcesis coniunctim, seu divisim, aut pro parte alterius eorum, quod Didacus Ortiz, & Sayas Canonicus Doctoralis Conchensis Iudex authoritate Apostolica Delegatus ad instantiam Prioris, seu Commendatoris, ac Conventus Monasterij Beatæ MARIÆ Virginis Ordinis eiusdem Beatæ MARIÆ de Mercede Redemptionis Captivorum eiusdem Oppidi Complutensis dictæ Diœcesis adversariorum in lite,

Recusatur vt suspectus Didacus Ortia Canonicus Conchen. Iudex Delegatus.

lite, & causa pendente inter prædictas partes indecisa super officio Conservatoris privilegiorum Collegij, & Vniversitatis prædictorum, seu rebus alijs latius in actis deductis dictis Oratoribus, seu eorum alteri adeò suspectus, vt ab eo iustitiæ complementum non sperent, ideo dignetur sanctitas vestra prævia à dicto Didaco, & alijs Collegijs, si qui sint, in quorum, seu alterius ipsorum iurisdictionem pro parte Oratorum, seu alterius eorum non est consensus, neque causa instructa avocatione, illam, & illas in statu, & terminis, quibus reperiũtur ac quam, & quas, &c. cum omnibus suis incidentibus, dependentibus, emergentibus, annexis, & connexis, totoque negotio principali alicui ex vestri Sacri Palatij causarum Apostolici Auditoribus sive locumtenenti, attento perpetuo præiudicio audiendi, cognoscendi, decidendi, fineque terminandi committere, & mandare cum potestate citandi dictos adversarios, omnesque, alios, quos opus erit, etiam, per edictum publicum constito, &c. illisque, & quibus videbitur sub sententijs, censuris, & pœnis inhibendi contradictores in illas, servata forma Concilij Tridentini incidisse declarandi, gravandi, aggravandi, auxiliumque invocandi attentata, & innovata quæcumque prout de iure revocandi, aliaque faciendi, gerendi, dicendi, & exequendi necessaria, & opportuna præmissis constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, cæterisque contrarijs, non obstantibus quibuscumque statum, &c.

Nova Cõmissio. De mandato Domini Nostri Papæ audiat M. Amarus, citet etiam prædictum, inhibeat etiam sub censuris, revocet, procedat, vt petitur, & iustitiam faciat. Placet Domino Nostro Papę. Cardinalis Antonius Barberinus.

Expositio noua, & avocatio causæ ad Sac. Rot. 4 Beatissime Pater, Rector, & Collegiales, Collegij Vniversitatis studij Generalis S. Ildefonsi Oppidi Complutensis, & consortes adversarij avocarunt causam pendentem inter eosdem adversarios ex vna, & devotos sanctitati vestræ Oratores Priorem, & Conventum Monasterij Beatæ MARIÆ de Mercede Redemptionis Captivorum eiusdem Oppidi Compluti super officio Cõservatoris privilegiorum Collegij, & Vniversitatis studij supra dicti coram Iudice de partibus, eamque in Rota Reverendo Patri Dunazeto commisserũt, & citationem cum inhibitione extorserunt, qua pendente, cursum causæ retardarunt. Verum quia adversarij citationem non reproduxerunt, & commissionem preinsertam communem facere non curarunt, nec curant, & Oratorum valde interest causam prosequi, & terminare, propterea Oratores supplicant sanctitati vestræ quatenus eidem dignetur committere, & mandare eidem Reverendo Patri Domino Dunazeto, cui præinserta pro parte adversariorũ præsẽtata, quæ iã in causa reperitur, fuit directa, vt in causa, & causis præfatis procedat, procediq; mãdet, & faciat, perinde ac si præinserta fuisset effecta cõmunis cum potestate citandi, & inhibendi, etiam sub censuris Ecclesiasticis, & pœnis pecuniarijs, quos, quibus, & quoties opus fuerit, aliàq; faciendi, gerẽdi, exercendi in præmissis, & circa ea, seu quomodolibet necessaria, & opportuna, pręmissis, necnon cõstitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, stilo Palatij, cęterisque contrarijs non obstantibus quibuscumque statum, &c. pro plene, & sufficienter expressis habenda, &c.

Nova Cõmissio. De mandato D. N. Papæ idem Auditor citet, inhibeat, procedat, vt petitur, & iustitiam faciat. Placet D. N. Papæ. B. Cardinalis Gipcius.

5 Virtute cuius quidem vltimo pręinsertæ commissionis pro parte admodum Reverendi Patris Commendatoris, ac Venerabilis Monasterij, & Collegij Beatæ MARIÆ de Mercede Redemptionis Captivorum eiusdem Oppidi Complutensis principalium citatione legitima, vna cum inhibitione sub censuris, & pœnis insetta extra Romanã Curiam, & ad partes contra præfatum Reverendissimum Dominum Episcopum Abulensem, omnesque alios suo quomodolibet interesse putantes, in forma solita decreta, & concessa, & illius executione in eisdem partibus legitime facta, & in actis reproducta, processuque inter dictas partes in partibus fabricato coram nobis exhibito, illoque, & alijs iuribus ad causam, & causas huiusmodi facientibus Domino Dionysio Lomas in Romana Curia causarum, necnon prædictorum admodum Illustrium Dominorum Rectoris, & Collegialium Vniversitatis, & studij Generalis S. Ildefonsi eiusdem Oppidi Complutensis, & admodum Reverendi Patris Abbatis S. Bernardi, ex adverso principalium Procuratore, ac prædicto Reverẽd. Dño Episc. Abulensi pro omni, & quocumque eius prætenso iure, & interesse legitimè citatis, hinc inde productis receptis, & admissis, datoque per Nos particulari dubio super manutentione exercẽdi officium Conservatoris in pleno Rotæ Auditorio, partibus hinc inde, seu verius earum Procuratoribus, & Advocatis in voce, & in scriptis acerrime informantibus, semel, atque iterum proposito, illoque per Dominos Coadiutores nostros maturè discusso, &

Citantur Adversarij.

ven-

ventilato, & ad favorem admodum Reverendi Patris Fratris Michaëlis de Alvarado moderni Rectoris, & Commendatoris prædicti Venerabilis Monasterij Beatæ MARIÆ de Mercede eiusdem Oppidi Complutensis resoluto, tandemque eodem Reverendissimo D. Episcopo Abulensi pro omni, & quocumque eius prætenso iure, & interesse per audientiam publicam litterarum contradictarum SS. D. N. Papæ, necnon prædicto Domino Dionysio Lomas dictorum admodum Illustrium Dominorum Rectoris, & Collegialium Vniversitatis, & studij generalis Complutensis, ac admodum Reverendi Patris Abbatis S. Bernardi ex adverso principalium Procuratore ad videndum, & audiendum dictum admodum Reverendum Patrem modernum Commendatorem manuteneri in possessione exercendi officium Conservatoris de qua agitur, & quodcumque mandatum de manutenendo desuper necessarium, & opportunum in forma solita extra Romanam Curiam, & ad partes decerni, concedi, & relaxari, per aliquem ex SS. D. N. Papæ Cursoribus legitime, & de mandato nostro citato ad certum, & peremptorium terminum competentem videlicet ad diem, & horam infrascriptos, illisque advenientibus comparuit in Iudicio legitime coram Nobis admodum R. P. M. Fr. Petrus de Nolasco, & Prada in Romana Curia causarum, necnon prædicti admodum R. P. Commendatoris moderni principalis Procurator legitimus, provt de dictorum hinc inde Procuratorum mandatis procurationum legitime extitit facta fides, & eo nomine procuratorio eundem admodum R. P. Modernum Commendatorem eius principalem in reali, actuali, & corporali possessione, vel quasi officium Conservatoris exercendi, iuxta formam, & tenorem decisionis coram Nobis desuper emanatæ, extensæ, & impressæ manuteneri, mandatumque de manutenendo desuper necessarium, & opportunum extra Romanam Curiam, & ad partes in forma solita decerni, concedi, & expediri mandari per Nos instanter postulavit.

Postulat Procurator noster Rectorem Collegij nostri Complutensis in officio Conservatoris Colleg. S. Ildeph. & Vniversitatis Complutensis manuteneri.

6 Nos tunc Amatus Dunazettus, Auditor, Iudexque Commissarius prædictus, citatis citandis, ac servatis de iure servandis, attendentes petitionem huiusmodi fore iustam, & consonam, quodque parum prodesset resolutiones reportare favorabiles, nisi debitæ executioni demandarentur, volentesque partibus hinc inde prædictis iustitiam æqua lance (vt tenemur) ministrare, idcirco authoritate Apostolica Nobis commissa, & qua fungimur in hac parte, prævia de præmissis congrua, & plena relatione per Nos in Rota cum Dominis Coauditoribus Nostris desuper facta, visaque protestatione, per dictum Dominum Dionysium Lomas Procuratorem in actis infradicti nostri Notarij, causæ præsentis actuarij dimissa, illaque tamquam nulla, frivola, & irrelevante non obstante, præpetitum mandatum de manutenendo in possessione exercendi officium Conservatoris extra Romanam Curiam, & ad partes in forma solita, & consueta decernendum, concedendum, & relaxandum duximus, provt decrevimus, concessimus, & relaxavimus, ac decernimus concedimus, & relaxamus præsentium per tenorem.

Decretum de manutenendo in dicto officio Rectore nostrũ Cõplutẽsẽ

7 Quæ omnia, & singula præmissa vobis omnibus, & singulis supradictis, quibus præsentes nostræ diriguntur, & vestrum cuilibet in solidum intimamus, insinuamus, & notificamus, & ad vestram, & cuiuslibet vestrum notitiam deducimus, & deduci volumus per præsentes: vosque, & vestrum quemlibet in solidum tenore præsentium requirimus, & monemus, ac vobis, & vestrum cuilibet in virtute sanctæ obedientiæ, & sub infrascriptis pœnis, & censuris per quemlibet contravenientem, triom dierum canonica monitione præmissa, ipso facto incurrendis districte præcipiendo mandamus, quatenus visis, & receptis præsentibus, & postquam pro parte supradicti A. R. P. moderni Commendatoris Monasterij Beatæ MARIÆ de Mercede principalis vigore præsentium fueritis requisiti, seu alter vestrum fuerit requisitus, eumdem A. R. P. modernum Commendatorem in reali, actuali, & corporali possessione, vel quasi exercendi officium Conservatoris Vniversitatis, & Collegij Maioris S. Ildephonsi Oppidi Complutensis manuteneatis, conservetis, tueamini, & defendatis, amotis exinde, & eiectis dicto A. R. P. Abbate S. Bernardi, & quibusvis alijs intrusis, & illicitis, ac officium huiusmodi exercere coepientibus, & infestantibus: quos nos etiam, & eorũ quemlibet, in quantũ possumus, amovemus, & ejicimus, & per presentes denuntiamus amotos, & eiectos, & quilibet vestrũ manuteneat, tueatur, & defendat, provt manuteneri, tueri, & defendi volumus, & mãdamus pręsentiũ per tenorẽ: super quibus omnibus, & singulis præmissis vestrum cuilibet vices nostras, plenamque potestatem, & facultatem, authoritate Apostolica prædicta concedimus, & impartimur per præsentes.

Intimatio Sac. Rotæ vt præfatus Rector in possessione dicti officij Cõservatoris admittatur reponatur, & conservetur.

8 Inhibemus insuper modo, & forma præmissis vobis omnibus, & singulis supradictis, quibus præsentes nostræ

Inhibitio Adversarijs facta sub gravibus pœnis

diriguntur, & vestrum cuilibet in solidum, & præsertim dictis A. Illustribus Dominis Rectori, & Collegialibus Vniversitatis, & Studij Generalis S. Ildephonsi, ac Admodum R. P. Domino Abbati Sancti Bernardi eiusdem Oppidi Complutensis, necnon Reverendissimo Episcopo Abulēsi ex adverso principalibus, omnibusque alijs, & singulis, quorum interest, interetit, aut interesse poterit quomodolibet in futurum, quibuscumque nominibus censeantur, & quacumque præfulgeant dignitate sub mille ducatorum de Camera, locis pijs arbitrio nostro applicandorum, & pro illis mandati executivi, & in iuris subsidium, excommunicationis, suspensionis, & interdicti pœnis ipso facto per quemlibet contravenientem, trium dierum canonica monitione præmissa, incurrendis, districte præcipientes mandamus, ne, quominus dictus A.R.P.Fr. modernus Commendator principalis in reali, actuali, & corporali possessione, vel quasi exercendi officium Conservatoris huiusmodi manuteneatur, conservetur, tueatur, & defendatur, omniaque, & singula præmissa suum debitum sortiantur effectum, impedimentum aliquod præstetis, seu præstent, aut impedientibus detis, vel dent auxilium, consilium, vel favorem publice, vel occulte, directe, vel indirecte, quovis quæsito colore, vel ingenio.

Pœnas statuit in Cō travenientes.

9 Quod si forte Vos, Serenissime Princeps, & Rex antedicte, præsentis nostri mandati de manutenendo, imò verius Apostolici, Contradictor, seu neglegtor fueritis (quod vestræ regalis Maiestatis obedientia suspicari nō sinit) licet vos nostris sententijs ligari nolumus, intuitu tamen iustitiæ, & ob Sanctæ Sedis Apostolicæ, ac SS.Dñi nostri Papæ reverentiam, eamdem vestram regalem Maiestatem ad præfatam executionem efficaciter adimplendam in Domino exhortamur.

10 Vobis quoque, Illustrissimo, & Reverendissimis in Christo Patribus Dominis Archiepiscopo, & Episcopis antedictis dumtaxat exceptis, quibus ob reverentiam vestrarum Pontificalium dignitatum deferimus in hac parte, si contra præmissa, vel aliquod præmissorum per vos, vel submissas personas feceritis, prædicta trium dierum canonica monitione præmissa, ingressum Ecclesiarum in his scriptis: absolutionem vero omnium, & singulorum, qui præfatas nostras sententias incurrerint, nobis, vel superiori nostro tantummodo reservamus.

11 In quorum omnium, & singulorum præmissorum fidem, & testimonium has præsentes fieri, & per Notarium publicum, subscribamq; nostrum infrascriptū subscribi, sigillique nostri, vel alterius Coauditoris nostri iussimus, & fecimus, appensione muniri.

Datum Romæ in Palatio Causarum Apostolico in Monte Quirinali sito, de mane, hora audientiæ Causarum solita, & consueta ad iura redendum, nobis inibi pro tribunali sedentibus, sub anno à Nativitate Domini nostri IESV. CHRISTI millesimo sexcentesimo trigesimo quinto, Indictione tertia, die vero Veneris, sexta mensis Iulij, tempore autem Pontificatus SS. in Christo Patris, & Domini nostri D. Vrbani, divina providentia Papæ VIII. anno eius duodecimo, præsentibus ibidem DD. Claudio Duquez, & Ioanne Baptista de Tiberijs Sac. Rotæ Notarijs, Scribisque nostris publicis testibus ad præmissa omnia vocatis specialiter, atque rogatis.

Habetur originale in collegio nostro Complutensi, & adducitur in veteri Bullar.

HOc nostrum Collegium Complutense, Religione, & litteris à primęvo sui origine pollens, in tantum, vt ob eius Religiosorum præstantiam Ill. ac numquam satis proclamamatus D. Archiepiscopus Cisneros Vniversitatis à se fundatæ Apostolicum Iudicem Conservatorem eiusdem Collegij Rectorem perpetuo exoptaverit. In eo, confluentibus vndique Religiosis, scientiarum viget cum Religione cultura, plures eiusdem Complutensis, & aliarum Vniversitatum Magistri, & Cathedrarij procreati sunt. Anxius à Provincia Castellæ expectavi hucusque notitiam eorum, qui in eo Athenæo Cathedras obtinuere ex nostris, nec tamen accepi. Eos igitur referam, quos in hoc tempore novimus.

A.R.P.M.Fr. Franciscus de Mendoza Vir omnium virtutum decore venustus, egregius Theologus, eiusdem Athenæi Magister, in quo Cathedram Philosophiæ moralis cōmuni plausu docuit, obijt dum ad maiora spem merita suggerebant.

M.F.Franciscus de Mendoza.

A.R.P.M.Fr. Ioannes Prudencio, de quo vide sup.pag.157. Cathedras, in eadem Academia laureatus, Philosophiæ moralis vespertinā, scripturæ, & primarias scoti, & S.Thomæ mira sapientia moderatus est.

M.F.Ioan. Prudencio

Ill. ac RR.D.D.M.Fr. Emanuel de la Torre eiusdem Lycæi in Theologia Doctor Vespertinæ Theologiæ Cathedræ suffectus est, inde Archiepiscopus de Lanchano creatur, de quo vide in Bull.

M.F.Emanuel de la Torre.

In eadem Complutensi Academia Cathedras Græci, & Hæbraici idiomatis docuit R.P.M. Fr. Vincentius Ximeno Provincię Valentiæ filius, ingenio præclarus, qui vix adolescentia expleta, spem mirabilium profectuum nobis præripuit obiens ibid.

M.F.Vincētius Ximeno.

VRBANI

VRBANI VIII.

CONSTITVTIO XXVII.

Quadragesimo secundo M. Generali Fr. Didaco Serrano.

Procuratore Generali in Vrbe M. Fr. Thoma del Castillo.

COMPENDIVM.

Confirmat Pontifex decretum Sac. Congregationis Regularium supra allatum, ne, dum Magister Generalis Episcopus eligitur, succedat in Officium Prior Barchinonen. quousque sit in Consistorio Apostolico preconizatus.

Edita an. 1635.

VRBANVS PAPA VIII. AD futuram rei memoriam.

1 Nuper pro parte dilecti filij moderni Procuratoris Generalis Ordinis B. MARIÆ de Mercede Nobis expositum fuit, quod à Venerabilibus Fratribus S.R.E. Cardinalibus negotijs Episcoporum, & Regularium Præpositis emanavit decretum tenoris subsequentis, videlicet.

Controversia inter M. Gē. electum Epis. Albarracinē. & Priorē Barchinō.

2 In controversia exorta inter Fratrem Ioannem Cyprianum M. Generalem Ordinis Beatæ MARIÆ de Mercede ex vna, & Priorem Conventus Barcinonen. eiusdem Ordinis partibus ex altera, super eo, quod dictus Prior prætendebat officiū Generalatus huiusmodi vacasse per nominationem factam à Rege Catholico de Persona dicti Fratris Ioannis ad Episcopatum Albarracinen. & ipsum Priorem succedere in Vicarium Gener. Ordinis ex dispositione constitutionum eiusdem Ordinis, è contra vero dictus Generalis prætendit in officio remanere saltem, donec in Consistorio fuerit præconizatus, & à Papa confirmatus, rebusque alijs, Sacra Congregatio Cardinalium, negotijs Regularium præposita, Eminentissimo Vidono referente, censuit, partibus auditis, declarandum esse, provt præsentis decreti virtute declaravit, Generalatus officium huiusmodi ex ea nominationis parte non vacare, sed tunc demum cum idem Generalis, vt supra in Episcopum nominatus, in Consistorio præconizatus, & à Sanctissimo D.N. confirmatus fuerit. Romæ die trigesimo Aprilis millesimo sexcentesimo trigesimo secundo.

Declaratio S. Cōg. quod vsq; ad præconizationē debeat in officio M. Gen. permanere Episcop.

3 Cum autem, sicut eadem expositio subiungebat, dictus Procurator Generalis decretum præinsertum, cum omnibus, & singulis in eo contentis Apostolicæ nostræ confirmationis robore cōmuniri summopere desideret, Nos dictum modernum Procuratorē specialibus favoribus, & gratijs prosequi volentes, & à quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, alijsque Ecclesiasticis sententijs, censuris, & pœnis à iure, vel ab homine, quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatus existit, ad effectum præsentium dumtaxat consequendum, harum serie absolventes, & absolutum fore censentes, supplicationibus eius nomine nobis super hoc humiliter porrectis inclinati, de eorūdem Cardinalium Consilio præinsertum decretum, cum omnibus, & singulis in eo contentis Apostolica authoritate tenore præsentium approbamus, & confirmamus, illique inviolabilis Apostolicæ firmitatis robur adijcimus: ac omnes, & singulos, tam iuris, quàm facti defectus, si qui desuper quomodolibet intervenerint, supplemus.

Cōfirmat Pōtifex declarationē Cōgregationis.

4 Decernentes illud, necnon præsentes litteras valida, firma, & efficacia existere, & fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere: & ab omnibus, ad quos spectat, & pro tempore spectabit, inviolabiliter observari: sicque per quoscumque Iudic[illegible] Ordinarios, & Delegatos, etiam [illegible] sarum Palatij Apostolici Auditores, sublata eis, & eorum cuilibet quavis aliter iudicandi, & interpretandi facultate, & authoritate, iudicari, & diffiniri debere: ac irritum, & innane, si secus super his à quoquam quavis authoritate scienter, vel ignoranter, contigerit attentari: non obstantibus constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, & quibusvis dicti Ordinis, etiam iuramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus, cæterisque contrarijs quibuscumque.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Maiorem, sub Annulo Piscatoris, die 14. Iulij 1635. Pontificatus nostri anno 12.

Extat originale Matriti.

VRBANI VIII.

CONSTITVTIO XXVIII.

Quadragesimo secundo M. Generali Fr. Didaco Serrano.

Generali apud Vrbem Procuratore Mag.Fr. Thoma del Castillo.

COMPENDIVM.

Concedit Capitula Provincialia, Magistratu Generali vacante, transferri, vt ijdem Electores remaneant.

Edita an. 1636.

VRBANVS PAPA VIII. AD futuram rei memoriam.

1 Expositum Nobis nuper fuit pro parte dilecti filij Thomę de Castillo Vicarij, & Procuratoris Generalis Ordinis Beatæ MARIÆ de Mercede Redemptionis Captivorum, qualiter ex indulto Apostolico duo Capitula Provincialia, videlicet Provinciæ Castellæ, & Bethicę, seu Andaluziæ eiusdem Ordinis in Dominica *Cantate*, quæ est quarta post Pascha Resurrectionis, anno proximè futuro millesimo sexcentesimo trigesimo sexto erant celebrāda: quoniam vero dilectus filius modernus Generalis dicti Ordinis in Episcopum Celsonensem electus, tunc temporis Ordinem prædictum non gubernabit, sed ipsius loco iuxta statutum, & constitutiones dicti Ordinis, Apostolica authoritate confirmata Prior domus Barcinonen. eiusdem Ordinis in Vicarium Generalem succedere debet, ipseque Vicarius Generalis, & Electores futuri Capituli Generalis immutari, ac per consequens, nec Provinciales eligere, nec in Capitulo Provinciali præsidere potest, sed Ordinem ipsum in eodem prorsus statu conservare, in quo ante vacationem Magistri Generalis reperiebatur: quandoquidem in regularibus dicti Ordinis constitutionibus Apostolica authoritate confirmatis, inter alia cavetur expresse, licet Vicarius Generalis succedat, illi tamen nullatenus liceat Electores mutare, vel privare, aut novos eligere ad Capitulum Generale proximum, sed quantum ad hoc iidem Electores, quos Magister Generalis per mortem, decessum, aut promotionem reliquit, permaneant; ita vt Religio in eadem prorsus statu perseveret, sicut fuerat ante vacationem Magistratus; nobis propterea dictus Thomas humiliter supplicari fecit, vt super præmissis opportune providere de benignitate Apostolica dignaremur.

Const nostra dist. 2. Vic. Gen. non possit Electores mutare.

2 Nos igitur dictum Thomam specialibus favoribus, & gratijs prosequi volentes, & à quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, alijsque Ecclesiasticis sententijs, censuris, & pœnis à iure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatus existit, ad effectum præsentium dumtaxat consequendum, harum serie absolventes, & absolutum fore censentes, huiusmodi supplicationibus inclinati, celebrationem dictorum duorum Capitulorum Provincialium, quæ, iuxta concessionis à Nobis desuper emanatæ tenorē, in prædicta Dominica *Cantate* celebrari deberent, ad mensem Octobris 1636. ad hoc, vt in proximè futuro festo Pentecostes Capitulum Generale eiusdem Ordinis celebrari possit, Apostolica aothoritate renore præsentium transferimus.

Capit. Provincialia transfert, vt generale Prius celebretur.

3 Decernentes irritum, & innane, si quid secus his à quoquam quavis authoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari: non obstantibus constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, dictique Ordinis, etiam iuramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia robaratis statutis, & consuetudinibus, privilegijs quoque indultis, & litteris Apostolicis in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis: quibus omnibus, & singulis, illorum omnium tenores præsentibus pro plene, & sufficientet expressis habentes, illis aliàs in suo robore permansuris, hac vice dumtaxat specialiter, & expresse derogamus, cæterisque contrarijs quibuscumque.

Contraria irritat.

Datum Romæ apud Sanctum Petrum, sub Annulo Piscatoris, die 11. Ianuarij 1636. Pontificatus nostri anno 13.

M.A.Maraldus.

Loco ✠ Annulli Piscatoris.

Habetur apud authenticatum vetus Ordinis Bullarium fol. 264.

VRBA-

VRBANI VIII.

CONSTITVTIO XXIX.

Quadragesimo secundo M. Generali Fr. Didaco Serrano.

Procuratore Generali in Vrbe Fr. Thoma del Castillo.

COMPENDIVM.

Fratres Discalceatos nostros Bullę vigesimę tertię, qua idem Pontifex M. Generali in ministerio Redemptionis eos subijcit, non parentes sub gravibus pœnis obedire compellit.

Edita an. 1636.

VRBANVS PAPA VIII. AD perpetuam rei memoriam.

1 Aliàs pro parte dilectorum filiorum Fratrum Ordinis Beatæ MARIÆ de Mercede Redemptionis Captivorum à Nobis emanarunt literæ tenoris subsequentis, videlicet.

Vrbanus Papa VIII. ad futuram rei memoriam. Cum sicut dilecti filij Fratres Calceati Ordinis Beatæ MARIÆ de Mercede Redemptionis Captivorum Nobis nuper exponi fecerunt, in controversia nuper exorta inter dictos Fratres Calceatos ex vna, & Fratres Discalceatos, sive Recollectos eiusdem Ordinis partibus, ex altera super observatione concordiæ aliàs inter eos initæ, &c. *Insere Bullam vigesimam tertiam huius Pontificis sup. fol. 268.*

Reproducit Bul. 23 concordię cum Fratribus Discal. ceatis declarativã.

2 Cum autem, sicut iidem exponentes Nobis nuper exponi fecerunt, notificatis præinsertis litteris huiusmodi, per quas, auditis partibus, mandatur, vt Religiosi Discalceati, seu Recollecti eiusdem Ordinis quoad Redemptionis Captivorum opus, seu alia ad idẽ Ministerium quomodolibet spectantia, remaneant sub obedientia, superioritate, cura, & directione dilecti filij Mag. Generalis Calceatorum dicti Ordinis, ab aliquibus Discalceatis, seu Recollectis huiusmodi paritum minimè fuerit, alij vero cum ingentibus protestationibus ad Regium Hispaniæ Consilium per viam violentiæ recurrerint, declararũque prædictas litteras executioni demandandas esse, Nosque novissime expresse mandaverimus, vt ipsi Religiosi Discalceati, seu Recollecti, quibuscumque appellatione, reservatione, protestatione, vel conditione remotis, obedirent, prædictusque Mag. Generalis ipsis pariter iniuxerit, vt quas apud se retinent pecuniarum summas, de quibus, provt opus fore disponerent, necnon personas ad prædictum Redemptionis opus exercendum idoneas declararent, Vicarius autem Generalis prædictorũ Fratrum Discalceatorum, seu Recollectorum dicti Ordinis prædictum Magistri Generalis mandatum notificari non permisserit, licet per suos Religiosos sciverit quemdam tabellionem authoritate Apostolica creatum ad eum decies pro notificatione dicti decreti accessisse, vt ex fide authentica dicti tabellionis constare dicitur, Nobis propterea dicti exponentes humiliter supplicari fecerunt, vt sibi in præmissis opportune, vt infra, providere de benignitate Apostolica dignaremur.

Recollecti nostri præinsertis litteris ñ parentes, & ad Consilium Regiũ per viam violentiæ recurrentes sibi ipsis dãnantur.

Vic. Gen. Discalceatorum mãdatum M. Gen. sibi notificari renuit.

Novũ Papæ mãdatum.

3 Nos igitur illos specialibus favoribus, & gratijs prosequi volentes, & illorum singulares personas, à quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, alijsque Ecclesiasticis sententijs, censuris, & pœnis à iure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatæ existũt, ad effectum præsentium dumtaxat consequendum, harum serie absolventes, & absolutas fore censentes, huiusmodi supplicationibus inclinati, omnibus, & singulis Fratribus Discalceatis, seu Recollectis dicti Ordinis, nunc, & pro tempore existentibus, quacumque authoritate, & officio fungentibus, & functuris sub privationis activæ, & passivæ, ac quorumcumque dicti Ordinis officiorum, per eos obtentorum pœnis ipso facto, absque alia declaratione per contrafacientes incurrendis, tenore præsentium præcipimus, & mandamus, vt prædicto Mag. Generali in omnibus sibi ab eo commissis ad prædictum Redemptionis Captivorum opus, seu ministerium quomodolibet attinentibus irrefragabiliter obediant, pareant, & assistant, eiusque monita, & mandata humiliter suscipiant, & efficaciter adimplere procurent: non obstantibus cõstitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, ac dicti Ordinis, etiam iuramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus, privilegijs quoque indultis, & litteris Apostolicis in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis: quibus omnibus, & singulis, eorum tenores præsentibus pro sufficienter expressis habentes, illis aliàs in suo robore permansuris, hac vice dumtaxat specialiter, & expresse derogamus, cæterisque contrarijs quibuscumque.

Præcipit Recollectis nostris, vt in omnibus ad Redemptionẽ pertinentibus M. G. subdantur.

Contraria derogat.

5 Volumus autem, quod præsentium transumptis, etiam impressis, manu

nu alicuius Notarij publici subscriptis, & sigillo personæ in dignitate Ecclesiastica constitutæ munitis, eadem prorsus fides adhibeatur, quæ præsentibus adhiberetur, si forent exhibitæ, vel ostensæ.

Datum Romæ apud Sanctum Petrum, sub Annulo Piscatoris die 12. Februarij 1636. Pontificatus nostri anno 13.

Habetur originale Matriti, & adducitur à Cherub. tom. 4. in Append. Const. 18. & à Lantusca tom. 5. Const. 242.

VRBANI VIII.

CONSTITVTIO XXX.

Quadragesimo tertio M. Generali Fr. Dalmatio Sierra.

Procuratore Generali in Vrbe Fr. Augustino de Miranda.

COMPENDIVM.

Confirmatur præfatus Magister Sierra in officio Magistri Generalis.

Edita an. 1636.

VRBANVS PAPA VIII. AD futuram rei memoriam.

Cum sicut dilectus filius Augustinus de Miranda Vicarius Generalis Ordinis Beatę MARIÆ de Mercede Redemptionis Captivorum Nobis nuper exponi fecit, dilectus etiam filius Dalmatius Sierra eiusdem Ordinis Provinciæ Aragoniæ professor in Mag. Generalem dicti Ordinis summo cum omnium applausu in Capitulo Generali dicti Ordinis novissimè in illius domu regulari Oppidi Murtiæ, Cartaginensis Diœcesis celebrato electus fuerit; electionem vero huiusmodi Apostolicæ nostræ confirmationis robore communiri desideret, Nos prædictos Augustinum, & Dalmatium specialibus favoribus, & gratijs prosequi volentes, & eorum quemlibet à quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, alijsque Ecclesiasticis sententijs, censuris, & pœnis à iure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodati existunt, ad effectum præsentium dumtaxat consequendum, harum serie absolventes, & absolutos fore censentes, supplicationibus dicti Augustini Vicarij, & Procuratoris Generalis huiusmodi Nobis super hoc humiliter porrectis inclinati, electionem de persona dicti Dalmatij in Mag. Generalem Ordinis huiusmodi, vt præmittitur, factam Apostolica authoritate tenore præsentium approbamus, & confirmamus, illique inviolabilis Apostolicæ firmitatis robur adjicimus: ac omnes, & singulos, tam iuris, quam facti defectus, si qui desuper quomodolibet intervenerint, supplemus; non obstantibus constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, necnon dicti Ordinis, etiam iuramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus, cæterisque contrarijs quibuscumque.

M. Sierra eligitur in M. G. Murtię a. 1636 die 10. Martij.

Cōfirmatur præfata electio.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Maiorem, sub Annulo Piscatoris die 18. Iunij 1636. Pontificatus nostri anno 13.

M. A. Maraldus.

VRBANI VIII.

CONSTITVTIO XXXI.

Quadragesimo tertio M. Generali Fr. Dalmatio Sierra.

Procuratore Gen. in Vrbe M. Fr. Ioanne Perez de Munebrega eiusdem loci in Diœcesi Turiasonensi, & Archidiaconatu Bilbilitano in Aragonia, quo corpus Sanctæ Margaritæ Roma detulit, insigni Theologo, & in Cæsaraugustana Academia Doctore, S. Thomæ, ac vespertino Theologiæ Cathedrario; Collegij nostri Cæsaraugustani Rectore, Solertissimo negotiorum Ordinis Curatore, Sancti Lazari Commendatore, Archiepiscopatus Cæsaraugustani Examinatore, pluribus opusculis Prælo datis inter Sapientissimos celebrato.

COMPENDIVM.

Magistro Generali concedit, vt dimidia pars de spolys Fratrum in suo sexennio decedentium, demptis pro Roma Conventu mille scutis, in fabricam Conventus Barcinonensis applicetur.

Edita an. 1637.

VRBANVS PAPA VIII. AD futuram rei memoriam.

Cum sicut dilectus filius Ioannes Perez de Munebrega Ordinis Fratrum Beatæ MARIÆ de Mercede Redemptionis Captivorū Procurator Generalis, Nobis nuper exponi fecit, domus regularis, seu Conventus S. Eulaliæ Barchinonensis eiusdem Ordinis primaria, & antiquior ruinam minetur, mini-

minimèque tuta existat, propterea dilectus etiam filius Dalmatius Sierra, dicti Ordinis Magister Generalis, omnia, & singula spolia dictorum Fratrũ, quos, durante sui Generalatus munere, obire contigerit, dictę domui Regulari, licèt constitutionibus dicti Ordinis, Apostolica authoritate confirmatis, illa domui Regulari, in qua Fratres prædicti professionem emisserint, cedere debere disponatur, applicari summopere desideret, Nobis propterea dictus Procurator Generalis humiliter supplicari fecit, vt in præmissis opportunè, vt infra, providere de benignitate Apostolica dignaremur.

2 Nos igitur dictum exponentem specialibus favoribus, & gratijs prosequi volentes, & à quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, alijsque Ecclesiasticis sententijs, censuris, & pœnis à iure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatus existit, ad effectum præsentium dumtaxat cõsequendum, harum serie absolventes, & absolutum fore cẽsentes, supplicationibus illius nomine Nobis super hoc humiliter porrectis inclinati, de Venerabilium Fratrum nostrorum S. R. E. Cardinalium negotijs Regulariũ Præpositorum consilio, quod dictus Dalmatius Magister Generalis Ordinis huiusmodi, durante dumtaxat sui Generalatus munere, donec fabrica prænominati Conventus Barchinonen. per totum idem tempus non fuerit perfecta liberè, & licitè valeat in eadem fabrica perficienda dimidiam tantum partem omnium spoliorum Fratrum eiusdem Ordinis, qui eo tempore ab humanis discesserint, sine tamen aliquo iurium Cameræ Apostolicæ præiudicio, applicare, constitutionibus Ordinis huiusmodi, cæterisque contrarijs quibuscumque non obstantibus indulgemus: cum hoc tamen, vt ex primis pecunijs, quæ de eisdem spolijs percipientur, mille scuta erogentur in extinctionem ęris alieni Conventus S. Adriani de Vrbe, vel aliàs ad vtilitatem, & commodum Fratrum inibi de familia cõmorantium; altera verò dimidia pars eorumdem spoliorum, ad præscriptum constitutionum ipsius Ordinis, vt antea applicentur: Non obstantibus præmissis, ac quibusvis constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, dictique Ordinis, etiam iuramento, confirmatione Apostolica, & quavis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus, cæterisq; contrarijs quibuscũque.

Datum Romæ apud Sanctum Petrum, sub Annulo Piscatoris, die 31. Ianuarij 1637. Pontif. nostri an. 14.

M. A. Maraldus.

VRBANI VIII.

CONSTITVTIO XXXII.

Quadragesimo tertio M. Generali Fr. Dalmatio Sierra.

Procuratore Generali in Vrbe M. Fr. Ioanne Perez de Munebrega.

COMPENDIVM.

Donationem Ecclesię S. Nicolai Cassani à D. Gaspare Aragonia, & ius habentibus Ordini nostro ad Conventus fundationem factam revidendam, & confirmandam committit Vicario Generali Archiepiscopi Barensis.

VRBANVS EPISCOPVS SERvus servorum Dei. Dilecto filio Vicario Venerabilis Fratris nostri Archiepiscopi Barensis in spiritualibus Generali salutem, & Apostolicam Benedictionem. Apostolici muneris sollicitudo, Divinà dispositione Nobis, licet immerentibus, delegata indesinenter requirit, vt circa statum Fidelium quorumlibet, præsertim Religiosorum piæ vitæ, Divinique Numinis obsequijs sub Regularis Observantię norma vacantium, salubriter dirigendum assidua mentis cogitatione invigilantes ad ea, per quæ eorum profectui, & commoditatibus, ac Regularium locorum propagationi consulitur, propensis studijs intendamus, ac ea, quæ propterea provide facta fuisse dicuntur, vt eo firmiùs, & validiùs subsistant, Apostolicæ confirmationis munimine roborari, in his officij nostri partes libenter interponi mandemus, provt personarum, rerum, & locorum circunstantijs vniversis debitè pensatis, conspicimus in Domino salubriter expedire.

Edita an. 1636.

1 Exhibita siquidem Nobis nuper pro parte dilectorum filiorum Iosephi Laporta, aliàs Marota à Messana, Ordinis B. MARIÆ de Mercede Redemptionis Captivorum, ac Nobilis viri Gasparis de Atagonia Principis terræ Cassani, Barensis Diœcesis petitio continebat, quod aliàs dilecti filij Vniversitas, & homines dictæ terræ pię mentis attentione considerantes, quod intra septa, seu mœnia dictę terrę, quæ Principatus titulo decorata ęst, nulla domus Regularis instituta reperiretur, sine Cura: Ecclesiam, seu Capellam S. Nicolai in publica platea dictæ terræ sitam, quę hactenus in titulum collativum

Rescribitur origo, & forma Hospitalis S. Nicolai Principatus Cassani Diœcesis Barensis.

tivum erecta non extitit, nec vmquam conferri, sed per Vniuersitatem, & homines prædictos legitimè regi, & gubernari consueuit; & in qua antea semel, aut rarò in anno Sacrum Missæ Sacrificium celebrabatur, redditu annuo sexaginta ducatorum monetæ illarum partium circiter, ex quibus, detractis oneribus fabricæ, celebrationis Missarum, & receptionis Peregrinorum, vix remanent viginti quatuor ducati auri de Camera, cum onere ad formam hospitij, receptionis Peregrinorum, videlicet onus huiusmodi per quosdam ab Vniuersitate, & hominibus huiusmodi deputatos exercêdi in quadam domo contigua dictæ Ecclesiæ, seu Capellæ erga Pauperes Peregrinos illuc transeuntes forsan dotatam, seu perpetuum illius vsum cum domo, ac omnibus iuribus, & membris, emolumentis, & pertinentijs suis Fratribus dicti Ordinis, ad effectum vnam eiusdem Ordinis domum Regularem instituendi, cum hoc tamen, quod ipsi Fratres apud illam pro tempore commorantes vnam Missam solemnem singulis mensibus in eadem Ecclesia pro animarum Fidelium defunctorum refrigerio celebrare, ac eosdem Peregrinos, vt prius, hospitio recipere deberent, ad Omnipotentis Dei gloriam, & honorem, animarumque salutis incrementum sub nostro, & Sanctæ Sedis Apostolicę beneplacito concesserunt, prout in scripturis publicis desuper confectis dicitur contineri.

2 Cum autem, sicut eadem petitio subiungebat, Princeps prędictus dictam concessionem tamquam subditis suis valdè proficuam, non solum laudauerit, sed etiam pia recordatione memor, quod ipse à clar. mem. Iacobo Aragonum Rege dicti Ordinis Fundatore originem per legitimam lineam traxit, Fratribus dicti Ordinis apud ipsam Ecclesiam, seu Capellam, vt præfertur, introducendis annuum, & perpetuum redditum quinquaginta ducatorum similiter donauit; necnon dilectus filius Ioannes Antonius Lillus, multique alij Christi Fideles dicti eorum Principis exemplo inhærentes eisdem Fratribus nonnullas eleemosynas, seu bona sub certis etiam conditionibus, & oneribus, licitis tamen, & honestis côtulerint, firmiora verò fint, ea quæ Sedis prædictæ patrocinio comprobantur: quare pro parte, tam Iosephi asserentis se noui Conuentus huiusmodi Fundatorem, & Commendatorem à suis Superioribus deputatum fuisse, quam Gasparis Principis prædictorum Nobis fuit humiliter supplicatum quatenus concessionem prædictam approbare, & confirmare, ac aliàs in præmissis opportunè prouidere de benignitate Apostolica dignaremur.

Gaspar ab Aragonia à Rege Iacobo ortũdus Princeps Cassani Hospitale S. Nicolai nostro Ordini consignare facit, & annuam pẽsionem 50. ducatorum largitur.

Fr. Iosephus Laporta Cõmẽdator, & Princeps confirmationem Apostolicã postulant.

3 Nos igitur, qui Diuini cultus incrementum, Regulariumque locorum propagationem sinceris desideramus affectibus, certam de præmissis notitiam non habentes, ac Iosephum, & Gasparem Principem prædictos, ac eorum singulos à quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, alijsq; Ecclesiasticis sententijs, censuris, & pœnis à iure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodati existunt, ad effectum præsentium dumtaxat consequendum, harum serie absoluentes, & absolutos fore censentes, ac scripturarum prædictarum tenores, præmissis tamen non contrarios, ac data præsentibus pro expressis habentes, huiusmodi supplicationibus inclinati, discretioni tuæ per Apostolica scripta mandamus, quatenus, si est ita, vocatis, qui fuerint euocandi, concessionem prædictam, ac (prout illam concernunt) desuper confectas scripturas, cum omnibus in eis contentis clausulis, licitis tamen, & honestis, ac omnibus indè legitimè sequutis, & subsequendis authoritate nostra perpetuo, sine tamen alicuius præiudicio, & saluo, & illæso remanente onere recipiendi dictos Peregrinos in hospitio, vt prius, & dummodo dicta sine cura Ecclesia, seu Capella in titulum beneficij collatiui hucusque erecta, aut conferri solita non sit, ac Vniuersitatis, & hominum prædictorum ad id accedat assensus, approbes, & confirmes, illisque perpetuæ, & inuiolabilis Apostolicæ firmitatis robur adjicias, ac omnes, & singulos, tam iuris, quam facti, ac solemnitatum de iure, vsu, consuetudine, aut aliàs quomodolibet requisitorum defectus, si qui desuper principaliter, vel accessoriè, aut aliàs interuenerint, authoritate nostra suppleas; nec eiusdem Ordinis Fratres nunc, & pro tempore existentes in dicta domo Regulari à quoquam quavis authoritate fungente, vel dignitate profulgente, desuper vllo vmquam tempore molestari, inquietari, perturbari, aut impediri posse.

Vic. Gen. Archiepiscopi Barensis cõmittit, vt visis scripturis donationis, eam Apostolica authoritate cõfirmet.

4 Sicque per quoscumque Iudices Ordinarios, & Delegatos qoavis authoritate fungentes, etiam causarum Palatij Apostolici Auditores, aut S. R. E. Cardinales, etiam de Latere Legatos, Vice-Legatos, dictæque Sedis Nuntios iudicari, & definiri debere, irritum quoque, & inane, si secus super his à quoquam quavis authoritate scienter, vel ignoranter attentari contigerit, dicta authoritate decernas: non obstantibus

tibus præmissis,ac constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, ac dicti Ordinis, etiam iuramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus, cæterisque contrarijs quibuscumque.

Datum Romæ apud Sanctum Petrum, anno Incarnationis Dominicæ 1636. 16. Kalendas Martij, Pontificatus nostri anno 13.

Loco † Plumbi.

VRBANI VIII.

CONSTITVTIO XXXIII.

Quadragesimo tertio M. Generali Fr. Dalmatio Sierra.

Procuratore Generali in Pontificia Curia Fr. Ioanne Perez de Munebrega.

COMPENDIVM.

Provinciali Cuzcensi, qui electus anno 1633. biennio ob negotia Ordinis à Provincia absuit, concedit Pontifex, vt in sequenti Capitulo possit reeligi.

Edita an. 1637.

VRBANVS PAPA VIII. Dilecte fili salutem,& Apostolicam Benedictionem. Religionis zelus vitæ, ac morum honestas,aliaque laudabilia probitatis, & virrutum merita, super quibus apud Nos fidedigno commendaris testimonio, Nos inducunt,vt tibi redamur ad gratiam liberales.

1 Cum itaque, sicut Nobis nuper exponi fecisti, tu aliàs de anno 1633. in Superiorem Provincialem Provinciæ Cuzcanensis in Regno Peruano Fratrum Ordinis B.MARIÆ de Mercede Redemptionis Captivorum electus fueris, & post paucos ab electione huiusmodi menses pro rebus,tam ipsam Provinciam, quàm vniversum Ordinem huiusmodi concernentibus, cum dilecto filio dicti Ordinis Magistro Generali conferendis, & consultandis in Hispaniam te contuleris, & in itinere huiusmodi biennium, & amplius de tempore tui Provincialatus, non sine magnis incommodis, periculisque consumpseris, proindeque tibi Nos, vt infra, providere summopere desideres; Nos te præmissorum meritorum intuitu specialibus favoribus, & gratijs prosequi volentes, à quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, alijsque Ecclesiasticis sententijs, censuris, & pœnis à iure, vel ab homine quavis occasione,vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatus existis ad effectum præsentium dumtaxat consequendum, harum serie absolventes,& absolutum fore censentes, supplicationibus tuo nomine Nobis super hoc humiliter porrectis inclinati, tibi quod in proxime celebrando dictæ Provinciæ Capitulo ad idem Superioris Provincialis dictæ Provinciæ officium de novo eligi, vel assumi libere, & licitè possis,& valeas Apostolica authoritate tenore præsentium concedimus, & indulgemus: Non obstantibus constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, & præsertim dicti Ordinis cap. 6. dist.2. & quibusvis alijs,etiam iuramento,confirmatione Apostolica, vel alia quavis firmitate roboratis statutis,consuetudinibus, & constitutionibus in contrarium præmissorum quomodolibet disponenribus, privilegijs quoque indultis, & litteris Apostolicis in contrarium præmissorum quomodolibet concessis,confirmatis,& innovatis: Quibus omnibus, & singulis, illorum omnium tenores præsentibus pro plene, & sufficienter expressis habètes, illis aliàs in suo robore permansuris, hac vice dumtaxat specialiter, & expresse derogamus, cæterisque contrarijs quibuscumque.

Exponit Provinc. Cuzcensis, quod ob negotia Ordinis à sua Prov. biennio abesse sit compulsus.

Concedit Pontifex, vt nō obstante cōstitutione possit in sequenti Capitulo reeligi.

Datum Romę apud Sanctum Petrum, sub Annulo Piscatoris, die 13. Martij 1637. Pontificatus nostri anno 14.

M. A. Maraldus.

VRBANI VIII.

CONSTITVTIO XXXIV.

Quadragesimo tertio M. Generali Fr. Dalmatio Sierra.

Procuratore Generali in Vrbe M. Fr. Ioanne Perez de Munebrega.

COMPENDIVM.

Absolutionem Generalem fieri solitam Feria quinta maioris Hebdomadę, in diem festum S.P.N.Petri Nolasci transfert.

Edita an. 1638.

VRBANVS PAPA VIII. AD futuram rei memoriam.

1 Cum sicut dilectus filius Ioannes Perez

Nn

Perez de Munebrega, Ordinis Fratrum B. MARIÆ de Mercede Redemptionis Captivorum Procurator Generalis, Nobis nuper exponi fecit, inter alia privilegia, gratias, & indulta in favorem dicti Ordinis à Sede Apostolica emanata, & per fael. rec. Paulum Papam V. Prædecessorem nostrum, & Nos etiam confirmata, indultum fuerit, vt ipsa Religio in die Cinerum, ac Feria quinta maioris Hebdomadæ, necnon in SS. Laurentij, & Antonij, ac Sanctæ Catherinæ Virginis, & Martyris Festis diebus omnes, tam Religiosos, quàm sæculares, nimirum in Ecclesia præsentes, & genuflexos, post confessionem à Sacerdote coram omnibus recitatam, de more absolvere, & benedicere posset, dictus autem Ioannes Procurator Generalis, tam suo, quàm vniversorum eiusdem Ordinis professorum nominibus desuper porrectis supplicationibus inclinati, Feriã quintã in Cœna Domini præfatam in diem festum S. Petri Nolasco, in quo dicta Religio omnes, tam Religiosos, quàm sæculares in Ecclesia præsentes, & genuflexos post cõfessionem, vt præfertur, recitatam de more absolvere, & benedicere possit, Apostolica authoritate tenore præsentium perpetuo commutamus: Non obstantibus constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, cæterisque contrarijs quibuscumque.

Absolutio Gen in nostro Ordine fit ab immemorabili.

Petitio nostra pro transferẽda Absolutione Gñ. à Feria 5. in Cœna Dñi in diem S. P. N. Petri Nolasci.

Concedit petitionẽ nostram.

Datum Romæ apud Sanctum Petrum, sub Annulo Piscatoris, die 16. Ianuarij 1638. Pontificatus nostri anno 15.

Habetur originale Barcinone, & affertur à Cherub. tom. 4. in Appendice, Constit. 19. & à Lantusca tom. 5. Constit. 53.

VRBANI VIII.

CONSTITVTIO XXXV.

Quadragesimo tertio M. Generali Fr. Dalmatio Sierra.
Procuratore Generali in Vrbe M. Fr. Ioanne Perez de Munebrega.

COMPENDIVM.

Comitia Provincialia Provinciæ Limanæ mense Decembris celebrari solita in mense Septembris celebranda statuit.

Edita an. 1638.

VRBANVS PAPA VIII. AD futuram rei memoriam.

1 Exponi Nobis nuper fecit dilectus filius Ioannes Perez de Munebrega, Ordinis Fratrum B. MARIÆ de Mercede Redemptionis Captivorum Procurator Generalis, quod in Provincia Limanensi dicti Ordinis, temporibus præteritis Capitulum Provinciale die septima mensis Septembris celebrari solebat, certis autem de causis de anno 1636. celebratio Capituli Provincialis dictæ Provinciæ ad diem septimam Decembris reiecta, seu dilata fuit, qua dilectus filius Didacus de Bothorques in Provincialem dictæ Provinciæ canonicè electus fuit: verum quia in mense Decembri, ob pluviarum, & frigorum tunc vigentium iniurias, Vocales dictæ Provinciæ pro illius Provinciali Capitulo celebrando non nisi difficulter, & incommodè congregari possunt, Nobis propterea dictus Ioannes Procurator Generalis nomine dictæ Provinciæ humiliter supplicari fecit, vt in præmissis opportunè providere de benignitate Apostolica dignaremur.

Cap. Prov. Liman. mẽse Septemb. celebrari solitum ad mẽsem Decemb. trãslatum, & in eo electus Prov. M. Didac. de Bothorques, Sapientia, & pietate florens.

2 Nos igitur dictum Ioannem Procuratorem Generalem specialibus favoribus, & gratijs prosequi volentes, & à quibusvis excommunicationis, suspẽsionis, & interdicti, alijsque Ecclesiasticis sententijs, censuris, & pœnis à iure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatus existit, ad effectum præsentium dumtaxat consequendum, harum serie absolventes, & absolutum fore censentes, huiusmodi supplicationibus inclinati, vt de cætero Capitula Provincialia dictæ Provinciæ Limanensis die septima mensis Sepṫẽbris celebrari debeant, Apostolica authoritate tenore præsentium statuimus, & ordinamus.

Cap Prov. Liman. ad mensem Septemb. transferri statuit.

3 Decernentes præsentes nostras litteras validas, firmas, & efficaces existere, & fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere: ac ab omnibus, & singulis, ad quos spectat, & pro tẽpore quomodolibet spectabit, inconcusse, & inviolabiliter observari debere: ac irritum, & innane, si secus super his à quoquam quavis authoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari: Non obstantibus constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, ac Ordinis, & Provinciæ huiusmodi, etiam iuramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus, privilegijs quoque indultis, & litteris Apostolicis, eisdem Ordini, & Provinciæ, illorumque Superioribus, & personis, ac quibusvis alijs in contrarium quomodolibet concessis, confirmatis,

Firmitatẽ adijcit statuto.

matis, & innovatis, quibus omnibus, & singulis, eorum tenores præsentibus pro sufficienter expressis habentes, illis aliàs in suo robore permansuris, hac vice dumtaxat, specialiter, & expresse derogamus, cæterisque contrarijs quibuscumque.

Datum Romæ apud S. Mariam Maiorem, sub Annulo Piscatoris, die 4. Iunij 1638. Pontificatus nostri anno 15.

M. A. Maraldus.

VRBANI VIII.

CONSTITVTIO XXXVI.

Quadragesimo tertio M. Generali Fr. Dalmatio Sierra.

Procuratore Generali in Vrbe M. Fr. Ioanne Perez de Munebrega.

COMPENDIVM.

Confirmat Pontifex decretum Congregationis contra prętensa à M. Fr. Francisco Oviedo pro Indiarum Provincijs Procuratore.

Edita ann. 1638.

VRBANVS PAPA VIII. AD futuram rei memoriam.

1 Exponi Nobis nuper fecit dilectus filius Ioannes Perez de Munebrega Vicarius Generalis Italiæ, & Siciliæ, necnon in Romana Curia totius Ordinis Fratrum B. MARIÆ de Mercede Redemptionis Captivorum Procurator Generalis, quod à particulari nonnullorum Venerabilium Fratrum nostrorum S.R.E. Cardinalium, & quorumdam Romanæ Curiæ Prælatorum inferiorum Congregatione per Nos de anno 1636. deputata super prætensionibus dilecti filij Francisci de Oviedo dicti Ordinis Professoris, nomine Provinciarum eiusdem Ordinis in partibus Indiarum existẽtium propositis, de mẽse Maij 1637. emanaverunt infrascripta decreta, per Nos ad dictæ Congregationis relationem, de mense Septembris eiusdem anni Nobis factam, approbata tenoris subsequentis, videlicet:

Memorat decretum mẽse Septemb. de an. 1637. super propositiones Fr. Frãcisci Oviedo pro Provincijs Indiarum.

2 Cum Frater Franciscus de Oviedo, Ordinis B. MARIÆ de Mercede Redemptionis Captivorum ad Vrbem accessisset, & nomine Provinciarum eiusdem Religionis in partibus Indiarum existentium multas querimonias adversus Magistrum Generalem totius Ordinis, & Religionem ipsam SS.D.N. proposuisset, obiiceretque, ac salutarem quoque medelam adhiberi postissimum supplicasset. Quod nimirum in futurum, sive per recessum, sive decessum, seu aliàs quovis modo Generalatus officium vacare contingat, alter eligi, fierique nequeat, absque dictarum Provinciarum votis, illis prius vocatis, & expectatis. Secundò itidem, quod eligatur ad sexennium, & interim ad altiores dignitates Episcopatus, ad nominationem Catholici Hispaniarum Regis nequeat promoveri. Et demum, quod ipsi liceat nomine earundem Provinciarum hic in Vrbe fundare Conventum, seu domum Regularem, in qua Nationales Fratres Ordinis prædicti ad Romanam Curiam accedentes se recipere, religiosèque tractari possint, & valeant; ibique residere pariter, & commorari permittatur Procurator vnus Generalis ab eisdem Provincijs, & quidem naturalis Indianus inde missus, & tam is, quàm etiam Conventus, & domus erigenda sint independentes, exempti, & prorsus separati ab omni iurisdictione, superioritate, & obedientia Magistri Generalis: eisdemque Provincijs Procuratori, & Conventui Cardinalis vnus particularis Protector assignetur, & alia multa in memoriali SS. porrecto latius expressa; & ab eadem Sanctitate sua Eminentissimis DD. Cardinalibus S. Onufrij, Cæva, & Sacheto, necnon Reverendissimis Torniello Episcopo Novariensi, & Panzirola Sacræ Rotæ Auditori examinanda remissa fuissent, qui omnes die 21. Maij proximè præteriti in vnum congregati in domo Eminentissimi Cardinalis de Cæva, auditis prius partibus, nempè Magistro Fr. Ioãne Perez Procuratore Generali in Curia residente nomine Religionis, ex vna, & prędicto Fr. Francisco de Oviedo ex altera partibus, eorumque rationibus, & motivis hinc indè expositis, & allegatis diligenter, & accurate examinatis vnanimi consensu in eam venerunt sentẽtiam Sanctitati suæ, priusquam publicetur, referendam.

Proponit Procurator Indiarum quod ad Capitula Generalia vocentur, & expectentur Vocales Indiarum.

Quod pro Fratribus Indiarum fundetur Romæ Cõventus, vbi vnus illorum sit Procurator pro Indijs, à potestate Magistri exemptus.

Examẽ propositionum.

3 Quod quoad electionem Generalis Ordinis serventur Constitutiones fœl. rec. Sixti V. Clem. VIII. & similiter D.N. Vrbani desuper editæ, decretaq; & statuta generalia hactenus observata, ac Sedis Apostolicæ authoritate evulgata: quinimò nihil prorsus innovandum censuerunt. Quod verò ad novi Conventus, seu domus Regularis in Vrbe, dictarum Provinciarum nomine Fundationem attinet, licentiam, & facultatem petitam eidem esse concedendam, hac tamen conditione adiecta, quod tam domus prædicta, quàm

Decretum

Quod erga electionem Magistri Generalis nihil innovetur, sed serventur Ordinis constitutiones.

Quod detur Indiis facultas

fundandi Romæ ea lege, vt eius Fratres,& Procurator à solum fub dantur M. G. fed etiã Procur. & Vic. Gen. necnon Commendatori S. Adriani.

etiam Procuratores Generales pro tempore in ea commorantes sint dependentes, & esse censeantur sub obedientia, & superioritare, nedum Magistri Generalis totius Ordinis, verum etiam Commendatarij Monasterij S. Adriani vti Prælati Ordinarij,& Procuratoris,& Vicarij Generalis.

Fit relatio Sãctissimo & approbar decretum.

4 Quæ omnia ad Sanctissimum hodie octaua Septembris relata Sanctitas sua approbavit, collaudavit, ac Apostolicæ authoritatis munimine confirmavit, & rursus, si partes iterum audiri voluerint, eamdem congregationem designavit, deputavitque, imò vero in locum Eminentissimi Sacchetti ab Vrbe absentis Eminentissimum Cardinalem Pallotum subrogavit Romæ die 8. Septembris 1637.

Denuo cõfirmat præfatum decretum.

5 Cum autem, sicut eadem expositio subiungebat, dictus exponens decreta præinserta huiusmodi,pro illorum firmiori subsistentia, Apostolicæ nostræ confirmationis patrocinio communiri summopere desideret, Nos dictum exponentem specialibus favoribus, & gratijs prosequi volentes,& à quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, alijsque Ecclesiasticis sententijs,censuris, & pœnis à iure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatus existit, ad præsentium effectum dumtaxat consequendum, harum serie absolventes,& absolutum fore censentes, supplicationibus illius nomine Nobis super hoc humiliter porrectis inclinati, attenta relatione huiusmodi,decreta præinserta,cum omnibus, & singulis in eis contentis, & inde secutis Apostolica authoritate tenore præsentium confirmamus, & approbamus, illisque inviolabilis Apostolicę firmitatis robur adijcimus, ac omnes, & singulos, tam iuris, quàm facti defectus, si qui desuper quomodolibet intervenerint, supplemus.

Contraria irritat.

6 Decernentes illa omnia, necnon præsentes litteras valida, firma, & efficacia existere, & fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere; & ab omnibus, & singulis, ad quos spectar, & pro tempore spectabit, inviolabiliter, & inconcusse observari debere; ac irritum, & inane, si secùs super his à quoquam quavis authoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari: non obstantibus constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis,ac Ordinis,& Provinciarũ huiusmodi,etiam iuramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboraris statutis, & consuetudinibus, privilegijs quoque indultis, & litteris Apostolicis in contrarium præmissorum, quomodolibet concessis,confirmatis, & innovatis: quibus omnibus, & singulis, illorum tenores præsentibus pro plenè, & sufficienter expressis habentes, illis aliàs in suo robore permansuris, hac vice dumtaxat,ad effectum præmissorum, specialiter, & expresse derogamus,cæterisque contrarijs quibuscumque.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Maiorem, sub Annulo Piscatoris, die 26. Iulij 1638. Pontificatus nostri anno 15.

M.A.Maraldus.

Transumptum authenticum huius Brevis habetur in Archivo Matritensi,& Romano.

VRBANI VIII.

CONSTITVTIO XXXVII.

Quadragesimo tertio M. Generali Fr. Dalmatio Sierra.

Procuratore Generali in Vrbe M. Fr. Ioanne Perez de Munebrega.

COMPENDIVM.

E Bibliotheca Conventus nostri Cæsaraugustani libros extrahi sub gravibus pœnis interdicit.

Edita an. 1638.

VRBANVS PAPA VIII. AD futuram rei memoriam.

1 Conservationi, & manutentioni librorum Bibliothecæ S. Lazari Fratrũ Ordinis Beatæ MARIÆ de Mercede Redemptionis Captivorum Civitatis Cæsaraugustanæ, quantum cum Domino possumus,benignè consulere, ac dilectum filium modernum dicti Ordinis Procuratorem Generalem specialibus favoribus, & gratijs prosequi volentes, & à quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, alijsque Ecclesiasticis sententijs, censuris, & pœnis à iure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatus existit,ad effectum præsentium dumtaxat consequendum, harum serie absolventes, & absolutum fore censentes, supplicationibus illius nomine Nobis super hoc humiliter porrectis inclinati, ne de cætero quisquam, quavis authoritate fungens quosvis libros, quinterna, folia, sive impressa,sive manuscripta, tam per quoscumque Christi Fideles,dictæ Bibliothecæ hactenus

Libros, quaterna, folia etiam manuscripta sub excommunicationis,& privatio-

nis vocis activæ, & passivæ pœnis à dicta Bibliotheca extrahi prohibet.

nus donata, & assignata, quàm forsan in posterum donanda, & assignanda, quovis prætextu, aut quæsito colore, & ex quacumque causa, ratione, vel occasione, è dicta Bibliotheca extrahere, seu alijs personis commodare, vel vt extrahantur, seu commodentur permittere, aut consentire audeat, seu præsumar, sub excommunicationis, ac privationis vocis activæ, & passivæ pœnis, per cõtrafacientes incurrẽdis, Apostolica authoritate tenore præsentium interdicimus, & prohibemus: non obstantibus constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, ac quatenus opus sit, domus, & Ordinis prædictorum, etiam iuramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus, cæterisque contrarijs quibuscumque.

Copiam huius decreti in loco publico affigi iubet.

2 Volumus autem, vt præsentis prohibitionis copia valuis dictæ Bibliothecæ, aut aliquo alio pespicuo loco, quo ab omnibus cerni possit, continuo affixa remaneat.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Maiorem, sub Annulo Piscatoris, die 6. Augusti 1638. Pontificatus nostri anno 15.

M. A. Maraldus.

Habetur authentica Cesaraugustę.

VRBANI VIII.

CONSTITVTIO XXXVIII.

Quadragesimo tertio M. Generali Fr. Dalmatio Sierra.

Procuratore Generali in Romana Curia M. Fr. Ioanne Perez de Munebrega.

COMPENDIVM.

Monialibus Conversis Ordinis nostri vsum Veli nigri, quem requirebant interdicit.

Edita an. 1638.

VRBANVS PAPA VIII. AD futuram rei memoriam.

1 Nuper pro parte dilecti filij Ioannis Perez de Munebrega Procuratoris Generalis Frarrum Ordinis Beatæ MARIÆ de Mercede Redemptionis Captivorum Nobis expositum fuit, quod Moniales velatæ quæ dicti Ordinis regulam profitentur, illiusque Prælatis, & Superioribus in Regnis Hispaniarum, presertim vero in Civitate Hispalensi subsunt, velum nigrum distinctum ab eo, quo aliæ eiusdem Ordinis Moniales Cõversæ nuncupatæ vtuntur, deferre solent. Verum quia Moniales Conversæ huiusmodi circa hoc innovare prætendunt, variisque artibus à Generali, & Prælato Superiore sibi vsum veli nigri, ad instar Monialium Choristarum velatarum concedi procurant, Nobis propterea dictus Ioannes Procurator Generalis humiliter supplicari fecit, vt in præmissis opportunè providere, de benignitate Apostolica dignaremur.

Conversæ velum nigrum, ne à Choristis distinguãtur prætẽdunt.

2 Nos igitur eundem exponentem specialibus favoribus, & gratiis prosequi volentes, & à quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, alijsque Ecclesiasticis sententijs, censuris, & pœnis, à iure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatus existit, ad effectum pręsentium dumtaxat consequendum, harum serie absolventes, & absolutum fore censentes, huiusmodi supplicationibus inclinati, de Venerabilium Fratrum nostrorum S. R. E. Cardinalium negotijs Regularium Præpositorum Consilio Generali, cæterisque Prælatis, & Superioribus Ordinis prædicti, ne vsum veli nigri, ad instar Monialium Choristarum, prædictis Monialibus Conversis contra solitum vllo modo permittant, Apostolica authoritate tenore præsentium interdicimus, & prohibemus, eidemque Generali, cæterisque prædictis præcipimus, & mandamus: vt ipsas Moniales Conversas ad observantiam soliti circa delationem veli nigri omnino obstringant, ac præmissis obedire recusantes condigna pœna, arbitrio suo, etiam excommunicationis, si opus fuerit, puniant. Non obstantibus constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, ac quibusvis dicti Ordinis, etiam iuramento, confirmatione Apostolica, vel alia quavis firmitate roboratis statutis, & consuetudinibus, privilegijs quoque indultis, & litteris Apostolicis in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis: quibus omnibus, & singulis illorum omnium tenores præsentibus pro plene, & sufficienter expressis habentes, illis aliàs in suo robore permansuris, ad præmissorum effectum specialiter, & expresse derogamus, cæterisque contrarijs quibuscumque.

Decretum cõtra Moniales Cõversas veli nigri non vitarem molientes.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Maiorem, sub Annulo Piscatoris, die 13. Augusti 1638. Pontificatus nostri anno 16.

M. A. Maraldus.

Habetur originale in Archivo nostro Vrbis.

VRBANI

VRBANI VIII.

CONSTITVTIO XXXIX.

Quadragefimo tertio M. Generali Fr. Dalmatio Sierra.

Procuratore Generali in Vrbe M. Fr. Ioanne Perez de Munebrega.

COMPENDIVM.

Virtute concordiæ cum Difcalceatis noftris initę ftatuit Pontifex, quod omnia legata Redemptionis, etiam ipfis Recollectis relicta, fubfint difpofitioni M. Generalis.

Edita an. 1640.

VRBANVS PAPA VIII. AD futuram rei memoriam.

1 Exponi Nobis nuper fecit dilectus filius Ioannes Perez de Munebrega Procurator Gén. Ordinis Beatæ MARIÆ de Mercede Redemptionis Captivorũ, quod aliàs inter Fratres Calceatos dicti Ordinis ex vna, & Fratres eiufdem Ordinis Congregationis Difcalceatorum nuncupatorum ex altera partibus, occafione feparationis, ac totalis dimembrationis Fratrum Difcalceatorum à Frattribus Calceatis huiufmodi, inita fuit quædam concordia, inter cuius Capitula extat vnum tenoris fequentis, videlicet.

Claufula concordię cũ noftris Recollectis, ne fe intromittant in recipiendis legatis redemptionis.

2 Item quod Miniſterium Redemptionis folom fpectet Religiofis Calceatis, & quod Patres Recollecti non fe intromittant in recipiendis Legatis à Chrifti Fidelibus relictis ad dictum effectum, nec poffint petere in fois monafterijs, nec extra pro redimendis Captivis, nec habere Cippos, nec Capfas, nec aliquid aliud pro eleemofyna petenda hac de caufa, quia totum hoc debet demandari curæ, & folicitudini Patrum Calceatorum dumtaxat, ficut vfque nunc fuit in confuctudine: quæ quidem concordia à fœl. recor. Gregorio Papa XV. Prædeceffore noftro, ac etiam à Nobis cum claufula: *Citra difpenfationem à quarto voto* confirmata fuit. Poftmodum vero dictis Fratribus Difcalceatis prætendentibus vigore dictæ claufulæ: *Citra difpenfationem, à quarto voto*, Miniſterium Redemptionis Captivorum Fratribus Calceatis huiufmodi in dicta cõcordia, illiufque cõfirmationibus dumtaxat refervatum, à fe quoque exerceri poffe, etiam vigore fuarum particularium conftitutiqnum, aliàs à Nobis confirmaiarum, Venerabiles Fratres noftri S.R.E. Cardinales negotijs Regularium prçpofiti decreverunt vigore dictę claufulæ: *Citra difpenfationem fuper quarto voto* huiufmodi, & aliarum in dicta cõcordia, & illius confirmationibus Apoftolicis contentarum non fuiffe, nec effe ios aliquod de novo quæfitum Fratribus Difcalceatis, feu Recollectis præfatis ad Miniſterium Redemptionis Captivorum exercendom fub directione, & foperioritate eorum Vicarij Generalis, fed omnia circa Minifierium dictæ Redemptionis Captivorum remanfiffe, & remanere in eifdem ftatu, & terminis, in quibus reperiebantur ante dictam concordiam: ira, vt præfati Fratres Difcalceati quoad dictum opus Redemptionis Captivorum, aut alia ad id miniſterium quomodolibet fpectantia remaneant, & remanere debeant fub directione cura, obedientia, ac fuperiorioritate eiufdem dilecti filij Magiftri Generalis Calceatorum, ac in eifdem ftatu, & terminis, in qoibus erant, feu exiftebant ante concordiam, & confirmationes prædictas: Nofque decretum Cardinalium huiufmodi confirmavimus: & fubinde nonnullis ex Fratribus Difcalceatis huiufmodi decreto præfato, noftrifque litteris illius confirmatorijs parere detrectantibus, Nos omnibus, & fingulis Fratribus Difcalceatis, feu Recollectis Ordinis præfati nunc, & pro tempore exiftentibos, quacumque authoritate, & officio fungentibus fub privationis vocis activæ, & paffivæ, ac quorumcumque dicti Ordinis officiorum, per eos obtentorum, pœnis ipfo facto abfque alia declaratione per contravenientes incurrendis, præcepimus, vt dicto Magiftro Generali in omnibus ab eo commiffis, & præfatum Redemptionis Captivorum opus, five miniſterium quomodolibet concernentibus irrefragabiliter obedirent, & aliàs provt in Gregorij Prædeceffòris prædicti, ac noftris fuper præmiffis in fimili forma Brevis expeditis litteris, quarum tenores præfentibus pro plene, & fufficienter expreffis haberi volumus, plenius continetur.

Difcalceati in legatis fibi pro redẽptione relictis moliũtur noo fubjici directioni M. Gen.

3 Com autem, ficut eadem expofitio fubiungebat, Frarres Difcalceati prædicti prætenderent legata particularia relicta, ac difpofitiones quafcumque, etiam donationes inter vivos factas, & pro tempore faciendas per quofcumque pro Redemptione Captivorum Ecclefijs, feu domibus, aot perfonis ipforum Difcalceatorum cum electione induftriæ earum fub concordia, & litteris prædictis minimè comprehendi, Nobis propterea idem Procurator Generalis humiliter fupplicari fecit, vt

vt in præmissis opportunè declarationis ministerio providere de benignitate Apostolica dignaremur.

4 Nos igitur negotio maturè, ac ambabus partibus pluries in facto, & iure informantibus, & auditis per Congregationem Prælatorum à Nobis ad id deputatorum, eorumdem præfatorum resolutione in favorem Fratrum Calceatorum, eorumque Procuratoris Generalis, & Fratrum Calceatorum prædictorum votis huiusmodi annuere volentes, ac singulares eorum personas à quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententijs, censuris, & pœnis à iure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatæ existunt, ad effectum præsentium dumtaxat consequendum, harum serie absolventes, & absolutas fore censentes, huiusmodi supplicationibus inclinati, concordiam prædictam, ac dicti Gregorij Prædecessoris, & nostras desuper expeditas litteras prędictas cōprehendisse, & comprehendere etiam Legata particularia, ac dispositiones, & donationes, etiam inter vivos particulatiter, aliasque quomodolibet facta, & factas, ac pro tempore perpetuis futuris temporibus pro Captivorum Redemptione per quoscumque faciendas, & in favorem quorumcumque, prædictorum Discalceatorum, ac eorum Vicarij Generalis, ac Conventuum, & domorum ipsorum Discalceatorum, & in quibus eorum industria sit, vel erit electa, & præsertim legatum, sive dispositionem, & donationem quamdam Elviræ Manrique factam Conventui S. Barbaræ Matriti Toletanæ Diœcesis non facta expressione, ita, vt in Ministerio Redemptionis Captivorum attributo, seu concesso per concordiam, & litteras Apostolicas prædictas Magistro Generali dictorum Fratrum Calceatorum comprehensa, & comprehensæ sint, & comprehendantur Apostolica authoritate tenore præsentium declaramus: eisdem Fratribus Discalceatis eorum Conventibus, & Vicario Generali, *Perpetuum silentium imponimus*: sicque ab omnibus censeri, & per quoscumque Iudices ordinarios, & Delegatos, etiam causarum Palatij Apostolici Auditores, ac S. R. E. Cardinales, etiam de latere Legatos, sublata eis, & eorum cuilibet quavis aliter iudicandi, & interpretandi facultate, & authoritate iudicari, & diffiniri debere; ac irritum, & inanne si secùs super his à quoquam quavis authoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari decernimus.

Declarat Pontifex, vi concordiæ & eximi legata Discalceatis pro redemptione relicta à directione M. Gē.

Silentium perpetuū Discalceatis imponit.

5 Volumus autem, quod Magister Generalis Calceatorum debeat integrè relictas donationes, & dispositiones prędictas in prędictum opus Redemptionis expendere absque eo, quod aliquam illorum partem pro se, Conventibus, aut sua Religione Calceatorum huiusmodi, nec aliàs vmquam retinere possit: non obstantibus quorumvis restatorum, & restatricum etiam vltimis voluntatibus, ac donationum dispositionibus, quas, & quæ quoad præmissa, quatenus foret opus, sufficienter, & expresse commutamus, necnon constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, ac constitutionibus Discalceatorum authoritate Apostolica confirmatis, & præcipue earum Capitulis 20. 21. & 22. 1. distin. ac omnibus illis, quæ in prædictis litteris Apostolicis dictus Gregorius Prædecessor voluit, & Nos volumus non obstare, cæterisque contrarijs quibuscumque.

Prædicta legata in integrum redēptioni deserviant.

Datum Romæ apud Sanctum Petrum, sub Annulo Piscatoris, die 15. Februarij 1640. Pontificatus nostri anno 17.

M. A. Maraldus.

Extat hoc Breve in Archivo Matritensi, afferunt illud Cherub. in Bullar. Rom. Lugdun. impresso tom. 4. Constit. 20. in Appendice, & Angelus à Lantusca in in dicto Bullar. novissime in Vrbe vulgato tom. 5. ad hunc Pontif. Const. 255. & iterum ibidem Constit. 263.

VRBANI VIII.

CONSTITVTIO XL.

Quadragesimo quarto M. Generali Fr. Mareo Salmeron.

Procuratore Generali in Vrbe M. Fr. Ioanne Perez de Munebrega.

COMPENDIVM.

Electio Magistri Generalis in persona P. M. Fr. Marci Salmeron facta Bilbili in vigilia Pentecostes anni 1642. à Sede Apostolica confirmatur.

VRBANVS PAPA VIII. AD futuram rei memoriam.

Edita an. 1642.

1 Exponi Nobis nuper fecit dilectus filius Ioannes Perez de Munebrega Vicarius Generalis Italiæ, & Siciliæ, necnon Procurator Generalis in Vrbe Fratrū Ordinis Beatæ MARIÆ de Mercede Redemptionis Captivorum, quod completo sexennio, quod dumtaxat

xat durare debet officium M. Generalis dicti Ordinis, iuxta illius constitutionum Apostolica authoritate confirmatarum dispositionem, Sabbato Pentecostes præsentis anni cum omnium vocalium applausu canonicè electus fuit in Magistrum Generalem dicti Ordinis dilectus filius Marcus Salmeron in Conventu S. Augustini Oppidi Civitatis nũcupatæ de Calataiud Tirasonen. Diœcesis, prout aliàs in Capitulo Generali eiusdem Ordinis proximè præterito de anno 1636. in Oppido Murciæ celebrato, dispositum fuerat: quare dictus exponens Nobis humiliter supplicari fecit, vt electionem huiusmodi, pro illius firmiori subsistentia, Apostolicæ nostræ confirmationis patrocinio communire de benignitate Apostolica dignaremur.

M.F. Marcus Salmeron ad M. G. exoptatur.

2. Nos igitur eundem Marcum M. Generalem, & Ioannem Vicarium, & Procuratorem Generalẽ huiusmodi specialibus favoribus, & gratijs prosequi volentes, & à quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, alijsque Ecclesiasticis sententijs, censuris, & pœnis à iure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatus existit, ad effectum præsentium dumtaxat consequendum, harum serie absolventes, & absolutum fore censentes, huiusmodi supplicationibus inclinati, electionem de persona dicti Marci in Magistrum Generalem dicti Ordinis, vt præfertur, factã Apostolica authoritate tenore præsentium confirmamus, & approbamus: illique inviolabilis Apostolicæ firmitatis robur adjicimus: ac omnes, & singulos, tam iuris, quàm facti defectus, si qui desuper quomodolibet intervenerint, supplemus.

Cõfirmat Pontifex electionẽ M. Gener.

3 Decernentes præsentes litteras validas, firmas, & efficaces existere, & fore; suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, ipsique Marco Magistro Generali in omnibus, & per omnia plenissimè suffragari: sicque per quoscumque Iudices Ordinarios, & Delegatos; etiam causarum Palatij Apostolici Auditores, iudicari, & diffiniri debere: ac irritum, & inane, si secus super his à quoquam quavis authoritate scienter, vel ignoranter, contigerit attentari: non obstantibus constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, ac dicti Ordinis, etiam iuramento, confirmatione Apostolica, vel alia quavis firmitate roboratis statutis, & cõsuetudinibus, privilegijs quoque, indultis, & litteris Apostolicis in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis: quibus omnibus, & singulis, illorum omnium tenores præsentibus pro plene, & sufficienter expressis habentes, illis aliàs in suo robore permansuris, ad præmissorũ effectum specialiter, & expresse derogamus, cęterisque cõtrarijs quibuscumque.

Robur adjicit confirmationi.

Contraria abrogat.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Maiorem, sub Annulo Piscatoris die 30. Augusti 1642. Pontificatus nostri anno 20.

M.A. Maraldus.

Breve istud habetur apud nostrum Matriten. Archivum.

VRBANI VIII.

CONSTITVTIO XLI.

Quadragesimo quarto M. Generali Fr. Marco Salmeron.

Procuratore Generali in Vrbe M. Fr. Ioanne Perez de Munebrega.

COMPENDIVM.

Fundationem Collegij nostri Cæsaraugustani fieri concedit.

VRBANVS PAPA VIII. AD futuram rei memoriam.

Edita an. 1641.

1 Exponi Nobis nuper fecit dilectus filius Ioannes Perez de Munebrega Vicarius, & Procurator Generalis Fratrum Ordinis Beatæ MARIÆ de Mercede Redemptionis Captivorum, quod cum dicti Ordinis Conventus situs in suburbio, *Arrabal* nuncupato Civitatis Cæsaraugustanæ, & contiguus ripæ fluminis Iberi inundationibus obnoxius sit, & ob securam illius de mense Februarij proximè præterito excrescentiam, magna pars dicti Conventus corruerit, illiusque Fratres inde aufugere, seque in aliorum Regularium, & personarum domos recipere coacti fuerint, aliaque damna, tam in sacris, quàm profanis rebus, & vtensilibus passi sint, propterea dictus Ioannes Vicarius, & Procurator Generalis huiusmodi dicti Ordinis nomine, in certis situ, & ædibus proprijs, quas idem Conventus in eadem Civitate possidet vnum dicti Ordinis Collegium fundari posse desiderat, Nobis propterea humiliter supplicari fecit, vt in præmissis opportunè, vt infra, providere de benignitate Apostolica dignaremur.

Innundatio Conventus nostri Cæsaraugust. ex fluminis Iberi vehementi excrescentia, quæ pontem vtrumque Civitatis ligneũ, & lapideum demolivit Fratres nostros per aliena vagantes ad Collegij fundationem impulit.

Facultas fundandi Collegium Cæsaraug. à Sede Apostolica exquiritur

2 Nos igitur eundem Ioannem Vicarium, & Procuratorem Generalem huius-

huiusmodi specialibus favoribus, & gratijs prosequi volentes, & à quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, alijsque Ecclesiasticis sententijs, censuris, & pœnis à iure, vel ab homine, quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatus existit, ad effectum præsentium dumtaxat consequendum, harum serie absolventes, & absolutum fore censentes, huiusmodi supplicationibus inclinati, de Venerabilium Fratrum nostrorum S.R.E. Cardinalium negotijs, & consultationibus Episcoporum, & Regularium Præpositorum consilio, attentis narratis, eidem Ioanni Vicario, & Procuratori Gen. huiusmodi, quod ipse in eisdem situ, & Ædibus, ac in Civitate præfata vnum dicti Ordinis Collegium, servata fœl. rec. Clem. VIII. ac Pauli V. necnon Gregor. XV. Romanorum Pontificum Prædecessorum nostrorum, ac nostræ Constitutionum super novorum Conventuum erectione editarum, forma, fundare, & erigere, seu fundari, & erigi facere liberè, & licitè possit, & valeat Apostolica authoritate tenore præsentium licentiam concedimus, & impartimur.

Facultas fundandi Collegiũ Cæsaraug.

3 Non obstantibus constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, ac quibusvis dicti Ordinis, etiam iuramento, confirmatione Apostolica, vel alia quavis firmitate roboratis statutis, & consuetudinibus, privilegijs quoque indultis, & litteris Apostolicis in contrarium præmissorum, quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis: Quibus omnibus, & singulis, illorum tenores præsentibus pro plenè, & sufficienter expressis habentes, illis aliàs in suo robore permansuris, ad effectum præmissorum specialiter, & expresse derogamus, cæterisque contrarijs quibuscumque.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Maiorem, sub Annulo Piscatoris die 14. Iulij 1643. Pontificatus nostri anno 20.

Originale perquire in eiusdem Collegij Archivo.

HOC Cæsaraugustanum Collegium, in cuius erectione, satis, superque insudarunt nostri, obsistentibus enim, tum Ecclesiæ S. Laurentij Clericis, tum & Religionũ Patribus, eo res devenerat, vt omninò sublatam spem iudicaremus. Sciebat enim humani generis inimicus (aiebat V. P. Fr. Ioannes Molina spiritu prophetico afflatus, provt in Cath. Gen. diximus) quantum sibi ex hac Fundatione minabatur excidij; ideòque totis viribus eam enervare conabatur, vere Seminarium virtutum, & scientiarum, vbi frequens pœnitentium concursus cum animarum profectu debito non fraudatur solatio, vbi scholasticorum congressus cum sapientia religionem hauriunt, plures edidit doctrinæ publicæ Magistros: testatur Cæsaraugustanum Lycæum, vbi etsi Regulares difficulter obtineant Cathedras, plures tamen adepti sunt nostri.

Collegij nostri Cæsaraugust. descriptio

Cathedrarij ex nostris Vniversitatis Cæsaraug.

R.P.M.Fr. Bartholomæus Minguez, Cathedram Durandi obtinuit, posteà Commendator S. Lazari effectus, abdicavit.

M.Fr. Bartholom. Minguez.

R.P.M.Fr. Gabriel Romeo, sui sæculi doctissimus, ac profundus Theologus, primò Durandi, dein primariam Theologiæ recto moderamine gessit; de quo meminit P. Murillo in Historia Cæsaraugustana.

M.Fr. Gabriel Romeo.

R.P.M.Fr. Ioannes Perez de Munebrega, Rector eiusdem Collegij, Commendator Sancti Lazari, Synodalis Examinator illius Diœcesis, Vicarius Generalis Italiæ, & Siciliæ, ac Procurator Generalis in Vrbe, Vir ingenij acumine præstans in eadem Academia Cathedras Scoti, S. Thomæ, & Vespertinam singulari præstantia moderatus est.

M.F. Ioan. Perez de Munebrega.

R.P.M.Fr. Andreas Hortigas, Cęsaraugustanus ortu, & habitu, Sardiniæ Comissarius Provincialis, Nobili genere natus, Cathedram Doctoris Subtilis ibidem adeptus, copia fandi, & mira duxit sapientiæ exuberantia.

M.Fr. Andreas Ortigas.

R.P.M. Fr. Gabriel Valança, S. Inquisitionis Qualificator, Commendator Pampelonensis, & Cæsaraugustanus, Philosophiæ eiusdem Lycæi Præpositus est Cathedræ.

M. Fr. Gabriel Valança.

Adstant ad præsens Antagonistæ, præter plurimos in ea Academia Theologiæ candidatos Toga, eiusdem Collegij Magistri, qui in brevi consummati explerunt tempora multa, P.M.Fr. Iosephus Nicolaus Cavero, Oscensis ortu, & habitu, Synodalis Cæsaraugustæ Examinator, qui quadriennio Scoti Theologiæ percurrit lectionem, ad altiora paratus. P. M. Fr. Antonius Salvador, & Gilaberte, impræsentiarum eiusdem Collegij Præses in capite, qui eiusdem Vniversitatis calculis ad substitutionem Cathedræ Philosophiæ S. Thomæ cooptatus fuit. Et item P.M.Fr. Franciscus Salvador & Gilaberte nunc ipsius Cathedræ Philosophiæ S. Thomæ Proprietarius. Horum trium erumpentes gemmæ fructus vberes promittunt, aut verius præcoces redunt: quibus arrisit illud Sapientiæ: *Iuventus celerius consummata, &c.* Faxit Deus, vt hi qui cum timore, non solum suam, sed & aliorum salutem operantur ab incepto non desinant, sed in melius virtutis, & sapientiæ progrediantur: talesque se verbo, & exemplo gerant, quod magnificentur post consummationem, & meritò laudentur post mortem.

MM.Fr. Ioseph.Cavero. Fr. Ant.& Fr. Francisc. Salvador Gilaberte.

ANtistitem de Mechoacã, & Guadalfaxaren. apud Indos ad hæc sæcula novimus RR. P. Fr. Franciscũ de Ribera Ordinis Gen. M. De quo plura vide in Cath. Gen.

RR. P. Fr. Francisc. de Ribera

Creavit ex nostro Ordine idem Pontifex, seu potius assũpsit anno 1626. ad ArchiepiscopatumCallaritanum D.Fr. Ambrosium Machin Ordinis nostri, Episcopum Alguerensem, qui Ecclesiæ suæ defensor acerrimus, obiit ibidem officij sui partibus abundè expletis. Vide Cath. Gen.

D.Fr. Ambros. Machin Archiep. Cal ar.creatus

Oo Idem

D. Fr. Gaspar Prieto Ep. Alguer en. creat.

Idem Pontifex eodem anno creavit Episcopum Alguerensem in Sardinia Fr. Gasparem Prieto Mag. Generalem Ordinis nostri, de quo vide in Cathal. Gen.

D. F. Ludovic. Xim. Ep. de Vrgent. crea.

Ad annum 1627. creavit Episcopum de Vrgento in Regno Neapolis Fr. Ludovicum Ximenez, Conchensis Civitatis filium, & nostri Conventus de Moratalla sobolem.

D. Fr. Melchior Prieto Ep. del Paraguay eligitur.

Eodem anno creavit Episcopum del Paraguay apud Indos Fr. Melchiorem Prieto, Conventus nostri Burgensis filium, Castellæ Provincialem, Virum plane doctissimum, provt eius scripta prælo data testantur, qui claustralis vitę amore sponte abdicavit.

D. F. Ioan. Cebrian Ep. Albarracin.

Ad annum 1632. creavit Episcopum Albarracinen. in Aragonia Mag. Generalem Fr. Ioannem Cebrian, de quo vide sup. in Cathal. Gen.

D. F. Gasp. Prieto Ep. Elnen.

Ad annum 1634. assumpsit ad Episcopatum Elnen. in Cathalonia præfatum D. Fr. Gasparem Prieto Episcopum Algueren. de quo vide supra in Cathal. Gen.

D. F. Ioan. Cebrian. Ep. Turol.

Ad annum 1635. præfatum D. Fr. Ioannem Cebrian Episcopum Albarracinen. ad Turolen. Ecclesiam præficiendum assumpsit.

D. F. Didacus Serrano Episc. Celsonen.

Eodem anno Ecclesiæ Celsonensi in Cathalonia præficit Antistitem M. Gen. Ordinis nostri Fr. Didacum Serrano, de quo vide supra in Cath. Gen.

Fr. Alphōsus Vazq Abb. S. Anastasię.

Item eodem anno creavit Abbatem S. Anastasiæ M. Fr. Alphōsum Vazquez, Collegij nostri Salmanticen. sobolem, Regis Catholici Philippi Quarti Concionatorem, & ab eodem ad summum Ecclesię Præsulem Vrbanum VIII. necnon ad Ferdinandum Imperatorem, Poloniæque Regem Vladislaum, quamplurimosq; Europæ Principes Nuntium, in Hispania Regium Consiliarium pro ditionibus Italiæ, & Indiarum; plurium voluminum prælo datorum, eius sapientiam buccinantium Auctorem, electus fuit Episcopus Mirobrigensis, sed non acquievit. Obijt die 7. Ianuar. 1661.

Fr. Blasius Tineo Ep. Tremipol. & Abb. S. Fidei.

Ad annum 1637. creavit Episcopum Tremipolen. & Abbatem Maiorem Sanctæ Fidei Fr. Blasium Tineo, Provinciæ Castellæ filium, obijt Granatæ, & in nostro Conventu tumulatur.

D. F. Didacus Serrano Ep. Segorbic. & Guadicen.

Ad annum 1639. idem Pontifex Ecclesiæ Segorvicen. in Valentiæ Regno Mistarcham præfecit præfatum D. Fr. Didacum Serrano Episcopum Celsonen. qui tandem ad Ecclesiam Guadicen. in Bethica promotus. Obijt in pace, sanctitatis fama celebris, sepultusque est in nostro Cœnobio Granatensi.

VRBANO VIII. qui obijt anno 1644. succedit

INNOCENT. X.

Romanus, Ioannes Baptista anteà dictus, Camili Pamphilij filius, S.R.E. Presbyter Cardinalis Tit. S. Eustachij Sebij. Romæ die 15. Septembris Summus Pontifex pronuntiatus, anno salutis 1644. die 4. Octobris, eodem anno coronatus. Sedit annos 10. menses 3. dies 22. Creavit Cardinales 40. & ex nostro Ordine Archiepiscopum vnum, & Episcopos 4. Obijt 7. Ianuarij anno Domini 1655. & in Basilica Principis Apostolorum sepultus est.

INNOCENTII X.

CONSTITVTIO I.

Quadragesimo quarto M. Generali Fr. Marco Salmeron.

Procuratore Generali in Vrbe M. Fr. Ignatio Vidondo. De quo vide in Cath. Gen.

COMPENDIVM.

Confraternitati Beatę Marię de los Remedios Conventus nostri Matritensis plures indulgentias concedit.

Edita ann. 1646.

INNOCENTIVS PAPA X. AD perpetuam rei memoriam.

1 Cum, sicut accepimus, in Ecclesia domus Fratrum Ordinis Beatæ MARIÆ de Mercede Redemptionis Captivorum nuncupatorum, sub invocatione B. MARIÆ de los Remedios vulgo nuncupatæ Oppidi Matriti, Toletanæ Diœcesis vna pia, & devota vtriusque sexus Christi Fidelium Confraternitas sub invocatione eiusdem B. MARIÆ Virginis, non tamen pro hominibus vnius specialis artis canonicè erecta, sive erigenda existat, cuius Confratres, & Consorores, quamplurima pietatis, & charitatis opera exercere consueverunt; Nos, vt Confraternitas huiusmodi maiora in dies suscipiat incrementa, de Omnipotentis Dei misericordia, ac Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum eius authoritate confisi omnibus vtriusque sexus Christi Fidelibus, qui dictam Confraternitatem ingredientur postquam erit canonicè erecta, die primo eorum ingressus,

Cōfratres B. Mariæ de los Remedios Cōventus nostri Matritensis operibus pietatis intenti.

si verè

si verè pœnitentes, & confessi, SS. Eucharistię Sacramētum sumpserint, plenariam, necnon tam descriptis, quàm pro tempore describendis in eadem Confraternitate Confratribus, & Consororibus, in cuiuslibet eorum mortis articulo, si verè pœnitentes, & confessi, ac Sacra Communione refecti, vel quatenus id facere nequiverint, saltem contriti nomen IESVS ore, si potuerint, sin autem corde devotè invocaverint, etiam plenariam: ac ipsis nunc, & pro tempore Confratribus, & Consororibus, verè quoque pœnitentibus, & confessis, ac Sacra Communione refectis, qui prędictæ Confraternitatis Ecclesiam, vel Capellam, seu Oratorium die Festo principali ipsius Confraternitatis, à primis Vesperis, vsque ad occasum Solis Festi huiusmo. di singulis annis devotè visitaverint, & ibi pro Christianorum Principum concordia, hæresum extirpatione, ac S. Matris Ecclesiæ exaltatione, pias ad Deum preces effuderint, plenariā similiter omnium peccatorum suorum indulgentiā, & remissionem misericorditer in Domino concedimus. Insuper eisdem verè pœnitentibus pariter, & confessis, ac Sacra Communione refectis, Ecclesiam, vel Capellam, seu Oratorium huiusmodi in Conceptionis, Nativitatis, Purificationis, & Assumptionis B. MARIÆ Virginis Festis diebus, vt præfertur, visitantibus, & orantibus, quo die prædictorum id egerint, septem annos, & totidem quadragenas: quoties verò Missis, ac alijs Divinis Officijs in dicta Ecclesia, vel Capella, seu Oratorio pro tempore celebrandis, & recitandis, aut congregationibus publicis, vel privatis ipsius Confraternitatis vbivis faciendis interfuerint, aut pauperes hospitio susceperint, vel pacem inter inimicos composuerint, seu componi fecerint, vel procuraverint, ac etiam qui corpora defunctorum, tam Cōfratrum, & Cōsororum huiusmodi, quàm aliorum ad sepulturam associaverint, aut quascumque Processiones de licentia Ordinarij faciendas SS. Eucharistiæ Sacramentum, tam in Processionibus, quàm cum ad infirmos, aut aliàs vbicumque, & quomodocumque pro tempore deferetur cōmitati fuerint, aut si impediti, campanæ ad id signo dato, semel orationem Dominicam, & Salutationem Angelicam dixerint, aut etiam quinquies orationem, & Salutationem easdem pro animabus defunctorum Confratrum, & Consororum prædictorum recitaverint, aut demum aliquem ad viam salutis reduxerint, & ignorantes præcepta Dei, & ea quę ad salutem sunt, docuerint, aut quodcumque pietatis, vel charitatis opus exercuerint, toties pro quolibet prædictorum operum sexaginta dies de iniunctis eis, aut aliàs quomodolibet debitis pœnitentijs in forma Ecclesiæ consueta relaxamus. Præsentibus perpetuis futuris temporibus valituris.

Ipsis in die ingressus eorum in articulo mortis, & in die festo Confraternitatis plenariam indulgentiā concedit.

Diebus Cōceptionis, Nativitatis, Purificationis, & Assumptionis B. Mariæ 7. annos, & 7. quadragenas indulget.

Sexaginta dies de iniūctis pœnitentijs relaxat pro quovis pietatis opere.

2 Volumus autem, vt si aliàs Confratribus, & Consororibus pręmissa peragentibus aliquam aliam indulgentiam perpetuo, vel ad tempus nondum elapsum duraturam concesserimus, præsentes nullę sint, vtque etiam si dicta Cōfraternitas alicui Archiconfraternitati aggregata iam sit, aut aggregetur, vel quavis alia ratione vniatur, seu etiam quomodolibet instituatur priores, & quævis aliæ litterę Apostolicæ illis nullatenus suffragentur, sed ex tunc eo ipso prorsus nullæ sint.

Perpetuo præfatæ indulgentię conceduntur.

Datum Romę apud Sanctum Petrum, sub Annulo Piscatoris, die 28. Maij 1646. Pontificatus nostri anno 2.

M. A. Maraldus.

INNOCENTII X.

CONSTITVTIO II.

Quadragesimo quarto M. Generali Fr. Marco Salmeron.

Generali apud Vrbem Procuratore M. Ignatio Vidondo.

COMPENDIVM.

Super nova Discalceatorum nostrorum prætensa reproducit Pontifex decreta Vrbani VIII. & Congregationis Regularium supra fol. 286. & ea confirmat, vt nova audientia in Congregatione ipsis negetur super prætensione de eo, quod in electione Vicarij Generalis non dependeant à Magistro Generali.

INNOCENTIVS PAPA X. AD futuram rei memoriam.

Edita an. 1647.

1 Aliàs à fœl. rec. Vrbano Papa VIII. Prædecessore nostro, emanaverunt litteræ tenoris sequentis, videlicet: Vrbanus Papa VIII. Ad futuram rei memoriam. Exponi Nobis fecit dilectus filius Ioannes Perez de Munebrega Procurator Generalis Ordinis B. MARIÆ de Mercede Redemptionis Captivorum, quod aliàs inter Fratres Calceatos dicti Ordinis ex vna, & Fratres eiusdem Ordinis Congregationis

Vrb. VIII. Bul. 39.

Discalceatorum nuncupatorum ex altera partibus, &c. *Insere Bullam 39. Vrbani VIII. supra fol. 286.*

Tenant Discalceati sustrise omnino à M. Gen in depēdentes in electione Vicar. Gener. & munere Redempt. constitui.

2 Cum autem, sicut dilectus filius Ignatius Vidondo Procurator Generalis eorundem Frattum Calceatorum Nobis nuper exponi fecit, habito ad Nos sub ipso Pontificatus nostri principio ab eisdem Fratribus Discalceatis recursu, vt de novo super præmissis audirentur, petitoque insuper sibi concedi facultatem, eorum, & dictæ Congregationis superiorem Generalem pœnitrus, & & omninò independenter à dictis Fratribus Calceatis eligendi, & negotio huiusmodi per Nos remisso ad eosdē Venerabiles Frattes nostros eiusdem S. R. E. Cardinales negotijs, & Consultationibus Episcoporum, & Regularium Præpositos, tandem partibus præfatis hinc inde iussu nostro inCōgregatione eorundem Cardinalium auditis, singulorumqum iuribus accurate discussis, ijdem Cardinales, vt aliquando omne litis fomentum, vel incentivum ex parte eorundem Fratrum Discalceatorum de, & super Ministerio Redemptionis Captivorum, necnon iure quærendi, colligendique eadem causa, eleemosynas, acceptandique donationes, & legata quæcumque ab ipsis independenter à prædicto pro tempore existente M. Generali eorundem Fratrum Calceatorum faciendo, & respective exigendo cessaret, ad relationem dilecti filij nostri Ioannis Baptistæ Tituli S. Sylvestri de capite Presbyteri Cardinalis Palloti nuncupati Fratribus Discalceatis, huiusmodi super præmissis, non esse dandam novam audientiam decreverit: præmissa vero quo firmius subsistant, & exactius observentur, idem Ignatius Procurator Generalis Apostolicæ nostræ confirmationis patrocinio communiti summopere desideret: Idcirco Nos eundem Ignatium Procuratorem Generalem specialibus favoribus, & gratijs prosequi volentes, & à quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, alijsque Ecclesiasticis sententijs, censuris, & pœnis à iure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatus existit, ad effectum præsentium dumtaxat consequendum, harum serie absolventes, & absolutum fore censentes, supplicationibus illius nomine Nobis super hoc humiliter porrectis inclinati, decretum præfatum Apostolica authoritate tenore præsentium confirmamus, & approbamus, illique inviolabiliter Apostolicę firmitatis vim, & robur adjicimus, ac omnes, & singulos, tam iuris, quàm facti defectus, si qui desuper quomodolibet intervenerint, supplemus, salva tamen semper authoritate Congregationis eorundem Cardinalium.

Decernit Sac. Cong. ñ audiendos Recollectos.

Cōfirmat Pōtifex decretum Cōgregationis, & Recollectos in prę fatis M.G. subiectos declarat.

Novā adjicit firmitatem.

3 Decernentes illud, necnon præsentes litteras valida, firma, & efficacia existere, & fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinete, & ab omnibus, & singulis, quos illa concetnunt, & quomodolibet in futurum concernent, inviolabiliter, & inconcussè observari: sicque per quoscumque Iudices Ordinarios, & Delegatos, etiam causarum Palatij Apostolici Auditores, & S.R.E. Cardinales, etiā de latere Legatos, ac Sedis Apostolicæ Nuntios, sublata eis, & eorum cuilibet quavis aliter iudicandi, & interpretandi facultate, & authoritate, iudicari, & diffiniri debete, ac irritum, & inane, si quid secus super his à quoquam quavis authoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari: non obstantibus constitutionibus Apostolicis, ac dictæ Congregationis eorundem Fratrum Discalceatorum hactenus editis, & edendis, ac circa ministerium Redemptionis huiusmodi quoquomodo dispone • ibus statutis, constitutionibus, & consuetudinibus, necnon omnibus, & singulis illis, quę idem Gregorius, & Vrbanus Prædecessores in suis litteris prædictis voluerunt non obstare, cæterisque contratijs quibuscumque.

Aliter iudicādi facultatem adimit.

Eadem fides transumptis, ac originali tribuatur.

4 Volumus autem, vt præsentium transumptis, etiam impressis, manu alicuius Notarij publici subscriptis, & Sigillo Personæ in dignitate Ecclesiastica constitutæ munitis eadem prorsus fides adhibeatur, quæ præsentibus adhiberetut, si forent exhibitæ, vel ostensæ.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Maiorem, sub Annulo Piscatoris, die 5. Martij 1647. Pontificatus nostri anno 3.

M. A. Maraldus.

Habetur authentica Matriti, & adducitur à Cherub. tom. 4. in Append. Const. 21. & Lantusca tom. 5. Const. 20.

INNO-

INNOCENTII X.

CONSTITVTIO III.

Quadrageſimo quinto M.Generali V.P.Fr.Antonio Garuz.

Procuratore Generali in Vrbe M. Fr. Ioanne Arque. De quo in Cath. Gen.

COMPENDIVM.

Confirmatur electio Magiſtri Generalis.

Edita an. 1648.

INNOCENTIVS PAPA X. AD futuram rei memoriam.

1 Exponi Nobis nuper fecit dilectus filius Ioannes Arque Vicarius Generalis Italiæ, & Siciliæ, ac Procurator Generalis Fratrum Ordinis Beatæ MARIÆ de Mercede Redemptionis Captivorum nuncupatorũ, quod elapſo ſexennio, per quod Officium Magiſtri Generalis dicti Ordinis, iuxta illius conſtitutiones, Apoſtolica authoritate confirmatas, durare debet, convocatiſq; omnibus eiuſdem Ordinis Provincijs pro facienda novi Magiſtri Generalis electione, & eorum Vocalibus in domo Regulari Ordinis huiuſmodi Oppidi de Huete Conchenſis Diœceſis, ad id per vltimum Capitulum Generale die 7. Iunij 1642. in Oppido de Calataiud Tiraſonenſis Diœceſis celebratum nominata, & deputata, capitulariter congregati Vocales prædicti vnanimiter, nemine diſcrepante, dilectum filium Antonium Garuz Fratrem expreſſe profeſſum Provinciæ Aragoniæ eiuſdem Ordinis, omnibus ad hunc effectum per conſtitutiones prædictas requiſitis qualitatibus præditum, canonice Magiſtrum Generalem Ordinis huiuſmodi elegerunt: quare prædictus Ioannes nomine Capituli Generalis Ordinis huiuſmodi, & in vim ſpecialis mandati pro curæ omnium Vocalium prædictorum Nobis humiliter ſupplicari fecit, vt electionem de perſona dicti Antonij in Magiſtrum Generalem huiuſmodi, vt præmittitur, factam, Apoſtolica authoritate confirmare de benignitate Apoſtolica dignaremur.

M.Fr.Antonius Garuz Opti M.Gen. eligitur.

Petitur Apoſtolica confirmatio.

2 Nos igitur Antonium, & Ioannẽ prædictos ſpecialibus favoribus, & gratijs proſequi volẽtes, & à quibuſvis excõmunicationis, ſuſpenſionis, & interdicti, alijſque Eccleſiaſticis ſententijs, cenſuris, & pœnis à iure, vel ab homine quavis occaſione, vel cauſa latis, ſi quibus quomodolibet innodati exiſtunt, ad effectum præſentium dumtaxat cõſequendum, harum ſerie abſolventes, & abſolutos fore cẽſentes, eorum ſupplicationibus inclinati, de Venerab. Fratrũ noſtrorum S. R. E. Cardinalium negotijs, & conſultationibus Epiſcoporum, & Regularium Præpoſitorum conſilio, attenta ſupplicatione dicti Capituli Generalis, & inſtantia prædicti Ioannis in vim mandati procuræ, huiuſmodi electionem de Perſona prędicti Antonij in Magiſtrum Generalem Ordinis huiuſmodi canonicè, vt pręfertur, factam, Apoſtolica authoritate tenore præſentium confirmamus, & approbamus, illique inviolabilis Apoſtolicæ firmitatis robur adijcimus.

Cõfirmatur electio

3 Decernentes prædictas litteras validas, firmas, & efficaces exiſtere, & fore, ſuoſque plenarios, & integros effectus ſortiri, & obtinere, ac dicto Antonio pleniſſimè ſuffragari: ſicque per quoſcumque Iudices Ordinarios, & Delegatos, etiam cauſarum Palatij Apoſtolici Auditores, iudicari, & diffiniri debere: irritum quoque, & inanne, ſi quid ſecùs ſuper his à quoquam quavis authoritate ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari. Non obſtantibus conſtitutionibus, & ordinationibus Apoſtolicis, necnon Ordinis huiuſmodi, etiam iuramento, confirmatione Apoſtolica, vel quavis firmitate alia roboratis ſtatutis, & conſuetudinibus, privilegijs quoque indultis, & litteris Apoſtolicis in cõtrarium præmiſſorum quomodolibet conceſſis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & ſingulis, illorum tenores præſentibus pro plene, & ſufficienter expreſſis habentes, illis aliàs in ſuo robore permanſuris, ad præmiſſorum effectum hac vice dumtaxat ſpecialiter, & expreſſe derogamus, cæteriſque contrarijs quibuſcumque.

Robur adijcit confirmationi

Facultaẽ aliter iudicandi, & contraria tollit.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Maiorem, ſub Annulo Piſcatoris, die 25. Septembris 1648. Pontificatus noſtri anno 4.

M. A. Maraldus.

Transſumptum huius Brevis authenticum extat vbi ſupra.

INNO-

INNOCENTII X.

CONSTITVTIO IV.

Quadragesimo sexto M. Generali Fr. Alphonso Sotomaior.

Procuratore Generali interino Fr. Francisco Olignano.

COMPENDIVM.

Facultatem concedit Conventui nostro S. Vrsulę Neapolitano, vt propter evidentem vtilitatem possit modicum terrę vendere seu permutare.

Edita an. 1652.

INNOCENTIVS PAPA X. Venerabili Fratri Archiepiscopo Neapolis, ac dilecto filio Cimiliarchæ, Venerabilis Frater salutem, & Apostolicam benedictionem. Nuper pro parte dilecti filij Ioannis Francisci Olignani Procuratoris Generalis Fratrum Ordinis Beatæ MARIÆ de Mercede Redemptionis Captivorum Nobis expositum fuit, quod cum anno superiori murus divisionis horti domus Regularis Sanctę Vrsulę eiusdem Ordinis in Civitate Neapoli, cum horto dilectorum filiorum Petri, & Caroli Fratrum de Iueglio Omachievich corruerit, & per sententiam dilecti filij nostri, & Sedis Apostolicę in Regno Neapolis Nuntij dicta domus Regularis ad contribuendum medietatem impendij reedificationis muri huiusmodi, quæ ad centum ducatos monetæ Regni Neapolis circiter ascenderet condemnata fuerit: impensam vero prædictam ob eius paupertatem facere minimè possit; propterea contentis eisdem Petro, & Carolo murum prædictum reedificare, illumque omnibus suis expensis perpetuo manutenere, necnon eidem domui regulari ducatos sexaginta monetæ eiusdem solvere, cum hoc, vt illa sibi vnum terreni petiolum infructiferum, nulliusque vtilitatis, & valoris à Regio Architecto perito hinc inde allato æstimati dictis sexaginta ducatis, latum septem, & longum palmis quadraginta duobus, quod in terreno eorundem Petri, & Caroli intercluditur, ad eandem domũ Regularem spectans vẽdatur, pretiumque huiusmodi in emptionem tot aliorum bonorum stabilium, seu aliorum perpetuorum redituum in dicta Civitate, seu illius territorio ad favorem eiusdem domus Regularis cõvertatur: Nobis humiliter supplicari fecit idem Ioãnes Franciscus Procurator Gen. vt eisdem dictæ domus Regularis Fratribus licentiam ad hoc opportunam concedere de benignitate Apostolica dignaremur.

Evidens vtilitas, vt facultas vendendi, & permutandi bona immobilia concedatur.

2 Nos igitur eũdem Ioannem Franciscum, & Fratres prædictos domus Regularis huiusmodi specialibus favoribus, & gratijs prosequi volentes, & eorum singulares personas à quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, alijsque Ecclesiasticis sententijs, censuris, & pœnis, si quibus quomodolibet innodati existunt, ad effectum præsentium dumtaxat consequendum, harum serie absolventes, & absolutos fore censentes, huiusmodi supplicationibus inclinati, Fraternitati tuę Frater Archiepiscope, ac discretioni tuæ fili Cimiliarcha, per præsentes committimus, & mandamus, quatenus si, & postquam vocatis, qui fuerint evocandi, & præmissis omnibus, & singulis, illorumque circunstantijs vniversis simul coram vobis specificatis de venditione, & pretij conversione huiusmodi, quodque illæ, si fiant, in evidentem dictæ domus Regularis cessuræ sint vtilitatẽ, vobis coniunctim procedere legitimè constiterit; super quo conscientiam vestram oneramus, eisdemque Ioanni Frãcisco Procuratori Gen. & seu dictæ domus Regularis Fratribus prædictis, dũmodo alio vtiliori modo præmissis provideri non possit, venditionem, & pretij conversionem huiusmodi, vt supra, faciendi licentiam authoritate nostra Apostolica concedatis: Non obstantibus fœl. rec. Pauli II. & aliorum Romanorum Pontificum Prædecessorum nostrorum de rebus Ecclesiæ non alienandis, alijsque constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, cæterisque contrarijs quibuscumque.

Vendendi terram, & pretiũ in aliam cõmutandi facultatẽ concedit.

4 Volumus autem quod venditio, & pretij conversio huiusmodi vnico contextu fiant, vel saltem pretium ipsum pœnes montem pietatis, vel personam fide, & facultatibus idoneam deponatur, inde non amovendum, nisi ad effectum illud, vt præfertur, convertendi.

Pretij cõversionem in aliud immobile affectat.

Datum Romæ apud S. Mariam Maiorem, sub Annulo Piscatoris, die 26. Februarij 1652. Pontif. nostri anno 8.

Franciscus Cayetanus.

Loco ✠ Annuli Piscatoris.

INNO-

SVB INNOCENTIO X.

CONSTITVTIO V.

Quadragesimo sexto M. Generali Fr. Alphonso Sotomaior

Procuratore Gen. in Vrbe Mag. Fr. Michaële de Alcantara Cordubensi prudentia, consilio, & scientia, omnimodaque erudirione præclaro, Summo Pontifici aprime charo, S. Inquisitionis Qualificatore, Sac. Indicis Congreg. Consultore: obijt Corbubæ, virtutibus, & pietate commendatus.

COMPENDIVM.

Sententia diffinitiva Illustrissimi, ac Reverendissimi D. Reverendę Cameræ Apostolicę Generalis Auditoris ad favorem Venerabilis Religionis Beatę MARIÆ de Mercede Redemptionis Captivorum, contra Venerabilem Religionem tam Calceatorum, quàm Discalceatorum Sanctissimæ Trinitatis Redemptionis Captivorũ super Legatis à fidelibus relictis, & relinquendis sub nomine B. MARIÆ Redemptionis.

Edita an. 1636.

PROSPER CAFFARELLVS PROthonotarius Apostolicus, Vtriusque signaturæ SS. D. N. Papæ Referendarius, necnon Curiæ causarum Cameræ Apostolicæ Generalis Auditor, Romanæque Curiæ Iudex Ordinarius, sententiarum quoque, & censurarum, tam in eadem Romana Curia, quàm extra eam latarum, ac litterarum Apostolicarum quarumcumque vniversalis, & merus executor, ab eodem D.N.SS.Papa specialiter deputatus. Vniversis, & singulis hoc præsens sententiæ instrumentum visuris, lecturis, pariterque auditturis salutem, &c.

Lis orta cum PP. Trinit. eo quod in

1 Noveritis quod in causa, & causis, olim vertentibus, coram Nobis inter Venerabilem Religionem, & Fratres Beatæ MARIÆ de Mercede Redemptionis Captivorum in Ecclesia S. Adriani de Vrbe Actores ex vna, & Venerabilem Religionem, & Patres Calceatos, & Discalceatos SS. Trinitatis Redemptionis Captivorum in Ecclesia S. Franciscæ Romanæ ad capita domorum, & S. Caroli ad quatuor fontes de Vrbe reos conventos partibus ex altera, super iure, & pertinentia Legatorum relictorum, & relinquendorum sub nomine Beatæ MARIÆ Redemptionis Captivorum, Nos denique visis videndis, consideratis considerandis, servatisque omnibus de iure, & stilo nostri tribunalis servari solitis, & servandis, nostram tulimus, & promulgavimus sententiam diffinitivam sub infrascripto tenore, videlicet,

Legato nõ exprimebatur Beatæ Mariæ de Mercede, sed B. M. Redemptionis.

Sententia in favorẽ nostrũ, vt quandocũque legatũ relinquatur Religioni Beatæ Mariæ Capti. seu Redempt. & si nõ exprimatur de Mercede, intelligatur nobis relictũ.

2 Christi nomine invocato. Pro tribunali sedentes, solũ Deum præ oculis habentes per hanc nostram diffinitivã sẽtentiam, quàm de iurisperitorũ consilio ferimus in his scriptis in causa, & causis, quæ coram Nobis versæ sunt, & vertuntur in prima, seu alia veriori instantia inter Venerabilem Religionem, & Patres Beatæ MARIÆ de Mercede Redemptionis Captivorum in Ecclesia Sancti Adriani de Vrbe Actores de vna, & Venerabilem Religionem, & Patres Calceatos, & Discalceatos Sanctissimę Trinitatis Redemptionis Captivorum in Ecclesia S. Franciscę Romanæ, ad capita domorum, & S. Caroli ad quatuor fontes pariter de Vrbe reos conventos ex altera partibus de, & super iure, & pertinentia legatorum relictorum, & relinquendorum, sub nomine Beatæ MARIÆ Redemptionis Captivorum, & signanter super iure legati scutorum decem relicti per quondam D. Martiam Raphaeliam sub nomine Beatæ MARIÆ Redemptionis de Vrbe ex testamento, sub die decima Martij 1648. seu &c. per ipsam condito, & in actis producto de mense Decembris proximè præterito pro parte D. Catherinæ Raphaeliæ contra D. Andream Nuccium, & in hac eausa repetito, rebusque alijs in processu causæ, & causarum huiusmodi latius deductis, ad quę &c. vnde visis, &c. auditis, &c. consideratis, &c. dicimus, pronuntiamus, sententiamus, decernimus, diffinimus, & diffinitivè declaramus præfatæ Venerabili Religioni, & Patribus Sanctissimæ Trinitatis nullum ius, nullamque actionem competijsse, nec competere pro præfato legato relicto per dictam quondam Martiam Raphacliam, sub dicto nomine Beatæ MARIÆ Redemptionis de Vrbe, nec pro alijs quibuscumque legatis, seu relictis factis, seu in posterum faciendis sub dicto nomine Beatæ MARIÆ Redemptionis, dictaque legata, seu relicta, tam facta, quàm quomodolibet, & quomodocumque, & qualitercumque in posterum facienda, vt supra, sub nomine Beatæ MARIÆ Redemptionis spectare, & pertinere privative, quoad dictam Venerabilem Religionem Sanctissimę Trinitatis, ad Venerabilem Religionem, & Patres Beatæ MARIÆ de Mercede Redemptionis Captivorum in dicta Ecclesia Sancti Adriani de *Vrbe*. Molestationes, vexationes, perturbationes, & impe-

mpedimenta per dictos Patres Calceatos, & Discalceatos dicti Ordinis SS.Trinitatis dictis Patribus dicti Ordinis B. MARIÆ de Mercede super prædictis quomodolibet præstitas, & illatas, præstita,& illata,fuisse, & esse illicitas,iniustas,& de facto datas, illicita,iniusta, & de facto data; & propterea super præmissis eisdem Patribus adversarijs perpetuum silentium imponendum fore,& esse,provt imponimus: & ita dicimus,pronunciamus, sententiamus,condemnamus, diffinimus, atque definitivè declaramus, non solùm prædicto, sed omni alio meliori modo, &c.

Iniustam declaret litem pro parte adversa.

Ita pronuntiavi ego Marcellus Melchiorius Locumtenens.

Quæ omnia, & singula præmissa vobis omnibus, & singulis supradictis intimamus, insinuamus, notificamus, & ad vestram notitiam deducimus, ac deduci volumus,& mandamus per præsenres,ne vllo vmquam tempore ignorantiam aliquam, sive contumaciam allegare, seu quomodolibet in futurum prætendere valeatis.In quorum fidem, &c.

Notificatio sententiæ.

Datum Romæ in Ædibus nostris anno Domini 1652. indictione 5. die verò 19. mensis Novembris, Pontificatus D.N. D. Innocentij Divina Providentia Papç X. anno 9.

Loco † Sigilli.

Iacobus Simoncellus, Curiæ Caus. Cam. Apost. Not.

INNOCENTII X.

CONSTITVTIO VI.

Quadragesimo sexto M. Generali Fr.Alphonso Sotomaior.

Procuratore Generali in Vrbe M. Fr. Michaele de Alcantara.

COMPENDIVM.

Petitioni Religionis nostrę, quę ob hyemalia incommoda transferri celebrationem Capituli Generalis à die 30. Ianuary anni 1658. vsque ad vigiliam Pentecostes eiusdem anni exposcit, annuit.

INNOCENTIVS PAPA X. AD futuram rei memoriam.

Edità an. 1653.

1 Exponi nuper fecit dilectus filius Michael de Alcantara Vicarius Generalis Italiæ, ac Procurator Generalis totius Ordinis Fratrum B.MARIÆ de Mercede Redemptionis Captivorum, quòd,cum ob sequutum de anno 1651. novissime vita functi Antonij Garuz, dum vixit, eiusdem Ordinis Magistri Generalis,obitum, & iuxta cuiusdam, inter alia, statuti in Capitulo Generali dicti Ordinis in Civitate Toletana de anno 1627. celebrato editi, & per fœl.rec. Vrbanum Papam VIII. Prædecessorem nostrum de anno 1628. subsequenti confirmati dispositionem, quod Vicarius Generalis tempore vacationis succedens per solos quatuor dumtaxar menses officio Vicarij huiusmodi fungatur, & elapsis mensibus eisdem Capitulum Generale celebretur die 30. Ianuarij anni 1652. Capitulum Generale proxime præteritum dicti Ordinis celebratum sit, providè considerati quamplurimis incommodis, quæ ea de causa passi sunt Vocales à tam distantibus Provincijs, cum proxime sævit hyems, itet agentes, quodque, si Capitulum Generale dicti Ordinis proxime futurum celebrandum esset immediate post elapsum sexennium, quo officium Magistri Generalis huiusmodi durare consuevit, Vocales huiusmodi eadem incõmoda pati necessarium foret, idcircò ab vniverso Diffinitorio Generali dicti Ordinis sancitum fuit, vt nomine eiusdem Ordinis Nobis supplicaretur pro impetranda ptorogatione sexenij huiusmodi à die 30. Ianuarij 1658. vsque ad Vigiliam Pentecostes eiusdem anni, qua, iuxta eiusdem Ordinis constitutiones Apostolica authoritate confirmatas regulatiter Capitula illius generalia celebranda sunt, ita vt officium dilecti filij Ildephonsi de Sotomaior in Magistrum Generalem totius dicti Ordinis tunc electi,& à Nobis in prædicto officio cõfirmati, vsque ad dictam Vigiliam prædicti anni 1658. durare debeat. Nobis proptereà dictus Michael prædicto totius dicti Ordinis nomine humiliter supplicari fecit,vt in præmissis opportune providere de benignitate Apostolica dignaremur.

M. Garuz vita functus.

Expleto sexenio novus Generalis eligendus est

Ob iniuriam temporis hyemalis petitur prorogari vltra sexenniũ electionẽ.

2 Nos igitur fœlicem eiusdem Ordinis statum, & directionem sinceris desiderantes affectibus, ipsumque Michaelem specialibus favoribus, & gratijs prosequi volentes, & à quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti,alijsque Ecclesiasticis sententijs, censuris,& pœnis à iure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatus existit, ad effectum præsentium dumtaxat consequendum, harum serie absolventes, & absolutum fore censentes, huiusmodi

Concedit Pontifex postulatā prorogationem.

modi supplicationibus inclinari, de Venerabilium Fratrum nostrorum S. R. E. Cardinalium, negotijs, & consultationibus Episcoporum, & Regularium Præpositorum consilio, celebrationem proximè futuri Capituli Generalis huiusmodi à dicta die 30. Ianuarij anni 1658. prædicti per aliquot menses post completum sexennium, vsque ad Vigiliam Pentecostes dicti anni 1658. ad hoc vt Capitulum Generale prædictum tempore ab eisdem constitutionibus præfinito celebretur, Apostolica authoritate tenore præsentium, pro hac vice tantum, prorogamus: Non obstantibus, constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, ac dicti Ordinis, etiam iuramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus, privilegijs quoque indultis, & litteris Apostolicis in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis: Quibus omnibus, & singulis, illorum tenores præsentibus pro expressis habentes, illis aliàs in suo robore permansuris, ad præmissorum effectum specialiter, & expressè derogamus, cæterisque contrarijs quibuscumque.

Datum Romæ apud S. Mariam Maiorem, sub Annulo Piscatoris, die 23. Aprilis 1653. Pontificatus nostri anno 9.

G. Gualterius.

INNOCENTII X.

CONSTITVTIO VII.

Quadragesimo sexto M. Generali Fr. Alphonso Sotomaior.

Procuratore Generali in Vrbe M. Fr. Michaele de Alcantara.

COMPENDIVM.

Confirmat declarationem Capituli Generalis Barbastrensis, qua decernitur, quatuor menses, quibus Prior Barchinonen. Magistratu Generali vacante, adire debet munus Vicarij Gen. computandos esse à die adepta possessionis.

Edita an. 1654.

INNOCENTIVS PAPA X. AD futuram rei memoriam.

1 Nomine dilectorum filiorum Fratrum Ordinis B. MARIÆ de Mercede Redemptionis Captivorum, per dilectum etiam filium Michaelem de Alcantara Vicarium Gen. Italiæ, & Procuratorem Gen. totius Ordinis huiusmodi Nobis nuper expositum fuit, quod cum Capitulum Generale Toletanum eiusdem Ordinis de anno 1627. celebratum, & subinde die 4. Novembris 1628. à fœl. rec. Vrbano Papa VIII. Prædecessore nostro confirmatum statuerit, vt, vacante Generalatu dicti Ordinis quovis modo ante expletum sexennium, Vicarius Generalis prædicti Ordinis, per solos quatuor menses officio Vicarij fungatur: quibus expletis Capitulum Generale eiusdem Ordinis in Conventu Barbastrensi Ordinis huiusmodi proxime die 30. Ianuarij 1652. celebratum, in quo dilectus etiam filius Ildephonsus de Sotomaior tunc temporis Provinciæ Bethicæ dicti Ordinis Provincialis in Magistrum Generalem totius Ordinis electus, quibusdam difficultatibus circa computum prædictorum quatuor mensium enatis occurrendi ergo, eosdem quatuor menses, non à die vacationis officij Magistri Gen. huiusmodi, sed à die, quo possessio Vicariatus dicti Ordinis sumitur, ac Vicarius Generalis officium suum exercere incipit, computari debere declaravit.

Prior Barchinonen. per solos 4. menses potest obtinere munus Vicarij Gen.

2 Cum autem, sicut eadem expositio subiungebat, exponentes prædicti dictam declarationem pro firmiori eius observatione Apostolicæ confirmationis nostræ patrocinio communiri summoperè desiderēt, Nos eosdem exponentes specialibus favoribus, & gratijs prosequi volentes, & eorum singulares personas à quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, alijsque Ecclesiasticis sententijs, censuris, & pœnis à iure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatæ existunt, ad effectum præsentium dumtaxat consequendum, harum serie absolventes, & absolutos fore censentes, supplicationibus eorum nomine Nobis super hoc humiliter porrectis inclinati, de Venerabilium Fratrum nostrorum S.R.E. Cardinalium, negotijs, ac consultationibus Episcoporum, & Regularium Præpositorum consilio, inhærendo verbis constitutionum Fratrum Ordinis prædicti, ac declarationi factæ à Capitulo Generali Ordinis huiusmodi nuper celebrato, quadrimestre gubernij Vicarij Gen. in casu, de quo agitur, incipere debere à die adeptæ possessionis muneris prædicti, dummodo hoc fiat immediatè post habitam notitiam vacationis officij Magistri Generalis, Apostolica authoritate tenore præsentium statuimus.

Illos quatuor menses à die adeptæ possessionis computandos declarat, nisi in fraudē possessionem adire retardet.

3 Decernentes præsentes litteras firmas, validas, & efficaces existere, & fore, & ab omnibus, ad quos spectat, &c. pro

Robur adauget decreto.

pro tempore spectabit inviolabiliter observari: sicque in eisdem præmissis per quoscumque Iudices Ordinarios, & Delegatos, ac causarum Palatij Apostolici Auditores iudicari, & diffiniri: ac irritum, & inane, quidquid secus super his à quoquam quavis authoritate sciẽter, vel ignoranter contigerit attentari: Non obstantibus constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, necnon, quatenus opus sit, dicti Ordinis, etiam iuramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus, cæterisque contrarijs quibuscumque.

Datum in Oppido S. Martini nullius Diœcesis Provinciæ Romæ, sub Annulo Piscatoris, die 12. Maij 1654. Pontif. nostri anno 10.

G. Gualterius.

Loco ✠ Annuli Piscatoris.

Extat originale Matriti.

INNOCENTII X.

CONSTITVTIO VIII.

Quadragesimo sexto M. Generali Fr. Alphonso Sotomaior.

Procuratore Generali in Vrbe M. Fr. Michaële de Alcantara.

COMPENDIVM.

Sub excommunicatione prohibet, ne ab Ecclesia nostri Conventus Callaritani vasa, ornamenta, aut alia utensilia extrahantur.

Edita an. 1654.

INNOCENTIVS PAPA X. AD futuram rei memoriam.

1 Conservationi, & manutentioni ornamentorum, & paramentorum Ecclesiæ Conventus Beatæ MARIÆ Virginis de Bonoaëre nuncupati, Ordinis Fratrum Beatæ MARIÆ de Mercede Redemptionis Captivorum, prope, & extra muros Civitatis Callaritanæ siti, quantum cum Domino possumus, benignè consulere, ac dilectos filios Michaelem de Alcantara Vicarium Generalem Italiæ, ac totius Ordinis prædicti Procuratorem Generalem, ac Andream Ortigas Commendatorem, & Fratres dicti Conventus specialibus favoribus, & gratiis prosequi volentes, & eorum singulares personas, à quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, alijsque Ecclesiasticis sententijs, censuris, & pœnis, à iure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatæ existunt, ad effectum præsentium dumtaxat consequendum, harum serie absolventes, & absolutos fore censentes, supplicationibus Michaelis Vicarij, & Procuratoris Generalis, ac Andreæ Commendatoris prædictorum nomine Nobis humiliter porrectis inclinati, ne de cætero quisquam quavis authoritate, officio, & superioritate fungens vasa, calices, candelabra, & alia paramenta Ecclesiastica, necnon quamcumque suppellectilem sacram, hactenus per quoscumque Christi fideles dictæ Ecclesiæ donata, & assignata, quàm in posterum forsan donanda, & assignanda alijs Ecclesijs, Monasterijs, seu locis pijs, vel personis commodare, vel sub quavis occasione, vel causa, etiã prætextu cuiuscumque necessitatis, opinare, vel è dicta Ecclesia, seu illius Sacristia extrahere, & asportare, seu, vt commodentur, oppignorentur, aut extrahantur, & asportentur, permittere, aut consentire audeat, seu præsumat, sub excommunicationis latæ sententiæ, ac privationis vocis activæ, & passivæ pœnis per contrafacientes eo ipso incurrendis, authoritate Apostolica tenore præsentium interdicimus, & prohibemus. Non obstantibus constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, ac, quatenus opus sit, Conventus, & Ordinis prædictorum, etiam iuramẽto, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus, cæterisque contrarijs quibuscumque.

Vasa, ornamenta, & alia vtẽsilia Ecclesiæ nostræ Callaritanæ, quæ ob B. Mariæ de Bonoaere maximam devotionẽ multa, & pretiosa sunt, extrahere, commodare, & oppignorare prohibet, sub cẽsuris, & pœnis.

3 Volumus autem, quod præsentis prohibitionis copia in valvis dictæ Sacristiæ, vel alio conspicuo loco, quo ab omnibus cerni possit, continuo affixa remaneat.

Copiam decreti huius in Sacristia affigi iubet.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Maiorem, sub Annulo Piscatoris, die 15. Iunij 1654. Pontificatus nostri anno 10.

G. Gualterius.

SVB

SVB INNOCENTIO X.

Decretum Sacræ Congregationis Indicis.

COMPENDIVM.

Expositionem cuiusdam revelationis S. Birgittę factam à Consalvo Duranto Episcopo Ferretrano nostro Ordini iniuriosam aboleri pręcipit Sacra Congregatio.

SACRÆ CONGREGATIONIS Eminentissimorum DD. S. R. E. Cardinalium à Sanctissimo D. N. Innocentio Papa X, Sanctaque Sede Apostolica ad Indicem librorum, eorundemque permissionem, prohibitionem, expurgationem, & impressionem in vniversa Republica Christiana specialiter deputatorum.

DECRETVM.

SAcra Congregatio Indicis præcipit omnibus, & singulis cuiuscumque gradus, & conditionis, sub pœnis in Indice librorum prohibitorum contentis, cassari in libro, cui titulus *Consalvi Duranti Episcopi Ferretrani notę, & varia lectiones ad librum secundum Cęlestium revelationum S. Birgittę* notam ad numerum 5. capitis 19. libr. 2. præfatarum revelationum, & non nisi deleta nota præfati numeri 5. incipiente, *per cruciferos hoc loco*, finiente, *suscepisse scribitur anno Domini* 1218. retineri, & legi posse; prohibendo pariter, sub eisdem pœnis, ne in posterum vllo modo dicta nota apponatur, quotiescumque præfarus liber denuo imprimi contigerit. In quorum fidem manu, & sigillo Eminentissimi, & Reverentissimi D. D. Cardinalis Spatæ præsens decretum signatum, & munitum fuit.

Consalvi Duranti Episc. Ferretrani notam ad nu. 5. c. 19. li. 2. revelationũ B. Birgittæ præcipit deleri.

Romæ die 22. Novembris 1645.

B. D. Spada.

Fr. Ioan. Baptista de Marinis Ordinis Prædicatorum S. C. Secret.

Habetur autheuticum transumptum Cęsaraugustę.

SVB INNOCENTIO X.

Decretum Sacræ Congregationis Concilij Tridentini.

COMPENDIVM.

Super septem dubia, quę de Apostatis, & eiectis obtulit M. Fr. Michael de Alcantara Vicarius, ac Procurator Generalis respondet S. C. in vna Regularium Ordinis Beatæ MARIÆ de Mercede Redemptionis Captivorum.

1 PROCVRATOR GENERAlis Ordinis Beatæ MARIÆ de Mercede Redemptionis Captivorũ mediante intercessione Eminentissimi Cardinalis de Lugo Protectoris supplicat pro sua, vt inquit, & aliorum superiorũ Regularium instructione, per hanc Sac. Congreg. responderi ad infrascripta quæsita super decreto de Apostatis, & eiectis, iussu Summi Pontificis ex sententia eiusdem Sac. Congreg. & dicto anno 1624. & impresso in Bullario novo tom. 4. pag. 267. vers. *Ad hęc.*

Vic. Gen. noster proponit Sac. Cong. Cõcilij 7. dubia super eijciẽdis, & Apostatis ex decreto eiusdem Cog. de anno 1624.

Primò: An Regularis constitutus in Carceribus spatio vnius anni in ieiunio, & pœnitentia, ad finem, vt tamquam incorrigibilis à Religione ejiciatur, si è Carceribus fugiat (dicto incarcerationis anno, non dum expleto) & deinde sit captus, possit tunc vti incorrigibilis ejici, an vero quid aliud faciẽdum sit?

1. dubium.

Secundò: An Regularis pluribus interpolatis vicibus pro reiteratis delictis in diversis temporibus commissis in Carceribus detentus possit vno carcerationis anno (vt supra interpolate expleto) tamquam incorrigibilis à Religione ejici, si post dictum annum carcerationis interpolatum animo indurato in sua pertinacia perseverans iterum delinquat?

2. dubium.

Tertiò: An Generalis Ordinis possit delegare facultatem ejiciendi à Religione Provincialibus, pro eorum Provincijs, seu Commissarijs, vel Vicarijs Generalibus: & an delegatio sit à Generale facienda in quolibet casu an vero indefinite in omnibus casibus?

3. dubium.

Quartò: An sex Patres, de quorum Consilio, & assensu eiectio fieri debet, sint eligendi de tota Religione, an potius sufficiat ex qualibet Provincia, seu Regno?

4. dubium.

Quintò: Quod si à Religione huiusmodi sex Patres non fuerint electi in Capitulo, seu Congregatione Generali,

5. dubium.

Ppa quid

quid faciendum sit vsque ad primum Capitulum Generale?

6. dubium. Sextò: An sufficit, vt Prælatus Conventualis, seu Provincialis conficiat processum, stilo Religionis servato, & illius summarium transmittat Generali Ordinis, seu illius Delegato, qui adhibitis sex Patribus electis, quilibet illorum videat eundem processum, & transmittat votum suum per litteras eidem Generali, seu Delegato?

7. dubium. Septimò: An Generalis, seu Delegatus possit ferre sententiam eiectionis á Religione, quando à tribus ex sex Patribus electis, seu ab illorum maiori parte dicta sententia approbetur? An potius sit necessarium, vt omnes sex dent votum, ita vt defectu voti, etiam vnius, non possit sententia valide fieri?

Respõdet Sac. Cong. 2 Die 21. Iunij 1653. Sacra Cong. Eminentissim. Cardinalium Concilij Trident. Interpretum, omnibus mature perpensis.

Ad primũ. Ad 1. Respondit Regulares delinquentes, vt incorrigibiles eijci non posse à Religione anno carcerationis nõ dum expleto.

Ad secũdũ. Ad 2. Respondit, non sufficere annum carcerationis interpolate expletũ, sed requiri spatium vnius anni continuum, & integrum.

Ad tertiũ. Ad 3. Respondit Generalem Ordinis non posse delegare facultatem eijciendi à Religione Provincialibus pro eorum Provincijs, seu Commissarijs, vel Vicarijs Generalibus.

Ad quartũ. Ad 4. Inhærendo declarationi alias factæ die 9. Augusti 1625. à san. mem. Vrbano VIII. approbatæ respondit, sex Patres eligi posse in vnaquaque Provincia, seu Regno.

Ad quintũ. Ad 5. Recurrendum esse ad Sacram Congregationem in singulis casibus.

Ad sextũ. Ad 6. Processus esse conficiendos iuxta stilum, & constitutiones Religionis, & illorum transumptum authenticum esse transmittendum ad singulos sex Patres electos, qui per litteras possunt votum dare.

Ad septimum. Ad 7. Sententiam eiectionis à Religione fieri debere saltem de voto maioris partis sex Patrum electorum.

Petrus Aloysius Cardinalis Carafa Præfectus.

Loco † Sigilli.

Franciscus Paulutius Sac. Concilij Secret.

D. F. Ioan. Cebrian Archiep. AD annum 1644. Innocen. X. assumpsit ad Archiepiscopatum Cæsaraugustanum D. Fr. Ioannem Cebrian Episcopum Turolen. de quo suprà.

Fr. Petrus Merino Episcop. Ad annum 1647. creavit Episcopum Vallis-Oletanum novi Orbis apud Onduras Fr. Petrum Merino Conventus Vallis-Oletani apud Castellum filium, Vniversitatis Salmantinæ Theologiæ Doctorem, & vespertinæ Cathedræ substitutum anno 1629. ac Philosophiæ moralis anno 1630. Proprietarium, vitæ Sanctimonia, Religionis Observantia, & omnium virtutum laude percelebrem, qui tamen Episcopatum tenuit: obijtque Salmanticæ die 22. Decembris anno 1649. eius corpus mirabili vigens decore, ac membrorum docilitate, & tractabilitate, ac si vivens, ita suavissimum emisit odorem, ac si pretiosis aromatibus conditum esset, qui in vestibus, quibus ad funus delatum contectum erat, per plurimos fragrans permansit dies, vt sæpius testatus est ocularis testis Illustrissimus D. D. Fr. Iosephus Gonzalez Episcopus Piasentinus eiusdem Collegij Theologiæ tunc Moderator.

Fr. Marcus Salmeron Episcopus. Idem Pontifex ad annum 1648. Episcopum de Truxillo apud Indos creavit Fr. Marcum Salmeron Ordinis nostri Magistrum Generalem, de quo vide in Cathalogo Generalium, qui Matriti ante consecrationem vitã cũ morte commutavit, & in Conventu nostro Optensi tumulatur.

Fr. Gabriel Adarzo Santander Ep. Ad annum 1655. idem Pontifex Episcopum Bexavenensem apud Lombardiam creavit Fr. Gabrielem Adarzo Santander Castellanum, Conventus nostri Matritensis sobolem, Philippo IV. Hispaniarum Regi Concionatorem, incrementorum Ordinis zelantissimum, qui in celebri Salmanticensi Atheneo Cathedram Theologiæ moralis ad annum 1662. & festum in eadem Vniversitate Sanctissimi Protoparentis Petri Nolasco proprijs sumptibus instituit, & cuius ope ac industria plurima nostri Ordinis Apostolica diplomata in Bullario Romano Cherub. & Lantuscæ. conferta sunt, de quo vide infra.

Fr. Franciscus Boil. Episcop. Idem Pontifex eodem anno Episcopum Algueren. apud Sardiniam creavit Fr. Franciscum Buil, in eadem Insula natum, Conventus nostri Callaritani filium, perceIebrem Regium Philippi IV. Concionatorem, provt eius opera prelo data testantur, qui nec minori facundia Beatæ MARIÆ Virginis de Podio historiam contexuit.

INNOCENTIO X. qui obijt anno salutis 1655. succedit

ALE-

ALEXANDER VII.

Senensis, Fabius Chisius antea vocatus, Fabij filius Episcopus Imolensis S. R. E. Presbyter Cardinalis Tit. S. MARIÆ de Populo. Romæ die 7. Aprilis anno Domini 1655. Pontifex Maximus renuntiatus, die 18. eiusdem mensis, & anni Coronatus. Sedit annos 11. mensem 1. dies 18. Creavit Cardinales 38. & ex nostro Ordine Archiepiscopos tres, & Episcopos sex. Obijt 22. Maij anno salutis 1667. in Basilica Principis Apostolorum tumulatur.

ALEXANDRI VII.

CONSTITVTIO I.

Quadragesimo sexto M. Generali Fr. Alphonso Sotomaior.

Procuratore Generali in Vrbe M. Michaële de Alcantara.

COMPENDIVM.

Confirmat statutum Capituli Generalis Barbastrensis, vt Vocales Galli possint in Capitulo Generali suffragari absque litteris Nuntij Galliarum, solo testimonio suæ Prouinciæ.

Edita an. 1655.

ALEXANDER PAPA VII. AD futuram rei memoriam.

1 Exponi Nobis nuper fecit dilectus filius Michaël de Alcantara Vicarius Generalis Italiæ, & Procurator Generalis totius Ordinis Beatæ MARIÆ de Mercede Redemptionis Captivorum, quod, cum aliàs Capitulum Generale Ordinis prædicti de anno 1627. à fel. rec. Vrbano Papa VIII. Prædecessore nostro, vt asseritur, confirmatum, ob speciales rationes, quæ tunc temporis aderant, decrevisset, vt Fratres Vocales dicti Ordinis, qui ex Provincia Franciæ ad ipsius Ordinis Capitulum Generale convocati advenissent, nullatenus admitti deberent, nisi testimonia suarum electionum per officium existentis pro tempore apud Regem Francorum Christianissimum Sedis Apostolicę Nuntij approbata attulissent, postmodum cessantibus omnino eisdem rationibus Capitulum Generale dicti Ordinis novissimè die 30. Ianuarij 1652. in Conventu Barbastrensi celebratum decrevit, & ordinavit, vt de cætero dicti Vocales Provinciæ Franciæ ad probandum se esse legitimè electos testimonijs eiusdem Nuntij non indigeant, sed iis sufficiat testimonium originale Capituli suæ electionis à tribus Notarijs subscriptum, seu legalizatum, & cum hoc testimonio debeant recipi in Capitulo Generali Ordinis prædicti, & haberi pro legitimè electis.

Vrb. VIII. sup. Bul. 16 Cōfirmavit decretum Cap. Gē. Tolet. vt Vocales Galliæ nō possint in Cap. Gen. suffragari, nisi de suo officio per litteras Nuntij Apostolici Galliarum constet.

Petitur huius decreti derogatio, statuto in Cap. Gen. Barbastrē. de anno 1652. quod vt Vocales Galli possint suffragari sufficiat testimonium suæ Prov.

2 Cum autem firmiora sint illa, quibus Sedis Apostolicæ accedit authoritas, idcirco idem Michaël Procurator Generalis, novissimè celebrati Capituli Generalis prædicti nomine Nobis humiliter supplicari fecit, vt illius decretum huiusmodi Apostolicæ confirmationis nostræ patrocinio communire de benignitate Apostolica dignaremur.

3 Nos igitur dictum Michaëlem Procuratorem Generalem specialibus favoribus, & gratijs prosequi volentes, & à quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, alijsque Ecclesiasticis sententijs, censuris, & pœnis à iure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatus existit, ad effectum præsentium dumtaxat consequendum, harum serie absolventes, & absolutum fore censentes, huiusmodi supplicationibus inclinati, de Venerabilium Fratrum nostrorum S. R. Ecclesiæ Cardinalium negotijs, & consultationibus Episcoporum, & Regularium Præpositorum consilio, prænarratum decretum novissimè celebrati Capituli Generalis prædicti Apostolica authoritate tenore præsentium confirmamus, & approbamus, illique inviolabilis Apostolicæ firmitatis robur adijcimus, ac omnes, & singulos iuris, & facti defectus, si qui desuper quomodolibet intervenerint, supplemus: Decernentes præsentes litteras semper firmas, validas, & efficaces existere, & fore, ac omnibus, ad quos spectat, & pro tempore spectabit inviolabiliter observari, sicque in præmissis per quoscumque Iudices Ordinarios, & Delegatos, etiam causarum Palatij Apostolici Auditores, iudicari, & diffiniri debere, irritum quoque, & inane, si quid secus super his à quoquam quavis authoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari: Non obstantibus præmissis, ac cōstitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, necnon, quatenus opus sit, dicti Ordinis, etiam iuramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, ac consuetudinibus, cæterisque contrarijs quibuscumque.

Cōfirmat Pontifex statutum Cap. Gen. Barbastrē.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Maiorem, sub Annulo Piscatoris, die 22. Iunij 1655. Pontificatus nostri anno 1.

G. Gualterius.

Habetur originalis in Conventu S. Adriani de Vrbe.

ALEXANDRI VII.

CONSTITVTIO II.

Quadragesimo sexto M. Generali Fr. Alphonso Sotomaior.

Generali Romæ Procuratore M. Michaële de Alcantara.

COMPENDIVM.

Ad instantiam Cardinalis Vrsini concedit Pontifex Officium, & Missam S. Raymundi Nonnati in Diaconia S. Eustachij celebrari.

Edita an. 1655.

ALEXANDER PAPA VII. AD perpetuam rei memoriam.

Ineffabili Diuinæ bonitatis abundantia, nullo licet meritorum nostrorum suffragio, in Sede Principis Apostolorum constituti, pijs Christi Fidelium, præsertim sublimi Cardinalatus honore fulgentium, votis, quibus virtutum Dominus in sanctis suis glorificatur, libenter annuimus, prout in eodem Domino conspicimus salubriter expedire.

Card. Vrsinus Tit. S. Eustach. petit vt in sua Diaconia, cuius extitit Cardinalis S. Raymūdus Nonnatus, possit eiusdē Sancti officium, & Missa celebrari.

1 Cum itaque, sicut dilectus filius noster Virginius S. Eustachij Diaconus Cardinalis Vrsinus nuncupatus Nobis nuper exposuit, ipse pro eo, quem erga S. Raymundum Nonnatum Ordinis Fratrum Beatæ MARIÆ de Mercede Redemptionis Captiuorum, dum vixit, professorem, & S.R.E. Cardinalem, qui vt asseritur, Diaconiam Ecclesiæ eiusdem S. Eustachij pro denominatione sui Cardinalatus obtinuit, gerit deuotionis affectum, Officium, & Missam de eo in dicta Ecclesia S. Eustachij recitari, & celebrari posse summopere desideret, Nos eundem Virginium Cardinalem specialibus fauoribus, & gratijs prosequi volentes eius supplicationibus Nobis super hoc humiliter porrectis inclinati, quod de cætero perpetuis futuris temporibus in prædicta Ecclesia S. Eustachij festum eiusdem S. Raymundi cum Officio, & Missa de Communi Confessoris non Pontificis, iuxta rubricas Breuiarij, & Missalis Romani celebrari libere, & licitè possit, & valeat, Apostolica authoritate tenore præsentium facultatem concedimus, & impartimur: Non obstantibus constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, cæterisque contrarijs quibuscumque.

Concedit Pontifex iuxta petitionem Cardinalis Vrsini.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Maiorem, sub Annulo Piscatoris, die 20. Octobris 1655. Pontificatus nostri anno 1.

G. Gualterius.

ALEXANDRI VII.

CONSTITVTIO III.

Quadragesimo sexto M. Generali F. Alphonso Sotomaior.

Procuratore Generali Romæ M. Fr. Michaële de Alcantara.

COMPENDIVM.

Petit Vicarius, & Procurator Gen. Curiæ Rom. sibi è Secretaria Apostolica deduci Bullam 19. Vrbani VIII. sup. fol. 263. allatam, & eam fidedignam concedit Pontifex.

ALEXANDER PAPA VII. AD futuram rei memoriam.

Edita an. 1656.

1 Prouisionis nostræ debet prouenire subsidio, vt ius suum vnicuique conseruetur: proinde Nos tenorem quarumdam litterarum in simili forma Breuis fel. rec. Vrbani Papæ VIII. Prædecessoris nostri, in Secretaria nostra, tunc ipsius Vrbani Prædecessoris, repertum de verbo ad verbum transcribi, & præsentibus adnotari fecimus, pro eo, quod dilectus filius Michaël de Alcantara Vicarius Generalis Italiæ, & Procurator Generalis Ordinis Fratrum Beatæ MARIÆ de Mercede Redemptionis Captiuorum, Nobis nuper significauit, se dicto tenore indigere, qui quidem tenor talis est, videlicet.

Vrbanus Papa VIII. Ad futuram rei memoriam. Onerosa Pastoralis Officij Cura Nobis ex alto commissa postulat, vt his, per quæ Regularium locorum, & personarum in illis Altissimo famulantium numerus augeatur, eiusdem officij partes, etiam per opportunæ declarationis ministerium interponamus, &c.

Vrb. VIII. Bull. 19. in qua facultatem nobis concedit vt in Reg. Portugalliæ Monasteria fundare possimus petitur extractio.

Omittitur insertio, quia tenorem habes supra in Vrbani VIII. Bulla 19.

Cæterum, vt earumdem litterarum tenor sic insertus omnimodam rei, seu facti certitudinem faciat, Apostolica authoritate decernimus, vt illud idem robur, eamdemque vim, & eumdem vigorem dictus tenor in omnibus, & per omnia habeat, quem haberent originales litteræ prædictæ, & eandem pror-

Eam concedit Pontifex omni eo robore quo fruebatur ipsa Bulla.

Nullũ ius novũ vult nobis acquiri, sed antiquum conservari

prorsus eidem tenori fides adhibeatur quandocumque, & vbicomque, sive in iudicio, sive alibi fuerit ostensus, ac illi pariter stetur, sicut eisdem litteris originalibus staretur, si forent exhibitæ, vel ostensæ. Per præsentes autem nullum ius cuiquam de novo acquiri volumus, sed antiquum tantum conservari.

Datum Romę apud Sanctum Petrum, sub Annulo Piscatoris, die 15. Ianuarij 1656. Pontificatus nostri anno 1.

G. Gualterius.

Habetur originalis in nostro S. Adriani de Vrbe Conventu.

ALEXANDRI VII.

CONSTITVTIO IV.

Quadragesimo sexto M. Generali Fr. Alphonso Sotomaior.

Procuratore Generali Romæ M. Fr. Michaële de Alcantara.

COMPENDIVM.

E Bibliotheca Collegij nostri Salmantini libros extrahi sub censuris prohibet.

Edita an. 1656.

ALEXANDER PAPA VII. AD futuram rei memoriam.

1 Conservationi, & manutentioni librorum Bibliothecæ Collegij Veræ Crucis nuncupati Fratrum Ordinis B. MARIÆ de Mercede Redemptionis Captivorũ Civitatis Salmantinæ, quantum cum Domino possumus, benigne consulere, ac dilectum filium Michaëlem de Alcantara Vicarium Generalem Italiæ, & Siciliç, & Procuratorem Generalem totius Ordinis prædicti, nomine dilecti filij Ildephonsi de Sotomaior totius Ordinis prædicti Mag. Generalis Oratorem specialibus favoribus, & gratiis prosequi volentes, & à quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, alijsque Ecclesiasticis sententijs, censuris, & pœnis à iure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodarus existit, ad effectum præsentium dumtaxat consequendum, harum serie absolventes, & absolutum fore censentes, huiusmodi supplicationibus inclinati, ne de cætero quisquam quavis authoritate, aut officio fungens libros quinterna, folia, scripturas, tam impressa, quàm manuscripta, & alia quælibet in dicta Bibliotheca ad illius vsum, & ornatum existentia, tam hactenus per quoscumque Christi Fideles dictæ Bibliothecæ donata, & assignata, quàm in posterum forsan donanda, & assignanda quibusvis personis commodare, aut sub quovis quæsito colore, ingenio, causa, ratione, aut occasione è dicta Bibliotheca extrahere, & asportare, seu, vt commodentur, aut extrahantur, & asportentur, permittere, aut consentire audeat, seu præsomat, sub excommunicationis latæ sententiæ, ac privationis vocis activæ, & passivæ pœnis per contrafacientes eo ipso, absque alia declaratione, incurrendis, Apostolica authoritate tenore præsentium interdicimus, & prohibemus: non obstantibus constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, ac quatenus opus sit, Collegij, & Ordinis huiusmodi, etiam iuramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus, cæterisque contrarijs quibuscumque.

Libros, quinterna, folia, scripturas, tam impressa, quã manuscrip ta, è Bibliotheca Salmanticensis recruciani nostri Collegij extrahi sub excommunicationis pœna interdicit.

2 Volumus autem, quod præsentis prohibitionis copia invalvis dictæ Bibliothecæ, seu alio conspicuo loco, quo ab omnibus cerni possit, continuo affixa remaneat.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Maiorem, sub Annulo Piscatoris die 18. Septembris 1656. Pontificatus nostri anno 2.

G. Gualterius.

Habetur originalis in Archivo Sancti Adriani de Vrbe, & Salmantica.

ALEXANDRI VII.

CONSTITVTIO V.

Quadragesimo sexto M. Generali Fr. Alphonso Sotomaior.

Procuratore Generali Romę M. Fr. Michaële de Alcantara.

COMPENDIVM.

Statutum à Magistro Generali in Visitatione Conventus Monialium nostrarum de Assumptione Hispalensis de eo, quod feminę Saculares in eo non admittantur, nisi quindecim annorum minores, quibus expletis, aut habitum recipere, aut egredi teneantur, confirmat Pontifex.

Edita an. 1656.

ALEXANDER PAPA VII. AD perpetuam rei memoriam.

Ex

Ex iniuncto Nobis Apostolici muneris debito ad ea libenter intendimus, per quę Regularium Personarum quarumlibet, pręsertim vero Santimonialium quieti opportune consulitur.

1 Exponi siquidem Nobis nuper fecir dilectus filius Michael de Alcantara Vicarius Generalis Italiæ, & Procurator Generalis Ordinis Fratrum Beatæ MARIÆ de Mercede Redemptionis Captivorum, nomine dilecti pariter filij Ildephonsi de Sotomaior totius Ordinis Magistri Generalis, quod idem Ildephonsus in novissima Visitatione, quam sub die decima septima mensis Martij presentis anni 1656. fecit Monasterij Monialium Assumptionis B. MARIÆ Virginis Civitatis Hispalensis dicti Ordinis pro maiori disciplinæ Regularis observatione, dictique Monasterij reformatione quamdam, inter alia, constitutionem edidit tenoris, qui sequitur, videlicet.

Visitat M.G. Conventũ Assump. Monialiũ monastarũ Hisp. palen.

2 Quia experientia compertum est, gravia inconvenientia oriri ex receptione Fœminarum Secularium in hoc nostro Monasterio, educationis causa, præcipimus sub pręcepto formali obedientiæ, & pœna excommunicationis latæ sententiæ, trina canonica monitione de iure præmissa, Matri Abbatissæ, nunc, & pro tempore existenti, quod non possit recipere Fœminam aliquam Sæcularem, cuiuscumque qualitatis, aut conditionis existat, dummodo habeat quindecim ætatis annos completos; quod si aliquæ puellæ minoris ætatis recipianrur, eas faciat vti habitu, seu vestitu honesto, eis omnino prohibendo vestiri vestibus sericis, aut quovis modo profanis, vt educentur ea modestia, quæ Monasterium ita Religiosum decet, quæ quidem puellæ, completis quindecim ætatis annis, si voluerint esse Moniales, statim habitu Religioso pro Novitiatu, iuxta formam Sacrorum Canonum, nostrarum constitutionum, & huius Monasterij induantur; aliàs prædicta Mater Abbatissa eas è Monasterio egredi faciat taliter, quod nulla nullo prætextu post quindecim ætatis completos, quin fit habitu Religioso pro Novitiatu vestita, intra Monasterium remaneat; ac sub eisdem præcepto, & censuris mandamus quibuscumque Prælatis Nobis inferioribus, ne licentiam, aut facultatem ad contrarium faciendum concedant: In hoc enim eorum iurisdictionem coarctamus, & limitamus.

Statuit ne de cætero fœminæ Seculares vllo prætextu admittãtur, nisi minores quindecim annorũ, quibus expletis, si habitum non suscipiãt, foras mittantur.

3 Cum autem firmiora sint ea, quæ confirmationis Apostolicæ munimine roborantur, cupiatque idem Ildephonsus Mag. Generalis constitutionem huiusmodi perpetuo firmiter observari, Nobis propterea idem Michael nomine prædicto humiliter supplicari fecit, vt in præmissis opportunè, vt infra, providere de benignitate Apostolica dignaremur.

Statuti postulatur confirmatio.

4 Nos igitur eosdem Ildephonsum, & Michaelem specialibus favoribus, & gratijs prosequi volentes, & à quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, alijsque Ecclesiasticis sententijs, censuris, & pœnis à iure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodati existunt, ad effectum præsentium dumtaxat consequendum, harum serie absolventes, & absolutum fore censentes, huiusmodi supplicationibus inclinati, constitutionem præinsertam, ac omnia, & singula in ea contenta Apostolica authoritate tenore præsentium perpetuo confirmamus, & approbamus, illisque inviolabilis Apostolicæ firmitatis robur adjicimus: ac omnes, & singulos, tam iuris, quàm facti defectus, si qui desuper quomodolibet intervenerint, supplemus: ipsique Ildephonso, ac cuivis alij in eius officio Successori Magistro Generali, alijsque dicti Ordinis Superioribus, Fratribus, & personis, necnon dilecto filio nostro, & pro tempore existenti Sedis Apostolicæ in Regnis Hispaniarum Nuntio, ne dicti Monasterij præsenti, ac quandocumque futuræ Abbatissæ facultatem de cætero in eodem Monasterio quascumque Puellas Sæculares, educationis causa, aliàs, quàm iuxta formam, continentiam, & tenorẽ præinsertæ constitutionis huiusmodi recipiendi, & retinendi concedere vllatenus audeant, vel præsumant, sub nullitatis ipsarum concessionum, & receptionum huiusmodi, alijsque nostro, & pro tempore existentis Romani Pontificis arbitrio infligendis pœnis, Apostolica authoritate, & tenore præsentis inrerdicimus, & prohibemus.

Cõfirmat Pontifex statutum M. Gener.

Aliter faciendi facultatem etiam Hispaniarum Nũtio denegat.

5 Decernentes præsentes litteras validas, firmas, & efficaces existere, & fore suosq; plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, & ab omnibus, & singulis quos illæ concernunt, & quomodolibet concernent in futurũ, inviolabiliter, & in cõcusse perpetuo observari: sicque per quoscumque Iudices Ordinarios, & Delegatos, etiam causarum Palatij Apostolici Auditores, ac S. R. E. Cardinales, etiam de latere legatos, dictæque Sedis Nuntios iudicari, & diffiniri debere: ac irritum, & innane, si secus super his à quoquã quavis authoritate scienter, vel ignoranter, contigerit attentari: non obstantibus constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, necnon Monasterij, & Ordinis huiusmodi, etiam iuramento, confirmatione

Robur adjicit confirmationi.

tione Apostolica, vel alia quavis firmitate roboratis statutis, privilegijs quoque, indultis, & litteris Apostolicis in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis: quibus omnibus, & singulis, illorum tenores præsentibus pro plene, & sufficienter expressis habentes, illis aliàs in suo robore permansuris, ad effectum præmissorum specialiter, & expresse derogamus, cęterisque cōtrarijs quibuscumque.

Eidem fidem iubet dari transumptis, ac originali.

6 Volumus autem, quod præsentium transumptis, etiam impressis, manu alicuius Notarij publici subscriptis, & sigillo alicuius Personæ in dignitate Ecclesiastica constitutæ munitis, eadem prorsus vbique in iudicio, & extra fides adhibeatur, quæ præsentibus adhiberetur, si forent exhibitæ, vel ostensæ.

Datum Romæ apud Sanctām Mariam Maiorem, sub Annulo Piscatoris, die 2. Octobris 1656. Pontificatus nostri anno 2.

G. Gualterius.

Habetur originalis Matriti, & Romę.

ALEXANDRI VII.

CONSTITVTIO VI.

Quadragesimo sexto M. Generali Fr. Alphonso Sotomaior.

Procuratore Generali in Romana Curia F. Michaele de Alcantara.

COMPENDIVM.

Contra tenorem concordię, & constitutiones Apostolicas in Capitulo suo aliqua decernentibus Recollectis nostris erga Redemptionem, inconsulto Mag. Gen. Iudices Apostolicos constituit Pontifex, vt de iure contra eos procedatur.

Edita ann. 1656.

ALEXANDER PAPA VII. Venerabilibus Fratribus Archiepiscopo Hispalensi, & Cordubensi, ac Giennensi Episcopis, sive dilectis filijs eorum Officialibus, & eorum cuilibet. Venerabiles Fratres, seu dilecti filij, salutem, & Apostolicam benedictionem.

1 Exponi Nobis nuper fecit dilectus filius Michael de Alcantara Vicarius Generalis Italiæ, & Siciliæ, ac Procurator Gen. totius Ordinis B. MARIÆ de Mercede Redemptionis Captivorum pro interesse sui Ordinis, quod licet Religiosi Discalceati eiusdem Ordinis sint sub ditctione, cura, obedientia, & superioritate dilecti filij Magistri Generalis totius Ordinis pro tempore existentis in ministerio Redemptionis huiusmodi, & alijs illud quomodolibet cōcernentibus, nihilominus ausi fuerunt in quadam Congregatione per illos habita die 20. Octobris an. Domini 1652. in Conventu Corporis Christi Oppidi de Visso Hispalen. Diœcesis duo, inter alia, statuta circa pecunias, & bona quęcumque ad Captivorum Redemptionem spectantia in Provincia Sicula S. Raymundi, & circa Redemptorem eiusdem Provinciæ independenter à prædicto Generali contra iura, & facultates dicto Mag. Generali, secundum diversas constitutiones Apostolicas, cōperentes, latius in iudicio deducendas, facere.

In his, quę concernũt Redemptionẽ subduntur M. Gẽ. Recollecti nostri.

In Cap. suo quędã decernunt Recollecti nostri erga Redẽptionẽ inconsulto Mag. Gen.

2 Cum autem, sicut eadem expositio subiungebat, præmissa tendant in periudicium prædicti Ordinis, ac in vilipendium constitutionum Apostolicarum, pro conservatione ipsius Ordinis emanatarum, ideo exponens prædictus pro quiete sui Ordinis coactus est via iuris agere contra dilectos filios Fratres Ioannem à Præsentatione, & Ioannem de Angelis, & Hyacintum de S. Iosepho, omnesque alios Fratres Discalceatos dicti Ordinis, qui prædicta statuta contra authoritatem dicti Generalis nulliter, & iniustè facta subscripserunt, & alios dicta statuta defendere prætẽdentes adversarios; Nobisque humiliter supplicari fecit, quatenus causam, & causas observationis dictarum constitutionum Apostolicarum, & iurium Magistro Generali nunc, & pro tempore existenti competentium, quam, & quas dictus exponens super præmissis contra prædictos adversarios habet, & movet, habereque, & movere vult, & intendit cum omnibus suis incidentibus, dependentibus, emergentibus, annexis, & connexis, totoque negotio principali, aliquibus Ordinarijs illarum partium, & eorum cuilibet, attento, quod agitur inter exemptos, audiẽdi, cognoscendi, decidendi, fineque debito summariè, provt in causis beneficialibus procedi consuevit, terminandi, cum potestate etiam per edictū publicum, constito de non tuto accessu ad dictos adversarios, omnesque alios, quos opus fuerit citandi, illisque, & quibus videbitur, sub sententijs, censuris, & pœnis inhibendi, ac inobedientes in illas incidisse, servata forma Concilij Trident. declarandi, aggravandi, reaggravandi, & interdicendi, auxiliumque brachij sæcularis invocādi, nec non attentata, & innovata quæ-

Petit Procurator noster Iudices Apostolicos in partibus nominari, vt de iure proceda tur contra Recollectos.

cumque, prout de iure revocandi, prædictumque Generalem in possessione suarum facultatum, & prærrogativarum in primis, & ante omnia, prout iuris fuerit, manutenendi, cæteraque in præmissis necessaria, & opportuna faciendi, exercendi, & exequendi præmissis, ac constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, cæterisque contrariis nequaquam obstantibus, committere, aliàsque eis in præmissis opportunè providere de benignitate Apostolica dignatemur.

3 Nos igitur statum, & merita causæ, & causarum huiusmodi præsentibus pro expressis habentes, ipsumque exponentem à quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisq; Ecclesiasticis sententijs, censuris, & pœnis à iure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatus existit, ad effectū præsentium dumtaxat consequendum, harum serie absolventes, & absolutum fore censentes, huiusmodi supplicationibus inclinati, Fraternitati vestræ Fratres Archiepiscope, & Episcopi, seu discretioni vestræ filij Officiales per præsentes committimus, & mandamus, quatenus vos, vel duo, aut unus vestrum, vocatis ad id, qui fuerint evocandi, in præmissis omnibus, & singulis authoritate nostra faciatis, prout de iure faciendum.

Iudices Apostolicos instituit Archiep. Hispalen. Episcopos Cordubēn. & Giennē. aut eorum Vicarios.

Datum Romę apud Sanctam Mariam Maiorem, sub Annulo Piscatoris, die 2. Octobris 1656. Pontificatus nostri anno 2.

I. B. Costaguتus.

Originale extat in Archivis Matritensi, & Romano nostris.

ALEXANDRI VII.

CONSTITVTIO VII.

Quadragesimo sexto M. Generali Fr. Ildephonso Sotomaior.

Procuratore Generali in Vrbe Fr. Michaele de Alcantara.

COMPENDIVM.

Confirmat Pontifex omnia privilegia, gratias, & indulgentias Nobis, locis, & Confratrijs nostris à suis Prędecessoribus concessa.

Edita an. 1656.

ALEXANDER PAPA VII. AD perpetuam rei memoriam. Iniuncti Nobis Apostolici muneris ratio postulat, vt Sacrarum Religionum, gratos Altissimo fructus assiduè præstantium, paternam curam gerentes privilegia, gratias, & indulta, illis à Romanis Pontificibus Prędecessoribus nostris, & Apostolica Sede concessa, quo validius perpetuo subsistant, nostræ confirmationis robore muniamus.

1 Exponi siquidem Nobis nuper fecit dilectus filius Michael de Alcantara Vic. Gen. Italiæ, & Siciliæ, ac Procurator Generalis Fratrum Ordinis Beatæ MARIÆ de Mercede Redemptionis Captivorum, tam suo, quam etiam dilectorum filiorum Ildephonsi de Sotomaior Magistri Gen. & vniversorum totius prædicti Ordinis professorum nominibus, quod eidem Ordini, eiusque domibus, locis, & personis, Confratribus, & benefactoribus nunc, & pro tempore existentibus per eamdem Sedem Apostolicam concessa fuerunt variæ gratiæ, & indulta.

Nobis, locis, & Cōfratrijs nostris varia sunt per Summos Pontifices indulgentiæ, & privilegia concessa.

2 Cùm autem maiorem obtineant roboris firmitatem ea, quæ Apostolica authoritate sæpiùs muniuntur, & propterea idem Michael præmissa per Nos nominibus prædictis etiam confirmari, & approbari plurimum desideret, idcircò eosdem Ildephonsum, Michaelem, aliosque prædictos specialis gratiæ favore prosequi volentes, & illorum singulares personas à quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, alijsque Ecclesiasticis sententijs, censuris, & pœnis à iure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatæ existunt, ad effectum præsentium dumtaxat consequendum, harum serie absolventes, & absolutas fore censentes, supplicationibus illorum nomine Nobis super hoc humiliter porrectis inclinati, omnia, & singula indulta privilegia gratias, indulgentias, peccatorum remissiones, ac pœnitentiarum relaxationes eidem Ordini, illiusque domibus, locis, & personis, ac Confratribus, per eamdem Sedem, & per diversos Romanos Pontifices Prædecessores nostros hucvsque concessa, & confirmata, dummodo tamen privilegia, indulta, & alia prædicta omnia in vsu, nec revocata, ac sub aliquibus revocationibus comprehensa, ac Sacris Canonibus, Concilij Tridentini decretis, & constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, dictique Ordinis regularibus institutis, non adversentur, Apostolica authoritate tenore præsentium perpetuo cōfirmamus, & approbamus, ac perpetuæ, & inviolabilis Apostolicæ firmitatis robore communimus, omnesque, & singulos tam iuris, quàm facti defectus, si qui desuper quomodolibet intervenerint supplemus. Non obstanti-

Eorū confirmationem exoptamus.

Omnia privilegia gratias, & indulgentias nobis, locis, & Cōfratrijs nostris concessa confirmātur.

obstantibus constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, ac, quatenus opus sit, dicti Ordinis, etiam iuramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus, privilegijs quoque indultis, & litteris Apostolicis in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis: quibus omnibus, & singulis, illorum tenores præsentibus pro plene, & sufficienter expressis, & ad verbum insertis habentes, illis aliàs in suo robore permansuris, ad præmissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, & expresse derogamus, cæterisque contrarijs quibuscumque.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Maiorem, sub Annulo Piscatoris die 11. Octobris 1656. Pontificatus nostri anno 2.

G. Gualterius.

Extat hoc Breve originale apud Matritense Archivum, ponitur ab Angelo Lantusca in Bullar. Rom. tom. 6. in hoc Pontif. Constit. 27.

ALEXANDRI VII.

CONSTITVTIO VIII.

Quadragesimo sexto M. Generali Fr. Alphonso Sotomaior.

Procuratore Romę Generali Mag. Fr. Michaele de Alcantara.

COMPENDIVM.

Duobus Diffinitoribus Provinciæ Cuzcensis, qui venerant ad Capitulum Gen. celebrandum post expletum eorum triennium concedit Pontifex posse suffragari, si novi illius Provinciæ Diffinitores non adveniant.

Edita an. 1657.

ALEXANDER PAPA VII. AD futuram rei memoriam.

Exponi Nobis nuper fecit dilectus filius Michael de Alcantara Vicarius Generalis Italiæ, & Siciliæ, & Procurator Generalis Ordinis B. MARIÆ de Mercede Redemptionis Captivorum, quod in Capitulo Provinciali Provinciæ Cuzcensis eiusdem Ordinis in Indijs Occidentalibus de anno 1654. celebrato dilecti pariter filij Gasparus de Vilches, & Iosephus Ortiz in Diffinitores Generales, ad hoc, vt Provinciæ prædictæ nomine vocem in Capitulo Generali Ordinis huiusmodi haberent, ad triennium, sive vsque ad tunc proximum Capitulum Provinciale iuxta constitutiones eiusdem Ordinis canonice electi fuerunt.

Fr. Gaspar Vilches, & Fr. Ioseph. Ortiz Diffinitores Provinc. Cuzcensis.

1 Cùm autem, sicut eadem expositio subiungebat, prædicti Gaspatus, & Iosephus magnis laboribus, & expensis, longoque itinere ad interveniendum Capitulo Generali huiusmodi venerint, dictum verò triennium ante celebrationem eiusdem Capituli Generalis finiri debeat, seu forsan iam finitum sit: cumque novi Diffinitores in Capitulo Provinciali Provinciæ prædictę hoc anno eligendi, seu forsan iam electi ob angustiam temporis, vel etiam navigationis defectu ad dictum Capitulum Generale iam proximè celebrandum accedere non possint, & propterea idem Michael, ne Provincia prædicta Diffinitoribus, qui eius nomine dicto Capitulo Generali intersint careat, eisdem Gasparo, & Iosepho opportunè vt infra indulgere summopere desideret; Nos specialem ipsis Michaeli, ac Gasparo, & Iosepho gratiam facere volentes, & eorum singulares personas à quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, alijsque Ecclesiasticis sententijs, censuris, & pœnis à iure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatæ existunt, ad effectum præsentium dumtaxat consequendum, harum serie absolventes, & absolutos fore censentes, supplicationibus dicti Michaelis nomine Nobis super hoc humiliter porrectis inclinati, prædictis Gasparo, & Iosepho Diffinitoribus Generalibus à supradicta Provincia, sicut præmittitur, deputatis, vt in Capitulo Generali Ordinis prædicti proximè celebrando, licet tunc temporis triennium eorum deputationis elapsum sit, vocem nihilominus pro ea vice habeat in omnibus, & per omnia perinde, ac si idem triennium, seu tempus eorum deputationis huiusmodi elapsum non esset, dummodo tamen non advenerint alij Diffinitores ab eadem Provincia deputati ante celebrationem eiusdem Capituli Generalis, authoritate Apostolica tenore præsentium concedimus, & indulgemus.

Occasione quod triennium prædictæ electionis finitur ante Cap. Gen. & quod ad illud abla dijs venerant, nec novi Diffinitores venire possint, possè suffragari, non obstantibus his, postulant.

Concedit Pontifex posse prædicti fatos suffragaris si novi Diffinitores non advenerint.

2 Decernentes easdem præsentes litteras firmas, validas, & efficaces existere, & fore, ac dictis Gasparo, & Iosepho, & alijs, ad quos spectat, & pro tempore spectabit, plenissimè suffragari; sicque in præmissis per quoscumque Iudices Ordinarios, & Delegatos, etiam causarum Palatij Apostolici Auditores iudicari, & diffiniri debere, ac irritum, & inane, si secus super his à quoquam quavis authoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari: Non

Robur adijcit decreto.

obstantibus præmissis, ac constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, nec non, quatenus opus sit, Ordinis,& Provinciæ huiusmodi, etiam iuramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus, privilegijs quoque indultis,& litteris Apostolicis in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis,& innovatis.

Contraria derogat.

3 Quibus omnibus, & singulis,illorum tenores præsentibus pro plenè, & sufficienter expressis, & ad verbum insertis habentes, illis aliàs in suo robore permansuris, ad præmissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter,& expresse derogamus, cæterisque contrarijs quibuscumque.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Maiorem, sub Annolo Piscatoris, die 13. Iulij 1657. Pontificatus nostri anno 3.

G. Gualterius.

ALEXANDRI VII.

CONSTITVTIO IX.

Quadragesimo sexto M. Generali Fr.Ildephonso Sotomaior.

Procuratore Generali Romæ Fr. Michaele de Alcantara.

COMPENDIVM.

Vocalibus Provinciæ Italię ad Capitulum Generale venire non valentibus, Pontifex substituit alios.

Edita an. 1657.

ALEXANDER PAPA VII. AD perpetuam rei memoriam.

Vocales Provinciæ Italiæ impediuntur infirmitate ad Cap. Gen. venire.

Exponi Nobis nuper fecit dilectus filius Michael de Alcantara Vicarius Generalis Italiæ,& Siciliæ, & Procurator Generalis Ordinis B. MARIÆ de Mercede Redemptionis Captivorum, quod ex quinque Vocalibus in proximo celebrato Capitulo Provinciali Provinciæ Italiæ Ordinis prædicti, ad effectum, dictæ Provinciæ nomine, proximo Capitulo Generali Ordinis huiusmodi, prope diem in Hispania celebrando, interveniendi, vocemque in illo habendi, iuxta constitutiones dicti Ordinis canonicè electis, tres, nempè dilecti pariter filij Franciscus Dompera Provincialis, ac Franciscus Rizzo Diffinitor, & Franciscus Iudicis Elector, propter nonnullas, quibos laborabant infirmitates ad Capitulum Generale prædictum proficisci nequeunt, nec alios eorum loco iuxta constitutiones prædictas electione canonica per vota secreta substituendos. Ergo Provinciæ prædictæ cuius tres Diffinitores Neapoli epidemia extincti fuerunt, Diffinitorium, ad quod Vocalium Capituli Generalis electio extra Capitulo Provinciale spectat, convocari, aut convenire potest, quia reliquus Diffinitorum memoratæ Provinciæ, qui superest in Alma Vrbe nostra, Provincialis verò qui vnà eum Diffiniroribus Diffinitorium hoiosmodi constituit, Neapoli respective nunc reperiontur.

Vic. Gen. substituit alios in defectu Diffinitorum Gener. & postulat à Sede Apostolica in munere Vocalium substitui.

1 Cum autem, sicut eadem expositio subinngebat prædictus Michael, præmissis attentis, dilectos etiam filios dicti Ordinis professores Ferdinandum de Galarza Conventus S. Adriani Vrbis,& Ordinis prædictorum Commendatorem, ac vnum Diffinitorum Generalium ad interveniendum prædicto Capitulo Generali electorum in Vicarium Provincialem loco, seu in desfectum prædicti Francisci Dompera Provincialis, qui eum, vt dictus Michael assesir, ad munus Vicarij Provincialis huiusmodi ad effectum infrascriptum nominavit, necnon Ioannem Reales Commendatorem Conventus S. Annæ Panormitani loco eiusdem Ferdinandi in Diffinitorem Generalem, & Vicentium Brunum Commendatorem Conventus Messanensis dicti Ordinis pariter in Diffinitorem Generalem loco, seu in defectum prædicti Francisci Rizzo,& denique Hieronymum Mellisaro Secretarium Visitationis Generalis Regni Siciliæ eiusdem Ordinis in Electorem Generalem loco, seu in defectum prædicti Francisci Iudicis ad interveniendum, dictæ Provinciæ nomine, Capitulo Generali supradicto à Nobis respective deputari summopere desideret. Nos ipsum Michaelem, dictosque Ferdinandum, nec non Ioannem,& Vincentium, ac Hieronymum, quos idem Michael ad munera huiusmodi respectivè obeunda idoneos esse pariter asserit, specialibus favoribus, & gratijs prosequi volentes, & eorum singulares personas à quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, alijsque Ecclesiasticis sententijs, censuris,& pœnis à Iure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodati existūt, ad effectum præsentium dumtaxat cōsequendum, harum serie absolventes, & absolutos fore censentes, supplicationibus dicti Michaelis nomine Nobis super hoc humiliter porrectis inclinari, veris existentibus præmissis, memoratos Ferdinandom de Galarza in Vicarium Provincialem loco, seu in defectum prædicti Francisci Dompera Provin-

Substituit Pontifex, quos Vic. Gen. præsentat, vt possint in Cap Gen. suffragari nempe cōstituit Fr. Ferdinandum Galarza Vic. Prov. loco Fr. Francisci Dompera Provinc. Fr. Ioannē Reales, & Fr. Vincētium Bruno Diffin. F. Hieron. Mellisaro Electorem Gen.

Provincialis, ac Ioannem Reales in Diffinitorem Generalem loco eiufdem Ferdinandi, nec non Vincentium Bruno pariter in Diffinitorem Gen. loco, feu in defectum dicti Francifci Rizzo, ac Hieronymum Mellifaro in Electorem Generalem, loco, feu in defectum prædicti Francifci Iudicis ad effectum interveniendi nomine prædictæ Provinciæ Italię dicto Capitulo Generali, locumque,& vocem in illo refpectivè habēdi eodem prorfus modo, quo Provinciales, feu Vicarij Provinciales, Diffinitores Generales, & Electores Generales aliarum Provinciarum dicti Ordinis eidem Capitulo Generali interuenire, locumque,& vocem in illo habere poterant, feu debebunt authoritate Apoftolica tenore præfentium deputamus, & conftituimus.

Robur adjicit prædictis.

2 Decernentes eafdem præfentes litteras firmas, validas, & efficaces exiftere,& fore, fuofque plenarios, & integros effectus fortiri,& obtinere, ac illis, ad quos fpectat, & fpectabit in futurum, pleniffimè fuffragari: ficque in præmiffis per quofcumque Iudices Ordinarios, & Delegatos, etiam caufarum Palatij Apoftolici Auditores, iudicari, & diffiniri debere, ac irritum, & inane, fi fecus fuper his à quoquam quavis authoritate fcienter, vel ignoranter contigerit attentari: Non obſtātibus præmiffis, ac conftitutionibus Apoftolicis, nec non, quatenus opus fit, Ordinis,& Provinciæ Italiæ huiufmodi, & alijs quibufvis, etiam iuramento, confirmatione Apoftolica, vel alia quavis firmitate roboratis ftatutis, & confuetudinibus, privilegijs quoque indultis, & litteris Apoftolicis in contrarium præmifforum quomodolibet conceffis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & fingulis illorum tenores præfentibus pro plene, & fufficienter expreffis, & infertis habentes, illis aliàs in fuo robore permanfuris, ad præmifforum effectum fpecialiter, & expreffe derogamus, cæterifque contrarijs quibufcumque.

3 Volumus autem, vt præfentium tranfumptis manu alicuius Notarij publici fubfcriptis, & figillo perfonæ in Ecclefiaftica Dignitate conftitutæ munitis eadem prorfus fides in iudicio, & extra adhibeatur, quę ipfis pręfentibus adhiberetur, fi forent exhibitæ, vel oftenfæ.

Datum Romæ apud S. Mariam Maiorem, fub Annullo Pifcatoris, die 25. Septembris 1657. Pontificatus noftri anno 3.

G. Gualterius.

ALEXANDRI VII.

CONSTITVTIO X.

Quadragefimo feptimo Magiftro Generali Fr. Martino Allue.

COMPENDIVM.

Electio R. P. M. Fr. Martini de Allue in Magiftrum Generalem Pontificio Diplomate firmatur.

Edita an. 1658.

ALEXANDER PAPA VII. AD futuram rei memoriam.

1 Exponi Nobis nuper fecerunt dilecti filij Francifcus de Iudicibus, & Ioannes Francifcus Olignanus Procuratores fpeciales, nomine totius Ordinis B. MARIÆ de Mercede Redemptionis Captivorum, quod facta aliàs per dictum filium Ildephonfum de Sotomaior, tunc dicti Ordinis Magiftrum Gen. ceffione regiminis officij Magiftri Generalis huiufmodi per eiufdem Ildephonfi ad Ecclefiam Arborenfem affumptionem, fubinde celebrato fub die 1. Ianuarij præfentis anni 1658. Capitulo Generali dicti Ordinis in Oppido Murtiæ, Carthaginen. Diœcef. in Regno Caftellæ, in eodem Capitulo, iuxta ftatutorum, ac conftitutionum dicti Ordinis, Apoftolica authoritate confirmatorum, difpofitionem dilectus filius Martinus de Allue eiufdem Ordinis Profeffor in Magiftrū Generalem Ordinis huiufmodi canonice electus fuit, quare dicti Francifcus, & Ioannes Francifcus nomine dicti Capituli Generalis Nobis humiliter fupplicari fecerunt, vt electionem huiufmodi fic, vt præmittitur, factam Apoftolica authoritate, confirmare de benignitate Apoftolica dignaremur.

M. Gen. Sotomaior Ep. Arboren. eligitur.

Mag. Fr. Martinus de Allue Mag. Gen. eligitur.

Confirmatur Mag. Gen electio.

2 Nos igitur, eofdem Martinum, dictofque exponentes fpecialibus favoribus, & gratijs profequi volentes,& eorum fingulares perfonas à quibufvis excommunicationis, fufpenfionis, & interdicti, alijfque Ecclefiafticis fententijs, cenfuris, & pœnis à iure, vel ab homine quavis occafione, vel caufa latis, fi quibus quomodolibet innodatæ exiftunt, ad effectum præfentium dumtaxat confequendum, harum ferie abfolventes, & abfolutos fore cenfentes, huiufmodi fupplicationibus inclinati, electionem de perfona prædicti Martini in Magiftrum Generalem huiufmodi, vt petitur, factam Apoftolica authoritate tenore pręfentium confirmamus, & approbamus, illique inviolabilis

Robur additur confirmationi.

Contraria abrogat.

bilis Apoſtolicæ firmitatis robur adjicimus.

Robur adjitur confirmationi.

3 Decernentes præſentes litteras validas, firmas, & efficaces exiſtere, & fore, ſuoſque plenarios, & integros effectus ſortiri, & obtinere, ac eidem Martino pleniſſimè ſuffragari, ſicque per quoſcumque Iudices Ordinarios, & Delegatos, etiam Cauſarum Palatij Apoſtolici Auditores iudicari, & definiri debere, ac irritum, & innane, ſi ſecus ſuper his à quoquam quavis authoritate ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari: Non obſtantibus conſtitutionibus, & ordinationibus Apoſtolicis, necnon Ordinis huiuſmodi, etiam iuramento, confirmatione Apoſtolica, vel quavis firmitate alia roboratis ſtatutis, & conſuetudinibus, privilegijs quoque indultis, & litteris Apoſtolicis in contrarium præmiſſorum quomodolibet conceſſis, confirmatis, & innovatis: quibus omnibus, & ſingulis, illorum tenores præſentibus pro plene, & ſufficienter expreſſis habentes, illis aliàs in ſuo robore permanſuris, ad præmiſſorum effectum ſpecialiter, & expreſſe derogamus, cæteriſque contrarijs quibuſcumque.

Contraria derogat.

Datum Romę apud Sanctum Petrum, ſub Annulo Piſcatoris, die 27. Martij 1658. Pontificatus noſtri anno tertio.

ALEXANDRI VII.

CONSTITVTIO XI.

Quadrageſimo octavo M. Generali Fr. Ioanne Aſſenſio.

COMPENDIVM.

Electio Magiſtri Generalis de perſona Mag. Fr. Ioannis Aſſenſio à Sede Apoſtolica confirmatur.

Edita an. 1658.

ALEXANDER PAPA VII. AD futuram rei memoriam.

1 Exponi Nobis nuper fecerunt dilecti filij Franciſcus de Iudicibus Procurator Generalis, nec non Antonius de Torres, ac Ioannes Franciſcus Olignanus Præſentatus, omnes tres Procuratores ſpecialiter electi à Capitulo Generali Fratrum Ordinis B. MARIÆ de Mercede Redemptionis Captivorum, in Collegio dicti Ordinis in Civitate Oſcenſi de anno præſenti 1658. ſub die 15. Octobris celebrato, quod vacante per obitum quondam Martini de Allue, dum vixit Magiſtri Generalis huiuſmodi, in eodem Capitulo Generali ab omnibus illius Vocalibus Capitularibus canonicè, ac nemine diſcrepante, in Magiſtrum Generalem dicti Ordinis dilectus filius Ioannes de Aſſenſio Vandaliæ Magiſter Provincialis electus fuit.

Viſa præpropere functo M. Allue M. G. M. Fr. Ioannes Aſſenſio in Magiſtrum Gen. eligitur.

2 Verùm, quia dicti Ordinis conſtitutiones authoritate Apoſtolica diſponunt, vt electiones huiuſmodi à Sede Apoſtolica cõfirmentur, Nobis propterea dicti Exponentes humiliter ſupplicari fecerunt, vt in præmiſſis opportunè, vt infra, providere de benignitate Apoſtolica dignaremur.

Petitur Apoſtolica confirmatio.

3 Nos igitur eundem Ioannem, ipſoſque Exponentes ſpecialibus favoribus, & gratijs proſequi volentes, & eorum ſingulares perſonas à quibuſvis excommunicationis, ſuſpẽſionis, & interdicti, aliiſque Eccleſiaſticis ſententijs, cenſuris, & pœnis à iure, vel ab homine quavis occaſione, vel cauſa latis, ſi quibus quomodolibet innodatæ exiſtũt, ad effectum præſentium dumtaxat conſequendum, harum ſerie abſolventes, & abſolutos fore cenſentes, huiuſmodi ſupplicationibus inclinati, electionem de perſona dicti Ioannis in Magiſtrum Generalem dicti Ordinis huiuſmodi, vt præfertur, factam, Apoſtolica authoritate tenore præſentium confirmamus, & approbamus, illique inviolabilis Apoſtolicæ firmitatis vim, & robur adjicimus.

Cõfirmat Pontifex electionẽ Mag. Gen.

4 Decernentes præſentes litteras firmas, validas, & efficaces exiſtere, ac fore, ſuoſque plenarios, & integros effectus ſortiri, & obtinere, ac eidẽ Ioanni pleniſſimè ſuffragari: ſicque per quoſcumque Iudices Ordinarios, & Delegatos, etiam cauſarum Palatij Apoſtolici Auditores, iudicari, & diffiniri debere: irritum quoque, & innane, ſi quid ſecùs ſuper his à quoquam quavis authoritate ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari: Non obſtantibus cõſtitutionibus, & ordinationibus Apoſtolicis, nec non Ordinis huiuſmodi, etiam iuramento, confirmatione Apoſtolica, vel quavis firmitate alia roboratis ſtatutis, & conſuetudinibus, privilegijs quoque indultis, & litteris Apoſtolicis in contrarium præmiſſorum quomodolibet conceſſis, & innovatis: quibus omnibus, & ſingulis illorum tenores præſentibus pro plene, & ſufficienter expreſſis habentes, illis aliàs in ſuo robore permanſuris, ad præmiſſorum effectum hac vice dumtaxat ſpecialiter, & expreſſe derogamus, cæteriſque contrarijs quibuſcumque.

Robur adjicitur confirmationi.

Contraria derogat.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Maiorem, ſub Annulo Piſcatoris, die 3. Decemb. 1658. Pontif. noſtri an. 4.

G. Gualterius.

ALE-

SVB ALEXANDRO VII.

CONSTITVTIO XII.

Quadrageſimo octavo M.Generali Fr. Ioanne Aſſenſio.

COMPENDIVM.

Capitulum Provinciale Caſtellæ menſe Octobris celebrandum ad Dominicam in Cantate *perpetuo transfert Hiſpaniarum Nuntius.*

Edita an. 1660.

CAROLVS BONELLVS DEI, & Apoſtolicæ Sedis gratiâ Archiepiſcopus Corinthi, & SS. D.N. D. Alexandri Papæ VII.eiuſdemque Sedis in his Hiſpaniarum Regnis cum poteſtate Legati de Latere Nuntius, iuriumque Cameræ Apoſtolicæ Collector Generalis. Legationis noſtræ munus, quod in his Regnis ſuſcepimus exercendum expoſcit, vt ad ea mentis noſtræ aciem ſedulo dirigamus per quæ regularium poriſſimum perſonarum ſalubriori regimini, & gubernio conſulitur, & in Domino dignoſcitur expedire.

Petit Provincia Caſtellæ Capit. Prov. à ſuo celebrationis tempore vagans in Dominicâ in Cãtate reſtitui.

1 Sane pro parte dilecti Nobis in Chriſto R.P.Fr.Hieronymi de Valderas Provincialis Provinciæ Caſtellæ Ordinis B. MARIÆ de Mercede Redemptionis Captivorum, ac P.Præſentati Fr.Andreæ de Prado, Præſent. Fr. Ludovici de Miranda, Præſent. Fr. Sebaſtiani Bazo, nec non vnius aſſerti infirmi, ſcilicet Præſent. Fr. Bernardi Matienzo Diffinitorom,nomine dictæ Provinciæ, & Commendatorum illius, fuit Nobis nuper expoſitum, quod ex primitiva dicti Ordinis regula diſponitur, quod tempus convocandi Capituli Provincialis eſſe debeat in Dominica *Cantate*, quodque ex quodam accidenti facta fuit translatio, accedente Apoſtolica authoritate, ad menſem Octobris, provt ex Brevi fœl. rec. Vrbani Papæ VIII.ſubdatum Romæ apud S.Petrum die 11.Ianuarij,anni præteriti 1636. apparet, quodque nuper in præcedenti Capitulo Generali in Civitate Oſcenſi celebrato,die 15. menſis Octobris anni etiam præteriti 1658. inter alia acta ſpecialiter diſpoſitum fuit, quod pro maiori commoditate Vocalium, qoi Capitulo intereſſe debent, verno tempore magis ad hoc favente, celebratio Capituli Provincialis reducatur, provt antea conſueverat, ad dictam Dominicam *Cantate*: Nobiſque propterea humiliter ſupplicatum fuit, quatenus ſibi in præmiſsis de benignitate Apoſtolica opportunè providere dignaremur.

Hic Fr. Franciſcus Lizana in Theol. M. inſignis Theologus Concionator egregius, virtutum amantiſſimus,plura edidit volumioa, obijt Opti.

3 Nos igitur, qui regularium potiſsimum perſonarum ſalubrius regimen,& gubernium, pacemque,& vnionem,quantum cum Domino poſſumus, ſinceris deſideramus affectibus, maximè attento vniverſali conſenſu R. P. Generalis totius Ordinis prædicti, & inſtantia tam R.P.Provincialis, quàm Diffinitorum omnium, Commendatorum,& Superiorum, Vocaliumq; dictæ Provinciæ,nempè Fr. Didaci de Zuñiga Commendatoris Conventus Civitatis Toletanæ, Fr. Franciſci de Lizana Commendatoris Conventus dicti Ordinis Oppidi de Huete, Fr. Ioannis de la Fuente Præſent. in Sacra Theolgia Commendatoris Conventus Regalis S. Antolini dicti Ordinis Oppidi Civitatis nuncupati de Guadalaxara, Præſent. Fr.Didaci de Caſtro Commendatoris Conventus dicti Ordinis Civitatis Segovienſis, Fr.Ioannis de Roxas Commendatoris Conventus dicti Ordinis Civitatis Conchenſis, P. Fr. Bernardi de Briones Lectoris Sacræ Theologiæ Conventus, ſeu Collegij de la Vera Cruz, & Rectoris, & Commendatoris dicti Collegij Civitatis Salmantinæ, Fr.Franciſci Criales Commendatoris Conventus Oppidi Civitatis nuncupatide Toro, P. M. Fr.Ioannis de Herrera Cathedratici Theologię Vniverſitatis ſtudiorum Civitatis Valliſ-Oletanæ, & Commendatoris dicti Conventus, Fr. Bernardi de Solorzano Commendatoris Conventus B. MARIÆ de Mercede prope,& extra muros Civitatis Burgenſis, Fr.Antonij Pacheco del Aguila Commendatoris Cõventus dicti Ordinis in Principatu Auſtricenſi, Fr.Sebaſtiani Lopez Præſent. in Sacra Theologia Commendatoris Conventus S.MARIÆ de Conjo dicti Ordinis prope, & extra muros Civitatis Compoſtellanæ, P.Ioannis Martinez Almeria Commendatoris Conventus dicti Ordinis S.Vincentij de Baracaldo, P. M.Fr. Fauſtini de Caſas Commendatoris Conventus dicti Ordinis huius Oppidi Matriti, Fr.Gundiſalvi de Mercado Commendatoris Conventus dicti Ordinis Oppidi de Verin, Fr. Franciſci Ceron Rectoris Collegij Puriſsimæ Conceptionis dicti Ordinis Vniverſitatis ſtudiorum Complutẽſis, Fr.Ferdinandi Gutierrez de Silva Commendatoris Conventus dicti Ordinis Oppidi Conventus nuncupati de Soria, Patris Prædicatoris Fr. Gregorij Fernandez Commendatoris Conventus dicti Ordinis Oppidi Civitatis nuncupatæ de Truxillo,Patris Prædic. Fr. Ioannes de Revolle.

M.Fr.Ioãnes Diaz de Herrera inſignis Theologus, decurſis alijs Theologiæ Primariam Sedẽ Vniverſitatis Valliſ.Oletana omniũ plauſu obtinuit, & in ea ſublatus plura reliquit ſcripta, quæ lucẽ publicam Authore deficiente non viderunt.

Fr Anton. Pacheco del Aguila vir valde devotus in ſimplicitate cordis ſui Deo maxime deditus,& omnium virtutum ſpecimine clarus præcipue in B. Virginem præcordiali, & filiali affectu.

Revolloſa Commendatoris Conventus dicti Ordinis Oppidi Civitatis nuncupati de Almazan, P.Præſent, Fr. Petri de Obra Commendatoris Conventus dicti Ordinis Civitatis nuncupatæ de Logroño, Fr. Andreæ de Vrbina Lectoris Sacræ Theologiæ, & Commendatoris Conventus dicti Ordinis de Olmedo, qui omnes adimplent numerum vigeſimum, quo in totum conſtat, & dependet regimen, & gubernium totius huiuſmodi Provinciæ, vt ex enuntiationibus corā Nobis exhibitis, & de mandato noſtro, in Regiſtro expeditionum noſtrarum aſſervatis, & cuſtoditis latiùs apparet; ideòque ceſſante veroſimiliter omni dubio evidentis vtilitatis totius Provinciæ huiuſmodi, & cuiuſvis damno, & præiudicio, ob reductionem, & reſtitutionem præſentem temporis triennalis intermedij lapſi inter dictum vltimum, & proximè futurum Capitulum Provinciale, vt res ad priſtinum, & primævum Regulæ inſtitutum, ac ad Regularis diſciplinæ principia, & primordia reducatur, dictā Provinciā, ipſiuſq; Regulares perſonas gratioſo favore proſequi volentes, & à quibuſvis excõmu-nicationis, ſuſpēſionis, & interdicti, aliiſque Eccleſiaſticis ſententijs, cenſuris, & pœnis à iure, vel ab homine quavis occaſione, vel cauſa latis, ſi quibus quomodolibet innodati exiſtunt, ad effectum preſentium dumtaxat conſequendum, harum ſerie abſolventes, & abſolutos fore cenſentes huiuſmodi ſupplicationibus inclinati, ac ſufficienti ad id facultate muniri, hinc eſt quos Nos ex officij noſtri, & Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine Nobis in hac parte conceſſa, certiſque alijs de cauſis latius coram Nobis deductis, & animum noſtrum moventibus, concedimus, & indulgemus, quod in proxima Dominica *Cantate* præſentis anni, & in futurum de triennio in triennium perpetuo, dictæ Religionis bono ita ſuadente, & in præmiſſorum executionem, vtque debitum ſortiantur effectum ipſum R.P. Generalem dicti Ordinis admonemus, vt Capitulum proximum in Dominica *Cantate* prædicti anni currentis, vt præfertur, celebrandum ritè, & rectè, ſervato aliàs cõſtitutionum, & dicti Ordinis ſtylo, convocet, & convocare faciat ad id ipſum eidem Reverendiſſimo Patri Generali in virtute ſanctæ obedientiæ, & ſub excommunicationis maioris latæ ſententiæ ipſo facto incurrendis, aliiſque arbitrio noſtro infligendis, & applicandis pœnis diſtrictè præcipimus, & mandamus: Non obſtantibus conſtitutionibus, & ordinationibus Apoſtolicis, ac dicti Ordinis ſtatutis, & actis, quibus ſpecialiter, & expreſſe hac vice dumtaxat derogamus, cæteriſque in contrarium facientibus quibuſcumque.

Hic Andreas Vrbina Cantaber in Theol. M vir litteratiſſimus, egregiis virtutibus inſignis, cõtemplationi maxime deditus, in qua mirabiles extaſes paſſus, pluries in altum molem corporis vis rapuit ſpiritus, Obijt Matriti fama ſanctitatis commendatus, die 17. Martij 1682. ætatis 66.

Cap. Prov. ad Dominicam Cãtate perpetuo celebrandum transfert.

Mag. Gen. præcipit vt Capitulum ad præfatam Dominicã convocet.

Datum Matriti, Toletanæ Diœceſis, anno Domini 1660. 9. Kalendas Martij, Pontificatus SS. D. N. Papæ anno 5.

Carolus Archiepiſcopus Chorinti Nuntius Apoſtolicus.

Habetur originalis in Archivo noſtro Matritenſi.

ALEXANDRI VII.

CONSTITVTIO XIII.

Quadrageſimo octavo M.Generali F. Ioanne de Aſſenſio.

Procuratore Generali Romæ M.Fr. Franciſco de la Roſa Bethico, Theologo doctiſsimo, Sacri Fidei Senatus Cenſore, Vandaliæ Provinciali.

COMPENDIVM.

Ius eligendi Iudices Conſervatores nobis ex privilegijs noſtris competere declarat Sac. Cong. Regularium, & Pontifex ius, & declarationem confirmat.

ALEXANDER PAPA VII. AD futuram rei memoriam.

Aliàs pro parte dilecti filij Franciſci de la Roſa Vicarij Generalis Italiæ, & Siciliæ, & Procuratoris Generalis totius Ordinis Fratrum Beatæ MARIÆ de Mercede Redemptionis Captivorũ Congregationi Venerabilium Fratrum noſtrorum S. R. E. Cardinalium, negotijs, & conſultationibus Epiſcoporum, & Regularium præpoſitæ expoſito, quod licet eidem Ordini ampliſſima communicatio privilegiorum, quibus alij Ordines Mendicantes fruuntur à fœl. recor. Leone X. ac Clem. VII. & Sixto V. Romanis Pontificibus Prædeceſſoribus noſtris conceſſa reperiatur, & inter alia privilegia huiuſmodi eiſdem Ordinibus indulta eſſet facultas eligendi Iudices Conſervatores, qui iura eorum tueantur, eoſque ab iniurijs, & violentijs defendant, Conſervatorumque huiuſmodi electio veniret ſub communicatione privilegiorum, ſicut Congregatio eiuſdem S. R. E. Cardinalium Cõcilij Trident. interpretum die 12. Decembris

Edita an. 1660.

Ampliſſimam habemus privilegiorum Mendicãtium communicationem.

Facultatẽ eligendi Iudices Conſervatores communicamus.

cembris 1620. dicitur declarasse, nihilominus primo dictus Ordo, quando se offerebat occasio, aut necessitas prædictos Iudices Conservatores eligendi, varias patiebatur molestias, pluraque cogebatur sustinere gravamina pro stabilienda prędicta facultate Iudices Conservatores eligendi cum magno præiudicio ipsius Ordinis, & gravissimo detrimento eius iurium, ac pij operis Redemptionis Captivorum, quod ex proprio instituto, ac speciali quarto, solemnique voto administrat, & profitetur: & propterea supplicato primo dictæ Cardinalium Congregationi, vt declaret, memorato Ordini Beatæ MARIÆ de Mercede Redemptionis Captivorum vigore communicationis privilegiorum supradictorum competere facultatem eligendi Iudices Conservatores, in casibus à iure, & per speciales constitutiones Apostolicas permissis, tam pro personis, rebus, & bonis ipsius Ordinis, quàm pro prædicto opere Redemptionis Captivorum, iuxta tenorem constitutionum recol. mem. Clem. Papæ VIII. & Greg. Papæ XV. Prædecessorum pariter nostrorum, necnon declarationis dictæ Congregationis, emanavit ab eadem Congregatione Cardinalium negotijs, & Consultationibus Episcoporum, & Regularium præpositæ decretum tenoris qui sequitur, videlicet.

Sac. Cong. Regulariũ declarat nobis cõpetere ius eligendi Iudices Conservatores.

2 Sacra Congregatio Eminentissimorum S. R. E. Cardinalium negotijs, & Consultationibus Episcoporum, & Regularium præposita, attentis narratis, & communicatione privilegiorum huiusmodi, censuit eius vigore prædictæ Religioni B. MARIÆ de Mercede Redemptionis Captivorum competere ius eligendi, servatis servandis, sibi Conservatorem, prout ei competere præsentis decreti tenore declarat, & decernit; contrarijs quibuscumque, non obstantibus, ac super præmissis expedire Breve si Sanctissimo D. N. placuerit. Romæ 10. Septembris 1663. Cardinalis Ginettus.

3 Cum autem, sicut dictus Franciscus Nobis nuper exponi fecit, ipse decretum huiusmodi, pro firmiori illius subsistentia Apostolicæ confirmationis nostræ robore communiri summopere desideret, Nos ipsum Franciscum specialibus favoribus, & gratijs prosequi volentes, & à quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, alijsque Ecclesiasticis sententijs, censuris, & pœnis, à iure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatus existit, ad effectum pręsentium dumtaxat consequendum, harum serie absolventes, & absolutum fore censentes, supplicationibus eius nomine Nobis super hoc porrectis inclinati, decretum prçinsertum authoritate Apostolica tenore prçsentium confirmamus, & approbamus, illique inviolabilis Apostolicæ firmitatis robur adjicimus, salva tamen semper in præmissis authoritate eiusdem Congregationis Cardinalium.

Cõfirmat Pontifex Sac. Cong. declaratio nem.

Robur adjicit confirmationi.

4 Decernentes easdem præsentes litteras semper firmas, validas, & efficaces existere, & fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, ac illis, ad quos spectat, & pro tempore spectabit plenissimè suffragari, sicque in præmissis per quoscumque Iudices Ordinarios, & Delegatos etiam causarum Palatij Apostolici Auditores iudicari, & diffiniri debere: ac irritum, & inane, si secus super his à quoquam quavis authoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari. Non obstãtibus præmissis, ac constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, cæterisque contrarijs quibuscumque.

Contraria derogat.

Eamdem fidem iubet dari transumptis.

5 Volumus autem, vt præsentium transumptis, etiam impressis, manu alicuius Notarij publici subscriptis, & sigillo personæ in dignitate Ecclesiastica constitutæ munitis eadem prorsus fides in iudicio, & extra adhibeatur, quæ præsentibus ipsis adhiberetur, si forent exhibitæ vel ostensæ.

Datum in Arce Gandulphi Diœcesis Albanensis, sub Annulo Piscatoris, die 9. Octobris 1660. Pontificatus nostri anno 6.

S. Vgolinus.

Extat originale Matriti, & illud affert Lantusca in Bullar. Rom: tom. 6. in Alex. VII. Constit. 101.

ALEXANDRI VII.

CONSTITVTIO XIV.

Quadragesimo octavo Mag. Generali Fr. Ioanne de Assensio.

Procuratore Generali apud Curiam Romanam M. Francisco de la Rosa.

COMPENDIVM.

Acta, & statuta Capituli Generalis Oscensis confirmantur.

Edita an. 1662.

ALEXANDER PAPA VII. AD perpetuam rei memoriam. Ad Pastoralis dignitatis fastigiũ, nullo

Rr licet

licet meritorũ nostrorum suffragio, per ineffabilem Divinæ bonitatis abundantiam evecti, illa, quæ pro felici, prosperoque Religiosorum Virorum, qui è fluctibus sæculi in Regularis vitæ portum confugerunt, assumptoque suavi Christi iugo Altissimi obsequijs sese devoverunt, ac vberes bonorum operum fructus per Dei gratiam proferre iugiter satagunt, regimine, & gubernio, prudenter, & salubriter constituta esse noscuntur libenter, cum id à Nobis petitur, Apostolici muniminis præsidio roboramus.

2 Exponi siquidem Nobis nuper fecit dilectus filius Franciscus de la Rosa Vicarius Generalis Italiæ, & Siciliæ, ac Procurator Generalis totius Ordinis Fratrum Beatæ MARIÆ de Mercede Redemptionis Captivorum, quod in vltimo Capitulo Generali dicti Ordinis in Conventu Oscensi die 25. Octobris 1658. celebrato pro felici eiusdem Ordinis directione editæ fuerunt nonnullæ constitutiones, quæ à Congregatione Venerabilium Fratrum nostrorum S.R.E. Cardinalium, negotijs, & consultationibus Episcoporum, & Regularium præposita in nonnullis emendatæ sunt, qui sequitur, videlicet.

Acta Cap. Gen. Oscẽ. de anno 1658.

3 Ad pleniorem observationẽ motus proprij SS. fœl. rec. Vrbani VIII. de expulsione Regularium delinquentium, iuxta id, quod similiter decretum est in Capitulo Generali Barbastren. & Murtiensi, proximè celebratis, prædictum Generale Diffinitorium decrevit designare, ac designavit in singulis Provincijs totius prædicti Ordinis Consultores, quatuor scilicet Provinciæ Diffinitores, & duos Diffinitores Generales, de quorum sex consilio Reverendissimus Mag. Generalis possit in criminosos, & incorregibiles expulsionis ferre sententiam.

Ad expulsionem incorrigibilium iuxta decretum Vrb. VIII. sex Iudices requisiti sint in quavis Provincia 4. Diffinitores Provinciæ, & 2. Dif. Gẽ.

4 Similiter autem decrevit, quod ex cuiuslibet prædictorum sex Consultorum deffectu illius loco duo Electores Generales pro tali Provincia succedant, habita attentione, quod dignior prius designatus minus digno intelligatur.

In defectum prædictorũ substituantur Elect. Gen.

5 Item decrevit prædictum Generale Diffinitorium, quod in omnibus Provincijs PP. Diffinitores earum, necnon Diffinitores, & Electores Generales, dum prædictis Officijs funguntur, omnibus exemptionibus gratijs, & privilegijs Magistrorum de numero gaudeant.

Diffinitores Prov. & Diffinit. & Elect. Gen. gaudeant exẽptionibus Mag.

6 Item habita consideratione laborum, quos PP. Vocales ad Capitulum Generale Barbastrense, & Murtiense proximè celebratum concutrentes hyemalibus molestijs glacierum, nivium, fluminumque inundantium in itineribus sunt passi, quin, & Vocales ad Capitulum Generale Barchinonen. præteritum convocatos, canicularibus ferventis solis caloribus summopere vexatos fuisse, idemque semper imminere periculum, & alia maxima incommoda, vt si contigerit in maiori hæbdomada celebrari, provide, prudenterque timeri, si Capitula Generalia futura (iuxta decretum Capituli Generalis Toletani à SS. D. N. Vrbano VIII. confirmatum) Magistratu Ordinis quovis modo vacante, quatuor solum mensibus expleris, quocumque anni tempore acciderit celebrentur, prædictum Generale Diffinitorium tot calamitatibus occurrere satagens, earumque pressuram evadere cupiens, feria, & matura attentione decrevit, vt in posterum Capitulum Generale Magistratu Ordinis quovis modo vacante, si per quatuor menses ante festum Pentecostes id evenerit, in vigilia dicti festi celebretur; si autem successerit mors Magistri Generalis, vel alia (vt præfertur) vacatio intra tempus quatuor mensium ante dictum festum, tunc ad sabbatum Dominicæ tertiæ Octobris eiusdem anni celebratio Capituli Generalis differatur: & similiter si Magistratus vacatio prædicta per quatuor menses ante dictum Sabbatum Dominicæ tertiæ Octobris acciderit, in tali Sabbato dictæ Dominicæ celebretur. Si autem intra tempus quatuor mensium ante dictam Dominicam tertiam Octobris contigerit tunc ad Sabbatum, seu vigiliam Pentecostes anni immediati futuri transferatur.

Quando debeat Capit. Gen. celebrari Magistratu vacãte.

7 Insuper decrevit prædictum Generale Diffinitorium, proprijs inhærendo constitutionibus, celebrationem Capitulorum Generalium semper in Sabbato, & non alia die fieri debere. Vndè in hunc finem, & pro maiori declaratione præfati decreti statuit, quod si quatuor menses à vacatione Generalatus expleantur ante Sabbatum Pentecostes, celebratio Capituli fiat in Sabbato Pentecostes: & similiter, si expleantur ante Dominicam tertiam Octobris, celebratio Capituli fiet in Sabbato ante Dominicam prędictã tertiam Octobris. Si vero quatuor menses à vacatione Generalatus expleantur post festum Pentecostes, intra octavam tamen dicti festi, celebratio Capituli Generalis fiet in Sabbato ante Dominicam Sanctissimæ Trinitatis. Et similiter si prædicti quatuor menses dictæ vacationis expleantur post dictam Dominicam tertiam, intra octavam tamen, illius celebratio Capitoli Generalis fiet in Sabbato primo post dictam tertiam Dominicam Octobris, & non vltra: ne, ob tam paucos dies electio Magistri Generalis

Cap. Gen. semper in Sabbatho celebrentur.

Quãdo 4. mẽses vacationis expleãtur inf. octavã Pentecostes, aut tertię Dominicæ Octobris celebretur Capit. Sabbato seq.

ratis in tam longum tempus differatur. Interim autem, donec Capitulum Generale, novaque electio fiat, Prior Monasterij Barchinonensis semper sit caput, & Vicarius Generalis totius Religionis prædictumque Generale Diffinitorium suppliciter, & humiliter exorar SS. D. N. Papã huiusmodi decretũ pro sua benignitate confirmare, & præfatum dicti Capituli Generalis Toletani ad ipsius instantiam confirmatum à SS. Vrb. VIII. prout huic contrariatur, derogare dignetur.

Cap. Prov. Sabbato ante Dominicã in cãtate celebrentur.

8 Item prædictum Generale Diffinitorium decrevit, vt deinceps in perpetuum celebrentur Capitula Provincialia verno tempore circum circa Dominicam *Cantate* Sabbato ante ipsam, & quod, si in dicto tempore Magistratus Ordinis vacaverit, Capituli, vel Capitulorum Provincialium celebratio vsque ad aliam Dominicam *Cantate* immediate futuram prorrogetur, vt sic fiat conformius constitutionibus Religionis iuxta cap. 4. 2. dist. vbi sic: *Religio (vacante scilicet quovis modo Magistratu Ordinis) ineodem prorsus statu perseveret, sicut fuerat ante vacationem Magistratus:* & in cap. 6. eiusdem dist. de Capitulo Provinciali sic: *Celebretur tamen prædictum Capitulum in Dominica Cantate, in qua futuris temporibus in toto Ordine celebranda sunt inviolabiliter Capitula Provincialia.*

Contributiones à Provincijs Indiarum faciendæ pro vestuarijs M. G. & Proc. Gen. in Romana Curia.

9 Item prædictum Generale Diffinitorium vtilitati Provinciarum novæ Hispaniæ, & del Peru in Regnis Indiarum Occidentalium, earumque levamini consulens, ne superfluis sumptibus, & contributionibus nimis graventur, decrevit, vt de cætero contributiones pro vestuarijs Magistri Generalis in illis Provincijs fieri solitę minime fiant; sed pro vestuarijs Magistri Generalis, & sumptibus Procuratoris Generalis Curiæ Romanæ, & negotijs, seu litibus in ea concurrentibus designavit prædictũ Generale Diffinitorium medietatem contributionum, quæ in illis Provincijs pro vestuarijs suorum Vicariorum Generalium fiunt, iuxta ea quæ fieri consueverunt: ita vt tales contributiones in duas æquales partes dividantur, quarum vna Magistro Generali in Hispaniam mittatur, altera vero ipsis Vicarijs Generalibus pro sui officij sumptibus designetur.

Cui competat facultas exponẽdi ad gradus.

10 Item, cum dubitatum fuisset in prędicto Diffinitorio ad quem facultas exponendi ad Religionis gradus attineat, post discretam iurium inquisitionem declaratũ fuit pertinere ad quodlibet Diffinitorium cuilibet Provinciæ non solum approbationem lecturæ, vel Prædicationis ad prædictos gradus, sed facultatem exponendi ad illos. Quia tamen expositio ad futuram vacantem ex decreto SS. Pauli V. est prohibita, similiter declaravit prædictum Generale Diffinitorium (ne gradus suspensi maneant per longum tempus, ex quo plura providentur bono regimini imminentia damna, & ne Religiosi, aliàs idonei, & approbati illis orbentur vsque ad Capitulum futurum) posse Diffinitorium Provinciale prædictam facultatem exponendi, quæ iure nostrarum constitutionum Diffinitorio Provinciali privativè competit, concedere Reverendissimo P. M. Generali: vt quoties graduum vacatio contigerit, possit exponere ad talem determinatam vacantem quemlibet ex approbatis à Diffinitorio Provinciali.

11 Insuper decrevit prædictum Generale Diffinitorium, ita, & iuxta hoc decretum disponendum fore caput vigesimum quintum nostrarum constitutionum de Magistris, & Præsentatis.

Prior Barchin. dum Officio Vicarij Gen. totius Ordin. fungitur potest ad gradus exponere.

12 Item confirmavit prædictum Generale Diffinitorium, quod iam decretum est in Capitulis Generalibus Oscensi, Barbastrensi, & Murciensi proximè celebratis circa facultatem, & potestatem R. P. Prioris Barchinonsis, Magistratu vacante, tamquam Supremi Religionis capitis, & Vicarij Generalis totius Ordinis, & super confirmatione graduum vacantium tempore sui regiminis: & prædictum Generale Diffinitorium, nemine discrepante, declaravit R. P. Priorem Barchinonensem ratione sui officij prædicti habere sufficientem facultatem, & authoritatem ad confirmationem graduum conferẽdam iure nostrarum constitutionũ dist. 2. cap. 4. his verbis: *Vicesque, & potestatem Magistri Generalis in omnibus, prout in his constitutionibus sancitur, habeat.*

Habeat Cathalonia ad minus vnum Diffinitorem Prov.

13 Item desiderans prædictum Generale Diffinitorium inter Patres Principatus Cathaloniæ, & Aragoniæ iurgia sedare, & pacem stabilire decrevit, vt de cętero in Capitulis Provincialibus Provinciæ Aragoniæ eligatur adminus vnus ex Patribus Principatus Cathaloniæ in Diffinitorem Provincialem.

Omnes litteræ Ordinis claudãtur data ab anno revelationis eius.

14 Item decrevit prædictum Generale Diffinitorium ad perpetuam rei memoriam, quod tam Reverendissimus Mag. Generalis, quàm Provinciales, Commendatores, & Vicarij Generales in fine quarumcumque litterarũ patentium, & aliarum testimonialium scripturarum, professionum, &c. hoc vtentur stilo, vt post numeratum Domini annum similiter scribere debeant annum Fundationis Ordinis, his verbis: *A Fundatione nostri Ordinis anno N.*

Missæ B. M. omni-

15 Item prædictum Generale Diffini-

bus Sabbatis solemniter, sicut, & Antiph. Salve cum omnium assistentia decantetur.

finitorium decrevit, quod in die Sabbati cuiuscumque hebdomadæ post primam, secundum antiquam Religionis consuetudinem, inviolabiliter celebretur Missa de Beata Virgine in omnibus Conventibus totius Ordinis iuxta Ritum Romanum: cui intersint omnes Religiosi cuiuscumque gradus, aut qualitatis extiterint, Reverendissimo Mag. Generali non excepto: similiter eadem die post Completorium ad cantandum Antiphonam *Salve* in Capella maiori Ecclesiæ conveniant.

Eadem suffragia pro Novitijs, ac pro professis fiant.

16 Item decrevit, quod eadem suffragia, quæ pro quolibet Religioso professo decedente celebrantur, ac debent celebrari, eadem etiam pro Religioso Novitio defuncto celebrẽtur: rursusque Commendator domus, vbi aliquis Religiosus, tam professus, quàm Novitius obierit, quàmprimum poterit, certiores faciat tam Provincialem, quàm Commendatores illius Provinciæ de Fratris morte, nomine, & officio, vt pro illo suprapofita suffragia fiant: teneanturque Commendatores, seu Prælati Conventuum nomen defuncti Fratris scribere in tabella ad hunc effectũ in Choro, vel in Sacristia destinata, & in toto triennio retinenda, & renovanda: quàm debeant Visitatores in suis Visitationibus sedulo examinare, & an suffragia pro defunctis sint integre persoluta.

Commendatores moneant Provinciã de obitu Fratrũ, & alios Commendatores.

Similiterque, audita morte SS.D. N. Papæ in singulis Conventibus nostri Ordinis solẽnes exequiæ pro ipso fiant: idemque pro Eminentissimo D. Cardinali nostræ Religionis Protectore; & pro Rege, & Regina Catholicis totius Religionis Patronis, & Fundatoribus fiat. Qualibet feria secunda (tempore Paschali excepto) post primam cantetur Missa quotidiana defunctorum, qua finita, fiat processio secũdum antiquam consuetudinem Religionis; quod si dicta feria secunda aliquo festo solemni impedita fuerit, in tertiam, vel quartam feriam transferatur, vt in cæremoniali nostri Ordinis notatur.

Pro Papa, Cardinale Protectore, Rege, ac Regina Catholicis fiant in corũ obitu solemnes exequiæ.

Ferijs 2. extra tẽpus Paschale celebretur Missa, & fiat processio pro defunctis.

17 Item cum ex nostris constitutionibus quotidie bis mentaliter orare teneamur, decrevit prædictum Generale Diffinitorium, tempus primæ orationis toto anni tempore dimidiam saltem horam ante primam destinare, taliter quod primo mane omnes Fratres in Choro conveniant, vbi genibus flexis invocãdo Spiritũ Sanctũ, dicatur Antiphona *Veni S. Spiritus, reple tuorum corda fidelium, & tui amoris in eis ignem accende. Sub tuum præsidium confugimus, S. Dei Genitrix, nostras deprecationes ne despicias in necessitatibus, sed à periculis cunctis libera nos semper virgo gloriosa, & benedicta.* ℣. *Emitte Spiritum tuum, & creabuntur, &c. Ora pro nobis Sancta Dei genitrix, &c. Salvos fac servos tuos, &c. Domine exaudi, &c. Deus virtutum, cuius est totum, quod est optimum insere pectoribus nostris amorem tui nominis, & præsta in nobis Religionis augmentum, vt quæ sunt bona nutrias, ac pietatis studio, quæ sunt nutrita custodias. Defende, quæsumus Domine, B. MARIA semper Virgine intercedente, istam ab omni adversitate familiam, & toto corde tibi postratam ab hostium propitius tuere clementer insidijs, per Christum Dominum nostrum, Amen.* Secundò etiam conveniant post Completorium, factoque saltem post dimidiam orationis horam signo à Prælato, hebdomadarius incipiat Antiphonam: *Conceptio tua Dei genitrix Virgo gaudium annuntiavit vniverso Mundo: ex te enim ortus est Sol iustitiæ Christus Deus Noster, qui solvens maledictionem, dedit benedictionem, & confundens mortem, donavit nobis vitam sempiternam*, provt in Rituali Ordinis notatur. Et cum hoc ita decretum sit in alijs Capitulis Generalibus, nempe Bilbilitano, Optensi, & Burtinensi, iuxta ipsum ordinanda est constitutio, vbi designat tempus orationis, immediatè post Nonam, vel Matutinas.

Oratio mentalis quando, & quomodo habenda.

Disciplinæ quãdo sumendæ.

18 Præter disciplinas à constitutione assignatas, & eas, quæ fiunt quarta, & sexta feria per totum quadragesimale tempus, decrevit prædictum Generale Diffinitorium, quod omnibus ferijs sextis per totum Adventum, servetur à Religione stabilitum, vespere omnes Fratres conveniant in Choro, vel Ecclesia, & ibi communem faciant disciplinam: similiterque alias communes disciplinas, quibus in pluribus Convẽtibus nostri Ordinis magno proventu, ac ædificatione Religiosi se exercent, prædictum Generale Diffinitorium laudavit, & approbavit.

Quando teneamur ieiunare.

19 Item statuit, quod præter ieiunia in nostris constitutionibus statuta, teneantur ieiunare omnes Fratres (vt est laudabilis, & antiqua consuetudo Religionis) in omnibus vigilijs festivitatum Beatæ MARIÆ Virginis Dominæ, ac Patronæ nostræ, & in vigilia Sanctissimi Patriarchæ nostri Petri Nolasco.

Nullus extra Refectorium prandeat, & Cõmendator id crebro faciens privatur.

20 Item decrevit, quod Commendatores, seu Prælati Conventuum numquam à Refectorio absint, nullumque Religiosum, tam ex Magistris, quàm ex Præsentatis abesse permittant: quod si Commendator, seu Prælatus Conventus crebro, & sæpius à Refectorio absuerit, officio, & Commenda privetur.

Vestiariũ detur Fratribus.

21 Item decrevit, quod PP. Commendatores provideant Religiosis omnia

ata necessaria ad vestitum: & ille qui habitum integrum in triennio, & Calceamenta toties quoties opus, & requisitus fuerit suis subditis non dederit, puniatur in Capitulo Provinciali ad arbitrium Diffinitorij, & sit inhabilis ad cæteras Prælaturas.

Explanatio de culpa levi, gravi, &c.

22 Prætereà pro noritia capituli 16. primæ dist. nostrarum constitutionum, & sequentium, vbi de levi culpa, de gravi, graviori, & gravissima culpa agitur, declaravit prædictum Generale Diffinitorium notari debere, materiam eiusdem delicti dici puniendam pœnis gravis, vel levis culpæ, quod debet intelligi (ne videatur inconsequentia, vel oppositio constitutionum) iuxta gravitatem, vel levitatem materiæ, quæ in moralibus aggravant, vel diminuunt culpam.

23 Et insuper decrevit, debere prædictis capitibus addi pœnas, quæ per varia capita nostrarum constitutionum sunt dispersa vnicuique proprie adaptando, & in simul colligendo cum relatione ad proprias, & constitutiones, vt faciliusin promptu habeantur, vt statutum fuit in Capitulo Generali Murciensi.

Damnati ad triremes, expleto tempore tenean tur ad Religionem redire.

24 Item decrevit, quod Religiosus, qui ea delicta commisserit, quibus pœna in constitutionibus declarata debetur, sit triremium de sententia iuridica Generalis Magistri, aut Provincialis, cum duobus Diffinitoribus, vel Prælatis, ad triremes mittatur, tempore pro qualitate criminis debito, non per expulsionem à Religione, sed per expoliationem habitus; transacto vero tempore pœnitentiæ redire tenetur ad Religionem, & se suis Prælatis præsentare, vt de eius Conventualitate provideant, & tunc inter reliquos Fratres habitu eodem indutus commoretur.

Nullus Fr. absque licentia Sedis Apostolicæ possit habere annuos redditus.

25 Prætereà decrevit, quod nemo Religiosorum possit habere redditus annuales, seu census nisi de licentia Sedis Apostolicæ, iuxta constitutionem SS.D. Vrbani VIII. quod si secus fiat, qui habuerit ipsis statim privetur, & applicentur Conventibus, seu Monasterijs, quibus ex vi constitutionis pertinent.

Recipiendis ad Ordinem debet á maiori parte Fratrum admitti.

26 Item, quia cap. 23. 1. dist. de recipiendis ad Ordinem habetur, quod nullus recipiatur in Ordine, nisi de consensu maioris, vel sanioris partis Conventus, decrevit prædictum Generale Diffinitorium, quod illa clausula, *vel sanioris partis deleatur*: Semper enim debet recipi, qui recipiendus fuerit, de consenso maioris partis.

Fratres alienæ professionis admittantur, etiam

27 Item decrevit, quod nullus Religiosus alienæ professionis, cuiuscumque qualitatis, aut conditionis extiterit (exceptis Nobilibus Militaribus) possit ad nostram Religionem admitti. Super quo raxatur Mag. Generali potestas. Similiter Mag. Generali, & Procuratori Generali in Romana Curia taxatur potestas suum præbendi consensum super transitum Religiosorum ex Discalceata ad nostram primitivam, seu de Observantia familiam.

Recollecti nostri.

Nullus admittatur ad habitū, nisi prævia de genere, & moribus informatione.

28 Insuper nullus ad habitum nostræ Religionis admittatur, nisi prius de genere, moribus, & vita acurata, & fide digna informatione, ac alijs, quæ expresse habentur in nostris constitutionibus prædicto cap. 23. Commendatori, & Communitati plenæ illius Conventus, vbi recipiendus est, clare constet.

Ex sacrilego, aut incestuoso concubitu geniti vsque ad gradum 3. admittantur, & professio ab eis facta sit nulla.

29 Prætereà observari præcipimus decretum ex motu proprio SS. D. N. Sixti V. quo decrevit, quod nullus ex sacrilego, aut incestuoso concubitu, vsque ad tertium consanguinitatis, vel affinitatis gradum natus ad habitum admittatur, neque ad professionem in aliqua Religione; quod si secus fiat, professionem decernit esse nullam, eosque facit inhabiles, ad profitendum, & ad ascendendum, ad quoscumque gradus, aut dignitates, reliquosque illegitimos ex alio thoro natos, spurios, vel naturales, etiam aliàs legitimatos ad Religionem admitti non posse, aut debere, nisi prius illorum vita, & moribus diligenter cognitis, & circunstantijs vniversis fidedignis testimonijs: ita vt eorum receptio videatur profutura vniversæ Religionis commodo, & vtilitati eius: super quo in Generali, vel Provinciali Capitulo matura deliberatione habita vnanimi consensu Diffinitorum, & Provincialis, vel Generalis ad habitum Regularem approbentur: & nihilominus hi sic recepti ad gradus, honores, & dignitates Ordinis perpetuo sint inhabiles nisi à Sancta Sede Apostolica specialiter dispensetur cum eis.

De alijs illegitimis, nisi ex circunstantijs pe retur valde fore Religioni proficuos idem statuitur.

Vicarius nō potest ad habitū admittere, nisi Præses in Cap.

30 Prætereà declaramus Vicarios Conventuum nō esse Prælatos cum sufficiente authoritate, & potestate ad admittendum, vel tradendum habitum Novitijs; poterit tamen si sit præsidens in capite vacante officio Commendatoris, etiam si sit per suspensionem ab officio, cæteris, vt supra, concurrentibus.

Decretum Tri. addatur constitutioni de anno probationis.

31 Insuper decrevit prædictum Generale Diffinitorium, quod in prædicto capite 23. de recipiendis ad Ordinem, vbi dicitur: *Et tempus probationis assignetur ei* (Novitio scilicet) à Prælato addatur, *iuxta decretum Sacri Conc. Trident. sess. 23. & de iure, quod est integer annus, post quem immediate Novitius est admittendus.*

Alia clausula addēda constitutioni

23 Item decrevit prædictum Generale Diffinitorium, quod in cap. 25. præ-

tutioni erga recipiédos ad habitum.

prędictæ 1. dist. vbi agitur de professione, addantur hæc: *Et similiter irrita, & nulla sit professio illorum, qui ex sacrilego, aut incestuoso concubitu vsque ad tertium consanguinitatis, vel affinitatis gradum sunt nati, iuxta motum proprium fœl. rec. Sixti Papæ V. quem Generale Capitulum Murciense in Ordine nostro servari decrevit: & pariter sit irrita, & nulla professio illorum, qui in alia Regulari Religione fuerint professi, iuxta decretum Capituli Generalis Toletani à SS. Vrbano VIII. confirmatum; si vero tacita veritate, vel expressa falsitate huiusmodi defectus habentes professionem emisserint, quocumque tempore id cognoscatur, ab Ordine nostro penitus, tanquam non professi, expellantur.*

Pœnæ in defraudãtes bona Redemp.

33 Item decrevit prędictum Generale Diffinitorium, quod qui bona Redemptionis in aliquo defraudasse repertus fuerit, non solum voce activa, & passiva in perpetuum privatus existat, sicut inter alias pœnas cap. 28. 1. dist. nostrarum constitutionum statuitur, sed illum sic delinquentem, nec Provincialis, nec Generalis Magister ad tales voces restituere, & ab ea pœna liberare possit, nisi solum vniversum Diffinitorium Generale vnanime, & conforme, ac nemine discrepante, & nisi restitutis ablatis.

Conventus emens bona Redẽp. intra 24. horas solvat.

34 Et similiter decrevit, quod bona Redemptionis nequeant à Conventibus pretio comprari, nisi intra viginti quatuor horarum spatium pretium pro emptione in prędictæ Redemptionis communi deposito reponatur, quod si contrarium per aliquos Prælatos fiat, pœnis in prædicta constitutione assignatis subiaceant.

Aliæ pœnæ in prędictos.

35 Insuperque declaravit prædictum Generale Diffinitorium, quod pœnæ constitutionum in bona Religionis defraudantes, non tantum sunt excommunicatio, & privatio vocis activæ, & passivæ, sed etiam privatio officiorum in tota Religione: & ita sunt in posterum intelligendę, & infligendæ.

De successione Vic. Gen. Ord. in defectu Prioris Barch.

36 Item, quia statutum est à Capitulo Generali Tolerano, & à SS. Vrbano VIII. fœl. rec. cõfirmatum, quod, si, quando officium Generalatus vacaverit, & fuit notificata vacatio Conventui Barchinonensi, non sit Prior electus, tenentur PP. Conventuales dicti Conventus intra spatium viginti quatuor horarum Priorem de more, iuxta constitutiones, eligere, decrevit prædictum Generale Diffinitorium, quod, si secus fecerint, in gubernium Religionis, & officium Vicarij Generalis succedat Provincialis, aut Vicarius Provincialis in capite illius Provinciæ vbi erit celebrandum Capitulum Generale immediate futurum; deficiente verò Provinciale, aut prædicto Vicario Provinciali, succedat Commendator illius domus, in qua celebrandum est prędictum Capitulum, quod similiter observandum est, si Prior Barchinonēsis tempore quo Magistratus vacaverit, fuerit legitimè impeditus ad gubernium Religionis, iuxta decretum Capituli Generalis Bilbilitani à Capitulis Oscensi, Barbastrensi, & Murciensi confirmatum.

De iure alternativæ in officio Mag. Gen.

37 Item, cum servari debeat alternativa in officio Magistri Generalis, taliter, quod vna vice sit ex Corona Aragoniæ, & Gallię, ac Italię, altera ex Corona Castellæ, inclusis Provincijs Vandaliæ, & Indiarum ex decreto SS. Clementis VIII. fœl. rec. prædictum generale Diffinitorium decrevit, quod si Magister electus obierit antè absolutionem Capituli suæ electionis, non iudicetur eius alternativa expleta, sed secundum eamdem debeat de novo fieri electio Magistri Generalis, quæ prædicta alternativa debet intelligi ex filijs cuiuslibet Provinciæ in ipsa inclusæ, qui in ea professionem emisserunt, non tamen adoptati: huiusmodi enim nullatenus tali alternativa possunt gaudere: consequenterque tempus vacantis, & officij Vicarij Generalis minimè tenentur spectare de novo, casu quo Magistratus, vt dictum est, ante absolutionem Capituli suæ electionis vacaverit.

De casu in quo M. Gen. renũtiaverit officium.

38 Item, quia in cap. 2. 2. dist. nostrarum constitutionum, vbi agitur de vacatione Magistratus, non exprimitur peculiaris vacatio, quæ potest fieri per renuntiationem, declaravit prædictum generale Diffinitorium posse Magistrum Generalem liberè renuntiare Magistratum, nulla alia causa adhibita, nec desiderata, quæ renuntiatio poterit ab ipso, vel per se, vel per Procuratorem suum legitimum fieri: & erit sufficiens, si coram Provinciale Diffinitoribus, & Electoribus Generalibus illius Provinciæ, in qua extiterit, fiat, dummodo Secretarius Religionis testimonio fidem faciente eam testificetur. Quod testimonium Commendator domus, vel Secretarius per Nuntium specialem ad Priorem Barchinonensem, vel ad quem officium Vicarij Generalis spectaverit, mittat: qui statim vacationem Magistratus omnibus Fratribus domus illius, in qua fuerit, in Capitulo congregatis prędicto testimonio fidem faciente, manifestet: & tunc ab omnibus obedientiam solemniter recipiat coram tali Nuntio, de omnibus

bus his teſtimonia fidedigna recipiente, vt de anno, die, & hora poſſeſſionis officij Vicarij Generalis omnibus Iuridicè conſtet: quamprimumque talis Vicarius Generalis ad omnes Provincias litteras ſuas patentes, tam obedientiæ, quàm convocationis ad Capitulum Generale celebrandum tranſmittat, & conſequenter prædictum Generale Diffinitorium declaravit, quod in capitibus noſtrarum conſtitutionum vbi exprimuntur cauſæ vacationis Magiſtratus, vt deceſſus, &c. addatur, & exprimatur hæc peculiaris, nempè renuntiatio.

Si ſexennium expletur ante 4. menſes Vic. Gen. non ideo dilatandum Cap.

39 Inſuper declaravit prædictum Generale Diffinitorium (ad omnem ambiguitatem tollendam) quod tempus gubernij Vicarius Generalis totius Ordinis non habeat locum, nec habere poſſit caſu, quo expleatur electionis ſexennium.

Mag. Gen. tenetur ad Cap. Gen. convocare

40 Præterea declaravit, quod, etſi iure noſtrarum conſtitutionum, omnes Vocales Capituli Generalis convocati iudicentur ad Capitulum Generale quando expletur ſexennium, Magiſter tamen Generalis tenetur opportuno tempore illos ad celebrationem dicti Capituli convocare.

Electores Gen. non interſunt Diffinitorijs, ſed ſolum electioni M. & Vocal.

41 Item, cum præter Electores Magiſtri Generalis à conſt. cap. 3. 2. diſt. determinatos, duo alij in qualibet Provincia deſignentur, & canonica electione ſimiliter per ſecreta ſuffragia eligantur ex decreto Capituli Generalis Matritenſis à ſubſequentibus, & diuturna conſuetudine confirmato, ita, vt in qualibet Provincia quinque ſint Electores ſuffragium habentes in Capitulo Genetali, Provincialis nempè, & quatuor ſocij, quorum duo titulo Diffinitorum, alij verò Electorum generalium gaudent, decrevit prædictum Generale Diffinitorium, quod, qui titulo Electorum deſignantur, tantum habeant ſuffragium in qualificatione Vocalium ante electionem, & in electione Magiſtri, ac domus Capitularis, non autem in alijs Diffinitorijs, ſervando in hoc conſuetudinem Religionis à Capitulo Generali Murcienſi approbatam, & confirmatam: & ſimiliter, quia dicti Diffinitores, & Electores Capituli Generalis debent eſſe gradu Magiſterij, vel Præſentaturæ inſigniti, vel ſaltem per viginti annos à profeſſione antiqui, vt in electione Magiſtri poſſint habere ſuffragium, iuxta decretum Capituli Generalis Barchinonenſis à ſubſequentibus confirmatum, & obſervatum: decrevitque prædictum Generale Diffinitorium, quod tempus prædictæ antiquitatis viginti annorum per authenticum, & fidedignum tranſumptum profeſſionis conſtare debet.

Proc. Gen. Cur. Rom. vocem habeat in omnibus Diffinitorijs

42 Item, cum quicumque in Romana Curia in officio Procuratoris Generalis ſtrenuè, & cum approbatione communi per quinquennium ſe geſſerir, ſi fuerit Magiſter vocem habeat in Capitulo Generali proxime immediate futuro ex decreto Capituli Generalis Tolerani à SS. Vrbano VIII. confirmato, decrevit prædictum Generale Diffinitorium, quod talis Procurator Generalis non tantum habeat vocem in electionibus Capituli Generalis, verumetiam in omnibus Diffinitorijs illas ſubſequentibus, vſque ad abſolutionem Capituli, cum præcedentia loci ad omnes Diffinitores Generales.

Mag Gen. ſi adeſt, habeat vocē in electione Vocalis facienda extra Cap.

43 Item, prædictum Generale Diffinitorium approbavit, ac confirmavit ſtatutum Capituli Generalis Murcienſis, quo decernitur, quod in electione Diffinitoris, vel Electoris Generalis loco illius, qui morte, vel impedimento legitimo Capitulo Generali aſſiſtere nequit, quæ à Diffinitoribus Provinciæ ſimul cum Provinciale fieri debet, vocem habeat Magiſter Generalis, ſi præſens fuerit, minime tamen Vicarius Generalis Ordinis, qui loco Magiſtri ſuccedit.

Vic. Gen. Ord. non poſſit aliquem Vocalem privare.

44 Item, approbavit, & confirmavit prædictum Generale Diffinitorium ſtatutum Capituli Generalis Murcienſis, quo decernitur, quod non poſſit Vicarius Generalis, aut Provincialis à die vacationis Magiſtratus, vſque ad novam Magiſtri Generalis electionem, aliquem Electorem voce activa privare, quod etiam extendit hoc prædictum Generale Diffinitorium ad vocem paſſivam; quod ſi ratione alicuius delicti, vel ob alias cauſas ſit inhabilis, & ſuffragandi actione ex iure communi, vel noſtrarum conſtitutionum careat, á Capitulo Generali ante electionem accuratim ſcrutetur, ac decidatur.

De die adventus ad Cap. Gen. & nominatione Vic. Cap.

45 Item, cum omnes Vocales Capituli Generalis, vt moris eſt, die immediate præcedenti ad diem electionis in Conventu deſignato ad illam conveniant, ibi à Præſide Ordinis, & Capituli benigne ſuſcipiantur, & Vicarius Capituli nominetur, qui iuriſdictionem ordinariam ſuper omnes Capitulares, & alios Fratres ad Capitulum concurrentes exercebit: talis autem Vicarius eſt eligendus ex Capitularibus illius Provinciæ, in qua celebratur Capitulum Generale, vir providus, Religioſus, pacificus, & virtute præditus: quam conſuetudinem approbavit, ac cõfirmavit Capitulum Generale Murcienſe, & hoc prędictum Generale Diffinitorium decrevit ſervari.

De agēdis

46 Eadem autem die, qua prædicti Vocales

in prima dic Cap. Gen.

Vocales ad electionem in præfato Conventu convenerint, vespertina sessione congregata, & facta commemoratione pro SS.D.N. Papa, & fœlici statu Ecclesiæ, & pro Rege, pro benefactoribus Ordinis, & Captivis Christianis vivis, atque defunctis, prout in cap. 17. de Capitulo quotidiano in nostris constitutionibus statuitur, Præses electionis brevem, & piam orationem habeat, qua Patres Electores de fine conventionis moneat, simulque ad electionem novi Magistri Generalis rectè, legitimè, & canonicè peragendam hortetur, virtutesque, prudentiam, & doctrinam viro eligendo necessarias exponat: qua peracta, ad examen Vocalium procedat; & primo præcipiat, idque secundo, & tertio moneat, vt si quis aliquem Vocalium in Diffinitorio aliquo impedimento legitimo, vel censura Ecclesiastica innodatum (ratione cuius in electione non habeat suffragium) assistere sciverit, continuo manifestet. Quod si aliquis reperiatur, & sufficienter probetur tale pati impedimentum, à Diffinitorio declaretur, & de Capitulo ejiciatur; ita vt in hac sessione omnes Vocales examinentur, & ad futuram die sequenti electionem certo numero statuantur: & die sequenti primo mane ad Auroram omnes Vocales legitima voce ad electionem pridie designati in loco capitulari conveniant, ibique celebretur Missa Spiritus Sancti, & concio litteralis latino idiomate ad Electores habeatur, exhortando eos ad rectam, & bono communi vtilem electionem: qua finita, omnes flexis genibus Hymnum: *Veni Creator Spiritus* cantent, & Præses surgens dicat: *Emitte Spiritum tuum, &c. Dominus vobiscum, &c. Oremus. Deus, qui corda fidelium, &c.* & sic ad electionem procedatur, forma iuris iuxta nostras constitutiones servata.

De die electionis Mag. Gen.

47 Magister Generalis post electionem, vsque dum à Sancta Sede confirmationem sui officij obtineat, eo fungatur, non tantum sub titulo Vicarij Generalis, vt in constitutionibus sancitur, sed etiam Generalis electi ex consuetudine Religionis ab hoc Generali Diffinitorio approbata, & confirmata. Circa quod est observandum, vt omnis ambigëdi locus relegetur, quod si numerus suffragiorum sit impar, v.g. si Vocales sint viginti & novem (qui numerus ex duabus partibus inæqualibus constat, quarum vna habet quindecim, altera verò quatuordecim) ille qui habuerit quindecim suffragia dummodo non sit ex numero eligentium, sit legitime electus, si verò ex numero illorum sit, indigeat alio suffragio vltra quindecim, vt suum ipsius suffragium sibi profuisse non æstimetur.

Mag. Gen. electus titulo talis vtatur etiã ante confirmationem.

48 Si autem in aliqua schedula, seu suffragio scrutatores reperiant aliquam subscriptionem, vel signum, aut chirographum, ratione cuius deveniant in cognitionem eligentis, vel si nihil reperiant scriptum, aut si aliquod suffragium in favorem alicuius inepti reperiant, non propterea aliquod præiudicium electioni sequatur; sed talis schedula subscripta, signata, vel alba, vel in favorem inepti separetur, & pro suffragio cassato reputetur, & habeatur, ac postea cum cæteris comburatur. Quæ omnia servari debent, tam in prædicta electione Magistri, quàm in electione Provincialis, ac in omni electione canonicè facienda.

Schedula inepta nõ præiudicat electioni.

49 Item prædictum Generale Diffinitorium confirmavit, quod Capitulum Generale Murciēse erga officium Magistri Generalis decrevit, nempè, quod Magister Generalis in toto Ordine generalem habeat potestatem illam (inquam) quæ iure superioribus cuiuslibet Religionis est concessa, & in posterum concedenda ad omnia; ad quæ ex nostris constitutionibus non limitatur, curamque præcipuam totius Ordinis, & administrationem gerat. Vndè per se solum eam potestatem in toto Ordinè habeat in omnibus, & singulis, quam Provincialis in sua Provincia, & Commendator in sua Commenda; insuper eam, quæ ad rationem sui officij ex iure communi, ex privilegio, vel ex nostris constitutionibus ad eum spectat. Verumtamen in inferiorum Prælatorum ministerio non se immisceat, nisi, vel ob eorundem defectum, vel cum prudentia, & quando ratio id postulaverit: semper tamen inferiores illi parere teneantur. Et licet cap. 31. de modificatione pœnarum 1. dist. nostrarum constitutionum detur facultas Magistro Generali dispensandi, & mitigandi pœnas, à constitutionibus taxatas, monetur tamen ne libere, & cum facilitate dispenset, nisi transacta iam maiori parte pœnitentiæ, prævisisque in pœnitentibus manifestis, & evidentibus signis doloris, & correctionis.

Potestas Mag. Gen. declarat.

Pœnæ nõ de facili relaxētur.

50 In iuramento à Generali electo post electionem, iuxta nostras constitutiones, præstando debet addi, & iurare tenetur, se observaturum capita concordiæ initæ cum Familia Discalceata, circa ministerium Redemptionis, prout in ea continentur.

Iuret Mag. Gen. observare concordiam cũ nostris Recollectis initã.

51 Potest Magister Generalis præsidere in Capitulis Provincialibus per se ipsum, vel per Vicarium suum idoneum, & prudentem, ad hoc specialiter

Capitulis Prov. per se, aut Vicariũ Magist. Gen. præsideat.

liter deputatum: & primam vocem habebit, tam ipse quàm eius Vicarius in omnibus electionibus, ordinationibus, & Diffinitorijs faciendis vsque ad absolutionem Capituli.

De convocatione ad Capit. Provin.

52 Tempore electionis poterit Magister Generalis convocare ad celebrationem Capituli Provincialis omnes Vocales illius Provinciæ litteris convocatorijs, eas mittendo immediate Provinciali illius Provinciæ, vt eas continuo manifestet, & notas faciat in Capitulo pleno Conventus, vbi præsens extiterit, deinde eas ad omnes alios suis consuetis itinerarijs mittat. Si autem Magister Generalis, aut eius Vicarius fuerit in aliquo Conventu illius Provinciæ, vbi tale Capitulum celebrandum sit, prius prædictæ litteræ convocatoriæ notæ fiant prædicto Conventui in Capitulo pleno, & postea eas mittat, vt dictum est. Quod si Magister Generalis huiusmodi litteras convocatorias opportuno tempore (duobus, inquam, mensibus immediatè ante complementum triennij) non miserit, Provincialis, & eius defectu Vicarius Provincialis suis litteris ad celebrationem dicti Capituli convocare possit: eadem facultas Vicario Magistri in Præsidem Capituli nominato conceditur.

Potest M. G. per 40. dies Cap. Prov. anteponere, aut postponere.

53 Magister Generalis in concurrentia Capitulorum Provincialium potest quodlibet eorum per quadraginta dies à complemento triennij quocumque anni tempore anteponere, vel postponere, vt vni, & alteri interesse possit ex decreto SS. fœl. rec. Clementis VIII. & noua declaratione S.C.R. sub die 12. Decembris de anno 1645. Quæ facultas etiam conceditur ab hoc Generali Diffinitorio, decretum Capituli Generalis Murciensis confirmando, prædicto Magistro Generali quamvis non sit concurrentia Capitulorum, sed vnicum tantum celebrandum, si aliàs expedire visum fuerit.

Diriget M.G. omnes Vocales ad electiones.

54 Ad Magistrum pertinebit (iuxta constitutiones nostras de instructione officiorum) in electionibus, si præsens fuerit, Electores dirigere modeste charitative, & religiose eos monendo, hortando, & instruendo, immo etiam suaviter suadendo ad eligendam personam digniorem, & magis idoneam Capituli, ipsius virtutes veras, & regimini necessarias ostendēdo, & quando absfuerit, per litteras ad Capitulum, & Electores missas dirigendo.

Exemptiones si possit M Gen. concedere

55 Quamvis iure nostrarum constitutionum cap. 5. dist. 2. Magister Generalis possit dispensare cum Fratribus in nonnullis rebus, & aliquas gratias, & exemptiones (absque tamen aliorum præiudicio) Religiosis concedere, nihilominus tamen, vt cessent multa inconvenientia, quæ experientia magna esse comprobavit, Magistro Generali in posterum illas concedere, vel cum Fratribus dispensare minime licebit. Exposuit tamen prædictum Generale Diffinitorium, quod poterit Generalis Magister declarare aliquos frui exemptionibus (quas reales appellat prædictū Generale Diffinitorium) illis scilicet, quibus ratione officij, gradus, & antiquitatis quadraginta annorum in Religione gaudere possunt, tam iuxta constitutiones nostras, quàm Sanctæ Sedis decreta, necnon & aliorum Capitulorum Generalium.

Si Vocales intra tres dies in electione Provincialis non cōveniāt, ad M.Gen. devolvitur electio

56 Item decrevit, quod ius eligendi Provincialem devolvatur in Magistrum Generalem casu, quo Electores in Capitulo congregati intra tres dies à primo electionis inclusivè de persona eligenda non convenerint, vel electio non fuerit facta iuxta Sacros Canones, constitutiones, & decreta Ordinis, iureque cassanda venerit: tunc namque Magister eliget Provincialem, in cæteris vero electionibus forma nostrarum constitutionum observari debet.

De loco M.Gē. absoluti.

57 Item decrevit, quod hi, qui fuerint Magistri Generales habeant immediationem Magistro successori, & locum immediatum Prelatis, & in omnibus Congregationibus, tam Generalibus, quam Provincialibus cuiuscumque Provinciæ, cui tempore convocationis interfuerint, vocem, & votum electivum, & decisivum habeant, sicut quilibet ex Diffinitoribus dictæ Congregationis, similiterque locum immediatum Præsidi.

De potestate Vic. G. Indiarū

58 Item confirmavit, & approbavit prædictum Generale Diffinitorium, quod Capitulum Generale Toletanum statuit erga Vicarios Generales Indiarum, nempe, quod prædicti Vicarij Generales Indiarum iustis de causis possunt à Magistro Ordinis ab officio amoveri: eorumque regimen debet esse iuxta nostrarum constitutionum tenorem; qui nequeunt nominare Commissarios Generales in eorum absentia, præcipuè in illis Provincijs, in quibus saltem ad vnum Conventum pervenerint: sed liberū relinquant regimen Patribus Provincialibus, nisi ob casum, & gravem causam ad Visitationem moventem, quam per propriam personam facere nequeant. Quod si secus fiant prædictæ nominationes, nullius valoris, aut roboris esse declaramus. Et quamvis tales Vicarij Generales possint confirmare, & annullare Capitula Provincialia, & Provincialium electiones, minime tamen poterunt eas annullare, similiterque nec suspendere, vel privare Provin-

ciales valebunt, nifi prius legitima caufa iuridice acta, & conclufa: & in cafu, quo pœna fofpenfionis debeat imponi, prius duos Prælatos, feu Diffinitores confolere teneantur, ad privationem vero quatuor. Hac forma fententia prodocta à Vicario Generali, & quatuor Diffinitoribus habeat effectum executivum qualibet appellatione interpofita, & cum eifdem Diffinitoribus, quorum confenfu Provincialem privaverit, & fufpēderit, Vicarium eligat Provincialem, ne Provincia maneat orbata gubernio.

Decedente Provin. in Indijs abfque Vicar. nominatione, fuccedat Cōmendator domus Capitularis.

59 Præterea prædictum Generale Diffinitorium approbavit, & confirmavit, quod Capitulum Generale Murcienfe decrevit erga prædictos Vicarios Generales Indiarum, nempe, quod deficiente Provinciale abfque nominatione Vicarij Provincialis, non poterunt huiufmodi Vicarij Generales Indiarum nominare Vicarium Provincialem, fed fuccedere debet in officio Commendator domus, vbi celebrandum eft Provinciale Capitulum immediate futurum, & fuo Ordine Diffinitores.

Vic. Gen. convocēt, & presidēt Cap. Prov.

60 Tamen prædicti Vicarij Generales Indiarum ratione fui officij habebunt Ius convocandi ad celebrationem Capituli Provincialis, in eoque præfidendi: Habent fimiliter fuffragium in omnibus electionibus, & Diffinitorijs intra Capitulum.

Doctrinarios ñ pofsint extra fuas doctrinas vifitare, aut privare.

61 Infuper prædictum Generale Diffinitorium approbavit, & confirmavit decreta Capituli Generalis Toletani, quibus decernitur, quod prędicti Vicarij Generales Indiarum non poffunt vocare Religiofos doctrinarios ad Vifitationem extra fuam doctrinam, nec ipfi ita vocati tenentur adire: fed in eifdem doctrinis debent Vicarij Generales, vel eorum Vifitatores ab ipfis rationem petere, nec extra prædictam Vifitationem poffunt doctrinarios privare: fed hoc fiat præcedente caufa legitima, qua iuxta noftras conftitutiones privantur Commendatores fuis Commendis. Et numquam doctrinarij à fua doctrina decedant, vfque dum fucceffor advenerit.

Si extra Cap. vacat officium Proc. Gen. in Rom. Curia ius nominandi eft pœnes M. G.

62 Præterea, cum ex noftris conftitutionibus cap. 13. 2. dift. electio Procuratoris Generalis Ordinis in Curia Romana pertineat ad Magiftrum Generalem, & Generale Capitulum, hoc prædictum Generale Diffinitorium cōfirmavit, quod Generale Capitulum Murcienfe decrevit, nempe, quod, fi poft factam nominationem prædictam tale officium Procuratoris Generalis Ordinis in Curia Romana vacaverit per mortem, renuntiationem, privationem, vel per aliam legitimam caufam, ius nominandi de novo pœnes prædictum Magiftrum Generale maneat.

De loco eius qui fuit ProcuratorGen. in Rom. Curia.

63 Infuper confirmavit prædictum Generale Diffinitorium, quod Capitulum Generale Murcienfe decrevit, videlicet, quod talis Procurator Gen. qui ad hoc minifterium afcenderit ex Præfentatura, iuxta decretum Capituli Generalis Toletani confirmatum à SS. D. Vrbano VIII. optionem habeat loci inter Magiftros fuæ Provincię cum pręcedentia ad omnes, qui in ea ad talem gradum fuerint promoti poft ipfum, fi aliàs habeat conditiones, & requifita iuxta conftitutiones, & decreta Apoftolica ad Magifterium de iuftitia obtinēdum; quod fi prædictis qualitatibus fuerit deftitutus, locum habeat immediatum omnibus Magiftris de numero. Denique fi fuerit Magifter, & iuxta fuperius dicta fuffragarus fuerit in Capitulo Generali gratijs, & exemptionibus eorum, qui fuerunt Provinciales, gaudebit, abfque optione tamen præcedentię ad eos, qui poftea fuerint Provinciales.

Nominatio Proc. Gē. in Curia regia.

64 Præterea prædictum Generale Diffinitorium ftatuit, quod eadem forma, ac Procurator Generalis prędictus in Romana Curia nominatur, nominetur etiam Procurator Generalis in Curia Regia ad negotia, quæ in ipfa fe obtulerint peragenda: approbans in hoc, & confirmans antiquam Religionis cōfuetudinem.

Triennū Provincialatus Ecclefiafticū, nō folare fit.

65 Infuper approbavit, & confirmavit, quod ftatutum fuit in Capitulo Generali Murcienfi, nempe, quod triennium officij Provincialis computari debeat fecundum annos Ecclefiafticos, non iuxta folares ita, vt regulariter celebretur Capitulum, & electio novi Provincialis Sabbato ante Dominicam in qua per triennium ante fuerat celebratum Capitulum.

Si M Gen. non convocavit ad Cap. Prov. poterit cō vocare; & fi neuter convocavit, cōvocantur á conftitutione à die expletionis triēnij.

66 Et fimiliter confirmavit decretum Capituli Generalis Murcienfis, quo ftatuitur, quod fi per duos menfes ante complementum triennij non fuerint litteræ convocatoriæ Magiftri Generalis notificatæ Provinciali Provinciæ, in qua celebrandum eft Capitulum, poterit Provincialis litteras fuas convocatorias expedire; fecus tamen, fi à Magiftro fuerint expeditæ. Quod fi nullæ fuerint notoriæ factæ Vocalibus, fciant fe effe convocatos ad celebrationem Capituli die quo, iuxta dicta fupra, expletur triennium.

Quinam vocem habeant in Cap. Prov.

67 In Capitulo autem Provinciali primam vocem habeat Magifter Generalis, vel ille, qui eius loco præfidet. Præter affignatos à conftitutione etiam habeant vocem in Capitulo Diffinitores Provinciæ, dummodo fint per triginta

ginta annos à professione antiqui; & Procuratores Generales cuiuslibet Provinciæ iuxta decreta plurimorum Capitulorum Generalium, quæ à Capitulo Generali Murciensi, & ab hoc approbata, & confirmata sunt.

Vic. Cap. nomineetur à Præside.

68 Præterea approbavit, & confirmavit prædictum Generale Diffinitorium declarationem Capituli Generalis Murciensis erga cap. 6. 2. dist. nostrarum constitutionum, vbi agitur de nominatione Vicarij Capituli Provincialis. Decernit igitur; quod vbi dicitur: *Provincialis nominet in Vicarium Capituli*, ponatur, *Præses Capituli*: sub hoc enim titulo declaratur ius Præsidentis Capituli, modo Magister Gen. sit, eiusque Vicarius, aut Provincialis, seu quicumque præfuerit dicto Capitulo: idemque servandum est in alijs capitibus, & vbicumque agitur de Provinciale tamquam Præside, vt omnino rollatur equivocatio.

De die quo Vocales ingressuri sunt domũ Capitularẽ.

69 Insuper decrevit prædictum Generale Diffinitorium approbans, & cõfirmans Capituli Generalis Murciensis statuta, quod ad celebrationem Capituli Provincialis omnes Vocales conveniãt in domo assignata celebrationi Capituli vigilia vigiliæ Dominicæ *Cãtate*, vel alterius Dominicæ à convocatione Capituli designatæ: (semper enim electiones in Sabbato fieri debẽt) nullusq; locum Capitularem ingrediatur, vsque dum ad sonitum Campanæ omnes vocentur. Et eodem die, vt consuetudinis est, in Religione nostra, vespertina sessione omnes congregentur, & à Præside Capituli aliqua brevi, & eleganti oratione finis, ad quem convenerint, proponatur, simulque eos ad electionem novi Provincialis exhortetur. Deinde referat omnes Fratres per triennium defunctos in illa Provincia: & statim surgat, & dicatur: *De profundis, &c.* vt habetur in constitutionibus. Deinde ad qualificationem, seu examen eorum, qui in tali electione vocem, & suffragium habent, procedatur, fiatque legitima, & canonica regulatio omnium iuxta formam constitutionum. Die sequenti ad auroram omnes Vocales simul ingrediantur Capitulum, & servetur forma electionis, vt in constitutionibus. Et Electores Capituli Provincialis teneantur intra triduum convenire in persona eligenda, & legitime, ac canonice eligere Provincialem; aliàs devolvitur ius ad Magistrum Generalem; in alijs vero electionibus omnes præstẽt suffragia iuxta formam nostrarum constitutionum.

De electione Provincialis, & eius devolutione.

Si Provincialis electus absens sit à Provincia, M. de Cõsilio Diffinitorum Vic. Prov. instituat.

70 Etsi persona electa in Provincialem fuerit absens à Provincia, poterit Magister Generalis de Consilio Diffinitorum nominare Vicarium Provincialem ad regimen Provinciæ cum omnimoda facultate à nostris constitutionibus Vicarijs Provincialibus concessa: quem Provincialis electus revocare non poterit, nec de novo alterum nominare, vsque dum suam Provinciam ingrediatur.

Processio post electionem.

71 Post electionem vero Provincialis, & iuramentum ab ipso præstitum, omnes à Capitulo processionaliter egrediantur, & ad Ecclesiam procedant, cantando Hymnum, *Te Deum, &c.* vbi postratus Provincialis electus accipiat benedictionem à Præside, vt ex antiqua Religionis consuetudine fit, iuxta formam cap. 4. 2. dist. nostrarum constitutionum de electione Magistri contentam.

Electio Prov à M. confirmãda.

72 Magister autem Gener. tenetur confirmare electionem Provincialis canonice, & iuxta formam nostrarum constitutionem factam; quod si renuerit illam confirmare, causas, & defectus canonicos erga electionem, vel personam electam manifestare debet.

Prov Galliæ, & Italiæ intra 4. menses præsentẽt electionẽ Prov. alias vacat.

73 Provinciæ autem Galliæ, & Italiæ intra tempus quatuor mensium tenentur præsentare coram Magistro Generali electionem sui Provincialis; quod si infra dictum tempus eam non præsentaverint electio sit irrita, & nulla.

Ante 2. menses ad Cap Prov, nõn potest Provincia lis Cõmendatores privare.

74 Insuper decrevit prædictum Generale Diffinitorium approbans, & cõfirmans, quod statum fuit in prædicto Generali Capitulo Murciensi, nempe, quod Provincialis per tempus duorum mensium ante celebrationem Capituli Provincialis non potest privare Commendatores sua commenda, licet possit eos ab officio suspendere, vsque ad celebrationem Capituli, in quo votum, & suffragium habebunt.

Cui competat facultas substituendi Vic. Prov.

75 Et quamvis Provincialis iure cõstitutionum in aliquibus casibus possit nominare Vicarium Provincialem, in hoc tamen iure, & facultate non succedit Vicarius Provincialis, etiam si sit in capite, sed casu quo morte, vel alio titulo defecerit in officio Vicarij Provincialis, succedent, qui iure nostrarum cõstitutionum sunt vocati, Provincialatu vacante absque substitutione Vicarij Provincialis, vsque dum Magister Generalis, si fieri potest, erga hoc provideat.

Decedente Provinciale absq; nominatione Vic. sit liberũ Mag quẽcumq; eligere.

76 Etsi Provincialem mori contingat, absque eo quod nominet Vicarium Provincialem in sui officij successorem, tunc temporis sit in libera potestate Magistri Generalis confirmare in Vicarium Provincialem talis Provinciæ Commendatorem domus futuri Capituli Provincialis, vel si maluerit alium ex Patribus ad dictum officium ab ipsis con-

Commendatores à Diffin. nominentur.

90 Præterea approbavit, & confirmavit prædictum Generale Diffinitorium, quod statutum est à Capitulo Generali Murciensi erga dispositionem cap. 13. 2. dist. nostrarum constitutionum consequenter ad alia statuta supra posita, nempè, quod prædictum Caput tenore huiusmodi incipiat: *Commendatores domorum Ordinis nostri à Præsidente Capituli, ac Provinciale electo, & Provinciale absoluto, simulque cum quatuor Diffinitoribus Provinciæ designentur, & provideantur.*

Præbeant vestuariũ suis subditis sub pœnas priv. vocis act. & pass.

91 Insuper approbavit, & confirmavit decretum Capituli Generalis Murciensis, quo statuitur, quod Commendatores intra triennium Religiosis omnibus Conventualibus vestuarium præstare teneãtur, sub pœna privationis vocis activæ, & passivæ in Capitulo proxime futuro, etiam si Magistri, vel Præsentati extiterint.

Non possint bona Convẽtus alienare.

92 Commendatores autem observare tenentur morum proprium SS. Vrbani VIII. circa bona Ecclesiæ non alienanda: & iuxta hoc debet disponi tenor clausulæ predicti capitis 13. erga prohibitionem prædictæ alienationis, firmo, ac servato supradicto cap. 15.

Prior Barchin. debet esse graduatus de lectura

93 Præterea, cum ex decreto SS. D.N.Clem.VIII. nullus in Priorem domus Barchinonensis possit eligi, nisi fuerit Magisterij, vel ad minus Præsentaturæ gradu insignitus, & electio aliter facta irrita sit, & nullius valoris, Capitulum Generale Murciense de anno 1636. declaravit, ac decrevit debere esse talem Præsentaturam de Lectura, & de numero Provinciæ. Quod statutum prædictum Generale Diffinitotium approbavit, & confirmavit.

Honores Prioris Barch. qui munus Vic. Gen. exercuit.

94 Præterea, cum in Capitulo Generali Toletano decretum sit, quod Prior Barchinonensis (qui ex iure nostrarum constitutionum, vacante Generalatu, ante expletum sexennium, in officio Vicarij Generalis cum plena iurisdictione succedit) si quãdo dictum Vicariatum adierit sit solum Præsentatus ipso facto Magister (ob officij gravitatem, & regimen totius Religionis) habeatur, nominetur, & sit. Quod decretum confirmatum fuit à SS. D. Vrbano VIII. nunc prædictum Generale Diffinitorium declarat, quod, vt talis Magister habeatur, & inter Magistros suæ Provinciæ locum teneat, si per 11. annos in lectura Attium, & Sacræ Theologiæ cum approbatione Diffinitorij dictæ Provinciæ se exercuerit. Locus autem antiquitatis computari debet à die qua Vicariatu Generali functus fuit: decernitque prædictum Generale Diffinitorium, quod si Magister de numero suæ Provinciæ fuerit, cum fungi aggreditur dicto Vicariatu Generali, exemptionibus Provincialis (sicut si prædicto munere functus fuisset) gaudeat cum praecedentia ad cæteros Magistros suæ Provinciæ, & loco immediato omnibus qui fuerunt Provinciales, & erunt.

Visitator erga bona Redemp. maximam curam adhibeat.

95 Præterea decrevit prædictum Generale Diffinitorium, quod Visitator diligenter in visitationibus suis curet de bonis, & eleemosynis pro Redemptione Captivorum: Provideatq; vt in omnibus Conventibus Procuratores, sive Commissarij Redemptionis pro ipsis eleemosynis colligendis sint destinati Religiosi zelo, & charitate ferventes: & eos, quos negligentes in tali munere repererit, suis officiis privet, & pœnis pro suo arbitrio puniat, aliosque loco ipsorum substituat.

Eandem curam erga alios Ordinis Officiales impẽdat, & munerũ amatores Prælatos cohibeat.

96 Similiter diligenti cura provideat de alijs officijs, de Vicario, Procuratore, Magistro Novitiorum, Depositarijs, & Sacrista. Insuper Visitatores in suis visitationibus summopere inquirant, si Commendatores à suis subditis munera aliqua excipiant. Quod si (proh dolor!) eorum aliquos munerum amatores invenerint, eos proprijs Cõmendis privent: eamdemque similiter faciet inquisitionem Magister Generalis per totum Ordinem, tam circa ipsos Commendatores, quàm circa Provinciales. Quod si donorum receptores invenerit (precipuè ab illis quibus officium, vel Commendam contulerint) hos omnes, & singulos, tam Commẽdarotes, quàm Provinciales proprijs officijs privet, ipsos etiam publicis pœnitentijs castigando omni, & summo cum rigore adstringendo, vt illis in correctionem, reliquis verò Fratribus sit in exemplum.

Fratres in suis causis non recusent proprios Prælatos, & quomodo fieri debeat recusatio.

97 Insuper decrevit prædictum Generale Diffinitorium, sub pœna privationis vocis activę, & passivæ per decennium, & reclusionis per biennium, ac gravioris culpæ, quod nullus ex nostris Religiosis possit recusare in suis causis Prælatos legitimos, & ordinarios, nec recusatio sit valida, si illam faciet donec per duos ex Patribus Commendatoribus propinquioribus, vel per duos Patres Diffinitores videantur intra terminos, & tempus à Sacr. Can. & Conc. præfixum, & statutum causæ recusationis an fuerint sufficientes; interim autem donec intra terminos, & tempus à Sac. Can. & Conc. præfixum, & statutum causæ recusationis discutiuntur, Prælati recusati suspendere debent recusationem causarum.

Pœnæ in imperãtes ad of-

98 Similiter statuit sub pœna privationis vocis activæ, & passivæ in perpetuum,

ficia litteras deprecatorias.

perpetuum, & inhabilitatis perpetuæ ad obtinendum quodlibet officium, ne litteræ deprecatoriæ impetrētur à Religioſis per ſe, vel per interpoſitam perſonam directè, vel indirectè ad obtinendum aliquod officium, vel munus noſtri Ordinis; neque ad id favoribus perſonalibus vtantur.

Profeſſus ſemel à Religione allegatis cauſis egreſſus iterum non admittatur.

99 Prætereà approbavit, & confirmavit prædictum Generale Diffinitorium decretū Capituli Generalis Murcienſis, nempè, quod qui ſemel profeſſionem emiſſerunt, & ad ſæculum quabliber ex cauſa regreſſi ſunt, vlterius non poſſint admitti de novo ad Religionem, niſi de licentia Magiſtri Generalis, vel niſi in articulo mortis humiliter habitum, & profeſſionem petierint; non tamen, vt inter nos iterum commorentur.

Iter agentes quotidie celebrent.

100 Inſuper ſtatutum fuit, quod Religioſi Sacerdotes iter agentes vbicumque occaſionem Sacrum celebrādi reperierint, non prætermittant. Nulique Religioſo, cauſa infirmitatis, detur licentia de Monaſterio exeundi ad domos ſæculares; ſuper quo conſcientiæ Prælatorum onerantur, vt decrevit Generale Capitulum Murcienſe.

Ægri ad domos ſæculares non patiantur egredi.

101 Prætereà confirmavit, & approbavit prędictum Generale Diffinitorium, quod decretum fuit à prædicto Capitulo Generali Murcienſi, nempè, quod nullus Religioſus audeat ingredi Curiam Regiam, niſi immediatè poſt duodecim horas Commendatori Conventus Matritenſis ſe præſentaverit. Quod ſi aliquis contrarium fecerit à Commendatore incarceretur, donec à Provinciale veniam accipiat.

Aulā Regiam nullus adeat qui ſtatim Commendatori Matritenſi nō ſe præſentet.

Reſolutio negotiorū quæ Communitati proponuntur ſequenti die fiat.

102 Prætereà approbavit, & confirmavit prædictum Generale Diffinitorium decretum Capituli Generalis Toletani à Capitulo Generali Murciē. ſi ſimiliter approbatum, & confirmatum, videlicet, vt nullum negotium ad bona temporalia Conventuum pertinens, quod Patribus in Capitulo proponi neceſſum ſit, eodem die, quo proponitur reſolvatur: ſed in diem ſequētem eis reſolutio differatur: præcipiturque Partibus Commendatoribus in virtute ſanctæ obedientiæ, & ſub pœna privationis officiorum ne in contrarium huius decreti quidquam agāt: idq; obſervetur quotieſcūque re gravi, cuiuſcumque materiæ illa ſit, propoſita Cōvētui, aliquis ex Fratribus affirmet, ſe ad illius reſolutionem conſultatione, & ſtudio indigere. Et rurſus ſub eiſdem pœnis præcipitur Cōmendatoribus, ne ſupplicas, & petitiones, quę pro negotijs Cōvētuū mittuntur ad ſuperiores, ſubſcriptis nominibus Religioſorum, ſubſcribere compellant, quin prius in Capitulo pleno legantur, ibique publicè ab omnibus ſubſcribantur. Et ſub pœna gravioris culpæ per duos menſes præcipitur Religioſis ne aliter prædictas petitiones ſubſcribere audeant, vel præſumant, vt decretum fuit in prædicto Generali Capitulo Murcienſi.

Nullus ſubſcribat litteras ſuperiori mittēdas, quæ prius in Capit. lectæ non ſint.

103 Cum ex decreto SS. D. Clem. VIII. nemo ad Præſentaturam exponi poſſit, qui non legerit (vltra tres annos Logicæ, & Philoſophiæ) duos alios Theologiam Scholaſticam, aſſiſtendo conferentijs, & alijs actibus pro Magiſtris deſignandis: ſimiliter nullus ad Magiſterium aſſumi, qui non legerit quotidie vnam lectionem Theologiæ Scholaſticæ per ſpatium ſex annorum ſupra illos quinque ad Præſentaturam requiſitos, & quod de ſero ſemper adfuerit conferentijs, aut præſidendo, aut replicando, & vnoquoque anno præſederit alicui actui publico, ſeu publicis diſputationibus, prædictum Generale Diffinitorium decrevit, & declaravit, quod ſi Lectores in Carhedra alicuius Vniverſitatis (de licentia tamen ſuperiorum) fuerint occupati, ſive in lectione continua Artium, ſive Sacrę Theologiæ per ſpatium quinque, vel vndecim annorum, ad Præſentaturam, vel Magiſterium aſſumi poſſunt.

Qui Cathedram in publica regit Vniverſitate tempore ad gradus requiſito, ſit habilis ad eos obtinendos.

104 Prætereà, cum iuxta decretum Capituli Generalis Toletani à SS. Vrbano VIII. confirmatum nullus ad lecturam Artium, vel Sacræ Theologiæ, promoveatur, niſi facta oppoſitione, in qua per vnam horam de materia fortita, per viginti quatuor horas antecedentes publicè legat, & per ſpatium alterius horæ argumentis oppoſitorum ſatisfaciat, quo examine acto, tanquam ſufficiens approbetur, prædictum Generale Diffinitorium declaravit, quod ſi prædicta approbatione omiſſa, in lectura aliqua ſe exercuerit, nullius eſſet valoris ad prædictos gradus obtinendos, obtentioque eorum nulla, & irrita ſit. Prædictum autem examen decrevit Capitulum Generale Murcienſe, quod fieri debet in materia lecturæ ad quam promovetur; nec ſufficit approbatio ad lecturam Artium, vt pro Theologia approbatus quis iudicetur, nec è contra: & anni prædicti lecturæ ad gradus obtinendos debent eſſe completi, taliter, quod pro vno anno non poſſunt admitti duo curſus, ſed ſinguli ſingulis annis reſpondere debent, aliàs irritos, & nullos eſſe. Quæ omnia prædictum Generale Diffinitorium approbavit, & confirmavit.

Lectura abſque approbatione in oppoſitione facta nulli ter obtineatur.

Oppoſitio fiat in materia de qua eſt lectura.

In vno anno non approbentur duo curſus.

105 Prętereà decrevit prædictum Generale Diffinitorium, quod nullus ad gradum Præſentaturæ exponatur, niſi prius ad Baccalaureatus gradum in

Ad Præſentaturā requiritur Baccalaureatus.

in aliqua Vniversitate sit admissus, vel à Magistro Ordinis, aut Provinciale suæ Provinciæ sit promotus. Prædicta autem requisita ad gradus Præsentaturæ, & Magisterij de numero designata minime possunt suppleri per alia merita, exercicia, vel obsequia Religioni exhibita, cuiusvis qualitatis extiterint. Quod si in posterum aliqui tales gradus absque prædictis requisitis, & conditionibus receperint, ex nunc tamquam irriti, & nullius valoris esse declaravit Capitulum Generale Murciense, in memoriam revocans, & observari præcipiens Bullam SS. D. Pauli V. ad hunc effectum specialiter expeditam, salva semper authoritate Apostolica in prædictis dispensandi.

Lectura, ad gradus requisita per nulla alia merita suppleri valet.

106 Cum ex decreto Capituli Generalis Toletani à SS. D. Vrbano VIII. confirmato, probationes, seu informationes annorum Lecturæ fieri debeant immediatè ab ipsis Provincialibus, vel suis Visitatoribus, specialiter in scrutinio secreto visitationum, & publice per testimonia sanioris partis Conventus, ita, vt ad hunc effectum commissionem necui possit tribuere, nisi tempus celebrationis Capituli instet, & ad tales Conventus Provincialis non possit pervenire, prædictum Generale Diffinitorium decernit, & declarat, quod probationes, & informationes Lecturarum supradicto modo factæ præsentari tenentur in Capitulo Provinciali coram Diffinitorio, & ibidem examinari, & approbari, quæ approbatione dignæ repertæ fuerint. In quo examine habeant ius se opponendi Lectores quilibet, qui rationes aliquas in contrarium proponendas habuerint. Prætereà huiusmodi approbationes hoc rigoroso examine à Diffinitorio factæ non iudicantur sufficientes ad cõfirmationem sive Præsentaturæ sive Magisterij: sed vlterius requiritur, vt à Diffinitorio intra Capitulum, pœnes, quod est ius, & facultas (cum aliàs fieri commode non possit) ad tales gradus exponatur. Et cum nullus exponi possit nisi in vacante determinata ex decreto SS. D. N. Pauli V. nec confirmari nisi prius sit expositus, poterit Diffinitorium Provinciale (ne gradus suspensi per longum tempus maneant ex quo plura prævidentur bono regimini imminentia damna) Magistro Generali facultatem concedere, vt exponat vnum ex approbatis, quem maluerit, quocumque tempore vacatio gradus accidat. Insuperque dictus Magister Generalis extra Capitulum Generale loco, & vice talis Capituli potest confirmare in gradibus Præsentaturæ, & Magisterij quotiescumque aliquem vacare contigerit quemlibet ex admissis rite, & vt fas est à Diffinitorio Provinciali, iuxta decretum Sanctissimi D. Pauli V.

Probationes cursuũ à Provin. vel de eius commissio ne faciendæ Diffin. præsentãdæ inCap. Prov.

Diffinit. cõmittat M.Gen. vt tempore vacationis possit approbatos ad gradus exponere.

107 Et hac eadem authoritate gaudet Prior Barchinonensis, & quilibet alius dum officio Vicarij Generalis totius Religionis fungitur iuxta decreta nostrarum constitutionum.

Vic.Gen. Ordinis possit conferre gradus.

108 Prætereà decrevit, & declaravit prædictum Generale Diffinitorium, quod in cap. 25. dist. 2. nostrarum constitutionum, vbi dicitur, quod solum sunt admittendi ad Magisterium, qui fuerint in conclusionibus publicis in Capitulo Generali, vel Provinciali approbari, addendum est: *Aut saltem in aliquo nostri Ordinis Collegio, sive Conventu studiorum.*

Requisita ad Magist.

109 Insuper prædictum Generale Diffinitorium statuit, ac ordinavit, quod Magister Generalis in confirmatione gradus Magisterij designet aliquem Magistrũ cõfirmatum in Promotorẽ ad talem gradum forma nostrarũ cõstitutionũ conferendũ, à quo promovendus solemniter gradum recipiat intra duos menses post confirmationem; aliter autem maneat ipso facto tali gradu privatus.

De Promotore ad gradus.

110 Prætereà hoc prædictum Generale Diffinitorium decrevit, iuxta decretum Capituli Generalis Toletani à SS. D. Vrbano VIII. confirmatum, & similiter iuxta decretum Capituli Generalis Murciensis, quod, vt omnino deinceps litigia circa ordinem sedendi evitentur, inter Magistros, & Præsentatos servetur ordo iuxta gradus, non vero professionis antiquitatem. Diffinitores Provinciæ, & Diffinitores, ac Electores Generales, si sunt Magistri præcedent omnes alios Magistros, si vero Magistri non fuerint, sint Magistris immediati, etiam si non sint Præsentati: inter ipsos tamen ordo antiquitatis servetur; hęc ita sint extra Capitulum; intra Capitulum vero, si sit Provinciale, Diffinitores Provinciæ antecedunt omnes excepto Præsidenti, & Provinciali bus electo, & absoluto. In Capitulo vere Generali Provinciales sint immediati Præsidenti iuxta Provinciarum antitates. Deinde Prior Barchinonensis, si non præsideat, postea Procurator Generalis in Curia Romana, postea Diffinitores Generales iuxta antiquitatem suarum Provinciarum, & deinde eodem ordine succedant omnes Electores Generales. Prior vero Barchinonensis, qui Vicarius Generalis totius Ordinis fuerit, intra provinciam Aragoniæ, si fuerit Magister, omnes alios Magistros præcedat, si autem Præsentatus, omnes alios antecedat Præsentatos. Patres autem Provinciales servent inter se Provin-

Ordo sedendi inter Fratres stabilitur.

vincialatus sui antiquitatem, etiam si alio fungantur officio. Socij Magistri Generalis locum habeant immediatum Patribus Provinciæ, in qua extiterint, ita vt omnes Magistros præcedant. Patres graduati aliarum Provinciarum in quacumque Provincia de licentia Superiorum extiterint, sint immediati graduatis talis Provinciæ, ita, vt si fuerit Magister, immediatus omnibus Magistris, & si Præsentatus, omnibus Præsentatis.

Spolia Fratris decedentis qualiter distribuenda.

111 Cum ex decreto SS. D. Clem. VIII. bona stabilia, & ad legitimam Fratris è vita decedentis pertinentia, quę iuxta constitutionem spectabant ad domum, vbi professionem emisit, sint conferenda, & eveniant in ius Monasterij, vbi talis Religiosus habitum Religionis suscepit, prædictum Generale Diffinitorium, inhærendo statutis Capitulorum Generalium Optensis, Burtinensis, & Murciensis, statuit, & decrevit, quod bona mobilia sic distribuantur: habitus, & vestes inter Religiosos magis indigentes, libri vero à Magistro vel Provinciali Conventibus Studiorum (provt melius expedierit) impertiantur, aliá tamen bona (si qua fuerint) solutis ante omnia debitis defuncti, in quatuor partes ęquales dividantur, quarum prima Conventui, in quo habitum suscepit attribuatur, altera Provinciali pro expensis Provinciæ concedatur, alia in custodia Religiosi à Magistro Generali designati pro sumptibus eius vbicumque extiterit reponatur, vltima denique ad Magistrum pro expensis sui officij, & negotijs Curiæ Romanæ mittatur.

Constitutiones sedulo examinentur, & ad formam meliorem redigantur.

112 Denique propositum fuit prædicto Generali Diffinitorio, quod aliàs in Capitulo Barbastrensi ad instantiam Eminentissimi D. Cardinalis de Lugo nostrę Religionis Protectoris fuerat decretum, videlicet, vt ad vnguem matura inquisitione nostræ constitutiones examinarentur, & iudicij trutina perquirantur: nam cum multa in illis reperiantur abstrusa, aliaque ommissa, nocentur, quæ sæpius in varijs Capitulis Generalibus ad validius Regularis Observantię fulcrum sunt notata, & indigent additione, & applicatione.

Mag. Gen. cōmittitur, vt cōfirmationem Apostolicā hòrum decretorum obtineat. Et addita cōstitutionibus Typis mandet, & distribuat.

113 Qua propter præfatis omnibus diversis sessionibus mature in hoc prædicto Generali Diffinitorio collectis, & vnanimi omnium consensu decretis, & confirmatis, prædictum Generale Diffinitorium authoritatem suam, & facultatem, qua ex vi nostrarum constitutionum cap. 2. 2. dist. gaudet ea meliori forma, via, & modo, quo poterat, & necessarium esset substituit, & substitue-se dixit in authoritatem nostri Reverēdissimi Gen. electi, vn nomine totius Generalis Diffinitorij, & Religionis supplicitet oraret SS. pro confirmatione horum decretorum, vt efficacius perpetuam observantiam assequantur: eaque, & alia decreta à Sancta Sede approbata, & confirmata, omniaque illa, quæ per tria Capitula Generalia sunt, & fuerunt approbata, quæ omnia iure nostrarum constitutionum, vt in earum proemio continetur, vim constitutionis in toto Ordine habent, & habere debent, recollecta singulis capitibus prædictarum nostrarum cōstitutionum adaptentur, & inferantur, & iuxta ea prędicta capita disponantur, & corrigantur omni inconsequentia, & contradictione accurate attenta, & relegata: sicque disposita noster Reverendissimus Generalis electus Typis mandet, & quāprimū possit, ad omnes Provincias, (pro eorum Observantia) remittat.

Cōfirmat Pontifex prædicta statuta.

114 Cum autem, sicut eadem expositio subiungebat, dictus Franciscus Procurator Gener. cōstitutiones huiusmodi, quo firmius subsistant, & serventur exactius, Apostolicæ confirmationis nostræ patrocinio communiri summopere desideret, Nos ipsius Francisci Procuratoris Generalis votis hac in re, quantum cum Domino possumus, benigne annuere, eumque speciali favore gratiæ prosequi volentes, & à quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, alijsque Ecclesiasticis sententijs, censuris, & pœnis à iure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatus existit, ad effectum pręsentium dumtaxat consequendum, harum serie absolventes, & absolutum fore censentes supplicationibus eius nomine Nobis super hoc humiliter porrectis inclinati, de memoratorum Cardinalium, negotijs, & consultationibus Episcoporum, & Regularium Præpositorum Consilio, præinsertas constitutiones per novissimum Ordinis huiusmodi Capitulum Generale compilatas, ac à Præfatis Cardinalibus visas, & mature, ac diligenter examinatas, atque in nonnullis emendatas, & in antéscriptam formam, ac tenorem redactas authoritate Apostolica tenore præsentium approbamus, & confirmamus, illisque inviolabilis Apostolicæ firmitatis robur adjicimus, ac omnes, & singulos iuris, & facti defectus, si qui desuper quomodolibet intervenerint, supplemus: ac dictas constitutiones exinde subsecuta earum publicatione per omnes, & singulos dicti Ordinis Religiosos, tam superiores, quàm subditos respectivè in vsum recipi, & perpetuo observari mandamus, & præcipimus.

Robur adijcit confirmationi.

115 Decernentes easdem præsentes litteras, & constitutiones præinsertas semper firmas, validas, & efficaces existere, & fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere: illisque, ad quos spectat, & pro tempore quandocumque spectabit plenissime suffragari: sicque in præmissis per quoscumque Iudices Ordinarios, & Delegatos, etiam causarum Palatij Apostolici Auditores iudicari, & diffiniri debere: ac irritum, & innane, si secus super his à quoquam quavis authoritate sciēter, vel ignoranter contigerit attentari. Non obstantibus constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, necnon prędicti Ordinis eiusque Provinciarum, ac Conventuum, & locorum Regularium quorumlibet, etiam iuramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus, privilegijs quoque, indultis, & litteris Apostolicis in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis: quibus omnibus, & singulis, illorum tenores præsentibus pro plene, & sufficienter expressis, & ad verbum insertis habentes, illis aliàs in suo robore permansuris, ad præmissorum effectum dumtaxat specialiter, & expresse derogamus, cęterisque contrarijs quibuscumque.

Contraria irritat.

Eamdem fidem trāsumptis, ac originali adhiberi iubet.

116 Volumus autem, vt earundem præsentium litterarum transumptis, etiam impressis, & manu alicuius Notarij publici subscriptis, & sigillo Personæ in dignitate Ecclesiastica cōstitutæ munitis, eadem prorsus fides in iudicio, & extra adhibeatur, quæ præsentibus ipsis adhiberetur, si forent exhibitæ, vel ostensæ.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Maiorem, sub Annulo Piscatoris, die 22. Decembris 1662. Pontificatus nostri anno 8.

S. Vgolinus.

Loco † Annuli Piscatoris.

Hoc Breve habetur Matriti, adducitarque ab Ang. Lantusc. in Bullar. Rom. tom. 6. Const. 133. Alex. VII.

ALEXANDRI VII.

CONSTITVTIO XV.

Quadragesimo octavo M. Generali F. Ioanne de Assensio.

Procuratore Generali in Vrbe M. Fr. Francisco de la Rosa.

COMPENDIVM.

Dicteria Fratrum Sanctissimę Trinitatis cohibet, qui munus Redemptionis à primęvo nostro instituto nobis non competere dictitabant.

ALEXANDER PAPA VII. AD futuram rei memoriam.

Edita an. 1663.

1 Emanavit nuper à Congregatione Venerabilium Fratrum nostrorum S.R.E. Cardinalium Sac. Ritibus Præpositorum decretum tenoris, qui sequitur, videlicet: Romana. Ordinum Redemptionis Captivorum, cum Franciscus de la Rosa Vicarius, & Procurator Generalis Ordinis Beatæ MARIÆ de Mercede supplicem libellum SS. porrexisset, quo se, suūq; Ordinem admodum læsos conquerebatur de assertionibus, quas dietim Typis, ac viva voce, tum in concionibus, tum in publicis disputationibus evulgari student Fratres Ordinis Sanctissimæ Trinitatis, Redemptionis Captivorum, nempe quod ipsis Fratribus de Mercede, non ex primęvo eorum Ordinis instituto iniunctum fuerit, sed ex voto mox iisdem accesserit Christi Fideles Captivos è manibus Barbarorum redimendi onus, sortibus olim commissum, firmatumque, vt idem Ordo de Mercede Ordini Sanctissimæ Trinitatis tandem vniretur, quæ præsertim contineri asserebat in libello novissimè impresso Romæ Typis Angeli Bernardo à Verme anno 1660. cui titulus est vitæ SS. Ioannis de Matta, & Felicis Valois Fundatorum Ordinis Sanctissimæ Trinitatis, sanctitas sua speciali eius rescripto, ob lites inter Ecclesiasticas, & regulares personas dirimendas absque strepitu, & figura iudicij, atque ad sedanda scandala exinde orta, & oriunda, potissimum vero ad perpetuam inter Fratres prædictorum Ordinum charitatem stabiliendam, rei amicabiliter inter eos consulendæ, & componendæ providentiam commisit R.P. D. Phebeo tunc SS. Rituum Congregationis à secretis: qui accersitos ac pluries seorsim, & vna simul auditos Procuratores

Decretum Sac. Rit. Cōg. prohibēs Patribus SS. Trinit. ne voce, aut scripto asserant Redemptionis munus non competere nobis ab initio Religionis.

Hoc ipsū de libro ab ipsis impresso deleri iubet.

tores Generales vtriusque Ordinis, ne per præfatum Fratrem Franciscum de la Rosa Mercedatium, & Fratrem Ioannem à Cõceptione Excalceatorum SS. Trinitatis pariter assertẽtem, quod Fratres Mercedarij his prorsus non dissimilia evulgant de Fratribus Sanctissimæ Trinitatis, in eam tandem sententiam adduxit, ne, sub pœna privationis activæ vocis, & passivæ in perpetuum, aliquis eorum audeat, seu præsumat in posterum scriptis, aut viva voce, tum in concionibus, tum in publicis, & privatis disputationibus prædicta sub quovis prætextu, vel quæsito colore prędicare, asserere, disputare, & affirmari facere, & curare: siquidem adversantur litteris Summorum Pontificum, præsertim vero Clem. VIII. incipientibus: *Romana Catholica Ecclesia*, Dat. Kalendas Maij 1601. super Canonizatione Sancti Raymundi de Peñafort. §. 17. & 18. & ac respective litteris Innocentij III. aliorumque Pontificum. Prætereà libellum, de quo supra in novis impressionibus à pag. clv. ad pag. clviij. omnino conformandum esse enunciatæ constitutioni Clementis VIII. ac sub eisdem pœnis denuo non imprimi, nisi ab eodem libello expunctis assertionibus prę fatis.

Instrumenta contra præfata dicteria.

2 Verum quia inter hæc præfatus, R.P.D. Phebius ad præceptoriam S. Spiritus in Saxia promotus fuit, & ipse Secretariæ Congregationis Sacrorum Rituum addictus sum, Sanctissimus mihi per aliud subsequens rescriptum mandavit, vt desuper prædictis omnibus, ac singulis decretum ederem, ac idem in acta Sacræ Congregationis referrem sub expressis pœnis, alijsque gravioribus arbitrio Sanctitatis suæ infligendis, executioni omnino demandandum, provt demandari mandat. Die 2. Octobris 1663. M. Episcopus Sabiniensis Cardinalis Ginettus.

Nova cõmissio super prædictis facta Cardinali Ginetto.

3 Cum autem, sicut pro parte pręfatorum Francisci de la Rosa, & Ioannis à Conceptione Procuratorum Generalium Nobis subinde expositum fuit, ipsi decretum huiusmodi pro firmiori illius subsistentia, & observatione, Apostolicæ confirmationis nostræ robore communiri summopere desiderent, Nos specialem ipsis exponentibus gratiam facere volentes, & eorum singulares personas à quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, alijsque Ecclesiasticis sententijs, censuris, & pœnis à iure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatæ existunt, ad effectum præsentium dumtaxat consequendum, harum serie absolventes, & absolutas fore censentes, supplicationibus eorum nomine Nobis super hoc humiliter porrectis inclinati, decretum præinsertum authoritate Apostolica tenore præsentium approbamus: illique inviolabilis Apostolicæ firmitatis robur adjicimus, salva tamen semper in præmissis authoritate pręfatę Cõgregationis Cardinalium.

Cõfirmat Põtifex suprius decretum.

3 Decernentes easdem præsentes litteras sẽper validas, firmas, & efficaces existere, & fore suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, ac illis ad quos spectat, & pro tempore spectabit plenissime suffragari, & ab illis respective observari: sicque in præmissis per quoscumque Iudices Ordinarios, & Delegatos, etiam causarum Palatij Apostolici Auditores iudicari, & definiri debere: ac irritũ, & inane, si secus super his à quoquam quavis authoritate scienter, vel ignoranter cõtigerit attentari: non obstantibus constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, necnon, quatenus opus sit, dictorum Ordinum, iuramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus, privilegijs quoque, indultis, & litteris Apostolicis, in contrarium præmissorum quomodolibet concessis confirmaris, & innovatis: quibus omnibus, & singulis, illorum tenores præsentibus pro plene, & sufficienter expressis habentes, illis aliàs in suo robore permansuris, ad præmissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, & expresse derogamus, cæterisque contrarijs quibuscumque.

Robur adjicit cõfirmationi.

Contraria tollit.

4 Volumus autem, vt earumdem præsentium litterarum transumptis, etiam impressis, manu alicuius Notarij publici subscriptis, & sigillo Personæ in Ecclesiastica dignitate constitutæ muniris, eadem prorsus fides adhibeatur in iudicio, & extra, quæ præsentibus ipsis adhiberetur, si forent exhibitæ, vel ostensæ.

Eamdẽ fidem iubet afferri trãsumptis, ac originali.

Datum in Arce Gandulphi Diœcesis Albanensis, sub Annulo Piscatoris, die 30. Octobris 1663. Pontificatus nostri anno 9.

S. Vgolinus.

Hoc Breve affert Ang. à Lantusca in Bullar. Rom. tom. 6. Const. 145. istius Papa, & habetur originale in nostro Archivo Rom.

ALEXANDRI VII.

CONSTITVTIO XVI.

Quadragesimo octavo M. Generali Fr. Ioanne Assensio.

Procuratore Generali in Vrbe M. Fr. Francisco de la Rosa.

COMPENDIVM.

Vasa, ornamenta, & suppellectilia quæcumque Ecclesiæ nostræ Matritensi commodari, aut extrahi vetat.

Edita an. 1663.

ALEXANDER PAPA VII. AD futuram rei memoriam.

1 Conservationi, & manutentioni ornamentorum, & paramentorum Ecclesiæ Conventus Fratrum Ordinis Beatæ MARIÆ de Mercede Redemptionis Captivorum Oppidi Matriti Toletanæ Diœces. quantum cum Domino possumus, benigne consulere, ac dilectos filios modernum Priorem, & Fratres Conventus prædicti specialibus favoribus, & gratijs prosequi volentes, & eorum singulares personas à quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, alijsq; Ecclesiasticis sententijs, censuris, & pœnis à iure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatæ existũt, ad effectum præsentium dumtaxat consequendum, harum serie absolventes, & absolutas fore censentes, supplicationibus eorumdem Prioris, & Fratrum nomine Nobis super hoc humiliter porrectis inclinati, ne de cætero quisquam quavis authoritate, officio, & superioritate fungens vasa, calices, tunicas, candelabra, lampades, & alia paramenta Ecclesiastica, tam auro, & argento, quàm alia materia confecta, nec non quamcũq; suppellectilem sacram, tam hactenus per quoscũque Christi Fideles dictæ Ecclesiæ donata, & assignata, quàm in posterum donanda, & assignanda, alijs Ecclesijs, Monasterijs, seu pijs locis commodare, aut sub quovis quæsito colore, ingenio, causa, ratione, aut occasione è dicta Ecclesia, seu illius Sacristia extrahere, & asportare, seu vt commodentur, aut extrahantur, & asportentur permittere, aut consentire audeat, seu præsumat sub excommunicationis latæ sententiæ, ac privationis vocis activæ, & passivæ pœnis eo ipso, absque vlla declaratione incurrendis, authoritate Apostolica tenore præsentium interdicimus, & prohibemus: non obstantibus constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus, cæterisque contrarijs quibuscumque.

Sub excõmunicatione vtensilia quecũque Ecclesiæ Matritensis nostræ extrahi prohibet.

2 Volumus autem, quod præsentis prohibitionis copia in valvis dictæ Sacristiæ, vel aliquo conspicuo loco, quo ab omnibus cerni possit, continuo affixa remaneat.

Copiam decreti huius in sacristia affigi iubet.

Datum Romæ apud S. Mariam Maiorem, sub Annulo Piscatoris, die 10. Decembris 1663. Pontificatus nostri anno 9.

Hoc breve habetur vbi supra, & in Archivo Matritensi.

ALEXANDRI VII.

CONSTITVTIO XVII.

Quadragesimo nono M. Generali Fr. Iosepho Sanchiz.

Procuratore Generali in Vrbe Fr. Francisco Sancho Bilbilitano, Concionatore, ac Theologo egregio, ac Magistro de numero.

COMPENDIVM.

Electum Magistrum Generalem Fr. Iosephum Sanchiz confirmat.

Edita an. 1665.

ALEXANDER PAPA VII. AD perpetuam rei memoriam.

1 Exponi Nobis nuper fecit dilectus filius Franciscus Sãcho Procurator Generalis Fratrum Beatæ MARIÆ de Mercede Redemptionis Captivorum, quod dilectus pariter Iosephus Sanchiz Vicarius Provincialis in capite Provinciæ Valentinæ dicti Ordinis in Sacra Theologia Magister, qui Provincialatu eiusdem Provinciæ, alijsque muneribus laudabiliter functus fuerat, in Capitulo Generali eiusdem Ordinis die 18. Octobris proximè præterito celebrato, ab omnibus illius vocalibus Capitularibus vnanimiter in Magistrum Generalem Ordinis huiusmodi canonicè electus fuit.

M. Fr. Iosephus Sãchiz Mag. Gen. eligitur.

2 Cum autem, sicut eadem expositio subiungebat, per constitutiones dicti Ordinis authoritate Apostolica confirmatas, caveatur expresse, vt similium electionum confirmatio à Sede Apostolica obtineatur: Nobis propterea dictus Fran-

Franciscus Procurator Generalis humiliter supplicari fecit, vt in præmissis opportunè providere, & vt infra indulgere, de benignitate Apostolica dignaremur: Nos igitur Iosephum, & Franciscum præfatos specialibus favoribus, & gratijs prosequi volentes, & eorum singulares personas à quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, alijsque Ecclesiasticis sententijs, censuris, & pœnis à iure, vel ab homine, quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatę existunt ad effectum præsentium dumtaxat consequendum, harum serie absolventes, & absolutas fore censentes huiusmodi supplicationibus inclinati, electionem de persona memorati Iosephi in Magistrum Generalem Ordinis huiusmodi, vt præfertur, factam, authoritate Apostolica tenore præsentium confirmamus, & approbamus, illique inviolabilis Apostolicæ firmitatis vim, & robur adjicimus: Decernentes easdem præsentes litteras firmas, validas, & efficaces existere, & fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, ac dicto Iosepho plenissime suffragari; sicque ex præmissis per quoscumque Iudices Ordinarios, & Delegatos, etiam causarum Palatij Apostolici Auditores iudicari, & definiri debere: ac irritum, & innane, si secus super his à quoquam quavis authoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari: Non obstantibus constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, necnon quatenus opus sit, dicti Ordinis, etiam iuramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus, privilegijs quoque indultis, & litteris Apostolicis in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis: Quibus omnibus, & singulis, illorum tenores præsentibus pro plene, & sufficienter expressis, & insertis habentes, illis aliàs in suo robore permāsuris, ad præmissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, & expresse derogamus, cæterisque contrarijs quibuscumque.

Electio A-postolica confirmatione roboratur.

Contraria irritat.

Datum Romę apud Sanctam Mariam Maiorem, sub Annulo Piscatoris, die 22. Ianuarij 1665. Pontificatus nostri anno 10.

S. Vgolinus.

Originale Matriti, & Romæ apud nos servatur.

ALEXANDRI VII.

CONSTITVTIO XVIII.

Quadragesimo nono M. Generali Fr. Iosepho Sanchiz.

Procuratore Generali in Romana Curia Mag. Fr. Mathia Cubells Valentino.

COMPENDIVM.

Statuit Vocales Indiarum elapso Capitulo Generali advenientes posse in sequenti suffragari, si novi non adveniant.

ALEXANDER PAPA VII. AD futuram rei memoriam.

Edita an. 1666.

1 Exponi Nobis nuper fecit dilectus filius Mathias Cubells Procurator Generalis Ordinis Fratrum B. MARIÆ de Mercede Redemptionis Captivorum, quod cum in Capitulo, & Diffinitorio Generali dicti Ordinis in Civitate Granatensi congregato die 18. Octobris 1664. maturè consideratum fuisset, magnam inter Provincias Indiarum, & Hispaniarum eiusdem Ordinis distantiam repetiri, & in eisdem Provincijs Hispaniarum Capitula Generalia Ordinis prædicti semper celebrari, celebrationem autem huiusmodi Capitulorū incertam esse, ideòque frequenter accidere, vt quando Vocales, Diffinitores scilicet, & Electores in Hispaniam pervenerint, Capitulum Generale iam celebratum sit, dictique Vocales proinde privilegijs, & honoribus eligendi Magistrum Generalem non gaudeant; tametsi tam longi itineris labores sustinuerint, & viatica sua consumpserint, ideò dictum Capitulum, & Diffinitorium Generale decretum edidit tenoris, qui sequitur, videlicet:

Exponitur difficultas, vt Vocales Indiarum tempore opportuno ad Capit. Gen. perveniāt.

2 Attentis narratis concedimus Provincijs Indiarum, scilicet Novæ Hispaniæ, & del Peru, quod Vocales dictarum Provinciarum, qui in Hispaniā perventi fuerunt, iam Capitulo Generali celebrato, habeant vocem, & facultatem Generalem eligendi in quocumque Capitulo Generali, in quo reperti fuerint, etiamsi constet, quod Provinciæ Indiarum iam celebraverūt Capitula Provincialia, & alios Diffinitores, & Electores generales nominaverint, dummodo isti, qui denuò nominati, & electi sunt, non reperiantur

Statuit Cap. Gen. Granatense, quod Vocales Indiarum qui post celebrationem Cap. Gen. pervenerint possint in sequenti Cap. suffragari, si manserint, nec novi adveniant.

tur præsentes in Capitulo Generali.

3 Declaramus autem, quod si præsentes Vocales in vno Capitulo Generali suffragati sunt, in alio non suffragentur, dummodò non sit in casu, in quo accidat Capitulum Generale celebrari intra quatuor annos computandos à die, quo præsentes Vocales electi sunt in Capitulis Provincialibus suarum Provinciarum, aut casu, quo constet esse electos, sed de Diffinitoribus in Electores, & è contra.

Qui in vno Cap. suffragiũ tulerunt, sine nova electione non possint in alio suffragari.

4 Cum autem, sicut eadem expositio subiungebat, prædictus Mathias Procurator Generalis decretum huiusmodi, quo firmius subsistat, & servetur exactiùs, Apostolicæ firmitatis nostræ patrocinio communiri summopere desideret, Nos ipsum Mathiam Procuratorem Generalem specialibus favoribus, & gratijs prosequi volentes, & à quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, alijsque Ecclesiasticis censuris, sententijs, & pœnis à iure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatus existir, ad effectum præsentium dumtaxat consequendum, harum serie absolventes, & absolutum fore censentes, supplicationibus eius nomine Nobis super hoc humiliter porrectis inclinari, de Venerabilium Fratrum nostrorum S. R. E. Cardinalium negotijs, & consultationibus Episcoporum, & Regulariom Præpositorum consilio, attentis narratis, ac maturè per eosdem Cardinales considerato præinserto decreto Capituli Generalis Ordinis huiusmodi, ipsum decretum tanquam rationi consonum authoritate Apostolica tenore præsentium approbamus, & confirmamus, eiusdemque observantiam decernimus, salva tamen semper in præmissis auctoritate Congregarionis prædictorum Cardinalium.

Cõfirmat Pontifex præfatum statutum.

5 Decernentes pariter, easdem præsentes litteras semper firmas, validas, & efficaces existere, & fore, suosq; plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere: ac illis ad quos spectat, & pro tempore spectabit, plenissimè suffragari: sicque in præmissis per quoscumque Iudices Ordinarios, & Delegatos, etiam causarum Palatij Apostolici Auditores iudicari, & diffiniri debere ac irritũ, & inanne, si quid secus super his à quoquam quavis authoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari: Non obstantibus præmissis, & constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, necnon dicti Ordinis, etiam iuramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus, privilegijs quoque indultis, & litteris Apostolicis in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis: Quibus omnibus, & singulis, illorum omniũ tenores præsentibus pro plene, & sufficienter expressis habentes, illis aliàs in suo robore permansuris, ad præmissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, & expresse derogamus, cæterisque contrarijs quibuscumqne.

Robur adijcit cõfirmatio- ni.

Contraria tollit.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Maiorem, sub Annulo Piscatoris, die 7. Ianuarij 1666. Pontificatus nostri anno 11. *S.Vgolinus.*

Habetur originalis in Archivo nostro Romano.

SVB ALEXANDRO VII.

DECRETVM I.

Quadragesimo sexto M. Generali Fr. Alphonso Sotomaior.

Procuratore Generali in Vrbe M. Fr. Michaele de Alcantara.

COMPENDIVM.

Festa S.P.N. Petri Nolasco, & Raymundi Nonnati in Martyrologio Romano scribuntur. Barchinonensis eiusdem Ordinis.

DIE 10. Maij 1653. facta relatione, quod referatur Sanctissimo sensus Congregationis, apponi posse in Martyrologio Romano Nomina Sanctorum Petri Nolasci Fundatoris Ordinis B. MARIÆ de Mercede Redemptionis Captivorum, ac Raymundi Nonnati eiusdem Ordinis Professoris, & S. R. E. Cardinalis sub nomine Sanctorum, & cum declaratione, quod Cultus intelligatur ad limites indultorum Vrbani VIII. sub die 9. Maij, & sub die 21. Octobris de annis 1626. & 1628. si SS. D. N. placuerit.

Edita in 1655.

Quod decretum SS.D.N. Alexander Divina providentia Papa VII. supplicante eodem Procuratore Generali approbavit: & cum primum pro additione aliorum Sanctorum typis mandari contigerit Martyrologium Romanum in eodem addi, & apponi mandavit nomina prædictorum Sanctorum Petri Nolasci, & Raymundi Nonnati diebus respective 25. Decembris, & 30. Augusti. Die 5. Iunij 1655.

C. Episcopus Ostiensis Card. Medices.
Loco † Sigilli.
Franciscus Maria Phæbeus S. Rit. Cong. Secret.

Hoc,

Hoc, & sequentia decreta in Archivo nostro generali Matritensi servantur.

SVB ALEXANDRO VII.

DECRETVM II.

COMPENDIVM.

Elogia in Martyrologio Romano pro festis supra dictis approbantur.

SANCTISSIMVS DOMINVS anno 1655. die 19. mensis Iunij decretum olim S. Congregationis approbavit, quo nomina Sanctorum Petri Nolasci Ordiois Beatæ MARIÆ de Mercede Redemptionis Captivorum Fundatoris, & Raymundi Nonnati S. R. E. Cardinalis eiusdem Ordinis Professotis Confessorum in Martyrologio Romano apponi posse, sicut eadem Congregatio censuerat, ea scilicet sub verborum structura ab ipsis Eminentissimis Patribus eidem Congregationi præpositis mox approbāda. Quare ad relationem Eminentissimi Domini Cardinalis Brancaccij, re pluries discussa, tandem Patres convenerunt, vt nomen S. Petri Nolasci sub his verbis 8. Kalendas Ianuarij post S. Anastasiam, scilicet, post verbum *Celebrarunt* recenseatur.

Editū an. 1657.

BARCINONÆ IN HISPANIA NATALIS S. PETRI NOLASCO CONFESSORIS, ORDINIS BEATÆ MARIÆ DE MERCEDE REDEMPTIONIS CAPTIVORVM FVNDATORIS, VIRTVTIBVS, ET MIRACVLIS CLARI.

Et pridie Kalendas Septembris de Sancto Raymundo Nonnato S.R.E. Cardinali in ipso Martyrologio infrascripta initio lectionis addantur.

CARDONÆ IN HISPANIA S. RAYMVNDI NONNATI CARDINALIS, ET CONFESSORIS ORDINIS B. MARIÆ DE MERCEDE REDEMPTIONIS CAPTIVORVM, VITÆ SANCTITATE, ET MIRACVLIS CLARI.

Die 4. Augusti 1657.

Et facta de prędictis SS. relatione, Sanctitas sua annuit, tributa insuper Impressoribus facultate Martyrologijs deinceps imprimendis addendi prædicta Sanctorum nomina sub præsenti tamen fotma, nec vnico verbo adiecto, sublato, vel immutato. Die 7. eiusdem, eodemque anno 1657.

I. Episcopus Sabiniensis Card. Sacchet.
Franciscus Maria Phœbus Sac. Rit. Congreg. Secret.

SVB ALEXANDRO VII.

DECRETVM III.

Qnadragesimo octavo M. Generali Fr. Ioanne Assensio.

Procuratore Generali in Vrbe M. Fr. Francisco de la Rosa.

COMPENDIVM.

Sacra Rituum Congregatio vniverso Ordini nostro concedit Officium cum tribus lectionibus, & oratione proprijs cum Evangelio, Ecce nos reliquimus omnia, *& Missam cum eius oratione, & Evangelio pro Festivitate Divi Petri Nolasci Patris nostri celebranda.*

Officium cum oratione, & lectionibus 2. Noct. proprijs, vt in proprio Ordinis, & lectionibus 3. Noct. prout in communi Abbatum.

FRATRES ORDINIS B. MARIÆ de Mercede Redemptionis Captivorum S. Rit. Congregationi supplicarunt pro approbatione supradictarum lectionum cum oratione propria: & Sacra eadem Congregatio, referente Eminentissimo Brancaccio, approbavit, ac recitati, & imptimi posse concessit. Hac die 25. Septemb. 1663.

Editū an. 1663.

M. Episcopus Sabinien. Card. Ginet.

Bernardinus Casalius Sac. Rit. Congreg. Secret.

SVB ALEXANDRO VII.

DECRETVM IV.

COMPENDIVM.

Summus Pontifex ad instantiam Philippi Quarti Catholici Hispaniarum Regis officium, & Missam S. Patriarchę nostri ad vniversam Ecclesiam sub Ritu semiduplici recitandum extendit.

CVM ALIAS SVB DIE 19. mensis Iunij 1655. SS. D.N. mandasset apponi in Martyrologio Romano nomen S. Petri Nolasci Confessoris, ac Fundatoris Ordinis B. MARIÆ de Mercede Redemptionis Captivorum, idemque

Editū an. 1664.

idemque executioni mandatum fuerit, nunc demum Sanctitas sua ad preces Serenissimi Regis Hispaniarum Catholici eiusdem Sancti Officium, & Missam in Breviario, & Missali Romano imprimi, & ab omnibus vtriusque sexus, tum sæcularibus, tum Regularibus, qui ad Horas Canonicas tenentur die 29. Ianuarij recitari præcipit. Die 11. Iunij 1664.

M. Episcopus Sabinien. Card. Ginet.

Bernardus Casalius Sac. Rit. Congreg. Secret.

SVB ALEXANDRO VII.

DECRETVM V.

COMPENDIVM.

Præcipit Sacra Rituum Congregatio, vt infrascriptæ lectiones, & oratio propria cum Evangelio, Nolite timere pusillus grex *recitentur in Officio, & Missa Protoparentis nostri Divi Petri Nolasco ab omnibus vtriusque sexus Christi Fidelibus, qui ad Horas Canonicas tenentur.*

Lectiones propriæ S.P.N. Petri Nolasco, & Evangelium Nolite timere *de communi Conf. non Pont. prout in Breviario Romano.*

Editū an. 1664.

CVM SS. D. N. ALEXANDER Papa VII. die 11. Iunij proxime præteriti ad preces Serenissimi Hispaniarum Regis Catholici mandaverit apponi in Missali, & Breviario Romano Missam, & Officium Sancti Petri Nolasco Confessoris, & Fundatoris Ordinis Beatæ MARIÆ de Mercede Redemptionis Captivorum ab omnibus vtriusque sexus Christi Fidelibus, tum sæcularibus, tum Regularibus die 29. Ianuarij sub ritu semiduplici recitandum, nunc verò Sacra Rituum Congregatio ad relationem Eminentissimi Cardinalis Brancaccij suprascriptas lectiones revisas, & in breviorem formam redactas, cum oratione propria approbavit, easque in dicto Breviario Romano imprimi, ac recitari mandavit. Hac die 12. Iulij 1664.

M. Episcopus Sabin. Card. Ginet.

Bernardinus Casalius Sac. Rit. Congreg. Secret.

SVB ALEXANDRO VII.

DECRETVM VI.

Quadragesimo nono M. Generali Fr. Iosepho Sanchiz.

Procuratore Generali in Vrbe M. Fr. Mathia Cubells.

COMPENDIVM.

Sacra Rituum Congregatio universo Ordini nostro indulget Officium cum lectionibus proprijs pro secundo Nocturno, quo vero ad Orationem, & reliqua de communi pro celebratione Sancti Raymundi Nonnati Confessoris.

Lectiones propriæ S. Raymundi Nonnati prout in proprio Ordinis.

Editū an. 1665.

SVPRADICTAS LECTIONES revisas per Eminentissimum, & Reverendissimum D. Cardinalem Brancaccium, & per eundem relatas in Sac. Rit. Congreg. eadem Sac. Rituum Congreg. ad preces P. Fr. Mathiæ Cubells Procuratoris Generalis Beatæ MARIÆ de Mercede Redemptionis Captivorum de Observantia approbavit, & dici posse concessit; quo verò ad orationem cum reliquis fieri iussit de communi, & iuxta Rubricas. Hac die 19. Septembris 1665.

M. Episcop. Sabinien. Card. Ginet.

Bernardinus Casalius Sac. Rit. Cong. Secret.

SVB ALEXANDRO VII.

DECRETVM VII.

COMPENDIVM.

Sacra Rituum Congregatio approbat, & concedit Orationem propriam in Officio, & Missa S. Raymundi Nonnati Cardinalis in universo Ordine nostro recitandam.

Oratio S. Raymundi Nonnati Confessoris Ordinis B.M. de Mercede Redemptionis Cap. & S.R.E. Cardinalis Diaconi Tit. S. Eustachij, pro cuius approbatione supplicatur Sac. Rit. Congreg.

ORATIO.

Oratio propria S. Raymūdi

DEVS, qui in liberandis fidelibus tuis ab impiorum Captivitate B. Ray-

Nonnati recitanda in eius officio conceditur.

B. Raymundum Nonnatum Confessorem tuum mirabilem effecisti, eius Nobis intercessione concede, vt à peccatorum vinculis absoluti, quæ tibi sunt placita, liberis mentibus exequamur. Per Dominum nostrum, &c.

Supradictam orationem revisam per Eminentissimum, & Reverendissimum Dominum Cardinalium Azzolinum, & per eundem relatam in Sac. Rit. Congregat. eadem Sac. Congregar. ad preces P. Fr. Mathiæ Cubells Procurarotis Generalis Ordinis Beatæ MARIÆ de Mercede Redemptionis Captivorum de Observantia approbavit, & in Officio S. Raymundi Nonnati apponi concessit. Hac die 10. Aprilis 1666.

M. Episcopus Sabiniensis Cardinalis Ginettus.

Bernardus Casalius Sac. Rit. Cong. Sec.

SVB ALEXANDRO VII.

DECRETVM VIII.

COMPENDIVM.

Precipit Sanctissimus vt officium S. P. N. Petri Nolasco a die 29. Ianuarij ad 31. eiusdem mensis non impeditam transferatur.

Lectiones prædictas de S. Francisco Salesio Episcopo Gebennensi diligenter revisas Congreg. Sac. Rit. approbavit die 18. Septembris 1666. easque Sanctissimus cum supradicta oratione propria ad preces Serenissimi Ducis Sabaudiæ in Breviario Romano die 29. Ianuarij apponi mandavit, ab omnibus Christi Fidelibus, tum Regularibus, tum Sæcularibus cum reliquis de communi Conf. Pont. sub Ritu semiduplici recitãdas. Officium vero S. Petri Nolasci in diem 31. eiusdem mensis proximam scilicet non impeditam transferri iussit. Die 21. Octobris 1666.

Ex occurrentia cũ S. Francisco Salesio assignatur dies 31. Ianuarij pro festo S. P. N. P. Nolasco.

M. Episcopus Portuensis Cardinalis Ginettus.

Bernardus Casalius Sac. Rit. Congreg. Secret.

Fr. Didac. de Prado Archiepis.

AD annum 1657. assumptus est ad Archiepiscopatum Briden. apud Italos Fr. Didacus de Prado, & Marmol, Conventus nostri Matritensis filius, Salmãticensis Academiæ acutissimus Doctor, & Scoti, Divi Thomæ, ac Philosophiæ moralis Cathedrarum Propietarius Moderator, qui dum Barchinone navigaturus Mare descendit, oborta tempestate, cymbaque vectorum vi iuxta Palamòs submersa die 21. Aprilis anno 1658. ad contritionem zelo animarum fervens reliquos exhortans, divinæque Providentiæ, ac pietati cõmissus inundatus interijt.

F. Martin. Azevedo Episcopus

Ad annum 1658. sub eodem Pontifice Alexandro VII. Vrgentensi Ecclesiæ in Italia præfectus est Archipresul Fr. Martinus de Azevedo Conventus nostri Compostelanen. Soboles, & eiusdem Vniversitatis Primarius Theologiæ Cathedrarius, qui eodem anno electus Episcopus Gallipolen. obijt Romæ ante consecrationem, & in nostro S. Adriani Conventu sepelitur.

F. Alphõs. Sotomaior Archiepiscopus.

Eodem anno idem Pontifex creavit Archiepiscopum Arborẽsem in Sardinia Fr. Alphonsum Sotomaior Ordinis Generalem Magistrum, de quo in Catalogo Generalium.

F. Didacus Garica Episcopus.

Eodem anno creavit Episcopum Vtticen. Auxiliarem Hispalen. Fr. Didacum Gatica Conventus nostri Hispalen. filium, Vandaliæ Provincialem, Collegij S. Laureani pœne à fundamentis erectorem, cuius scalam, & claustra mirabili pulchritudine proprijs sumptibus extruxit, virum plane doctissimum, vt eius opera, inter quæ prælo datum de adventu Messiæ indefessis testãtur vocibus: obijt Hispali.

F. Ioannes de la Calle Episcop.

Ad annum 1661. creavit Episcopum Truxillen. in Regno Peruano Fr. Ioannem de la Calle Conventus nostri Granatensis filium, Provinciatum Peruanensium, & Novæ Hispaniæ Vicarium Generalem, Pastorem Zelantissimum, & omnium virtutum nitore fulgenrem, suæ Cathedralis Ecclesiæ à fundamentis erectorem, de quo vide infra.

D. Fr. Gabriel Adarzo Santãder Archiepiscopus.

Eodem anno sub eodem Pontifice assumptus est ad Archiepiscopatum de Otranto apud Regnum Neapolis D. Fr. Gabriel Adarzo Santander nostri Ordinis, Episcopus Vexevenen. obijt apud Otranto, & in sua Ecclesia sepelitur.

F. Hieron. Valdetas, Episcop.

Ad annum 1662. idem Pontifex creavit Episcopum Badajocen. in Castella Fr. Hieronymum de Valdetas, Conventus nostri Valis-Oletani filium, bis Castellæ Provincialem, virum in omni disciplinarum genere eruditum, zelo animarum, & Pastorali solicitudine indefessum, in omnium virtutum genere præstantissimum, de quo infra.

D. Fr. Alphons Sotomaior Episcop.

Ad annum 1663. idem Pontifex creavit, seu potius assumpsit ad Episcopatum Barchinonen. D. Fr. Alphonsum Sotomaior nostri Ordinis, Archiepiscopum Arboren. qui boni Pastoris, vir-

tutum odore, & exemplari vita ita se munere gessit, vt communi gregis sui luctu ad hæc vsque tempora morte præventus, senio licet confectus Sanctissimi Patris amissione deploratur. Obijt Barchinone die 10. Iunij 1682., & in sua Sede tumulatur.

Fr. Antonius Vigo Archiepi.

Eodem anno electus est Episcopus Gubernator Limanen. cum futura successione per mortem Domini Petri de Villagomez Archiepiscopi Limanen. Fr. Antonius Vigo, de quo plura in Caralogo Generalium, Conventus nostri Xerezen. filius, qui Redemptor bis, semelque pignus pro decem pueris nostrũ ardenter explevit institutum, pluribus iniurijs colaphisque cæsus, nec sat pro Domino se aiebat, nisi vsque ad mortem cederetur, explevisse desiderium; qui tandem suæ Ecclesiæ Limanen. inserviturus, Limam appulsus, diebus quinque ante consecrationem, ad diem Beatæ Matris nostræ MARIÆ de Mercede paratam, cum suæ pusillitatis memor Pastoralis muneris onus præ humilitate timeret, sic Dominum precatus est. *Domine, quis sum ego vt tantum subeam onus, tantamque impar suscipiam dignitatem, gratum tibi sit animam meam à tot eripere curis, quę te summum bonum vnice quęrit.* Statimque febre correctus ad eamdem diem consecrationi indictam, & Beatæ Virgini Sacram Spiritum Deo reddidit, Sanctitatis nomine celebris, & in nostro Conventu sepelitur.

ALEXANDRO VII. qui obijt anno 1667. succedit

CLEMENS IX.

Italus Pistoriensis in Provincia Hetrurię, Iulius antea dictus, Hieronymi Rospigliosi filius, S.R.E. Presbyter Cardinalis Tit. S. Sixti, die 20. Iunij anno salutis 1667. Romę. Creatus. 26. eiusdem mensis die Dominico coronatus. Sedit annos 2. menses 5. dies 20. Creavit Cardinales 12. triplici creatione, & ex nostro Ordine Episcopum 1. Obijt Romę, die 9. Decembris 1669.

CLEMENTIS IX.

CONSTITVTIO I.

Quadragesimo nono M. Generali Fr. Iosepho Sanchiz.

Procuratore Generali apud Romam Mag. Fr. Mathia Cubells.

COMPENDIVM.

Facultatem erigendi Confraternitates, & erectas Archiconfraternitati Beatæ MARIÆ de Mercede aggregandi Magistro Generali, & Procuratori Generali in Romana Curia facit, & pluribus Confratres indulgentijs cumulat.

CLEMENS PAPA IX. SERVVS servorum Dei, ad perpetuam rei memoriam.

Edita an. 1668.

1 In supereminenti Apostolicæ dignitatis specula, meritis licet imparibus, à Domino sublimati, ad vniversos in Vinea Domini, quæ est eius Ecclesia, curæ nostræ divinitus cõmissa; ad animarum salutem provide consitos, & Sedis Apostolicæ benigno favore alitos; Religiosorum hominum Ordines aciem mentis nostræ inflectentes, & inter eos Ordinem Fratrum B. MARIÆ de Mercede nuncupatæ, sicut nomine, & professione Captivorum, quos ex Christi Fidelibus dura immanium Christiani nominis hostium servitus miseros premit Redemptioni addictum, ita in redimendis huiusmodi Captivis Fratrum suorum pietatis studio, & vigilantia singulari cum fructuũ vbertate pari coruscare contemplantes, Nos ei ea, per quæ, non solum confoveri, sed multis cum incrementis sese efferre, & elatus ramos charitatis, & pietatis in miserorum huiusmodi sublevamen, pro talento sibi à Domino, qui omnibus dat, provt vult, commisso, latius diffudere, & expandere valeat, eo libentius, & liberaliori manu, apertis spiritualium gratiarum, quarum dispensatores facti sumus, thesauris, elargimur, & erogamus, quo magis id ad Dei gloriam, & animarum salutem iudicamus in Domino successurum.

Nostrum dilaudat institutũ.

2 Exhibita siquidem Nobis nuper pro parte dilectorum filiorum Mathiæ Cubells antiquæ observantiæ, & Andreæ á Sancto Iosepho familiæ reformatæ Ordinis Beatæ MARIÆ de Mercede nun-

Facultas erigendi Confraternitates, & erectas aggregandi nostro Ordini ab antiquo adest, simul ac indulgentias cōmunicādi.

nuncupatæ Redemptionis Captivorum Procuratorum Generalium petitio cōtinebat, quod, cum à nonnullis Romanis Pontificibus Prędecessoribus nostris Religiosis, & Fratribus dicti Ordinis diversas Confraternitates, seu Congregationes Sęcularium vtriusque sexus erigendi, seu præfato Ordini, vel eius singulis respective domibus regularibus vniendi, & incorporandi, seu eidem Ordini aggregandi, ipsisque, & eorum Sæcularibus personis sibi competentia privilegia, indulgentias, & gratias spirituales, facultates, & indulta sibi concessa communicandi attributa sit facultas, seu similes erigendi Confraternitates, & congregationes consuetudo vsu recepta fuerit, & non solum Religiosi præfati Ordinis, sed vtique etiam Confraternitates, & Congregationes, ac Sęculares earum personæ huiusmodi Captivorum sub duro Barbarorum iugo languentium redemptioni, & libertati sedulo incumbunt.

3 Quare, vt Religiosi Ordinis, ac Confraternitatum, seu Congregationum huiusmodi Sæculares personæ, ad opus tam pium, & necessarium efficacius incitentur, & ne Indulgentiæ ipsi Ordini, & facultates, vt præfertur, erigendi, & aggregandi de cætero propter aliquas limitationes, seu revocationes aliquorum Romanorum Pontificum Prædecessorum nostrorum in dubium aliquando revocari possint, pro parte dictorum Mathiæ, & Andreæ Nobis fuit humiliter supplicatum, quatenus in præmissis opportunè providere de benignitate Apostolica dignaremur.

Confraternitatibus nostris indulgētias reproducit.

4 Nos igitur, qui pia singulorum Ordinum Religiosorum in Ecclesia Dei rectè institutorū vota quibuscumq; cū Domino possumus modis omnibus promovere studemus, eosdem Mathiam, & Andream, ac Ordinis, & singularum Confraternitatum huiusmodi singulares personas à quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, alijsque Ecclesiasticis sententijs, censuris, & pœnis, à iure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodati, & innodatæ existunt, ad effectum pręsentium dumtaxat consequendum, harum serie absolventes, & absolutas fore censentes, huiusmodi supplicationibus inclinati, ex voto Venerabilium Fratrum nostrorum S.R.E. Cardinalium super indulgētijs, sacrisque Reliquijs concedendis præpositorum, Religiosis præfati Ordinis, ac singularum Confraternitatum,

In die ingressus Cōfratribus plenariam largitur indulgentiā,

seu Congregationum eidem Ordini, seu alicui ex eius domibus Regularibus aggregatarum, illarumque personis vtriusque sexus, qui Captivorum huiusmodi Redemptioni incumbunt vbicumque degentibus, cæterisque vtriusque sexus Christi Fidelibus vere pœnitentibus, & confessis, qui aliquam ex Confraternitatibus prædicto Ordini, seu alicui eius domui Regulari annexam, aggregatā, seu vnitam de cætero ingredienrur, die prima eorum ingressus si Sanctissimum Eucharistiæ Sacramentum sumpserint:

Eamdem indulget in mortis articulo.

ac nunc, & pro tempore existenribus dictarum Confraternitatum Confratribus vbilibet decedentibus, etiam verè pœnitentibus, & confessis, ac Sacra Communione refectis, si id commode fieri poterit, vel saltem contritis in eorum mortis articulo nomen IESV corde, si ore nequiverint, devote invocantibus: prætereà his Confratribus vere pœnitentibus, & confessis, ac eadem Sacra Communione refectis, qui aliquam Ordinis, vel Confraternitatum huiusmodi Ecclesiam, seu Oratorium

Eamdem concedit Confratribus Eccles. nostras in festo B. M. de Mercede visitātibus.

die Dominica proximiori Kalendas Augusti à primis Vesperis, vsque ad occasum solis diei Dominicæ huiusmodi annis singulis devote visitaverint: quive scapularij, quæ singulis mensibus, ac duabus alijs solemnibus processionibus, quarum prima tempore publicationis

Eamdem etiam eisdem processionibus scapularij, & redēptionis assistētibus erogat.

Missionis Religiosorum ipsius Ordinis pro redimendis Captivis, altera vero post eorundem Captivorum Redemptionem, de more celebrantur, devotè interfuerint, & pias ad Deum preces pro Sanctæ Matris Ecclesiæ exaltatione, inter Christianos Principes conciliande, & fovenda pace, hæresum extirpatione, Infidelium Conversione, ac Romani Pontificis salute effuderint, qua

Euntibus ad redēptionem, & Captivis Redēmptis plenariā etiam largitur indulgentiam.

Dominica, seu alijs diebus huiusmodi id pro tempore fecerint: quive ad partes eorumdem Infidelium pro miseris Christi Fidelibus inibi sub misero servitutibus iugo deservientibus redimendis progredientur, si ante illorum discessum, & post illorum reditum: ijs verò qui è Barbarorum servitute redimētur, si infra mensem à die illorum Redemptionis computandum idem Eucharistiæ Sacramentum, sumpserint, &, vt præfertur oraverint, plenariam omnium peccatorum suorum indulgentiā, & remissionem Apostolica authoritate tenore præsentium, concedimus, & elargimur.

Enumerātur alia plura virtutū opera, pro quibus Confratres 7. annos, & totidem quadragenas indulgentiæ lucrantur.

5 Ac etiam eisdem Confratribus habitum dictarum Confraternitatum deferentibus, si vere pœnitentes, & confessi, semel in mense, vel in D. N. IESV CHRISTI, aut Beatissimæ Virginis MARIÆ, vel Sanctorum ipsius Ordinis festivitatibus idem Sanctissimę Eucharistiæ Sacramentum sumpserint: quive quotidie per annum integrum ter orationem Dominicam, & toties salu-

tationem Angelicam, vel symbolum Apostolorum pro impetranda fortitudine, ac patientia ijs, qui apud Barbaros detinentur in Captivitate, ne nomen D. IESV-CHRISTI negent, sed fortiores in fidei confessione per stant, ac quanto citius ab eadem servitute liberentur. Præterea eisdem Confratribus etiam confessis, vel confitendi firmum propositum habentibus, habitum præfatum deferentibus, qui singulis diebus septies orationem Dominicam, & toties salutationem Angelicam præfatas ad ipsius Deiparæ Virginis MARIÆ gloriam, & honorem, aut ipsum Sanctissimū Eucharistiæ Sacramētum, dum ad aliquem infirmum defertur, associaverint: vel qui hoc facere impediti, Cāpanæ ad id dato signo, genibus flexis, septies orationem Dominicam, & toties salutationem Angelicam huiusmodi pro eodem infirmo recitaverint, seu pauperes à Captivitate redemptos hospitio receperint, illosve ad Ecclesiam Ordinis, vel Oratorium Confraternitatis locorum, in quibus degant, associaverint, septem annos, & totidem quadragenas.

Alia item opera, pro quibus 3. annos, & 3. quadragenas indulget.

6 Postremo eisdem Cōfratribus, qui in vigilijs festivitatum D. Nostri IESV-CHRISTI, aut Deiparæ Virginis MARIÆ, vel Sanctorum eiusdem Ordinis, sive singulis sextis ferijs, ac diebus Sabbati cuiuslibet hebdomadæ ad Dei Omnipotentis, & Deiparæ Virginis MARIÆ laudem, & gloriam ieiunaverint: quive sepeliendis mortuis officiosè, aut Missis, aut alijs Divinis Officijs in Ecclesijs, seu Capellis Ordinis, & Confraternitatis huiusmodi more Confratrum celebrandis, aut Congregationibus publicis, vel privatis earumdem Confraternitatum, pro quocumque opere pio exercendo devote interfuerint: aut pauperes Peregrinos, vel Religiosos ipsius Ordinis hospitio exceperint: aut pacem cum inimicis proprijs, vel alienis composuerint: seu devium ad viam salutis reduxerint: vel ignorantes Dei præcepta, & quæ ad salutem sunt necessaria docuerint: aut quinquies orationem Dominicam, & toties salutationem Angelicam præfatas pro animabus Confratrum dictarum Confraternitatum in Christi charitate defunctorum recitaverint: aut pauperes puellas de suo proprio, non autem aliquo particulari legato pio ad id relicto, vel relinquendo, matrimonio collocaverint, toties pro quolibet præmissorum posteriorum operum piorum exercicio tres annos, & totidem quadragenas de iniunctis eis, aut aliàs quomodolibet debitis pœnitentijs misericorditer in Domino perpetuo dicta Apostolica authoritate earumdem tenore præsentium relaxamus.

Quod præfatæ indulgentiæ possint pro defunctis applicari concedit.

7 Ac eisdem Confratribus, vt indulgentias, & peccatorum remissiones præfatas. Fidelium in Christi charitate Defunctorum animabus per modū suffragij applicare: ac ipsius Ordinis Magistro, & familiæ reformatæ præfatæ Vicario, necnon ambarum Familiarum huiusmodi Procuratoribus Generalibus, nunc, & pro tempore existentibus, vt vtriusque sexus Confraternitates tam sub præfatæ Beatæ MARIÆ de Mercede, quàm alia quacumque invocatione, & denominatione vbivis locorum erigere, & instituere, illasque sic erectas, & institutas illius Archiconfraternitati, servata tamen forma constitutionis fœl. rec. Clementis Papæ VIII. Prædecessoris nostri supra dictarum Cōfraternitatum erectionibus, & aggregationibus editæ, aggregare possint, & valeant, eadem authoritate, etiam perpetuo, earundem tenore præsentium indulgemus: non obstantibus præfata Clem. ac piæ mem. Pauli Papæ V. etiam Prædecessoris nostri similium gratiarū revocatoria, seu moderatoria, necnon nostra de indulgentijs ad instar non cōcedendis, alijsque constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, cæterisque contrarijs quibuscumque.

Facultatē concedit M. Gen. ac Vic. Gen. nostræ Recollectionis, necnō Proc. Gen. vtriusque familiæ in Rom. Cur. vt possint sub quavis invocatione Cōfratrias erigere, & erectas Archiconfraternitati B. Mariæ de Mercede aggregare.

Contraria irritat.

Contradictores punit.

8 Nulli ergo omnino hominum liceat, hanc paginam nostræ absolutionis, concessionis, elargitionis, relaxationis, & indulti infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem Omnipotentis Dei, ac BB. Petri, & Pauli Apostolorum eius se noverit incursurum.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Maiorem anno Incarnationis Dominicæ 1668. 7. Idus Septembris, Pontificatus nostri anno 2.

Cl. Marcus.

Loco † plumbi pendentis ex cordula serica.

Extat originale Matriti, & affertur à Lantusca in Bullar. Rom. to. 6. Const. 25. Clem. IX.

SVB CLEMENTE IX.

DECRETVM VNICVM.

Eisdem M. & Procuratore Generalibus.

COMPENDIVM.

Officium S.Raymundi Nonnati, sub Ritu Semiduplici ad libitum universe Ecclesia celebrandum indulget.

Accedunt preces Collegij Sac. Card. pro extensione officii S. Raymũ. Nonnai.

SANCTISSIMVS DOMINVS NOSter Clemens Papa IX. ad præces Catholicæ Maiestatis, ac etiam Sacri Collegij Eminentiss. & Reverendiss. Cardinalium benigne inclinatus indulsit, vt Officium Sancti Raymundi Nonnati Ordinis Beatæ MARIÆ de Mercede Redemptionis Captivorum, & S. R. E. Cardinalis, vltimo loco à San.mē. Alex. VII. dictæ Religioni concessum, describatur in Kalendario Romano, ab omnibus, qui ad Horas Canonicas tenentur, vtriusque sexus recitandum sub Ritu Semiduplici ad libitum, hac die 13. Augusti 1669.

Alex.VII. Decret. 6. & 7.

M.Episcopus Portuensis Cardin.Ginettus.

Bernard.Casalius Sac. Rit.Cong.Sec.

Originale Matriti.

D.Fr.Hieron. Valderas Epis.

AD annum 1667. assumpsit ad Episcopatum Giennen. D. Fr. Hieronymum Valderas Episcopum Badajocen. Ordinis nostri, qui dum boni Pastoris munera gerit Biatiæ Visitationi incumbens morbo correptos impollutum Spiritum Deo reddidit, Sanctitatis fama commendatus, inde ad suam Giennen. Ecclesiam translatus honorifico sepulchro in Capella, quam ipse S. Petro Paschasio sacram erexerat, tumulatos est.

CLEMENTI IX. qui obijt anno 1669. succedit

CLEMENS X.

Romanus, Æmilius antea dictus, Laurentij de Alterijs filius S. R. E. Presbyter Cardinalis. Creatus die 29. Aprilis anno Domini 1670. Coronatus 11. Maij eodem anno. Vixit in Pontificatu annos 6. menses 2. dies 23. Creavit quinque creationibus Cardin. 20. & ex nostro Ordine Episcopos 7. Obijt Romæ die 22. Iulij anno salutis 1676. sepultus est in Basilica Vaticana.

CLEMENTIS X.

CONSTITVTIO I.

Quadragesimo nono Mag. Generali Fr. Iosepho Sanchiz.

Procuratore Generali in Vrbe M. Fr. Mathia Cubells.

COMPENDIVM.

Sententiam latam ab Episcopo Giennensi de cultu immemorabili Sancti Petri Paschasij Martyris Ordinis nostri, & Episcopi Giennensis confirmat, & cultum immemorabile declarat.

CLEMENS PAPA X. AD FVTVram rei memoriam.

Edita an. 1670.

Ecclesiæ Catholicæ regimini, meritis licet imparibus, per inefabilem Divinæ Bonitatis abundantiam præsidentes, illa, quæ à Catholicis Antistibus, in partem solicitudinis nostræ vocatis, super coltu, & veneratione BB. Martyrum, qui bono certamine peracto victores coronam iustitiæ ab Agonotheta Christo IESV Domino Nostro in Cœlis acceperunt, recte, atque ordine facta esse noscuntur, Apostolici muniminis patrocinio libenter constabilimus.

1 Exponi siquidem Nobis nuper fecit dilectus filius Procurator Generalis Ordinis Fratrum B. MARIÆ de Mercede Redemptionis Captivorum, quod aliàs à Venerabili Fratre Ferdinando de Andrade, & Castro, olim Archiepiscopo, tunc Episcopo Giennensi, super cultu immemorabili B. Petro Paschasio, de Valencia Martyri ex Ordine prædicto Episcopo Giennensi exhibito, & casu excepto à decretis fœl. rec. Vrbani Papæ VIII. Prædecessoris nostri in Congregatione Sanctissimæ Inquisitionis adversus hereticam pravitatem authoritate Apostolica instituta super non cultu editis, emanavit sententia diffinitiva tenoris, qui sequitur, videlicet:

Cultus immemorabilis S. Petri Paschasij Martyris Ordin. nostri.

Christi nomine invocato. Pro Tribunali sedentes, & solum Deum præ oculis habentes per hanc nostram diffinitivam, quàm de iurisperitorum consilio ferimus in his scriptis in causa, & causis Servi Dei Beati Petri Paschasij de Valentia Martyris ex Ordine Beatæ MARIÆ de Mercede Redemptionis Captivorum Episcopi Giennensis inter admodum R. P. M. Fr. Melchiorem de Torres pro Bethica Provincia Electorē, atque

Sententia lata ab Episc. Giennen. super cultu immemorabili S Petri Paschasij.

atque Procuratorem in hac causa à Reverendissimo P.M.Ildephonso Sotomaior rorius Ordinis Beatæ MARIÆ de Mercede. Redemptionis Captivorum Magistro Generali legitime cōstitutum, & Petrum Verbel Presbyterum,& Promotorem in hac causa de, & super cultu immemorabili, & extra centum annos ipsi Beato exhibito, ac casu excepto à decretis fel. rec. Vrbani VIII. in Sanctissima Inquisitione super non cultu editis. Visis litteris deputationum, sub die vigesima mensis Iunii anno Domini 1653. à Nobis factis, & relaxatis in personis Doct. D. Didaci Domedel, & Quæsada Magistri Scholarum,& Potrinarij Sanctę nostræ Cathedralis Giennensis Ecclesiæ Iudicis Delegati, & D. Ferdinandi de Nava in Sacra Theologia Doctoris, & eiusdem S.Ecclesiæ Canonici Pęnitentiarij; & D. Nicolai de Adarve in iure Canonico Licentiati,& eiusdem Giennensis Canonici Doctoralis adiunctorum,& Petri Verbel Promotoris, & aliis nostris, & eorumdem deputatorum decretis, visis depositionibus testium coram ipsis delegatis legitime inductorum, iuratorum, & examinatorum, visis scripturis, ac iuribus productis, & compulsatis, visa constitutione Procuratoris, viso toto processu, & visis videndis, atque examinatis examinandis; Christi nomine repetito, dicimus, decernimus, declaramus, pronuntiamus, & diffinitivè sententiamus constare, Servo Dei B. Petro Paschasio de Valentia Martyri ex Ordine Beatæ MARIÆ de Mercede Redemptionis Captivorum Episcopo Giennensi cultum exhibitum esse à centum annis, & supra, & ad præsens exhiberi: & hoc scientibus, ac tolerantibus Ordinariis Giennensibus,& Granatensibus: & eamdem causam istam versari in casu excepto à fel.rec. Vrbani VIII. super non cultu editis; & propreteà in hac causa dictis decretis nullo modo esse, vel fuisse contraventum: & ita dicimus, decernimus, declaramus, pronuntiamus, & diffinitive sententiamus, non solum præmisso, sed omni meliori modo. Ita pronuntiavi.

Ego Ferdinandus Archiepisc. Episc. Giennensis.

Lata lecta fuit præsens sententia per Illustrissimum,& Reverendissimum D.Ferdinandum de Andrade, & Castro Archiepiscopum Episcopum Giennensem pro tribunali sedendo in suo loco solitæ audientiæ, & per me infrascriptum Notarium causæ promulgata, citato, & præsente, ac intelligente Petro Verbel Presbytero Fiscali Promotore die 31. mēsis Martii anno Domini 1655. præsentibus etiam ibidem multis,& nominatim D.Gabriele de Flores, & Antonio de Espinosa Presbytero testibus vocatis, & rogatis. Actum fuit prędicta die trigesima prima mensis Martii hora tertia post meridiem. Et ego Notarius huius causæ publicus, & Apostolicus fidem facio.

Fides Notarij.

Ludovicus à Delgado Notarius publicus,& Apostolicus.

2 Cum autem, sicut eadem expositio subiungebat, prædictus Procurator Generalis sententiam prædictam, quo firmius subsistat, Apostolicę approbationis nostræ præsidio communiri, & aliàs opportune in præmissis à Nobis provideri plurimum desideret, Nos ipsius Procuratoris Generalis votis hac in re, quantum cum Domino possumus, favorabiliter annuere volentes, eumque à quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & pœnis, à iure, vel ab homine, quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatus existat, ad effectum præsentium dūmtaxat cōsequendū, harum serie absolventes,& absolutū fore censentes, supplicationibus eius nomine Nobis super hoc humiliter porrectis inclinati, de Venerabilium Fratrum nostrorum S.R.E.Cardinalium Sacris Ritibus pręposirorum, qui proposito dubio: An sententia præinserta esset confirmanda vel infirmanda in vim processus ab Ordinario Giennensi peracti? Causam mature discusserunt, & prius in scriptis, & in voce dilectum filium Promotorem fidei audiverunt, ac quasdam anonymas scripturas contra dictam causam eorum Congregationi porrectas viderunt, & consideraverunt, consilio, præinsertam Ordinarij sententiam authoritate Apostolica tenore præsentium approbamus; ideoque constare de cultu immemorabili eidem Beato Petro Paschasio Episcopo Giennensi Ordinis B. MARIÆ de Mercede Redemptionis Captivorum exhibito, & casu excepto à decretis dicti Vrbani Prædecessoris, ac ad ulteriora in causa ad formam decretorum eiusdem Vrbani Prædecessoris, & Sanctissimæ Inquisitionis procedi posse authoritate,& tenore presentis declaramus, & decernimus, salva tamen semper in præmissis authoritate Congregationis eorūdem Cardinalium.

Confirmat Pontifex præfatā sententiam,& declarat cultum immemorabile S. Petri Paschasij.

3 Decernentes easdem præsentes litteras firmas, validas, & efficaces fore, & existere, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere: ac illis, ad quos spectat, & spectabit in futu-

Robur adiicit.

futurum plenissimè suffragari, & ab eis respectivè inviolabiliter observari: sicque in præmissis per quoscumque Iudices Ordinarios, & Delegatos, etiam causarum Palatij Apostolici Auditores iudicari, & diffiniri debere: & irritum, & inane, si secus super his à qnoquam quavis authoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari: Non obstātibus constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, cæterisque contrarijs quibuscumque.

Eamdem fidem tubet afferri transumptis.

4 Volumus autem, quod ipsarum litterarum transumptis, seu exemplis, etiam impressis, manu alicuius Notarij publici subscriptis, & sigillo Personç in Ecclesiastica Dignitate constitutæ munitis, eadem ptorsus fides in iudicio, & extra illud habeatur, quæ haberetur ipsis præsentibus, si forent exhibitæ, vel ostensæ.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Maiorem, sub Annulo Piscatoris, die 14. Augusti 1670. Pontificatus nostri anno 1.

I. G.Slutius.

Loco † Annuli Piscatoris.

Hoc breve originale in Matritensi, transumptum quoque eius autheticum in Barchinonensi Generalibus Ordinis nostri Archivis asservantur, illud etiam refert Lantusca in Bullar. Rom. tom. 6. Constit. 11. Clem. X.

CLEMENTIS X.

CONSTITVTIO II.

Quinquagesimo Magist. Generali Fr. Petro Salazar.

COMPENDIVM.

Electio Fr. Petri Salazar in Magistrum Generalem Ordinis à Sede Apostolica confirmatur.

Edita an. 1670.

CLEMENS PAPA X. AD FVTVram rei memoriam.

1 Exponi Nobis nuper fecit dilectus filius Modernus Procurator Generalis Ordinis Fratrum Beatæ MARIÆ de Mercede Redemptionis Captivorū,

Fr. Petrus Salazar M. Gen. eligitur.

quod dilectus etiam filius Petrus de Salazar Frater expresse Professus dicti Ordinis in Sacra Theologia Magister in Capitulo Generali Ordinis huiusmodi die 18. Octobris proxime præteriti celebrato, ab illius Vocalibus Capitularibus in Magistrum Generalem eiusdem Ordinis canonice electus fuit.

2 Cum autem, sicut eadem expositio subiungebat, per constitutiones dicti Ordinis authoritate Apostolica confirmatas caveatur expresse, vt similium electionum confirmatio à Sede Apostolica obtineatur, Nobis propterea dictus Procurator Generalis humiliter supplicari fecit, vt in præmissis opportunè providere, & vt infra indulgere de benignitate Apostolica dignaremur.

3 Nos igitur Petrum, & Procuratorem Generalem prædictos specialibus favoribus, & gratijs prosequi volentes, & eorum singulares personas à quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, alijsque Ecclesiasticis sententijs, censuris, & pœnis à iure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatæ existunt, ad effectum præsentium dumtaxat consequendum, harum serie absolventes, & absolutas fore censentes, huiusmodi supplicationibus inclinati, electionem de Persona memorati Petri in Magistrum Generalem Ordinis huiusmodi, vt præfertur, factam authoritate Apostolica tenore præsentium confirmamus, & approbamus, illique inviolabilis Apostolicæ firmitatis robur adjicimus.

Electio confirmatur.

4 Decernentes, easdem præsentes litteras firmas, validas, & efficaces existere, & fore, suosque plenarios, & integros effectus, sortiri, & obtinere, ac dicto Petro plenissime suffragari, sicque in præmissis per quoscumque Iudices Ordinarios, & Delegatos, etiam causarum Palatij Apostolici Auditores iudicari, & diffiniri debere: ac irritum, & inane, si secus super his à quoquam quavis authoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari: non obstātibus constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, ac quatenus opus sit, dicti Ordinis, etiam iuramento, confirmatione Apostolica, vel quavis alia firmitate roboratis statutis, & consuetudinibus, privilegijs quoque, indultis, & litteris Apostolicis in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis: quibus omnibus, & singulis, illorum tenores præsentibus pro plene, & sufficienter expressis, & ad verbum insertis habentes, illis aliàs in suo robore permansuris, ad præmissorum effectum, hac vice dumtaxat, specialiter, & expresse derogamus, cæterisque contrarijs quibuscumque.

Firmitatē addit, & valorem, secus iudicandi ablata facultate.

Datum Romæ apud S. Mariam Maiorem, sub Annulo Piscatoris, die 15. Decembris 1670. Pontificatus nostri anno 1.

I.G.Slutius.

CLE-

CLEMENTIS X.

CONSTITVTIO III.

Quinquagesimo Mag. Generali Fr. Petro de Salazar.

Procuratore Generali in Vrbe M. Fr. Mathia de Cardona.

COMPENDIVM.

Plenariam Indulgentiam omnibus Christi Fidelibus nostras Ecclesias, confessis, & Sacra Synaxi refectis visitantibus in die Festo Sancti Patris Nostri Petri Nolasco indulget.

Edita an. 1671.

CLEMENS PAPA X. AD perpetuam rei memoriam.

1 Aliàs Nos omnibus, & singulis vtriusque sexus Christi Fidelibus vere pœnitentibus, & confessis, ac Sacra Communione refectis, qui aliquam ex Ecclesijs Fratrum Excalceatorum, ac Monialium Ordinis B. MARIÆ de Mercede Redemptionis Captivorum, tam hactenus erectis, quàm in posterum quandocumque erigendis, & vbique locorum existentibus die Festo S. Petri Nolasci Confessoris eiusdem Ordinis Fundatoris, à primis Vesperis, vsque ad Occasum Solis Festi huiusmodi annis singulis devotè visitavissent, & ibi pro Christianorum Principum concordia, hæresum extirpatione, ac S. Matris Ecclesiæ exaltatione pias ad Deum preces effudissent, plenariam omnium peccatorum suorum indulgentiam, & remissionem misericorditer in Domino concessimus: & aliàs, prout in nostris desuper in simili forma Brevis die 28. Augusti 1670. expeditis litteris, quas perpetuis futuris temporibus valere voluimus, & quarum tenorem præsentibus pro plene, & sufficienter expresso, & insetto habemus, vberius continetur.

Concessio Excalceatis nostris facta memoratur.

2 Nunc autem supplicationibus dilecti filij Mathiæ de Cardona Vicarij, & Procuratoris Generalis totius Ordinis prædicti nomine Nobis super hoc humiliter porrectis inclinati, ac de Omnipotentis Dei misericordia, & Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum eius authoritate confisi, concessionem plenariæ indulgentiæ, & peccatorum remissionis visitantibus Ecclesias supradictas à Nobis factam, vt præfertur, ad omnes, & singulas Ecclesias Fratrum Calcearorum Ordinis prædicti, tam hactenus erectas, quam in posterum quomodocumque erigendas, & vbicumque locorum existentes: ita vt omnes, & singuli vtriusque sexus Christi Fideles vere pœnitentes, & confessi, ac Sacra Communione refecti, qui aliquã ex his Ecclesijs die Festi eiusdem Sancti Petri Nolasci, à primis Visperis, vsque ad occasum Solis Festi huiusmodi annis singulis pariter visitaverint, & ibidem, sicut præmittitur, oraverint, eamdem plenariam peccatorum suorum indulgentiam, & remissionem cõsequantur, authoritate Apostolica tenore præsentium extendimus, & ampliamus. Præsentibus itidem perpetuis futuris temporibus valituris.

Visitantibus nostras Ecclesias in die S.P.N. Petri Nolasco confessis, & Sacra Cõmunione refectis, plenaria conceditur indulgentia.

3 Volumus autem, vt earumdem litterarum præsentium transumptis, seu exemplis, etiam impressis, manu alicuius Notarij publici subscriptis, & sigillo personæ in Ecclesiastica Dignitate constitutæ munitis eadem prorsus fides vbique adhibeatur, quæ ipsis præsentibus adhiberetur, si forent exhibitæ, vel ostensæ.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Maiorem, sub Annulo Piscatoris, die 5. Decembris 1671. Pontificatus nostri anno 2.

I. G. Slusius.

Originales litteræ istius Brevis, & transumptum authentic. in supradictis Matriti, & Barchinonen. Archivis inveniuntur. Afferturque à Lantusca ibidem in Append. Const. 11. istius Papæ.

CLEMENTIS X.

CONSTITVTIO IV.

Quinquagesimo Mag. Generali Fr. Petro Salazar.

Procuratore Generali in Vrbe M. Fr. Mathia de Cardona.

COMPENDIVM.

Congregatio nostra Parisiensis ab antiqua Galliæ Provincia divisa instituitur, & statuta pro illius gubernio condita authoritate Apostolica firmantur.

Edita an. 1672.

CLEMENS PAPA X. AD futuram rei memoriam.

Exordium.

1 Inter gravissimas Apostolicæ servitutis curas, quæ animum nostrum assiduè pulsant, in eam præcipuè sollicitis studijs incumbimus, vt prospero, fœlicique Christi Fidelium, in sortem

Domini

Domini assumptorum, & Divinis obsequiis sub suavi Religionis iugo emācipatorum statui, regimini, ac progressui, quantum Nobis ex alto conceditur, ptovidere iugiter satagamus, & proinde novas eiusmodi Religiosorum virorum Congregationes interdum instituimus, ac flagirantia idipsum sublimium Principum de Ecclesia Dei optimè meritorum vota libenter exaudimus, sicur rerum, temporum, locorum, & personarum qualitatibus maturæ considerationis trutina perpensis, ad Omnipotentis Dei gloriam, & Religionis incrementum salubrirer in Domino expedire arbitramur.

Regis Christianissimi pro erectione cōgregationis Parisiensis nostri Ordinis supplicatio.

2 Nomine siquidem charissimi in Christo filij nostri Ludovici Francorum Regis Christianissimi Nobis nuper expositum fuit, quod cum Ordo Fratrum B. MARIÆ de Mercede Redemptionis Captivorum vnicam tantum in Galliæ Regno Provinciam, cuius omnes fere Conventus, & domus Regulares in Aquitania, Occitania, & Gallo-Provincia cōsistūt, Provincia tamē ipsa tres insuper huiuismodi domus Regulares, nempè Conventum Civitatis Parisiensis, ac Collegium in eadem Civitate, & Conventum Chenesiensem sexdecim leucas à dicta Civitate distantem, quę omnes domus Regulares à reliquis huiusmodi Provinciæ Conventibus, in quibus Superior Provincialis residere solet, centum quinquaginta circirer leucarum intervallo remotæ, vix possunt ab eodem Superiore Provinciale rectè, atque debita sedulitate gubernari: eaque de causa, & etiam propter geniorum diversitatem, frequenter exorta sinr inter Fratres in his domibus particularibus pro tempore degentes animarum dissidia, & de magni momenti rebus controversia, quibus perturbata Religiosę tranquillitatis serenitate regularis disciplina multum accepit detrimentum, ita vt Ordo prædictus in illis Regionibus modicum hactenus progressum fecerit: quinimò propter locorum distantiam absque magno incommodo, gravique dispendio non possint Superiores, seu Vocales ex eisdem domibus regularibus ad Capitula Provincialia, quæ in Aquitania, vel Occitania celebrari consueverunt, accedere, indeque reverti: & Fratres, quibus id ex obedientia præcipitur ex vna in aliam Provinciam dictam pattem proficiscendi gratia, longas, & pariter dispendiosas irinerationes peragere cogantur, vnde & regularis observantiæ vigorem relaxari contigerit; his, alijsque gravibus rationibus consideraris, plurimum expedire videtur, vt tres domus regulares prædictæ à Provincia huiusmodi separentur, ac in vnam Congregationem, quæ dilecto filio Magistro Generali dicti Ordinis immediatè subsit, erigantur, Nobis propterea eiusdem Ludovici Regis nomine fuit humiliter supplicatum, vt in præmissis opportunè providere, & vt infra indulgere, de benignitate Apostolica dignaremur.

Motiva separationis Congregationis à Provincia

Separatiō Congregationis à Pontifice facta.

3 Nos igitur pijs ipsius Ludovici Regis votis hac in re, quantum cum Domino possumus, favorabiliter annuere, ac fœlici dictarum domorum regularium statui, & gubernio, ac Religionis incremento salubriter concurrere cupientes, huiusmodi supplicationibus inclinati, easdem tres domos regulares, nempè Convenrum Civitatis Parisiensis, & Collegium in eadem Vrbe, necnon Conventum Chenesiensem Provinciæ Franciæ, & Ordinis prędictorum ab eadem Provincia authoritate Apostolica tenore præsentium perpetuo separamus, & dismembramus, ipsasque tres domus regulares, sive duos Conventus, & Collegium huiusmodi, eorumque respectivè Fratres, & personas quascūque cum omnibus, & singulis illorum membris, iutibus, & pertinentijs vniversis ab omni, & quacumque iurisdictione, superioritate, correctione, visitatione, regimine, cura, & gubernio dilecti filij moderni, & pro tempore existenris superioris Provincialis dictæ Provinciæ, tam in spiritualibus, quam temporalibus iridem perpetuo eximimus, & plenarie liberamus; ac easdem tres domos regulares sic separatas, aut dismembratas in vnā Congregationem dicti Ordinis Parisiensem nuncupandam, quæ prædicto moderno, & pro tempore existenti Magistro Generali eiusdem Ordinis immediate subiacere, & cuius Fratres Regulam S. Augustini, & constitutiones Ordinis prędicti, ac quatuor illius vota, necnon ieiunia, abstinentias, cæterasque austeritates iniunctas strictè observare, & Marutina officia quotidie media nocte recitare, cæteraque regularis disciplinę instituta, & maximè vitam communem exactè, & inviolabiliter observare debeant, & omninò teneantur: nec privilegiis, seu dispensationibus, & exemptionibus, maximè à paupertatis, & vitæ communis huiusmodi praxi, & observationee extra casum necessitatis vllo modo vti possint ad Dei gloriam, ac Religionis, & piotum operum augmenrum, & fœlicem progressum authoritate, & tenore præsentis pariter perpetuò erigimus, instituimusque.

Cōgregatio Parisiē. immediate subdatur M. Gen.

Regulam, & constit. Ordinis servet.

Vita cō. muni moderetur.

Exemptiō nibus renuntiet.

4 Porrò eidem novæ Congregationi sic à Nobis erectæ, & institutæ de idoneo Vicario Generali, qui illam, ad-

iuvante Domino, salubriter dirigat, hac prima vice ex commissæ Nobis cœlitus dispensationis munere providere volentes, ac de dilecti filij Petri Baillat Fratris expresse professi eiusdem Ordinis in Sacro Presbyteratus Ordine constituti fide, præstantia, integritate, charitate, vigilantia, ac Religionis zelo plurimum in Domino confisi, eumque à quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis censuris, & pœnis à iure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatus existit, ad effectum præsentium dumtaxat consequendum, harum serie absolventes, & absolutum fore censentes, eumdem Petrum primum Congregationis huiusmodi Vicarium Generalem fore ad triennium, nempè vsque ad Vigiliam Dominicæ quartæ anni 1675. qui, eiusque successores eiusdem Congregationis Vicarij Generales pro tẽpore futuri, Congregationem ipsam cum omnibus, & singulis prærogativis, præeminentijs, facultatibus, authoritate, privilegijs, gratijs, & indultis, ac honoribus, & oneribus solitis, & consuetis, cum quibus Superiores Provinciales Provinciarum dicti Ordinis, suas Provincias regere, & gubernare consueverunt, pariformiter regere, & gubernare liberè, & licitè possint, & debeant: non tamen voti, seu suffragij prærogativa in Capitulis Generalibus eiusdem Ordinis vllo modo gaudeant, dicta authoritate harum serie constituimus, & deputamus.

M. Fr. Petrus Baillat multiplici laude commendatus Vic. Gen. instituitur.

Vic. Gen Congregationis nõ habeat vocem in Cap. Gen.

5 Volentes, & eadem authoritate statuentes, vt idem Petrus Vic. Gen. sic à Nobis deputatus, adveniente Vigilia quartæ Dominicæ post Pascha Resurrectionis Domini dicti anni 1675. Capitulum dictæ Congregationis in prædicto Conventu Parisiensi, pro novi Vicarij huius Congregationis electione convocet, vt ipsum Capitulum ibidem in dicta Vigilia celebretur, & in eo novus Vicarius Generalis ex Fratribus alicuius Conventus, seu Collegij eiusdem Congregationis dumtaxat ad triennium tantum eligatur.

Convocatio ad Capit. Congregationis pro electione Vic. Gen.

6 In ipso autem Capitulo, præter eumdem Petrum Vicarium Generalem, votum, sive suffragium habeant Commendator dicti Conventus Parisiensis, & quatuor Fratres antiquiores eiusdem Conventus in Sacro Presbyteratus Ordine constituti, ac Prior dicti Collegij Parisiensis, & vnus Frater itidem Presbyter antiquior ipsius Collegij, necnon Commendator prædicti Conventus Chenesiensis pariter cum vno Fratre Presbytero eiusdem Conventus: atque ita Capitulum eiusdem Congregationis successivè de triennio in triennium in aliquo ipsius Congregationis Conventu, seu Collegio cum interventu iam dictorum Vocalium, nempe Vicarij Generalis absoluti, seu officio novissimè perfuncti, necnon Commendatorum, & Prioris, ac Fratrum antiquorum Presbyterorum huiusmodi respectivè pro tempore existentium celebrari debeat. Electione vero Vicarij Generalis sic peracta, illius instrumentum authenticum conficiatur, & ad Magistrum Generalem dicti Ordinis pro tempore existentem transmittatur, ad hoc vt electionem huiusmodi confirmet, & approbet, quemadmodum electiones Superiorum Provincialium in Capitulis Provincialibus eiusdem Ordinis factas, confirmare, & approbare consuevit.

Vocales Capituli Congregationis Parisiensis.

Electio Vicarij Gen. Parisiẽsis à M. Gen. confirmãda.

7 Poterit tamen Vicarius Generalis sic pro tempore electus, postquam iuramenta per Superiores Provinciales huiusmodi præstari solita coram superiori locali alicuius ex domibus regularibus dictæ Congregationis, à quo etiam benedictionem recipere poterit, alijsque Fratribus eiusdem domus regularis præstiterit, etiam ante obtentam huiusmodi Confirmationem, Congregationem regere, & gubernare.

Quando incipiet gubernare Vic. Gen. electus.

8 Prętereà dilectos etiam filios modernos Commendatores Conventuum Parisiensis, ac Chenesiensis, ac Priorem Collegij Parisiensis huiusmodi in suis respectivè muneribus vsque ad dictam Dominicam quartam post Pascha anni 1675. perdurare volumus. Et licet Superiores Vocales Conventuum Ordinis prædicti per diffinitoria Provinciarum, iuxta constitutiones eiusdem Ordinis, Apostolica authoritate confirmatas, eligi, seu assumi debeant, nihilominus eorumdem Conventuum Parisiensis, & Chenesiensis Commendatores, ac Collegij Parisiensis Priorem, sex diebus ante celebrationem tam primi, quàm subsecutorum Capitulorum dictæ Congregationis de triennio in triennium, vt præfertur, celebrandorum, per solos Fratres ipsorum Conventuum, & Collegij respectivè in Sacro Presbyteratus Ordine constitutos, ad id convocandos, & coogregandos capitulariter eligi: omnes autem, & singulas tam Vicarij Generalis, quàm Superiorum localium huiusmodi electiones per vota secreta, iuxta decretum Sacri Concilij Tridentini fieri debere authoritate, & tenore prædictis statuimus, pariter, & ordinamus.

Quomodo eligẽdi sunt Prælati Cõventuũ Chenesiẽsis, & Parisien.

9 Postquam autem Vicario Generali dictæ Congregationis in illius Capitulo

Electio Prælatorũ

localium à Vic. Gē. confirmāda.

Capitulo pro tempore electo exhibita fuerint obedientię signa, quæ Superioribus Provincialibos exhiberi solent, tempore commodo Vicarius Generalis absolutus, seu officio proximè perfunctus, & is, qui tecenter electus fuerit in simul conveniant, & factas paucis diebus ante electiones Superiorum localium sibi exhibitas confirmabunt, ac hora competenti ambo, vna cum rrious Superioribus prædictarum domorum recenter confirmatis, convenieotes, & quasi Concilium, seu Diffinitorium habentes negotia dictæ Congregatioois discutient, statutaque necessaria pro fœlici illius regimine condent; necnon designabunt locum, in quo ptoximum eiusdem Congregationis Capitulum celebrandom erit, & vnum, aut duos Fratres nominabunt, qui data opportuna occasione ad Captivorum Redemptionem pergant.

Nullo indigeant gradu insigniri ad Prælaturas obtinendas.

10 Per subsequens verò triennium, tres prædicti Superiores Consiliarij eruot Vicarij Generalis, qui etiam ad coosilium alios Fratres antiquiores vocare poterit, nec ipse tenebitur aliquo in Sacræ Theologiæ gradu insigniri: prout etiam Commendatores, sive Superiores locales triom domorum prædictarum regularium eligi poterunt, tametsi Vicarij Conventuales per triennium, aut Magistri Novitiorum noo fuerint, prout constitutiones prædictæ præscribunt.

De successione in Vicariatu Gen. per decessum Vicarij.

11 Poterit quoque, tam prædictus Petrus, quàm pro tempore existens Vicarius Generalis Cōgregationis prædictæ, cum ita expedire iudicaverit, aliquem Fratrem eiusdem Congregationis ad id idoneum oominare qui sibi ante completum Vicariatus Gen. tempus decedenti in officio succedat, & Vicariatum Generalem vsque ad tempus proximè subsequentis Capituli exerceat: quod si oon facta nominatione huiusmodi decesserit, succedet sic defuncto in Vicariatum Generalem, vt præfertur, exercendum Prior dicti Collegij Parisiensis, & eo deficiente, Commendator prædicti Conventus Chenesiensis.

Præses Capituli quis.

12 Insuper statuimus, vt, qui Capitulo pro electione Vicarij Generalis huiusmodi habendo pro tempore præsidebit, sit de gremio ipsius Congregationis: in cæteris autem electiones, & administrationem dictæ Congregationis concernentibus constitutiones Ordinis prædicti strictè quantum fieri poterit observentur.

Facultas collata Vicario Gen.

13 Volumus præterea, vt Vicarius Generalis simul, atque conveniens esse iudicaverit, cum maturo consilio possit Fratres, qui in Conventibus remotis professi in Civitate prædicta Parisiensi morabuntur, ad Superiorem Provincialem dictæ Provinciæ remittere, aut aliquos ex ipsis sive absentes, sive præsentes Congregationi prædictæ Parisiēsi consociare, & aggregare, seu eiusdem ipsis filiationem impartiri, si eos ad pacem, atque dictæ Congregationis vtilitatem procurandam, & promovendam propensos deprehenderit, vsque dum de consensu dicti Superioris Provincialis in eamdem Provinciam mittere valeat aliquos io tribus domibus regularibus prædictis, sive harum aliquibus respectivè professos, si hanc loci mutationem sibi concedi postulaverint.

vt possit Fratres antiquæ Provinciæ in Conventibus Congregationis commorantes remittere, aut retinere.

Et vt possit in Collegio ad studia Fratres aliarum Provinciarum admittere.

14 Pariter licebit eidem Vicario Generali disponere, & ordinare, vt io Collegio Parisiensi prædicto aliqui Fratres, in remotis dicti Ordinis Provincijs professi, studiorum causa recipiantur, dummodo singulis annis pro vnius cuiusque illorum alimentis congrua pensio ipsi Collegio anticipate solvatur.

Vt Vicar. Gen. Congregationis possit novos erigere Conventus cō sensu M. Gen. debet accedere.

15 Porrò prædicto Petro moderno, & pro tempore existenti Vicario Gen. dictæ Congregationis oovos in Parisiensi, aliisque Diœcesibus, & Civitatibus dictæ Civitati Parisiensi vicinioribus conventus eiusdem Congregationis, quorum quidem Commendatores, seu Superiores locales, vnà cum Fratre Presbytero aotiquiore sui Conventus respectivè Capitulis ipsius Congregationis pariformiter interesse, in eisque voti, seu suffragij prærogativa gaudere: Fratres verò suorum respectivè superiorum localium electiones facere libere, & licitè possint, & valeant in omnibus, & per omnia, prout circa tres domus regulares in Congregationem erectas supradictas, vt præmittitur, ordinavimus; authoritate nostrà Apostolica, de consensu tamen Magistri Generalis dicti Ordinis pro tempore existentis, & servatis cæteris servandis, erigendi, & instituendi quamcumque necessariam, & opportunam facultatem, & licentiam dicta authoritate harum serie concedimus, & impartimur. Ac ad omnium, & singulorum præmissorum effectum super quibusvis dicti Ordinis constitutionum articulis, qui eisdem præmissis quomodolibet adversantur, authoritate pędicta earumdem tenore præsentium respectivè dispensamus.

Si pro tēpore Congregatio Parisien. quinque Cōventus formales

16 Cæterùm, si, & postquam novis Conventibus huiusmodi canonicè erectis, & institutis, Congregatio prædicta saltem quinque domos regulares, seu Conventus formales habuerit, eamdem Congregationem, seu domos re-

 gulares,

habuerit, assurgat in Provinciam, dum modo accepta in eis vigeat observantia, & austeritas.

gulares, seu Conventus huiusmodi in novam dicti Ordinis Provinciam Parisiensem pariter nuncupandam, quæ iuxta eiusdem Ordinis constitutiones in omnibus,& per omnia regi, & gubernari debeat, ac omnibus,& singulis privilegiis, iuribus, prærrogativis, præeminentijs, honoribus, facultatibus, gratijs, & indultis, quibus aliæ ipsius Ordinis Provinciæ, tam de iure, quàm de consuetudine, & aliàs quomodolibet fruuntur, & gaudent, ac vti, frui,& gaudere possunt, & poterunt in futurum, pari modo, & absque vlla prorsus differentia vti,frui, & gaudere libere similiter,& licitè valeat: ita tamen, vt in nova Provincia huiusmodi ea, quæ circa ieiuniorum, abstinentiarum,cæterarũque austeritatum,ac aliorum Regularis vitæ institutorum, maximè vitæ communis, exactam observantiam, & Matutinorum officiorum quotidie media nocte recitationem, necnon exclusionem privilegiorum, sive dispensationum, & exemptionum, præsertim à paupertatis, vitæque communis huiusmodi praxi, & observatione,extra casum necessitatis, sicuti præmittitur, ordinata sunt, inviolabiliter observari debeant, ex nunc prout ex tunc, & è contra, authoritate, & tenore prædictis itidem perpetuo erigimus,& instituimus.

Firmitas Apostolica præsentis adjicitur statutis.

17 Decernentes easdem præsentes litteras, & in eis contenta quæcumque etiam ex eo, quod quicumque in præmissis interesse habentes, seu suum quomodolibet prætendentes, cuiuscumque status, gradus, Ordinis, præeminentiæ; etsi dignitatis existan, alijvè quilibet; & specifica, & individua mentione, & expressione digni non consenserint,nec ad ea citati, revocari,& auditi, neque causę,propter quas præsentes emanarunt, sufficienter adductæ, verificatæ, & iustificatę fuerint, aut ex alia quacumque, quantumvis legitimè iuridica, & privilegiata causa, colore, prætextu,& capite, etiam in corpore iuris clauso,nullo vmquam tempore de subreptionis, vel obreptionis, aut nullitatis vitio, seu intentionis nostræ, aut interesse habentium consensu, aliovè quomodolibet, & quantumvis magno, & substantiali; individuamque exceptionem requirente defectu notari, impugnari, infringi,retractari, in controversiam vocari, ad viam, seu terminos iuris, vel constitutionum dicti Ordinis reduci, aut adversus illa apertionis otis,restitutionis in integrum, aliudvè quodcumque iuris,facti, vel gratiæ remedium intentari, aut impetrari, seu etiam motu proprio, ac de Apostolicæ potestatis plenitudine concesso, vel

Iura quætis contraria derogantur.

emanato quempiam in iudicio, vel extra illud vti, seu se iuvare vllo modo posse: sed easdem præsentes litteras semper,& perpetuo firmas, validas, & efficaces existere,& fore, suosq; plenarios,& integros effectus sortiri, & obtinere, ac illis ad quos spectat, aut pro tempore quandocumque spectabit, in omnibus, & per omnia plenissimè suffragari, & ab eis respectivè inviolabiliter,& inconcusse observari, & adimpleri: sicque, & non aliter in præmissis per quoscumque Iudices Ordinarios, & Delegatos,etiam causarũ Palatij Apostolici Auditores,ac S.R.E.Cardinales, etiam de latere Legatos, & alios quoslibet quacumque præeminentia, & potestate fungentes, & functuros, sublata eis, & eorum cuilibet quavis aliter iudicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate iudicari, & diffiniri debere: ac irritum,& innane, si secus super his à quoquam quavis authoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari: non obstantibus præmissis, ac constitutionibus, & ordinarionibus Apostolicis, necnon Ordinis, & Provinciæ, ac domorum regularium huiusmodi, & alijs quibusvis, etiam iuramento,confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus, privilegijs quoque indultis, & litteris Apostolicis eisdem Ordini, & Provinciæ, ac domibus regularibus, illorumque respectivè Magistro Generali, ac Provinciali,alijsque superioribus,Fratribus, & personis quibuslibet, sub quibuscumque verborum tenoribus, & formis cum quibusvis, etiam derogatoriarum derogatorijs, alijsque efficacioribus, efficacissimis, & insolitis clausulis,irritantibus, & alijs decretis in genere, vel in specie, seu aliàs quomodolibet in cõtrarium præmissorum concessis, & confirmatis, & etiam pluries approbatis, & innovatis.

Omnes iuris,& facti defectus supplétur.

Amplissima cõtrariorum derogatio.

18 Quibus omnibus, & singulis, etiam si pro illorum sufficienti derogatione,de illis, eorumque tenoribus specialis, specifica,& expressa, & individua, & de verbo ad verbum, non autem per clausulas generales idem importantes mentio, seu quævis alia expressio habenda, aut alia exquisita forma ad hoc servanda foret,illorum omnium, ac singulorum tenores, formas, causas, & occasiones præsentibus pro plene, & sufficienter expressis,insertis, servatis, & specificatis, respectivè habentes,illis aliàs in suo robore permansuris, ad præmissorum effectum hac vice dumtaxar generaliter, & expresse derogamus, cæterisque contrarijs quibuscumque.

Datum

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Maiorem, sub Annulo Piscatoris, die 16. Novembris 1672. Pontificatus nostri anno 3.

I. G. Slusius.

CLEMENTIS X.

CONSTITVTIO V.

Quinquagesimo Magist. Generali Fr. Petro Salazar.

Procuratore Generali apud Romam Magistro Mathia Cardona.

COMPENDIVM.

Facultas faciendi in nostris Ecclesijs populo diebus solitis absolutionem generalem confirmatur, & forma præscribitur.

Edita an. 1673.

CLEMENS PAPA X. AD PERpetuam rei memoriam.

1 Ex iniuncto Nobis cœlitus Apostolicæ servitutis munere ea, quæ à Romanis Pontificibus Prædecessoribus nostris ad spiritualem Christi Fidelium ædificationem, animarumque salutem proinde concessa esse noscuntur, vt firma semper, atque illibata persistant Apostolici muniminis patrocinio, cum id à Nobis petitur, libenter roboramus, & aliàs insuper statuimus, sicut in Domino salubriter expedire arbitramur.

Concessiones Clem. & Vrbani VIII. vt in Ecclesijs nostris fiat absolutio generalis statis diebus memorantur.

2 Exponi siquidem Nobis nuper fecit dilectus filius Mathias de Cardona Vicarius, & Procurator Generalis totius Ordinis Fratrum Beatæ MARIÆ de Mercede Redemptionis Captivorum, quod dudum fœl. rec. Clem. Papa VIII. Prædecessor noster, ad cuius notitiam pervenerat, in eodem Ordine vigere morem antiquissimum ab immemorabili tempore observatum in diebus S. Catherinæ Virginis, & Martyris, ac Cinerum, & Cœnæ Domini omnes tam Religiosos, quàm Sæculares, nimirum in Ecclesia præsentes, & genuflexos post confessionem à Sacerdote coram omnibus recitatam de more absolvendi, & benedicendi, vt aliæ Religiones facere consueverunt, hanc facultatem, prævia dicta confessione (vt præfertur) de more à Sacerdote coram omnibus recitata, absolvendi; & benedicendi omnes præsentes, tàm Religiosos, quàm Sæculares dictis diebus Apostolica authoritate approbavit, & confirmavit, ac eidem Ordini, quatenus opus esset, de novo concessit: & subinde idem Clemens Prædecessor, vt similis absolutio, & benedictio generalis etiam festis diebus Sanctorum Laurentij, & Antonij in prædicto Ordine, eiusque Monasterijs, & Conventibus fieri posset, dicta authoritate concessit, & indulsit: ac demum rec. mem. Vrbanus Papa VIII. pariter Prædecessor noster Feriam quintam in Cœna Domini, qua absolutio, & benedictio generalis huiusmodi, sicut præmittitur, fieri poterant, in diem festum S. Petri Nolasci commutavit, & aliàs prout in insertis prædictorum Clementis, & Vrbani Prædecessorum litteris desuper in simili forma Brevis expeditis vberius dicitur contineri.

Confirmatur facultas faciendi præfatam absolutionem generalē.

3 Cum autem, sicut eadem expositio subiungebat, prædictus Mathias Vicarius, & Procurator Generalis præmissa, quo firmius subsistant, Apostolicæ Confirmationis nostræ patrocinio communiri summopere desideret, Nos ipsius Mathiæ Vicarij, & Procuratoris Generalis votis hac in re, quantum cum Domino possumus, favorabiliter annuere volentes, & à quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententijs, censuris, & pœnis à iure, vel ab homine, quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatus existit, ad effectum præsentium dumtaxat consequendum, harum serie absolventes, & absolutum fore censentes, supplicationibus eius nomine Nobis super hoc humiliter porrectis inclinati; facultatem de more absolvendi, & benedicēdi omnes in Ecclesia præsentes, & genuflexos, tam Religiosos, quàm Sæculares, prævia confessione à Sacerdote coram omnibus recitata, in supradictis diebus S. Catherinæ Virginis, & Martyris, ac Cinerum, necnon S. Antonij, & S. Petri Nolasci Ordini prædicto concessam, vt præfertur, authoritate prædicta tenore præsentium approbamus, & confirmamus, illique inviolabilis Apostolicæ firmitatis tobur adijcimus: ea tamen lege, vt in huiusmodi functione de cætero servetur formula infrascripta, videlicet:

Forma absolutionis præscribitur.

Dominum nostrum Iesum-Christum humiliter deprecamur, vt gratia sua lumine illabatur cordibus vestris, vobisque benigne concedat omnes, & singulas indulgentias, & peccatorum remissiones cōsequi, quas Summi Pontifices Ordini nostro, cum specifica facultate eas Confraternitatibus nostris communicandi, concesserunt, iuxta privilegiorum Apostolicorum tenorem, & Sanctæ Sedis Apostolica decretorum dispositionem.

Mise-

Misereatur vestri Omnipotens Deus, dimittat vobis peccata vestra, liberet vos ab omni malo, confirmet, & conservet in omni opere bono, & perducat vos ad vitam æternam. Qui in Trinitate perfecta vivit, & regnat in secula, seculorum. Amen.

Firmitas adijcitur concessioni.

4 Decernentes easdem præsentes litteras semper firmas, validas, & efficaces existere, & fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, ac illis, ad quos spectat, & pro tempore spectabit in omnibus, & per omnia plenissime suffragari, & ab eis respectivè inviolabiliter observari: sicque in præmissis per quoscumque Iudices Ordinarios, & Delegatos, etiam causarum Palatij Apostolici Auditores iudicari, & definiri debere: ac irritum, & inane, si secus super his à quoquam quavis authoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari: Non obstantibus constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, ceterisque contrarijs quibuscumque.

5 Volumus autem, vt ipsarum præsentium litterarum transumptis, seu exemplis, etiam impressis, manu alicuius Notarij publici subscriptis, & sigillo personæ in Ecclesiastica dignitate constitutæ munitis, eadem prorsus fides in iudicio, & extra vbique adhibeatur, quæ adhiberetur eisdem præsentibus, si forent exhibitæ, vel ostensæ.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Maiorem, sub Annulo Piscatoris, die 17. Maij 1673. Pontificatus nostri anno 4.

I. Slutius.

Transumpta authentica istius Brevis in prædictis Matritensi, & Barchinonen. Archivis servantur, & etiam affertur à Lantusca in citato Bullar. Rom. tom. 6. in Append. Constit. 87. Clem. X.

CLEMENTIS X.

CONSTITVTIO VI.

Quinquagesimo M. Generali Petro Salazar.

Procuratore Generali Romæ M. Fr. Mathia de Cardona.

COMPENDIVM.

Committit Cardinali Protectori, vt controversiam inter Cœnobia, & Patres Laureatos Provinciæ Galliæ dirimat.

Edita an. 1673.

CLEMENS PAPA X. DILECTO filio nostro Petro Tit. Sancti Martij S. R. E. Cardinali Otthobono nuncupato Ordinis Fratrum Beatæ MARIÆ de Mercede Redemptionis Captivorum apud Nos, & Apostolicam Sedem Protectori. Dilecte fili noster, salutem, & Apostolicam benedictionem.

Causa controversiæ inter Conventus, & graduatos Burdegalen.

1 Exponi Nobis nuper fecit dilectus filius Procurator Generalis Ordinis Fratrum B. MARIÆ de Mercede Redemptionis Captivorum, quod cum aliàs in Conventibus Civitatis, & Diœcesis Burdegalensis dicti Ordinis propter stabilitatem graduatorum multi abusus, in subversionem disciplinæ, & observantiæ regularis rendentes, introducti essent, dictique graduati se ab omni pœne observantia regulari immunes esse prætenderent, in detrimentum, & præiudicium Conventuum huiusmodi, populorumque scandalum ennata super hoc controversia, tunc existens Syndicus, & maior pars Fratrum eorumdem Conventuum causam, & causas quam, seu quas contra dictos Graduatos desuper movere intendebant, cum omnibus suis incidentibus, dependentibus, emergentibus, annexis, & connexis Venerabili Fratri Archiepiscopo Burdegalensi, seu dilecto filio illius officiali per signaturam nostram iustitiæ, ad hoc vt ipse Archiepiscopus, seu officialis, vocatis ad id, qui forent evocandi, in præmissis omnibus, & singulis faccerent, provt de iure foret faciendum, committi obtinuerunt, & aliàs, provt in litteris Apostolicis desuper in forma Brevis expeditis plenius dicitur contineri.

Commissa fuit Archiepisc. Burdegalen. per signaturam iustitiæ huius controversiæ decisio.

Petitur in prædicta causa mutari via prætendi.

2 Cum autem, sicut eadem expositio subiungebat, præmissa in præiudicium Ordinis prædicti cedere, maximeque exinde lites in illa Franciæ Provincia otiri possint, Nobis propterea dictus Procurator Generalis humiliter supplicari fecit, vt in eisde præmissis opportunè providere de benignitate Apostolica dignaremur.

3 Nos igitur ipsum Procuratorem Generalem specialibus favoribus, & gratijs prosequi volentes, & à quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, alijsque Ecclesiasticis sententrijs, censuris, & pœnis à iure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatus existit, ad effectum præsentium dumtaxat consequendum, harum serie absolventes, & absolutum fore censentes, huiusmodi supplicationibus inclinati, de Venerabilium Fratrum nostrorum S. R. E. Cardinalium negotijs, & consultationibus Episcoporum, & Regularium Præpositorum consilio, prævia revocatione enuntiatarum in forma Brevis litterarum, circunspectioni tuæ

Revocat commissionem factam Archiepisc. Burdegal.

per

Cõmissionem facit Cardinali Protecto, vt controversiã præfatam dirimat.

per præsentes committimus, & mandamus, vt servaris servandis, suprascriptam controversiam, prout iuris fuerit authoritate Apostolica cognoscas, atque diffinias, salva tamen semper in præmissis authoritate Congregationis eorumdem Cardinalium: Non obstantibus constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, necnon, quarenus opus sit, Ordinis, & Provinciæ, ac Convenruum prædictorum, etiam iuramenro, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus, privilegijs quoque indultis, & litteris Apostolicis in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis.

Contraria derogat.

4 Quibus omnibus, & singulis, illorum tenores præsentibus pro plene, & sufficienter expressis, & ad verbum insertis habentes, illis aliàs in suo robore permansuris, ad præmissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, & expresse derogamus, cæterisque contratijs quibuscumque.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Maiorem, sub Annulo Piscatoris, die 11. Decembris 1673. Pontificatus nostri anno 4.

CLEMENTIS X.

CONSTITVTIO VII.

Quinquagesimo M. Generali Petro Salazar.

Procuratore Generali apud Romanam Curiam Mag. Mathia Cardona.

COMPENDIVM.

Officium, & Missam de communi vnius Martyris sub ritu Semiduplici in die festo S. Petri Paschy nostro Ordini recitandum concedit.

Edita an. 1673.

CLEMENTIS PAPA X. AD PERpetuam rei memoriam.

In specula Militantis Ecclesiæ ab Ærerno Pastore constitui, & pia Christi Fidelium, Divinis obsequijs sub suavi Religionis iugo mancipatorum, vota, ad augendam in terris BB. Christi Martyrum, quos bono certamine peracto, cursuque consummato, Victores Corona iustitiæ iustus Iudex donavit in Cœlis, venerationem laudabili studio tendentia, libenter exaudimus, sicut ad Omnipotentis Dei gloriam, Ecclesiæque Catholicæ decus, & præsidium, ac spiritualem fidelium ædificationẽ conspicimus in Domino salubriter expedire.

Sententiã diffinitivã Ep. Gienẽ. super cultu immemorabili S. Petri Paschasij habes supra in huius Pontif. Bulla 1.

1 Cum itaque Congregatio Venerabilium Frarrũ nostrorum S.R.E. Cardinalium Sacris Ritibus præpositorum, per decretum die 31. Maij 1670. emmanatum, & à Nobis die 4. Iunij eiusdem anni approbatum declaraverit sẽtentiam diffinirivam per Venerabilem Fratrem Ferdinandum de Andrade, & Castro Archiepiscopum Episcopũ Giennen. super cultu immemorabili Beato Petro Paschasio de Valentia Martyri exhibitum esse à centum annis, & supra, & ad præsens exhiberi, idque scientibus, & tolerantibus Ordinarijs Giennensi, & Granarensi, & causam istam versari in casu excepto à decretis fel. rec. Vrbani Papæ VIII. Prædecessoris nostri super non cultu editis, esse cõfirmandam, ideoque procedi posse ad vlteriora in eadem causa. Et sicut pro parte dilecti filij Mathiæ de Cardona Vicarij, & Procuratoris Generalis dicti Ordinis Nobis nuper expositum fuit, totus ordo prædictus de eodem B. Petro Paschasio Officium recitari, & Missam celebrari posse summopere desideret, Nos enixis, & reiteratis precibus per eumdem Mathiam Vicarium, & Procuratorem Generalem, tam suo, quàm dicti Ordinis nomine Nobis super hoc humiliter porrectis inclinati, illisque favorabiliter annuere volentes, ac ipsũ Mathiam à quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, alijsque Ecclesiasticis sententijs, censuris, & pœnis à iure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatus existit, ad effectum præsentium dumtaxat consequendum, harum serie absolventes, & absolutum fore censentes, de memoratorũ Cardinalium, qui dilectum filium fidei Promotorem in scriptis audiverunt, cõsilio, vt die festo dicti B. Petri Paschasij quotannis de eodem B. Petro Paschasio Officium de communi vnius Martyris sub Ritu Semiduplici, & Missam celebrari, iuxta Rubricas Breviarij, & Missalis Romani ab vniverso Ordine prædicto, tam Fratrum, quàm Monialium B. MARIÆ de Mercede Redemptionis Captivorum respective tantum libere, & licite possint, & valeant authoritate Apostolica tenore præsentium concedimus, & indulgemus; non obstantibus constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, cæterisque contrarijs quibuscumque.

Ordini nostro officiũ S. Petri Paschasij de Cõmuni vnius Martyris Semidup. recitandũ concedit.

3 Volumus autem, vt earumdem præsentium litterarum transumptis, seu

Eamdẽ fidem iubet afferri trã

ſumptis, ac originali. ſeu exemplis, etiam impreſſis, mano alicuius Notarij publici ſubſcriptis, & ſigillo Secretarij prædictæ Cardinalium Congregationis, vel alterius Perſonæ in Eccleſiaſtica dignitate conſtitutæ muniris, eadem prorſus fides in iudicio, & extra illud vbique locorum adhibeatur, quæ adhiberetur ipſis pręſentibus, ſi forent exhibitæ, vel oſtenſæ.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Maiorem, ſub Annulo Piſcatoris, die 11. Decembris 1673. Pontificatus noſtri anno 4.

I. G. Slutius.

Tranſumptum authenticum huius Brevis habetur in noſtro generali Matritenſi Archivo.

CLEMENTIS X.

CONSTITVTIO VIII.

Quinquageſimo Mag. Generali Fr. Petro de Salazar.

Generali in Romana Curia Procuratore Fr. Mathia de Cardona. Malacitano Vandaliæ Provinciali, litteris, & Religionis zelo præſtante, magnæque authoritatis viro.

COMPENDIVM.

Fidelibus univerſis, qui in diebus Beatę MARIÆ de Mercede Matris noſtræ S. P. N. Petri Nolaſco, S. Raymundi Nonnati S. Patriarchę Ioſeph. ac Apparitionis S. Michaelis Archangeli Eccleſias noſtras viſitaverint, indulgentiam plenariam largitur.

Editũ an. 1673.

CLEMENS PAPA X. AD PERpetuam rei memoriam.

Obſequiũ Beatis debitum.

1 Redemptoris, & D. N. IESV CHRISTI, qui glorioſos, ſaluberrimorum Nobis reliquit exemplorum ſectatores, Ordinumque Religioſorum Inſtitutores, aliis decoravir honoribus, ac cęleſtis beatitudinis conſortes efficit, vices, licet immeriti, gerentes, ſpiritualium munerum theſauros diſpenſationi noſtræ creditos libenter erogamus, ſicut ad fovendam, incitandamque fidelium erga eoſdem Beatos celi incolas devotionem ſalubriter expedire in Domino arbitramur.

2 Itaque, ad augendam fidelium religionem, & animarum ſalutem cæleſtibus Eccleſiæ theſauris pia charitate intenti, ac de Omnipotentis Dei miſericordia, ac BB. Petri, & Pauli Apoſtolorum eius authoritate confiſi, necnon dilecti filij Franciſci de S. Marco Procuratoris Generalis Fratrum Excalceatorum Ordinis B. MARIÆ de Mercede Redemptionis Captivorum ſupplicationibus Nobis ſuper hoc humiliter porrectis inclinari, omnibus, & ſingulis vtriuſque ſexus Chriſti Fidelibus vere pœnitentibus, & confeſſis, ac Sacra Communione refectis, qui aliquam ex Eccleſijs Fratrum, & Monialium dicti Ordinis, tam hactenus erectis, quàm in poſterum quandocumque erigendis, & vbique locorum exiſtentibus in Sancti Petri Nolaſci dicti Ordinis Fundatoris, Sancti Raymundi Nonnati, Sancti Ioſephi, & Apparitionis Sancti Michaelis Archangeli feſtis, necnon Dominica proximiori Kalendis menſis Auguſti diebus à primis Veſperis vſque ad occaſum ſolis dierum huiuſmodi annis ſingulis devote viſitaverint, & ibi pro Chriſtianorum Principum concordia, hæreſum extirpatione, ac Sanctæ Matris Eccleſiæ exaltatione pias ad Deum preces effuderint, quo die prædictorum id egerint, plenariam omnium peccatorum ſuorum indulgentiam, & remiſſionem miſericorditer in Domino concedimus præſentibus perpetuis futuris temporibus valituris.

Viſitantes Eccleſ. noſtras in inſcriptis diebus lucrãtur indulgentiã plenariã, Die B. M. de Mercede, Die S. P. N. Petri Nolaſco, Die S. Raymũdi Nõnati. Die S. Ioſeph Spõſi B. Mariæ. Die Apparitionis S. Michaelis Archang.

3 Volumus autem, vt præſentium tranſumptis, ſeu exemplis, etiam impreſſis, manu alicuius Not. publici ſubſcriptis, & ſigillo Perſonæ in dignitate Eccleſiaſtica conſtitutæ munitis, eadẽ prorſus fides in iudicio, & extra illud adhibeatur, quæ præſentibus adhiberetur, ſi forent exhibitæ, vel oſtenſæ.

Eamdem fidem trãſumptis, ac originali adhibeatur,

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Maiorem, ſub Annulo Piſcatoris, die 20. Decembris 1673. Pontificatus noſtri anno 4.

I. G. Slutius.

CLE-

CLEMENTIS X.

CONSTITVTIO IX.

Quinquagesimo M.Generali M.Fr. Petro Salazar.

Procuratore Generali in Vrbe Magistro Fr. Mathia de Cardona.

COMPENDIVM.

Ad instantiam Ecclesię Toletanę Officium S.Petri Paschasij eiusdem Ecclesiæ, & Diœcesis Episcopi Gubernatoris, Granata titularis, ad Clerum, & Diœcesim Toletanam extendit.

Edita an. 1674.

CLEMENS PAPA X. AD FVTVRAM rei memoriam.

1 Ex iniuncto Nobis cœlitus Sacrosancti Apostolatus munere pias Christi Fidelium, præsertim in partem sollicitudinis nostræ, ac sortem Domini vocatorum preces, quibus Sanctorum, atque Beatorum Christi Martyrum immarcescibili gloriæ corona in Cœlis redimitorum veneratio in terris promovetur, ad exauditionis gratiam libenter admittimus, vt exinde eorumdem Christi Fidelium devotio maiora in dies,Domino benedicente,suscipiat incrementa.

2 Alias siquidem Nos supplicationibus dilecti filij Mathiæ de Cardona Vicarij, & Procuratoris Generalis Ordinis Fratrum Beatæ MARIÆ de Mercede Redemptionis Captivorum nomine Nobis super hoc humiliter porrectis inclinati, de Venerabilium Fratrum nostrorum S.R.E. Cardinalium, Sacris Ritibus præpositorum Consilio, vt die festo Beati Petri Paschasij de Valentia Martyris ex Ordine præfato Episcopi Giennensis de eodem Petro Paschasio quotannis Officium de Communi vnius Martyris sub Ritu Semiduplici recitari, & Missa celebrari iuxta Rubricas Breviarij,&Missalis Romani ab vniverso Ordine præfato, tam Fratrum,quàm Monialium respectivè libere, & licitè possent, authoritatè Apostolica concessimus, & indulsimus: & aliàs, prout in nostris desuper in simili forma Brevis die vndecimo Decembris proximè præteriti expeditis litteris, quarum tenorem præsentibus pro plene, & sufficienter expresso, & inserto haberi volumus, vberius continetur.

Vide sup. Bul.7. huiusPontif.

Preces 3 Cum autem, sicut dictus Mathias Vicarius, & Procurator Generalis nomine dilecti filij nostri Paschalis S.R.E. præfatæ Cardinalis de Aragonia nuncupati Ecclesiæ Toletanæ ex concessione, & dispensatione Apostolica Præsulis, ac dilectorum filiorum Capituli, & Canonicorum dictæ Ecclesiæ Toletanæ Nobis nuper fecit,memoratus B.Petrus Paschasius eandem Ecclesiam Toletanam 14. annorum spatio pro bon.mem. Sanctio, dum vixit, Archiepiscopo Toletano instruxisse, Archiepiscopatumque rexisse memoretur; ipse vero Paschalis Cardinalis, & Præsul, & Capitulum, & Canonici pro peculiari eorum erga eumdem B. Petrum Paschasium devotione, indultum hoc ad Clerum Civitatis, & Diœcesis Toletanæ extendi summopere desiderent, Nobis proptereà Mathias Vicarius, & Procurator Generalis præfatus eorumdem Paschalis Cardinalis, & Præsulis, ac Capituli, & Canonicorum nomine humiliter supplicari fecit, vt in præmissis opportune providere de benignitate Apostolica dignaremur.

Cardinalis Paschalis Aragoniæ Archiep. Tolet. & eiusEcclesiæ pro extensione Officij S. Petri Paschasij ad Diœcesim Toletanã.

S. Petrus Paschasius per 14.an. Ecclesiam Toletanã Coadiutor nostri Archiepisc.D. F.Sãctij ab Aragonia rexit.

4 Nos igitur pijs eorum votis,quantum cum Domino possumus, favorabiliter annuere volentes, ac dictorum Capituli, & Canonicorum, & Mathiæ Vicarij, & Procuratoris Generalis singulares personas à quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, alijsque Ecclesiasticis sententijs, censuris, & pœnis, à iure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis,si quibus quomodolibet innodatæ existunt, ad effectum præsentium dumtaxat consequendum, harum serie absolventes,& absolutas fore censentes, huiusmodi supplicationibus inclinati, de præfatorum Cardinalium Consilio, indultum præfatum ad Clerum, tàm Sæcularem, quàm regularem vtriusque Civitatis, & Diœcesis Toletanæ sexus huiusmodi,ita vt Officium, & Missa de eodem B. Petro Paschasio ab eodem Clero pariformiter recitari, & celebrari respective possint iuxta Rubricas Breviarij,& Missalis præfatorum, dicta authoritate tenore præsentium, extendimus, & ampliamus: non obstantibus constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, cæterisque contrarijs quibuscumque.

Concedit vt in tota Diœcesi Toletana Officiũ S. Petri Paschasij. & Missa recitari, prove in nostro Ordine valeat.

5 Volumus autem, vt earumdem præsentium litterarum transumptis,seu exemplis, etiam impressis, manu alicuius Notarij publici subscriptis, & sigillo Secretarij Congregationis præfatorum Cardinalium, vel alterius Personæ in Ecclesiastica dignitate constitutæ munitis eadem prorsus fides in iudicio, & extra illud habeatur, quæ haberetur ipsius præsentibus si forent exhibitæ,vel ostensæ.

Eamdem fidem tubet afferri trãsumptis,ac originali.

Yy Datum

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Maiorem, sub Annulo Piscatoris, die 14. Iulij 1674. Pontificatus nostri anno 5.

I. G. Slutius.

Breve istud apud nostrum Matritensem Conventum habetur.

CLEMENTIS X.

CONSTITVTIO X.

Quinquagesimo M. Generali M. Fr. Petro Salazar.

Procuratore Gen. in Romana Curia M. F. Mathia de Cardona.

COMPENDIVM.

Officium omnium Sanctorum Ordinis nostri sub Ritu duplici die 13. Novembris quotannis celebrandum statuit.

Edita an. 1675.

CLEMENS PAPA X. AD FVTVram rei memoriam.

1 Apostolicæ servitutis Officium, quod ineffabilis Divinę Maiestatis Clementia humilitati nostræ imponere dignata est, exigit, vt Sanctorum in Cœlesti Hierusalem cum Christo IESV Domino nostro regnantium cultum, & venerationem in terris, quantum Nobis ex alto conceditur, promovere, atque ampliare studeamus.

Preces Cardinalis Protectoris.

2 Itaque pijs dilecti filij nostri Petri Tit. S. Martij S. R. E. Presbyteri Cardinalis Otthoboni nuncupati, Ordinis Fratrum B. MARIÆ de Mercede Redemptionis Captivorum apud Nos, & Sedem Apostolicam Protectoris, precibus benigne annuentes, ac etiam supplicationibus dilecti filij Francisci à Sancto Marco Procuratoris Generalis Fratrum Excalceatorum nucupatorum eiusdem Ordinis, Nobis super hoc humiliter porrectis inclinati, ipsumque Franciscum Procuratorē à quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, alijsque Ecclesiasticis sententijs, censuris, & pœnis à iure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatus existit, ad effectum pręsentium dumtaxat consequendum, harum serie absolventes, & absolutum fore censentes, vt in futurum omnes, & singuli tam Calceati, quàm Excalceati Fratres, & Moniales Ordinis præfati semel in anno, nempe die 13. mensis Novembris, Officium, & Missam omnium Sanctorum, & Sanctarum eiusdem Ordinis, iuxta Rubricas Breviarij, & Missalis ipsius Ordinis, sub Ritu duplici recitare, & respective celebrare, & quoad dispositionem dicti officij se concessioni aliàs videlicet die 11. Octobris 1671. Ordini Fratrum Eremitarum S. Augustini factæ conformare, omniaque in Kalendario Breviarij, & Missalis Ordinis de præcepto apponi, & imprimi curare libere, & licite possint, & valeant authoritate Apostolica tenore præsentium concedimus, & indulgemus: non obstantibus constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, cæterisque contrarijs quibuscumque.

Concedit officium omnium Sāctorum Ordinis nostri quotannis celebrandum.

3 Volumus autem, vt earundem præsentium litterarum transumptis, seu exemplis, etiam impressis, manu alicuius Notarij publici subscriptis, & sigillo Personæ in Ecclesiastica dignitate constitutæ munitis, eadem prorsus fides vbiq; habeatur, quę haberetur ipsis pręsentibus, si forent exhibitæ, vel ostensæ.

Eamdem fidē iubet adhiberi transūptis oc originali.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Maiorem, sub Annulo Piscatoris, die 27. Martij 1675. Pontificatus nostri anno 9.

I. G. Slutius

Habetur originale Matriti, & Romæ apud nostra Archiva.

CLEMENTIS X.

CONSTITVTIO XI.

Quinquagesimo M. Generali M. Fr. Petro Salazar.

Procuratore Generali in Vrbe M. Fr. Mathia de Cardona.

COMPENDIVM.

Confirmat Pontifex Decretum Sac. Congreg. Regularium, vt in Conventu Monialium nostrarum Hispalensi non consumantur dotes iu expensis quotidianis, nec Mulieres Sęculares inhabitare valeant.

Edita an. 1675.

CLEMENS PAPA X. AD FVTVram rei memoriam.

1 Nuper pro parte dilecti filij Mathiæ de Cardona Vicarij, & Procuratoris Generalis in Romana Curia totius Ordinis Fratrum B. MARIÆ de Mercede Redemptionis Captivorum, Congregationi Venerabilium Fratrum nostrorum

strorum S.R.E. Cardinalium, negotijs, & consultationibus Episcoporum, & Regularium præpositæ exposito, quod, cum Monasterium Assumptionis eiusdem Beatæ MARIÆ Virginis dicti Ordinis Hispalensis Diœcesis in maxima egestate versaretur, ita, vt illius Moniales vix possent sustentari ex eo, quod aliquæ dotes, seu eleemosynæ dotales fuerint consumptæ, & omnia venalia, præsertim in Provincia Bethica in maiori, quàm antea, pretio essent, quinimo ex causa ingressus quarumdam mulierum in dictum Monasterium in habitu Sæculari, ibidem permanendi causa receptarum, observantia regularis, quę in eodem Monasterio maxima erat, aliquantulum deperdita reperiretur, ipse Mathias Procurator Generalis plurimum cupiebat ab eadem Congregatione Cardinalium decerni: Primò, quòd nullo prætextu, nullaque causa possint dictæ Moniales consumere dotes, seu eleemosynas dotales: Secundò, quòd propter rationem dictam debeant dotes, seu eleemosynæ dotales huiusmodi esse mille, & quingentorum ducatorum monetæ Castellæ: Tertiò, quòd non possint mulieres in habitu Sæculari degere intra prædictum Monasterium: Quartò, quòd puellæ in prædictum Monasterium educationis causa receptæ, & recipiendæ solum possint vsque ad decimum quintum earum ætatis annum ibidem habitare, quo expleto, si habitum regularem non susceperint, expelli possint: ac in præmissis omnibus coarctetur potestas tam Magistro Generali dicti Ordinis, & Abbatissæ, quàm alijs quibuscumque superioribus; & dispensatio desuper à solo Romano Pontifice concedi valeat. Emanavit à dicta Congregatione Cardinalium ad supplicationem nomine tam dilecti filij Moderni Magistri Generalis Ordinis, quàm dilectarum in Christo filiarum Abbatissæ, & Monialium Monasterij huiusmodi per prędictum Mathiam Procuratorem Generalem porrectam, decretum tenoris, qui sequitur, videlicet.

Incommoda Cõventus Monialium nostrarum Hispalens.

Remedia, quæ Religio intendit, & à Cõgregatione Regularium exquirit.

2 Sacra Congregatio Eminentiss. S. R. E. Cardinalium, negotijs, & Consultationibus Episcoporum, & Regularium præposita, attenta relatione Archiepiscopi Hispalensis, referente Eminentissimo Vidono, censuit: Ad primum dotes Monialium esse reinvestiendas ad favorem Monasterij, ac proinde Moniales non posse eas in quotidianos vsus erogare, aut alio quovis modo consumere: Ad secundum indulgendum iuxta petita: Ad tertium, inhærendo declarationibus generalibus allàs editis, non licere prædictis mulieribus, sub quovis prætextu claustra Monasteriorũ sanctimonialium absque speciali Sedis Apostolicæ indulto ingredi, & contrafacientes pœnas, & censuras, contraviolantes clausuram appositas, eo ipso incurrere: Ad quartum servandum solitum. Quæ quidem omnia perpetuo, & inviolabiliter ab his, ad quos spectat, & pro tempore spectabit, observari eadem Sacra Congregatio præsentis decreti tenore mandat, & præcipit non obstantibus, &c.

Decretum Sac.Cong. Regularium. Quod dotes non consumãtur in expẽsis quotidianis, sed ad annuos census imponantur. Dos sint 1500. ducata monetæ Castellanæ.

Quod mulieres sæculares in hoc Conventu ingredi, aut commorari non valeant.

Romæ 28. Martij 1675.

Cardinalis Gaspar Carpineus.

Locus † Sigilli.

3 Cum autem, sicut dictus Mathias Procurator Generalis Nobis subinde exponi fecit, ipse decretum huiusmodi, quo firmius subsistat, & servetur exactius, Apostolicæ confirmationis nostrę patrocinio communiri summopere desideret, Nos eiusdem Mathiæ Procuratoris Generalis votis hac in re favorabiliter annuere volentes, eumque à quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, alijsque Ecclesiasticis sententijs, censuris, & pœnis à iure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatus existit, ad effectum præsentium dumtaxat consequendum, harum serie absolventes, & absolutum fore censentes, supplicationibus eius nomine Nobis super hoc humiliter porrectis inclinati, decretum præinsertum authoritate Apostolica tenore præsentium confirmamus, & approbamus, illique inviolabilis Apostolicæ firmitatis robur adijcimus, salva tamen semper in præmissis authoritate memoratæ Congregationis Cardinalium.

Cõfirmat Pontifex decretum Sac.Cong.

4 Decernentes, easdem præsentes litteras firmas, validas, & efficaces existere, & fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, ac ab illis ad quos, & quas spectat; & pro tempore spectabit, inviolabiliter observari: sicque in præmissis per quoscumque Iudices Ordinarios, & Delegatos, etiam causarum Palatij Apostolici Auditores iudicari, & diffiniri debere; ac irritum, & inane, si secus super his à quoquam quavis authoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari: non obstantibus præmissis, ac constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, necnon, quatenus opus sit, Monasterij, & Ordinis prædictorum, etiam iuramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus, privilegijs quoque, indultis, & litteris Apostolicis in contrarium præmissorum quomodolibet

Firmitatẽ adijcit.

Contraria tollit.

liber concessis, confirmatis, & innovatis.

5 Quibus omnibus,& singulis, illorum tenores præsentibus pro plene, & sufficienter expressis, & insertis habentes, illis aliàs in suo robore permansuris, ad præmissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter,& expresse derogamus, ceterisque contrarijs quibuscumque.

Datis Romæ apud Sanctam Mariam Maiorem, sub Annulo Piscatoris, die 6. Aprilis 1675. Pontificatus nostri anno 5.

I.G. Slutius.

Hoc Breve extat originale Matriti, & Romę in nostro Conventu.

CLEMENTIS X.

CONSTITVTIO XII.

Quinquagesimo Magist. Generali Fr. Petro de Salazar.

Generali apud Romanam Curiam Procuratore M.Fr.Mathia de Cardona.

COMPENDIVM.

Patres Trinitarij ad nostram instantiam à censuris solvuntur, iubentur Imagines S. Petri Paschasij sub eorum Habitu depictas,& sculptas delere.

Edita an. 1675.

CLEMENS PAPA X. AD FVturam rei memoriam.

1 Nuper ad instantiam dilecti filij Mathiæ de Cardona Vicarij, & Procuratoris Generalis Ordinis Fratrum B. MARIÆ de Mercede Redemptionis Captivorum, Congregatio Venerabilium Fratrum nostrorum S.R.E. Cardinalium Sacris Ritibus præposita decretum edidit tenoris, qui sequitur, videlicet:

Nostra Religio pro Patribus SS. Trinitatis exorat, vt à censuris propter recursum ad Iudices laicos ad nos inhibendū ne festum S. Petri Paschasij quē suo habitu depinxerant celebremus, incursis.

2 Valentina Censurarum, & Picturarum. Pro parte, & ad instantiam P.M.Fr.Mathiæ de Cardona Vicarij, & Procuratoris Generalis Ordinis Beatæ MARIÆ de Mercede Redemptionis Captivorum tam nomine proprio, quàm suæ Religionis instatum fuit apud Sacram Rituum Cōgregationem pro relaxatione censurarum contra Patres Conventus Ordinis Sanctissimæ Trinitatis Redemptionis Captivorum Civitatis Valentiæ, eo quod habuerunt recursum ad Iudices laicos Tribunalis Valentiæ, & ab eo inhibitionem extraxerunt contra prædictos Patres de Mercede ad impediendum ne isti vterentur decretis eiusdem Sac.Rit. Congregationis, & Brevibus Apostolicis pro celebratione diei festi B. Petri Paschasij Martyris, olim Episcopi Giennensis, & Religiosi professi Ordinis de Mercede, depicti, & sculpti à præfatis Fratribus Trinitatis in eorum habitu.

Litteræ remissoriales, & compulsoriales Patribus Trinitarijs negantur.

3 Et vice versa, supplicantibus Trinitarijs præfatis (absolutis prius à censuris, & pœnis Ecclesiasticis, quibuslibet propter recursus habitos ad Iudices laicos) pro concessione litterarum remissorialium, & compulsorialium servatis servandis, examinandi testes, & compulsandi scripturas, tam respectu possessorij, quàm petitorij, & probandi B.Petrum Paschasium prædictum fuisse filium Religionis Trinitariæ, & aliàs provt ex rationibus, tam in facto, quàm iure ab vtraque parte hinc inde plene informante, allegatis, deductis, atque discussis, proponente Eminentissimo, & Reverendiss. D. Cardinali Portocarrero: Et eadem Sacra Congregatio inhærendo decretis aliàs in causa prædicti Beati editis 3. Septembris 1661. & 30. Maij 1670. censuit litteras remissoriales non esse concedendas, & picturas dicti Beati Petri Paschasij depictas, & sculptas à prædictis Fratribus Trinitariorum in eorum habitu esse delendas, & ita declaravit, atque decrevit die 30. Martij 1675.

Sac. Rit. Congreg. iubet deleri picturas S.Petri Paschasij in habitu Trinitarij

V. Episcopus Portuensis Cardinalis Carpineus.

Loco † Sigilli.

Cōfirmat Pontifex decretum Congregationis.

4 Cum autem, sicut dictus Mathias Procurator Generalis Nobis subinde exponi fecit, ipse decretum huiusmodi, quo firmius subsistat, & servetur exactius, Apostolicæ nostrę confirmationis patrocinio communiri summopere desideret, Nos ipsius Mathiæ Procuratoris Generalis votis hac in re quantum cum Domino possumus, favotabiliter annuere volentes, eumque à quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, alijsque Ecclesiasticis sententijs, censuris, & pœnis, à iure, vel ab homine, quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatus existit, ad effectum præsentium dumtaxat cōsequendū, harum serie absolventes, & absolutū fore censentes, supplicationibus eius nomine Nobis super hoc humiliter porrectis inclinati, decretum præinsertum authoritate Apostolica tenore præsentium approbamus, & confirmamus, illique inviolabilis

bilis Apostolicæ firmitatis robur adjicimus, salva tamen semper in præmissis authoritate præfatæ Congregationis Cardinalium: Decernentes easdem præsentes litteras firmas, validas, & efficaces existere, & fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere: ac ab illis, ad quos spectat, & pro tempore spectabit inviolabiliter observari, sicque in præmissis per quoscumque Iudices Ordinarios, & Delegatos, etiam causarum Palatij Apostolici Auditores iudicari, & definiri debere: ac irritum, & innane, si secus super his à quoquam quavis authoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari; non obstantibus constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, cæterisque contrarijs quibuscumque.

Contraria irritat.

5 Volumus autem, vt earundem præsentium litterarum transumptis, seu exemplis, etiam impressis, manu alicuius Notarij publici subscriptis, & sigillo alicuius personæ in Ecclesiastica dignitate constitutæ munitis, eadem prorsus fides in iudicio, & extra adhibeatur, quæ præsentibus adhiberetur, si forent exhibitæ, vel ostensæ.

Eamdem fidem iubet adhiberi transumptis, ac originali.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Maiorem, sub Annulo Piscatoris, die 20. Aprilis 1675. Pontificatus nostri anno 5.

I. G. Slutius.

Habetur originale in nostris Archivis Romano, & Matritensi.

CLEMENTIS X.

CONSTITVTIO XIII.

Quinquagesimo Magist. Generali Fr. Petro de Salazar.

Procuratore Generali in Vrbe M. Fr. Mathia de Cardona.

COMPENDIVM.

Ad instantiam Caroli Secundi Hispaniarum Regis per Cardinalem Everardum factam statuit alternativam Provincialatus Quitensis inter Fratres Hispanos, & Indos vulgo Criollos.

Edita an. 1675.

CLEMENS PAPA X. AD perpetuam rei memoriam.

Solicitudo Pastoralis officij, quo Catholicæ Ecclesiæ per vniversum Orbem diffusæ regimini, Divina dispensatione præsidemus, Nos admonet, vt paternam Christi Fidelium, qui è fluctibus sæculi in portum vitæ Religiosæ confugerunt, curam gerentes, conservandæ inter eos paci, sine qua non bene colitur pacis auctor, & matore tollendis è medio illis, quæ fraternæ charitatis serenitatem obumbrare possent, Apostolico studio iugiter invigilemus.

1 Cum igitur, sicut dilectus filius noster Ioannes Everardus S. R. E. Presbyter Cardinalis Nidardus nuncupatus, pro charissimo in Christo filio nostro Carolo Hispaniarum Rege Catholico apud Nos, & Sedem Apostolicā Orator, eiusdem Caroli Regis nomine Nobis nuper exposuit, Provincia Quitensis in Indijs Ordinis Fratrum B. MARIÆ de Mercede Redemptionis Captivorum Fratribus partim natione Hispanis, & partim Indis, sive illarum partium indigenis constet; & ad tollēdas dissidiorum, quæ inter eosdem Fratres oriri possunt, occasiones, alternativam inter Fratres Hispanos, & Indos huiusmodi, quoad electionem ad Provincialatus dictæ Provinciæ officium statui expediat; idque Religiosæ tranquillitati eiusdem Provinciæ conducibile fore, etiam dilectus filius Magister Generalis dicti Ordinis existimet, cum eiusmodi alternativa in alijs eiusdem Ordinis Provincijs stabilita ad conservādam inter illarum Fratres pacem multum facere dignoscatur; Nobis propterea dictus Ioannes Everardus Cardinalis, memorati Caroli Regis nomine, humiliter supplicavit, vt in præmissis opportunè providere, & vt infra indulgere, de benignitate Apostolica dignaremur.

Preces Regis Catholici per suum Oratorē Cardinalem Everardū pro obtinenda alternativa Provincialatus Quitensis inter Fratres Hispanos, & Indos Criollos.

2 Nos igitur pijs eiusdem Caroli Regis votis in præmissis, quantum cum Domino possumus, favorabiliter annuere, ac memoratæ Provinciæ Quitensis quieti salubriter providere cupientes, huiusmodi supplicationibus inclinati, vt de cetero in eadem Provincia Quitensi alternativa, quoad electionem ad Provincialatus officium rantum, inter Fratres Hispanos, & Indos, sive illarum partium indigenas servetur: ita vt vno quidem triennio Superior Provincialis ex Fratribus Hispanis, altero vero ex Fratribus Indis Provinciæ huiusmodi, à dictis Fratribus Hispanis incipiendo, eligi debeat, atque ita successive de triennio in trienoium alternis vicibus observetur authoritate Apostolica tenore præsentium perpetuo statuimus, & ordinamus.

Alternativam Provincialatus Quitensis inter Fratres Hispanos, & Indos Criollos decernit.

3 Decernentes easdem præsentes litteras semper firmas, validas, & efficaces existere, & fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere: ac illis, ad quos spectat, & pro tempore

Novum robur apponit.

tempore quandocumque spectabit in omnibus, & per omnia plenissimè suffragari, & ab eis respectivè inviolabiliter observari: sicque in præmissis per quoscumque Iudices Ordinarios, & Delegatos, etiam causarum Palatij Apostolici Auditores, iudicari, & diffiniri debere: ac irritum, & innane, si secus super his à quoquam quavis authoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari; non obstantibus constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, necnon prædictorum Ordinis, & Provinciæ, etiam iuramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus, privilegijs quoque indultis, & litteris Apostolicis in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis; quibus omnibus, & singulis, illorum tenores præsentibus pro plene, & sufficienter expressis, & ad verbum insertis habentes, illis aliàs in suo robore permansuris ad præmissorum effectum, hac vice dumtaxat specialiter, & expresse derogamus, cæterisque contrarijs quibuscumque.

Contraria tollit.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Maiorem, sub Annulo Piscatoris, die 16. Iunij 1675. Pontificatus nostri anno 6.

I. G. Slutius.

Habetur originale in nostris Archivis Matritensi, & Romano.

CLEMENTIS X.

CONSTITVTIO XIV.

Quinquagesimo Magist. Generali Fr. Petro de Salazar.

Procuratore Generali in Vrbe M. Fr. Mathia Cardona.

COMPENDIVM.

Concedit Pontifex, vt vbique locorum ex solo Ordinarij consensu, servata forma Tridentini Fratres nostri, tam Calceati, quàm Recollecti etiam intra spatia alijs Conventibus, privilegia in contrarium habentibus viciniora erigere, & fundare valeant, absque illorum consensu.

CLEMENS PAPA X. AD FVTVram rei memoriam.

Edita an. 1675.

Militantis Ecclesiæ regimini per ineffabilem Divinæ clementiæ abundantiam, nullo licet meritorum nostrorum suffragio, præsidentes, ad ea, per quæ Conventus, & alia loca regularia ad Omnipotentis Dei gloriam, & Religionis, piorumque operum incrementum, atque animarum salutem, vbique locorum erigi valeant, perpensis studijs intendimus, ac Pastoralis officij nostri partes desuper interponimus, sicut omnibus maturæ considerationis trutina perpensis, salubriter expedire in Domino arbitramur.

Exordium

1 Exponi siquidem Nobis nuper fecit dilectus filius Franciscus de S. Marco Procurator Generalis Ordinis Fratrum Discalceatorum nuncupatorum Beatæ MARIÆ de Mercede Redemptionis Captivorum, quod cum dudum fel. rec. Paulus Papa V. Prædecessor noster Superioribus, & Religiosis Ordinis Fratrum eiusdem Beatæ MARIÆ Virginis de Monte Carmelo Discalceatorum nuncupatorum, vt vbique locorum quolibet in districtu suo domus, & Monasteria iuxta Concilij Tridentini decreta, de sola licentia Ordinariorum, nullo aliorum personarum cuiusvis Ordinis, etiam Regularium requisito consensu, condere, fundare, & erigere valerent, licentiam, & facultatem authoritate Apostolica sub certis modo, & forma tunc expressis concesserit: & subinde recol. mem. Gregorius Papa XV. pariter Prædecessor noster eisdem Fratribus Discalceatis Ordinis Beatæ MARIÆ de Monte Carmelo, illorumque Superioribus, vt domos, & Monasteria huiusmodi, etiam si illa alijs domibus Regularibus Ordinum Mendicantium magis vicina essent, quam in privilegijs ipsis concessis præscriptum est, dummodo tamen expressus Ordinariorum locorum ad id accederet assensus, fundare, & erigere possent, pari authoritate indulserit: ac postmodum piæ memoriæ Clemens Papa IX. etiam Prædecessor noster litteras Pauli, & Gregorij Prædecessorum præfatorum super præmissis respectivè emanatas Apostolica similiter authoritate confirmaverit, & approbaverit, & aliàs, prout in ipsius Clementis Prædecessoris litteris desuper in simili forma Brevis die 6. Octobris 1668. expeditis vberius continetur: dictique Paulus, & Gregorius Prædecessores similia privilegia Fratribus Discalceatis Ordinis Minorum S. Francisci de Observantia nuncupatorum per suas pariter in forma Brevis die 5. Septembris 1606. & die 23. Decembris 1611. respectivè expeditas litteras concessisse reperiantur: ipse Franciscus Procurator Generalis Fratres, tam Calceatos, quàm Discalceatos dicti Ordinis B. MARIÆ de Mercede Redemptionis Captivorum consimilibus

Privilegiū Fratrum Discalceatorū Carmelitarū super novorum Cōventuū erectione.

Simile privilegium pro Fratribus Excalceatis S. Francisci.

bus privilegijs, & gratiis ex nostra, & huius Sanctæ Sedis benignitate decorari summopere desiderat: nam quamvis hic Ordo omnibus privilegijs, & exemptionibus, quæ alijs omnibus Ordinibus, tam Mendicantium, quàm non Mendicantium concessa sunt, vigore amplissimæ concessionis eidem Ordini à Nobis per quasdam nostras litteras, etiam in forma Brevis die 22. Octobris 1670. emanatas factæ, & consequenter facultaribus prædictis gaudeat, Fratres tamen ipsius Ordinis easdem facultates ad praxim deducere nequeant, quippe, qui authentico litterarum Apostolicarum super concessione facultatum huiusmodi expeditarum exemplo destituti reperiuntur, Nobis propterea præfatus Franciscus Procurator Generalis humiliter supplicari fecit, vt in præmissis opportunè providere de benignitate Apostolica dignaremur.

Memorat bullā mare magnū dictā eiusdem tenoris cum ea, quam nobis indulget infra Alex. VIII.

2 Nos igitur ipsius Francisci Procuratoris Generalis votis in præmissis, quantum cum Domino possumus, favorabiliter annuere volētes, eūq; à quibusvis excōmunicationis, suspensionis, & interdicti, alijsque Ecclesiasticis sententijs, censuris, & pœnisà iure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatus existit, ad effectum præsentium dumtaxat consequendum, harum serie absolventes, & absolutum fore censentes, huiusmodi supplicationibus inclinati, de Venerabilium Fratrum nostrorum S.R.E. Cardinalium negotijs, & consultationibus Episcoporum, & Regulariū Præpositorum consilio, superioribus, & Religiosis prædicti Ordinis B. MARIÆ de Mercede Redemptionis Captivorum, tam Calceatis, quam Discalceatis ad limites præfatarum Clementis IX. Prædecessoris litterarum Apostolica authoritate tenore præsentium indulgemus, vt vbique locorum quilibet in suo districtu domos, & Monasteria, iuxta Sacri Concilij Tridentini decreta de sola licentia Ordinariorum locorum, nullo aliarum personarum Ecclesiasticarum, & cuiusvis Ordinis Regularium requisito consensu, etiam si dictę domus, & Monasteria alijs domibus Regularibus Ordinum Mendicantium magis vicina essent, quam in privilegijs Ordinibus Mendicantium huiusmodi concessis præscriptum est, servata in reliquis constitutionum Apostolicarum forma, condere, fundare, & erigere possint, salva tamen semper in præmissis authoritate Congregationis eorumdem Cardinalium.

Facultatē fundandi vbique etiam intra terminos aliorum Conventuum nostræ vtriquæ Familię concedit.

3 Decernentes, easdem præsentes litteras firmas, validas, & efficaces existere, & fore, suosque plenarios, & integros effectus, sortiri, & obtinere, ac illis, ad quos spectat, & pro tempore quaodocumque spectabit in omnibus, & per omnia plenissime suffragari; sicq; in præmissis per quoscumque Iudices Ordinarios, & Delegatos, etiam causarum Palatij Apostolici Auditores iudicari, & diffiniri debere: ac irritum, & inane, si secus super his à quoquam quavis authoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari: non obstātibus præmissis, ac constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, necnon omnibus, & singulis illis, quę in supradictis Clementis IX. Prædecessoris litteris concessa sunt non obstare, cæterisque contrarijs quibuscumque.

Revocantur Canones, cap. vnic. § cōfirmat, & § sane de Relig. dō. lib 6. cap. vnic. de excessib. Præla. lib. 6.

Requiritur tamen consensus Principis Sæcularis.

4 Volumus autem, vt earumdem præsentium litterarum transumptis, seu exemplis, etiam impressis, manu alicuius Notarij publici subscriptis, & sigillo Personę in Ecclesiastica Dignitate constitutæ monitis, eadem prorsus fides in iudicio, & extra illud vbique habeatur, quæ haberetur ipsis præsentibus, si forent exhibitæ, vel ostensę.

Eamdem fidem iubet afferri trāsumptis, ac originali.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Maiorem, sub Aonulo Piscatoris, die 19. Iulij 1675. Pontificatus nostri anno 6.

I. G. Slutius.

Habetur originale in Archivo nostro S. Adriani de Vrbe.

SVB CLEMENTE X.

DECRETVM I.

Quinquagesimo Mag. Generali Fr. Petro Salazar.

Procuratore Generali in Vrbe M. Fr. Mathia de Cardona.

COMPENDIVM.

Officium S. Parentis Nostri Petri Nolasco sub ritu duplici ab vniversa Ecclesia recitandum præcipit.

VRBIS, ET ORBIS.

SANCTISSIMVS D.N. CLEMENS Papa X. de consilio Eminentiss. Cardinalium S. Rituum Congregationi Præpositorum, ad preces sibi porrectas per Excellentissimum Dominum Ducem de Estrue oomine Serenissimæ Reginæ Galliarum benigne annuit, vt Officium Sancti Petri Nolasci Fundatoris

Editū an. 1672.

Sereniss. Maria Theresia de Austria Galliarum Regina

Officiũ S. P. N. Petri Nolasci sub Ritu duplici ab vniversa Ecclesia recitari impetrat.

toris Ordinis B. MARIÆ de Mercede Redemptionis Captivorum, quod hactenus sub Ritu Semiduplici recitatum est, in posterum sub Ritu Duplici recitetur. Ideo mandavit sub eodem Ritu in Kalendario Breviarij Romani apponi, & vbique ab omnibus, qui ad Horas Canonicas tenentur, tum Sæcularibus, tum Regularibus vtriusque sexus de præcepto recitari. Hac die 23. Iulij 1672.

F. M. Episcopus Portuensis Cardinalis Brancacius.

Bernad. Casalius Sac. Rit. Cong. Secret.

Habetur originale in Archivis Romano, & Matriten.

SVB CLEMENTE X.

DECRETVM II.

Sub eisdem Magistro, & Procuratore Generalibus.

COMPENDIVM.

Approbat Sac. Rit. Congreg. opera S. Petri Paschasij Ordinis nostri Martyris, & Sanctiss. confirmat.

GIENNEN.

Canonizationis Beati Petri Paschasij Ordinis Beatæ MARIÆ de Mercede Redemptionis Captivorum.

FACTA RELATIONE PER Eminentiss. D. Cardinalem Rospigliosum ponentem, seu relatorem causæ Canonizationis Beati Petri Paschasij, super revisione cuiusdam opusculi manuscripti à prædicto Beato editi incipientis, *Sancti Spiritus adsit Nobis gratia. Episcopus Giennensis in sectam Mahometanam*, quod continet impugnationem sectæ Mahometicę, & propugnationem Fidei Catholicæ, & constito, quod in eo nihil continetur contra bonos mores, vel doctrinam aliquam novam, & peregrinam, atque à communi Ecclesiæ sensu, & consuetudine alienam; Sac. Rit. Congregatio censuit prædictum opusculum manuscriptum posse approbari, si Sanctissimo visum fuerit, hac die 30. Septembris 1672.

Sac. Cong. approbat opera S. Petri Paschasij.

Et facta de prædictis Sanctiss. relatione per me Secretariũ, Sanctitas sua annuit die 7. eiusdem mensis Septembris 1672.

F. M. Episcopus Portuensis Cardinalis Brancatius.

Bernardinus Casalius Sac. Rit. Cong. Secret.

Habetur originale in præfatis Archivis.

SVB CLEMENTE X.

DECRETVM III.

Sub eisdem Mag. & Procuratore Geneneralibus.

COMPENDIVM.

Officium Sancti Petri Paschasij Martyris Ordinis nostri sub Ritu Semiduplici de communi vnius Martyris celebrandum Ordini nostro concedit.

GRANATENSIS.

Canonizationis Sancti Petri Paschasij de Valentiæ Martyris ex Ordine Beatæ MARIÆ de Mercede Redemptionis Captivorum, & Episcopi Gienen.

SACRA RIT. CONGREG. DIE 31. Maij 1670. annuente etiam Sanctiss. die 4. Iunij eiusdem anni declaravit sententiam diffinitivam per Reverendissimum D. Ferdinandum de Andrade & Castro Archiepiscopum, & Episcopum Gienen. latam super cultu immemorabili dicto Beato exhibito, & casu excepto (vbi pronuntiatum fuit constare dicto Servo Dei B. Petro Paschasio de Valentia Martyri ex Ordine Beatæ MARIÆ de Mercede Redemptionis Captivorum, Episcopo Gienensi cultum exhibitum esse à centum annis, & supra, & ad præsens exhiberi, & hoc scientibus, & tolerantibus Ordinarijs Gienensibus, & Granatensibus, & eandem causam istam versari in casu excepto à decretis fœl. rec. Vrbani VIII. super non cultu editis) esse confirmandam, & ideo procedi posse ad vlteriora in causa, & c. hodie vero enixis, & reiteratis precibus eidem porrectis à Fr. Mathia de Cardona Vicario, & Procuratore Generali Ordinis Beatæ MARIÆ de Mercede Redemptionis Captivorum tam nomine proprio, quàm vice, & nomine

Hanc sententiam habes in huius Pontif. Bull. 1.

Officiũ, & Missam de communi vnius Martyris pro festo S. Petri Paschasij cõcedit, & confirmavit Põtif. supra Bull. 7. pro nostro tãtum Ordine.

ne dictæ suæ Religionis supplicante pro concessione Officij, & Missæ dicti Beati, & eadem Sac. Congreg. referente Eminentissimo D. Cardinale de Portocarrero, audito quoque in scriptis Reverendo fidei Promotore censuit posse concedi Officium, & Missam pro die festo dicti Beati Petri Paschasij de communi vnius Martyris, sub Ritu Semiduplici recitandum, ac respectivè celebrandum ab vniverso præfato Ordine Beatæ MARIÆ de Mercede Redemptionis Captivorum vtriusque sexus tantum, si Sanctissimo D.N. visum fuerit hac die 17. Iunij 1673. & facto de prædictis verbo cum Sanctissimo per me Secretarium, Sanctitas sua benigne annuit, die 28. eiusdem mensis 1673.

F.M. Episcopus Portuensis Cardin. Ginettus.

Bernard. Casalius Sac. Rit. Cong. Sec.

Habetur originale in Archivo Romano.

SVB CLEMENTE X.

DECRETUM IV.

Eisdem Magistro, & Procuratore Generalibus.

COMPENDIVM.

Sacra Rit. Congregatio concedit, vt in Ordine nostro semel in hebdomada, extra adventum, & quadragesimam Officium Sancti Parentis nostri Petri Nolasco sub Ritu Semiduplici celebrari valeat.

Ordinis Beatæ MARIÆ de Mercede Redemptionis Captivorum.

Edita an. 1673.

SACRA RIT. CONGREGATIO, referente Eminentissimo D. Cardinale Vidono, ad preces P. Fr. Mathię de Cardona Vicarij, ac Procuratoris Generalis Ordinis Beatæ MARIÆ de Mercede Redemptionis Captivorum, benigne concessit, vt in posterum omnes Religiosi vtriusque sexus dicti sui Ordinis, qui ad Horas Canonicas tenentur, licite, & libere recitare, ac respectivè celebrare possint, & valeant semel in hebdomada per annum, extra tempus Advẽtus, & Quadragesimæ, die non impedita duplici, vel semiduplici festo, Officium, & Missam de commemoratione S. Petri Nolasco Fundatoris dicti Ordinis iuxta Rubricas Breviarij, & Missalis eiusdem Ordinis, hac die 2. Decembris 1673.

Semel in hebdomada Officiũ S. Petri Nolasco recitandũ cẽceditur.

Fr. M. Episcopus Portuensis Cardin. Beancacius.

Bernard. Casalius Sac. Rit. Cong. Sec.

SVB CLEMENTE X.

DECRETUM V.

Sub eisdem Magistro, & Procuratore Generalibus.

COMPENDIVM.

Sacra Rit. Congregatio Officium, & Missam S. Petri Paschasij de communi vnius Martyris ab Ordine nostro celebrari concessum, Diœcesi Toletanę extendit, & transfert a die 6. Decembris in 23. Octobris.

TOLETANÆ.

Edita an. 1679.

SANCTISSIMUS DOMINUS NOster Clemens Papa X. die 28. Iunij de Consilio Eminentiss. Cardinalium Sacræ Rit. Congregationis, habitæ die 17. eiusdem mensis, & anni, benigne concessit recitari posse Officium, & respective celebrari Missam B. Petri Paschasij de Valentia ex Ordine Beatæ MARIÆ de Mercede Redemptionis Captivorum, & Episcopi Gienensis de communi vnius Martyris die 6. Decembris eiusdem obitus sub Ritu Semiduplici ab vniverso Ordine vtriusque sexus B. MARIÆ de Mercede Redemptionis Captivorum tantum, die vero 21. Aprilis 1674. eadem Sanctitas sua prædictum indultum extendit etiam ad omnes, & singulos vtriusque sexus, tam Sæculares, quã Regulares Civit. & Diœces. Toletanæ, ſtãte quod dictus Beatus per 14. annorũ spatium fuit Gubernator pro quondã Sancho de Aragon Infante Archiepiscopo, vt traditur, eiusdem Santij Magister. Nunc vero idem Sanctiss. ad preces Capituli Toletani per suas litteras speciales eidem Sanctitati suæ directas, supplicante etiam P.M. Fr. Mathia Cardona Vicario, & Procuratore Gen. dicti Ordinis, benigne concessit, vt festum dicti B. Petri Paschasij celebrandum dicta die 6. Decembris impedita festo duplici Sancti Nicolai Episcopi, & Confessoris, in posterum semper, & in futu-

Indultum vt in nostro Ordine recitetur Offic. Sancti Petri Paschasij die eius obitus 6. Decẽbris.

Extendit indultum ad Diœcesim Toletanam cu. ius idem Sanctus per annos 14. extitit Gubernator. Pro Sanctio Arciep. Ordinis nostri eius discipulo.

futuris temporibus celebrari possit, & valeat cum Officio, & Missa dicti Beati die 23. Octobris singulis annis, tam à Religiosis præfati Ordinis vtriusque sexus, quàm ab omnibus, tàm Sæcularibus, quàm Regularibus vtriusq; sexus, qui ad Horas Canonicas tenentur, nedum in Civitate Tolerana, verùm etiam in toto Archiepiscopatu Diœcesis Toleranæ, hac die 29. Augusti 1674.

Transfert ad diē 23. Octobris.

Fr. M. Episcopus Portuensis Cardin. Brancacius.

Bernardinus Casalius Sac. Rit. Congreg. Secret.

Habetur Romę, & Matriti.

SVB CLEMENTE X.

DECRETVM VI.

Sub eisdem Magistro, & Procuratore Generalibus.

COMPENDIVM.

Officium, & Missa omnium Sanctorum Ordinis nostri ab vniverso Ordine celebrandum traditur.

Ordinis Beatæ MARIÆ de Mercede Redemptionis Captivorum.

Edita an. 1674.

SANCTISSIMVS DOMINVS Noster D. Clemens Papa X. ad pias preces Eminentissimi D. Cardinalis Otthoboni Protectoris totius Ordinis Beatæ MARIÆ de Mercede Redemptionis Captivorum benigne annuit, atque cōcessit, vt in futurum omnes, & singuli, tam Calceati, quàm Excalceati vtriusque sexus Religiosi Fratres, & Moniales præfati Ordinis semel in anno, hoc est, die 13. mensis Novembris recitare, ac respective celebrare libere, & licite possint, & valeant sub Ritu Duplici Officium, & Missam omnium Sanctorum, & Sanctarum prædicti Ordinis iuxta Rubricas Breviarij, & Missalis eiusdem Ordinis. Et quoad dispositionem dicti Officij eadem Sanctitas sua eisdem indulsit, se conformare posse concessioni aliàs sub die 11. Octobris 1671. factæ Ordini Eremitarum Sancti Augustini: omniaque in Kalendario Breviarij, & Missalis eiusdem Ordinis de præcepto apponi, & imprimi posse concessit. Die 6. Octobris 1674.

F. M. Episcopus Portuensis Cardinal. Brancacius.

Bernardin. Casalius Sac. Rit. Congreg. Secret.

Habetur originale Romæ, & Matriti.

SVB CLEMENTE X.

DECRETVM VII.

Sub eisdem Magistro, & Procuratore Generalibus.

COMPENDIVM.

Elogium Sancti Petri Paschasij in Martyrologio Romano apponi decernit.

Ordinis Beatæ MARIÆ de Mercede Redemptionis Captivorum.

Edita an. 1675.

SANCTISSIMVS DOMINVS Noster Clemens Papa X. ad pias preces Eminentissimi D. Cardinalis Otthoboni Protectoris totius Ordinis B. MARIÆ de Mercede Redemptionis Captivorum benigne inclinatus, cōcessit in Martyrologio Romano apponi posse B. Petrum Paschasium Martyrem, olim Episcopum Gienensem; ac Religiosum professum eiusdem Ordinis B. MARIÆ de Mercede Redemptionis Captivorū, cum verbis tamen pro elogio à Sacra Rit. Congregatione approbandis. Hac die 8. Maij 1675.

V. Episcopus Portuensis Cardin. Carpineus

Bernardin. Casalius Sac. Rit. Cong. Secret.

Habetur originale in Conventu nostro Romano, & Matriten.

SVB CLEMENTE X.

DECRETVM VIII.

Sub eisdem Magistro, & Procuratore Generalibus.

COMPENDIVM.

Collectam infrascriptam, ad instantiam nostram in vniversa Hispania in Missis, post orationes ab omnibus Sacerdotibus dici posse concedit.

Ordinis Beatæ MARIÆ de Mercede Redemptionis Captivorum.

COLLECTA.

Edita an. 1675.

ET FAMVLOS TVOS PAPAM nostrum N. Antistitem nostrum N. &

& Regem nostrum N. Reginam, & Principem cum prole Regia, populo sibi commisso, & exercitu suo, ab omni adversitate custodi, pacem, & salutem nostris concedi temporibus, & ab Ecclesia tua cunctam repelle nequitiam, & gentes Paganorum, & Hæreticorum dexteræ tuæ potentia conteraontur, & Captivos Christianos, qui in Saracenorum potestate detinentur tua Misericordia liberare, & fructus terræ dare, & conservare digneris.

Sacra Rit. Congreg. ad relationem Eminentissimi D. Cardinalis Rasponi, supplicante P. Fr. Francisco de S. Marco Procuratore Generali Discalcatorum Ordinis Beatæ MARIÆ de Mercede Redemptionis Captivorum, nomine totius prædicti Ordinis, tam Calceati, quàm Excalceati, prædictam collectam, vt iacet approbavit, & in vniversa Hispania ab omnibus Sacerdotibus, tum Sæcularibus, tum Regularibus, tam in Missis cantatis, quàm privatis post orationes in Missali descriptas, iuxta concessionem Sanctæ mem. Pij V. & Gregorij XIII. dici, ac imprimi concessit. Die 13. Iulij 1675.

V. Cardinalis Carpineus.

Loco † Sigilli.

Bernardinus Casalius Sac. Rit. Cong. Sec.

Originale Matriti, & Romę.

SVB CLEMENTE X.

DECRETVM IX.

Sub eisdem Magistro, & Procuratore Generalibus.

COMPENDIVM.

Infrascriptum elogium S. Petri Paschasij Martyris in Martyrologio Romano imprimendum approbat.

Ordinis Beatæ MARIÆ de Mercede Redemptionis Captivorum.

Die 6. Decemb. Granatę in Hispania Passio B. Petri Paschasij Martyris Ordinis B. M. de Mercede Redemptionis Captivorum, & Episcopi Giennensis.

Edita an. 1675.

CVM SANCTISSIVS DOMINVS N. Clemens Papa X. ad pias preces Emineorissimi D. Cardinalis Otthoboni Protectoris prædictæ Religionis die 8. Maij proxime prçteriti indulserit, vt in Martyrologio Rom. apponi possit prçdictus S. Petrus Paschasius (cuius festũ ex indulto Apostolico sub Ritu Semiduplici celebratur die 23. Octobris) cum verbis tamen à Sac. Rit. Congregatione approbandis: nunc vero eadem Sac. Congregatio, supplicante pariter P. M. Fr. Marhia de Cardona Vicario, ac Procuratore Generali dicti Ordinis, nomine totius suæ Religionis, suprascriptum elogium, vt iacet, approbavit, ac in Martyrologio Romano imprimi posse concessit. Hac die 23. Novembris 1675.

V. Cardin. Carpineus.

Bernard. Casalius Sac. Rit. Cong. Secret.

Habetur originale in nostris Romano, & Matriten. Archivis.

Duo alia decreta in vndecima, & duodecima Bullarum corpore reperies.

SVB CLEMENTE X.

TESTIMONIVM.

Sub eisdem Magistro, & Procuratore Generalibus.

COMPENDIVM.

Fides publica facta de veritate decretorũ Sacræ Rit. Congregationis, & D. Clem. X. quibus pręcipitur, vt gloriosa memoria Sancti Petri Paschasij Martyris Ordinis nostri, & Episcopi Giennensis in Martyrologio Romano impressa referatur.

In nomine Domini Amen.

CVM EX DECRETO CONGREgationionis Sacrorum Ritum, emanato, sub die 23. Novemb. labentis anni Iubilæi fuerit addita, & Typis impressa respective in Martyrologio Romano gloriosa memoria Beati Petri Paschasij Martyris, & Episcopi Giennensis Ordinis Beatæ MARIÆ de Mercede Redemptionis Captivorũ sequenti verborum tenore, nempe octavo Idus Decembris post verba, *invasus est ab Arianis, iugulatus.*

Granatæ in Hispania passio Beati Petri Paschasij Martyris Ordinis Beatæ MARIÆ de Merce-

de Redemptionis Captivorum, & Episcopi Giennensis, cuius festivitas Clementis Papæ X. iussu celebratur decimo Kalendas Novembris.

Et etiam 10. Kalendas Novembris post verba *Occisione gladij Martyrium consummavit.*

Granatæ in Hispania Beati Petri Paschasij Episcopi Giennensis, & Martyris Ordinis Beatæ MARIÆ de Mercede Redemptionis Captivorum.

Ideo Ego infrascriptus, cui ab eadem Sac. Congregatione eiusdem Martyrologij Romani revisio, & correctio commissa fuit, fidem facio de veritate, & existētia præmissorum omnium, necnon rogatus, & requisitus præsentem fidem scripsi, & subscripsi, & meo solitò sigillo munivi Romę, hac die 14. Decembris 1675.

Ego Petrus Paulus Bona Sacrarum Cęremoniarum Sanctę Sedis Apostolicę Magister, & Notarius, &c.

IN NOMINE DOMINI AMEN. Fdem facio per præsentes Ego Curiæ Eminentissimi, & Reverendis. D. Cardinalis Sanctissimi D.N. Papæ in Alma Vrbe Vicarij Generalis Notarius publicus infrascriptus, qualiter die 17. Decembris 1675. retroscriptus perillustris, & admodum Reverendus Dominus Petrus Paulus Bona filius quondam Ioannis Romanus mihi, &c. cognitus, qui est vnus ex Sacrarum Cæremoniarum Sanctæ Sedis Apostolicæ Magistris, & Notarijs eius sponte, &c. ac aliàs omni, &c. medio iuramento tacto pectore more, &c. recognovi retroscriptam suam manum, litteras, caracterem, & subscriptionem, ac retro impressum suum sigillum in forma, &c. ac affirmavi omnia, & singula in retroscripta fide contenta fuisse, & esse vera non solum: isto, sed, & omni alio meliori modo, &c. in quorum fidem, &c.

Datum Romæ his die, & anno prędictis, &c.

Ita est pro D. Antonio de Blanchis Curia causarum Eminentissimi D. Almę Vrbis Cardinalis Vicarij Notario.

Landus Pinus.

GASPAR DE CARPINEO TIT. S. Sylvestri de Capite S.R.E. Presbyter Cardinalis Sanctis. D.N. Papæ In Alma Vrbe Vicarius Gener. Vniversis fidem facimus, & attestamur supradictos D. D. Antonium de Blanchis, & Landum Pinum esse Curiæ nostræ publicos, legales, & fidedignos Notarios, ac tales, quales se faciunt, eorumque similibus scripturis semper fuisse adhibitam, & de præsenti plenam adhiberi fidem in iudicio, & extra. In quorum fidem, &c.

Datum Romæ ex Ædibus nostris hac die 18. Decembris 1675.

Pro D. Vincentio Ottaviano Notario Basilius Maosutius in fidem.

SVB CLEMENTE X.

DECRETVM X.

Sub eisdem Magistro, & Procuratore Generalibus.

COMPENDIVM.

Officium, & Missam S. Petri Paschasij Diœcesibus Granaten. & Giennen. celebranda extendit.

Granaten. & Giennen.

CVM SANCTIS. D.N. CLEMENS Papa X. die 28. Iunij 1673. de Consilio Eminentis. DD. Cardinalium Congreg. Sac. Rituum, habitæ die 17. eiusdem mensis, & anni indulserit, Officium, & Missam de cōmuni vnius Martyris sub Ritu Semiduplici pro festo B. Petri Paschasij Ordinis B. MARIÆ de Mercede Redemptionis Captivorum vniverso præfato Ordini, quod indultum fuit à Sanctitate sua confirmatum per litteras in forma Brevis sub die 11. Decembris eiusdem anni, & postea die 21. Aprilis 1674. extensum pro Civitate, & Diœcesi Toletana. Nunc vero idem Sanctis. enixis precibus Eminentis. & Reverendissimorū Archiepiscopi, & Capituli Granatensis, & Episcopi, & Capituli Giennensis eorum nomine sibi porrectis à P.M.Fr. Mathia de Cardona Vicario, ac Procuratore Generali totius, prædictæ Religionis, eandem gratiam benigne extendendo concessit, vt in posterum prædictum Officium, & Missa recitari, & respectivè celebrari etiā possit ab omnibus vtriusque sexus, tum Sæcularibus, tum Regularibus, qui ad Horas Canonicas tenentur in toto Arciepiscoparu Granatensi, vbi præfatus Beatus fuit primus Episcopus Titularis, & Coronam Marty-

rij

rij obtinuit, & in Episcopatu Giennensi, vbi fuit proprius Episcopus, iuxta tamen rubricas Breviarij, & Missalis Romani. Hac die 18. Decembris 1675.

I. Cardinalis Carpineus.
B. Casalius Sac. Rit. Cong. Secret.

Habetur originale in præfatis Archivis.

SVB CLEMENTE X.

DECRETVM XI.

Eisdem Mag. & Procuratore Gen.

COMPENDIVM.

Decretum Mag. Generalis de eo quod Conventus S. Raymundi Nonnati, vbi iacet eius corpus, non solvat Conventui Barchinonen. 100. quarterias tritici, quas annuatim solvebat confirmat Sacra Rit. Cong.

Supplex libellum pro cõfirmando mandato Mag. Gen. vt Convẽtus S. Raymũdi Nõnati non solvat Cõvẽtui Barchinonæ 100. quarterias tritici.

Sanctissimo D.N. Clementi Papæ X. pro Vicario, ac Procuratore Generali totius Ordinis B. Mariæ de Mercede Redemptionis Captivorum. Sanctissime Pater, Fr. Mathias de Cardona Vic. ac Procurator Generalis totius Ordinis B. Mariæ de Mercede Redemptionis Captivorum in hac Romana Curia humiliter exponit S.V. quod Conventus S. Raymundi Nonnati nuncupatus, dictæ Religionis in Principatu Cathaloniæ, Diœces. Celsonen. aliquibus ab hinc annis solvebat omnibus annis per modum contributionis quamdam quantitatem tritici ex eleemosynis, quas percipiebat, Conventui S. Eulaliæ nuncupato dictæ etiam Religionis in Civitate Barchinonen. At Magister Generalis dictæ Religionis experimento videns, quod propter prædictam contributionem dictus Conventus Sancti Raymundi non solum non poterat augeri, sed etiam destruebatur, tam in temporalibus, quam in spiritualibus, vtpote neque Ecclesiam decentem, qua caret, poterat ædificare, nec habere numerum sufficientem Religiosorum, ad maiorem observantiam necessarium; quapropter mandavit, vt in posterum prædicta tritici quantitas minime daretur: ad quod suas litteras patentes expedivit taliter, vt nec vnus Commendator dare, nec alter petere posset; sed nunc timens, quod finito suo gubernio, poterat iterum peti præfata iniusta contributio: Ideo præfatus Orator nomine Cõmendatoris Conventus Sancti Raymundi, ac sui Magistri Generalis, vt in prædictis litteris patentibus videtur, humiliter supplicat Sanctitati vestræ quatenus dignare velit præcipere confirmando prædictas litteras patentes, quod in posterum in perpetuum nullo prætextu, nullaque causa, aut ratione debeat, nec possit præfatus S. Raymundi Conventus solvere præfatam tritici quantitatem, nec in quacumque alia specie dicto Conventui S. Eulaliæ, nec iste illam petere, sub pœnis impositis, & à Sanctitate vestra imponendis; & quod nullus Prælatus, sive inferior, sive superior contrarium præcipere possit; quod erit iustitia, & gratia, quam Deus, &c.

Sac. Cong. remittit negotium Card. Protectori.

Sacra Congregatio Eminentissimorum Dominorum Sacræ Romanæ Ecclesiæ Cardinalium negotijs, & consultationibus Episcoporum, & Regularium præposita, attenta remissione libelli per Sanctissimum Dominum nostrum facta, benigne remisit Eminentissimo dicti Ordinis apud Sãctam Sedem Protectori, vt veris existentibus narraris, circa Oratoris preces id statuat, quod pro suo arbitrio, & prudentia in Domino expedire censuerit. Romæ vigesima nona Novembris 1675.

Card. Gaspar Carpineus.

Ioan. Bapt. Archiep. Iamuen.

Card. Protector approbat mãdatũ Mag. Gen. ex cõmissione Congreg.

Vigore retroscriptæ facultatis à Sac. Cong. Eminentiss. S. R. E. Cardinalium, negotijs, & consultationibus Episcoporum, & Regularium præpositæ Nobis attributæ, narrata in retroscripto supplici libello, ac ipsas litteras Mag. Generalis recognovimus, & quia vera esse, & contributionem à Conventu S. Raymundi Conventui S. Eulaliæ fieri ex mera liberalitate absque vlla obligatione, prædictumque Conventum S. Raymundi ad præsens indigere pro fabrica Ecclesiæ, & Religiosorum manutentione comperimus; præfatas litteras dicti Magistri Generalis revocatorias dictæ cõtributionis à Provinciali approbatas, & à Superioribus vtriusq; Cõventus acceptaras duximus confirmandas, provt præsenti decreto, authoritate Sac. Congreg. Nobis tributa confirmamus, & earundem dispositionem, etiam in futurum à Superioribus Religionis pro tempore, authoritate, qua supra, observari mandamus. Datum hac die 9. Aprilis anno 1676.

Petrus Card. Otthobonus totius Ordinis B. Mariæ de Mercede Protector.

Habetur originalis Matriti.

AD

Fr. Ioann. Assensio Episc. Lucen. creatur.

AD annum 1670. idem Pontifex creavit Episcopum Lucensem in Gallecia Fr. Ioannem Assensio Ordinis nostri Generalem Magistrum, de quo vide in Cathal. Generalium

Fr. Ioseph. Sanchiz Episc Segorviceo. creatur.

Ad annum 1672. creavit Episcopum Segorbicen. in Regno Valentiæ Fr. Iosephum Sanchiz nostri Ordinis Generalem Magistrum, de quo vide in Cathal. Generalium.

D. F. Ioan. Assensio Episc. Abulen. assumitur.

Idem Pontifex ad annum 1673. Ecclesiæ Abulensi in Castellæ præfecit Antistitem præfatum D. Fr. Ioannem Assensio Episcopum Lucen.

Fr. Ioann. Contreras Episc. Vicen. eligitur.

Eodem anno sub ipso Clemente X. Præpositus est Ecclesiæ Vicensi in Cathalonia Fr. Ioannes Contreras Castellanus, & eiusdem Provinciæ Superior, totius Ordinis Generalis Vicarius, vir omni doctrina, & morum suavitate præstans, qui morte præveniente consecrationem, obijt Matriti, & in nostra Ecclesia sepelitur.

D. F. Ioan. de la Calle Episc. de Archipa creatur.

Ad annum 1674. sub eodem Pontifice evectus est ad Præsulatum de Achipa D. Fr. Ioannes de la Calle Episcopus de Truxillo in Regno Peruano, qui suscepti muneris partibus expleris, magni Pastoris nomine clarus ibidem obijt, & apud suam Ecclesiam tumulatur.

Fr Faustinus de Casas Episc. del Paraguay creatur.

Idem Pontifex creavit Episcopum de Paraguay apud Indos Fr. Faustinum de Casas Conventus nostri Matritensis sobolem, qui ovium creditarum verbo, & exemplo Pastor sanctitatis nomine notus, obdormivit in Domino, & in sua Ecclesia sepulturæ traditur.

Fr. Laurentius Maers Caramuel Ep. Castellamaren. creatur.

Ad annum 1675. idem Pontifex creavit Episcopum Castellamaren. in Neapolitano Regno Fr. Laurentium Maiers Caramuel Conventus nostri Matritensis filium fervidum Redemptorem, litteris, & dicendi copia præstantissimum, prout eius opera concionatoria typis mandata testantur.

CLEMENTI X. qui obijt anno 1676. succedit

INNOCENT. XI.

Comensis in Ducatu Mediolanensi, Benedictus Odescalqui antea dictus, Presbyter Cardinalis Tit. S. Onuphrij. Creatus Romæ die 21. Septembris 1676. Coronatus die 4. Octobris eodem anno. Sedit annos 12. menses 10. dies 22. Creavit Cardinales 43. duplici Creatione, & ex nostro Ordine Cardinalem vnum, Archiepiscopos 4. & Episcopos 15. (quos infra reperies) Obijt die 12. Augusti 1689. Sanctitatis nomine, & signis Gloriosus.

INNOCENTII XI.

CONSTITVTIO I.

Quinquagesimo Magist. Generali Fr. Sebastiano de Velasco.

Procuratore Generali in Romana Curia M. Fr. Iosepho Linàs.

COMPENDIVM.

Indulgentiarum thesaurum Confratribus nostris paterno spargit amore, summarium Indulgentiarum à Sacra Congregatione revisum, & approbatum confirmat.

INNOCENTIUS PAPA XI. AD futuram rei memoriam.

Edita an. 1678.

1 Exponi Nobis nuper fecit dilectus filius Iosephus Linàs Procurator Generalis Ordinis Fratrum B. MARIÆ de Mercede Redemptionis Captivorum, quod aliàs Summarium Indulgentiarum Confraternitatibus sub Titulo eiusdem B. MARIÆ de Mercede Redemptionis Captivorum, in Ecclesijs dicti Ordinis canonicè erectis, & erigendis, à Sede Apostolica concessarum, confectum, ac à Congregatione Venerabilium Fratrum nostrorum S. R. E. Cardinalium, indulgentijs, & Sacris Reliquijs Præpositorum recognitum, & approbatum fuit, tenoris, qui sequitur.

Indulgentia concessa Confratrenitatibus B. Mariæ de Mercede Redemptionis Captivorum in Ecclesijs Ordinis eiusdem B. Mariæ erectis, & erigendis.

Indulgentiæ Confratrum in die ingressus plen.

2 PRIMO, omnibus vtriusque sexus Christi Fidelibus vere pœnitentibus, & confessis, ac Sacra Communione refectis, qui aliquam ex Confraternitatibus dicti Ordinis ingredientur, die primo eorum ingressus Indulgentiam plenariam, & omnium peccatorum remissionem.

In mortis art. plen.

Secundò, eisdem Confratribus, & Consororibus in cuiuslibet morris articulo, si vere pœnitentes, & confessi, ac Sacra Communione refecti, quatenus id commodè facere potuerint, vel saltem contriti nomen IESV, ore si potuerint, sinminus corde devotè invocaverint, plenariam omnium peccatorum remissionem.

Tertiò, eisdem Confratribus, & Consororibus vere pœnitentibus, & confessis, ac Sacra Communione refectis,

ctis, qui aliquam ex Ecclesijs dicti Ordinis, vel Oratorium earumdem Confraternitatum Dominica proximiori Kalendis Augusti à primis Vespetis, vsque ad occasum Solis Dominicæ huiusmodi singulis annis devotè visitaverint, plenariam etiam omnium peccatorum remissionem.

ta die B. Mariæ de Mercede plen.

Quartò, eisdem Confratribus, & Consororibus vere pœnitentibus, & confessis, ac Sacra Communione refectis, qui primæ Processioni tempore publicationis Missionis Religiosorum dicti Ordinis ad Redemptionem Captivorum fieri solitæ devotè interfuerint, & pro Sñctæ Matris Ecclesiæ exaltatione, Principum Christianorum vnione, concordia, & pace, hæresum extirpatione, Infidelium conversione, ac Romani Pontificis salute, pias ad Deum preces effuderint, plenariam etiam omnium peccatorum remissionem.

Publicationi Redemptionis assistẽtibus plẽ.

Quintò, eisdem Confratribus, & Consororibus similiter vere pœnitentibus, & confessis, ac Sacra Communione refectis, qui Processioni Scapularij, semel quolibet mense faciendæ, devotè interfuerint, & vt præfertur oraverint, plenariam etiam omnium peccatorum remissionem.

In processione Scapularij plen.

Sextò, Confratribus, & Consororibus supradictis vere pœnitentibus, & confessis, ac Sacra Communione refectis, qui secundæ Processioni in gratiarum actionem fieri solitæ devote interfuerint, & vt supra oraverint, plenariam etiam omnium peccatorum suorum remissionem.

In regressu Redemptionis plen.

Septimò, eisdem Confratribus, & Consororibus vere pœnitentibus, & confessis, ac Sacra Communione refectis, qui ad partes Infidelium, Captivos redimendi gratia, se transtulerint, atque vt supra oraverint, plenariam etiã omnium peccatorum suorum Indulgentiam, & remissionem.

Euntibus ad Redemptionem pleo.

Octavò, eisdem Confratribus, & Consororibus, qui de dictis partibus Infidelium post Captivorum Redemptionem reversi fuerint, vere pœnitentibus, & confessis, ac Sacra Communione refectis, si vt supra oraverint, plenariam omnium peccatorum suorum remissionem.

In reditu à Redemptione plẽ.

Nonò, ipsismet Captivis redemptis, qui intra mensem, à die eorum Redemptionis inchoandum, verè pœnitentes, & confessi, ac eadem Sacra Communione refecti, vt supra oraverint, plenariam etiam omnium peccatorum suorum remissionem.

Captivis redemptis plen.

Decimò, eisdem Confratribus, & Consororibus, qui vere pœnitentes, & confessi semel in quolibet mense Sanctissimum Eucharistię Sacramentum sumpserint, & Habitum dictæ Confraternitatis detulerint, septem annos, & totidem quadragenas.

Indulgentię 7. annorum, & 7 quadragenarum pro alijs operibus Confratribus concessæ.

Vndecimò, eisdem Confratribus, & Consororibus, qui vere pœnitentes, & confessi in Domini Nostri Iesu Christi festis Sanctissimum Eucharistię Sacramentum sumpserint, & Habitum supradictum detulerint, septem annos, & totidem quadragenas.

Duodecimò, eisdem Confratribus, & Consororibus, qui vere pœnitentes, & confessi in B. MARIÆ Virginis festivitatibus Sanctissimum Eucharistiæ Sacramentum sumpserint, & Habitum supradictum detulerint, septem annos, & totidem quadragenas.

Decimo tertiò, eisdem Confratribus, & Consororibus, qui vere pœnitentes, & confessi, in Sanctorum Ordinis B. MARIÆ de Mercede festis diebus, Sanctissimum Sacramentum Eucharistiæ sumpserint, & supradictum Habitum detulerint, septem annos, & totidem quadragenas.

Decimo quartò, eisdem Confratribus, & Consororibus, qui singulis diebus per annum integrum ter orationem Dominicam, & toties Salutationem Angelicam, vel Symbolum Apostolorum, ad Captivis Christianis patientiam, & fortitudinem impetrãdam, ne Nomen Dñi N. IESV CHRISTI negent, sed constanter in fide persistant, & quam citius liberentur, recitaverint, septem annos, & totidem quadragenas.

Decimoquintò, eisdem Confratribus, & Consororibus, qui confessi, vel saltem firmum propositum confitendi habuerint, & Habitum supradictum detulerint, ac singulis diebus septies orationem Dominicam, & toties Salutationem Angelicam ad gloriam, & honorem B. MARIÆ Virginis Dei Matris recitaverint, septem annos, & totidem quadragenas.

Decimo sextò, eisdem Confratribus, & Consororibus vere pœnitentibus, & confessis, qui supradictum Habitum detulerint, & Sanctiss. Eucharistiæ Sacramentum ad infirmos deferendum commitati fuerint, aut si impediti commitari non potuerint, campanæ ad hoc signo dato, flexis genibus septies Orationem Dominicam, & toties Salutationem Angelicam pro dicto infirmo recitaverint, septem annos, & totidem quadragenas.

Decimo septimò, eisdem Confratribus, & Consororibus, qui confessi, vel saltem firmum propositum confitendi habentes, supradictum Habitum detulerint, & pauperes Captivos redemptos

ros hospicio susceperint, septem annos, & totidem quadragenas.

Decimo octavò, eisdem Confratribus, & Consororibus, qui confessi, vel firmum propositum confitendi habentes similiter supradictum Habitum deferentes, supradictos Captivos redemptos ad Ecclesias dicti Ordinis, vel ad Oratoria Confraterniratum locorum habitationis dictorum Captivorum commitari fuerint, septem annos, & totidem quadragenas.

Indulgentiæ trium annorum, & trium quadragenarũ pro alijs operibus Cõfratribus cõcessæ.

Decimo nonò, eisdem Confratribus, & Cõsororibus, qui in Vigilijs festorum D. N. Iesu Christi ieiunaverint, tres annos, & tres quadragenas.

Vigesimò, eisdem Confratribus, & Consororibus, qui in Vigilijs festivitatum B. MARIÆ Virginis Dei Matris ieiunaverint, tres annos, & tres quadragenas.

Vigesimo primò, eisdem Confratribus, & Consororibus, qui in Vigilijs Sanctorum Ordinis B. MARIÆ Virginis de Mercede ieiunaverint, tres annos, & totidem quadragenas.

Vigesimo secundò, eisdem Confratribus, & Consororibus, qui singulis sextis ferijs, & Sabbatis cuiuslibet hebdomadę ad gloriam, & honorem Dei, ac B. MARIÆ Virginis ieiunaverint, tres annos, & totidem quadragenas.

Vigesimo tertiò, eisdem Confratribus, & Consororibus, qui sepeliendis mortuis officiosè interfuerint, tres annos, & totidem quadragenas.

Vigesimo quartò, eisdem Confratribus, & Cõsororibus, qui Missis, & alijs Divinis Officijs in Ecclesijs, seu Capellis dicti Ordinis, vel eiusdem Confraternitatis, more Confratrum celebrandis devotè interfuerint, tres annos, & totidem quadragenas.

Vigesimo quintò, eisdem Confratribus, & Consororibus, qui congregationibus publicis, vel privatis pro quocumque opere pio faciendo devotè interfuerint, tres annos, & totidem quadragenas.

Vigesimo sextò, eisdem Confratribus, & Consororibus, qui pauperes peregrinos, vel Fratres dicti Ordinis hospitio susceperint, tres annos, & totidem quadragenas.

Vigesimo septimò, eisdem Confratribus, & Consororibus, qui pacem inter inimicos proprios, vel alienos composuerint, tres annos, & totidem quadragenas.

Vigesimo octavò, eisdem Confratribus, & Consororibus, qui devium aliquem ad viam salutis reduxerint, tres annos, & totidem quadragenas.

Vigesimo nonò, eisdem Confratribus, & Consororibus, qui ignorantes præcepta Dei, & ea, quæ ad salutem sunt docuerint, tres annos, & totidem quadragenas.

Trigesimò, eisdem Confratribus, & Consororibus, qui quinquies Orationem Dominicam, & toties Salutationem Angelicam pro animabus Confratrum defunctorum recitaverint, tres annos, & totidem quadragenas.

Trigesimo primò, eisdem Confratribus, & Consororibus, qui pauperes virgines de proprio in matrimonium collocaverint, & non de aliquo legato pio ad id relicto, vel relinquendo, tres annos, & totidem quadragenas.

Trigesimo secundò, eisdem Confratribus, & Consororibus, sua Sanctitas supradictas indulgentias, & peccatorum remissiones, per modum suffragij pro animabus defunctorum applicari posse indulsit.

Absolutionis Gen. dies.

3 Die festo S. Antonij Abbatis 17. Ianuarij, quo die à Sancta Sede fuit facta confirmatio dicti Ordinis: prima die Quadragesimæ, id est feria quarta Cinerum. Die festo S. Petri Nolasco Fundatoris dicti Ordinis. Die festo S. Laurentij Martyris 10. Augusti, quo fundatus fuit dictus Ordo ex revelatione B. MARIÆ Virginis anno 1218. Die festo S. Catherinæ Virginis, & Martyris 25. Novembris, orationum, ieiuniorum, Missarum, aliorumque bonorum operum, quæ in dicto Ordine fiunt, communicatione participes erunt soli Confratres, & Consorores dictæ Confraternitatis, qui verè pœnitentes, & confessi, ac Sacra Communione refecti, functioni, quam vocant Benedictionem, & Generalem Absolutionem (licet à culpa non fiat propria absolutio, vt Clem. VIII. declaravit) in Ecclesijs dicti Ordinis faciendæ, non in alijs præsentes reperirentur, & quia dictus Ordo populum cum scripturis manuscriptis, vel impressis invitare non solet Confratres, & Consorores, vt debito tempore conveniant cum debita præparatione, vt tanti boni participes fiant: Clemens VIII. Constitutione 79. & 85. quæ concessio confirmata fuit à sancta memoria Clem. X. prout constat per Breve subdatum apud Sãctam Mariam Maiorem die 13. mensis Maij 1673. Pontificatus eiusdem anno 4. quod incipit: Ex iniuncto Nobis, &c.

Indulgentię concessę à Sanctissimo D. N. Clemente X. omnibus Christi Fidelibus.

4 CLemens Papa X. omnibus vtriusque sexus Christi Fidelibus vere pœnitentibus, & confessis, & Sacra Communione refectis, qui aliquam

aliquam ex Ecclesijs supradicti Ordinis à primis Vesperis, vsque ad Occasum solis infrascriptorum festorum devote visitaverint, & ibi pro Sanctæ Fidei Catholicæ exaltatione, hæresum extirpatione, ac inter Principes Christianos concordia pias ad Deum preces effuderint, indulgentiam plenariam perpetuam in diebus festis sequentibus concessit.

Indulgentiæ plenariæ omnibus visitātibus nostras Eccl. diebus sequētibus.

Die S.P. N.P. Nol. Die festo Sancti Petri Nolasco dicti Ordinis Fundatoris 31. Ianoarij Indulgentiam plenariam, & omnium peccatorum remissionem.

Die S. Ioseph. Die festo S. Iosephi Beatæ MARIÆ Virginis Sponsi 19. Martij plenariam, &c.

Die App. S. Mich. Die festo Apparitionis Sancti Michaelis Arch[illegible]eli 8. Maij, quo die reformatus [illegible]ctus Ordo anno 1603. plenariam, &c.

Die B. Mariæ de Mercede. Die festo B. MARIÆ de Mercede Dominica proximiori Kalendis Augusti celebrari solito in memoriam Apparitionis Beatæ MARIÆ Virginis Sācto Petro Nolasco, & Sancto Raymundo de Peñafot, ac Regi Aragoniæ Iacobo I. huius nominis, insinuando fundationem dicti Ordinis, sub sua invocatione ad Redemptionem Captivorum Christianorum plenariam, &c.

Die S. Raymundi Nonn. Die festo Sancti Raymundi Nonnati dicti Ordinis Professoris, & S.R.E. Cardinalis Diaconi 31. Augusti plenariam, &c. prout latius ex brevi subdatum Romæ die 20. Decembris 1673. anno 4.

6 Hoc summarium Indulgentiarum, Procuratore Generali Ordinis instante, fuit à Sac. Congreg. recognitum, & approbatum Romæ die 22. Novembris 1678.

A. Cardinalis Homodeus.

Loco † Sigilli.

Michael Angelus Riccius Sec.

7 Cum autem, sicut eadem expositio subiungebat, præfatus Ioseph Procurator Generalis huiusmodi pro firmiori illius subsistentia Apostolicæ confirmationis nostræ patrocinio communiri summopere desideret, Nos ipsius Iosephi Procuratoris Generalis votis hac in re, quantum cum Domino possumus, favorabiliter annuere volentes, eumque à quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, alijsque Ecclesiasticis sententijs, censuris, & pœnis à iure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatus existit, ad effectum præsentium dumtaxat consequendum, harum serie absolventes, & absolutum fore censentes, supplicationibus eius nomine Nobis super hoc humiliter porrectis inclinati, de memoratorum Cardinalium Consilio præinsertum Summarium Indulgentiarum authoritate Apostolica tenore præsentium approbamus, & confirmamus, illique inviolabilis Apostolicæ firmitatis robur adjicimus, salva tamen semper in præmissis authoritate præfatę Congregationis Cardinalium.

Cōfirmat Pontifex præfatas indulgentias.

8 Decernentes easdem præsentes litteras semper firmas, validas, & efficaces existere, & fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere: ac illis, ad quos spectat, & pro tempore quandocumque spectabit in omnibus, & per omnia plenissimè suffragari: sicque in præmissis per quoscumque Iodices Ordinarios, & Delegatos, etiam causarum Palatij Apostolici Auditores iudicari, & diffiniri debere, ac irritum, & inanne si secus super his à quoquam quavis authoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari: nō obstantibus constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, cæterisque contrarijs quibuscumque.

Robur adjicit.

Contraria tollit.

9 Volumus autem, vt præsentium litterarum transumptis, seu exemplis, etiam impressis, manu alicuius Notarij publici subscriptis, & sigillo personæ in dignitate Ecclesiastica constitutæ munitis, eadem prorsus fides, tam in iudicio, quàm extra illud vbique locorum habeatur, quæ haberetur ipsis præsentibus litteris, si forent exhibitæ, vel ostensæ.

Eadem fides adhibeatur trāsumptis, ac originali.

Datum Romę apud Sanctum Petrum, sub Annulo Piscatoris, die 23. Decembris 1678. Pontificatus nostri anno 3.

I.G. Slutius.

Habetur originale in Archivis nostris Romano, & Matritensi.

INNOCENTII XI.

CONSTITVTIO II.

Quadragesimo primo M. Generali Fr. Sebastiano de Velasco.

Procuratore Generali in Vrbe Fr. Iosepho Linàs.

COMPENDIVM.

Civitas, & Regnum Maioricę S.P.N.Pētrū Nolasco in Patronum exoptat. Sac. Rituum Congregatio approbat, & Pontifex confirmat.

INNOCENTIVS PAPA XI. AD futuram rei memoriam.

Editā in 1679.

Nuper à Congregatione Venerabilium Fratrum nostrorum S.R.E. Cardinalium Sacris Ritibus præpositorum, ad supplicationem dilecti filij Iosephi Linàs Vicarij, & Procuratoris Generalis Ordinis Fratrum Beatæ MARIÆ de Mercede Redemptionis Captivorum per eum procuratorio nomine pro parte Civitatis, & Regni, totiusque status Ecclesiastici Maioricensis porrectam, emanavit decretum tenoris, qui sequitur, videlicet.

Decretum Cong. Sac. Rit.

2 Cum sit, quod Civitas, & Regnum Maioricense, S. Petrum Nolasco Ordinis Beatæ MARIÆ de Mercede Redemptionis Captivorum Fundatorem per suprascripta decreta, nemine discrepante, in Compatronum, seu Patronum minus Principalem sibi elegerunt ob peculiarem devotionem, quàm afferunt erga prædictum Sanctum, & quia ipsius intercessione à Deo quam plurima beneficia accepisse noscunt, ad quod accessit etiam expressus consensus illius Episcopi, & totius status Ecclesiastici, tam Secularis, quàm Regularis, qui omnes communi, & vniversali consensu prædictam electionem laudarunt, & approbarunt.

Civitas, & Regnum Maioricæ eligit in Patronum S. P. N. Petrum Nolasco, à quo pluries in tribulationibus auxilium perceperunt.

3 Quapropter P. Fr. Iosephus Linàs Vicarius, & Procurator Generalis prædicti Ordinis Beatæ MARIÆ de Mercede, vti Procurator specialis ad id deputatus nomine ipsius Civitatis, & Regni, & totius status Ecclesiastici Maioricensis supplicavit Sac. Rituum Congregationem, quatenus supradictam electionem, & nominationem approbare dignaretur: & eadem Sac. Congregatio ad relationem Eminentissimi Domini Cardinalis de Norfolcia, cognita causa de electione prædicti sancti facta, servatis servandis, iuxta decretum super electione Sanctorum in Patronos, ab eadem Sac. Congregregatione de mandato fœl. rec. Vrbani VIII. emanarum die 23. Martij 1630. prædictam electionem approbavit, & confirmavit, & de dicto S. Petro Nolasco, vt præsertur in Compatronum, seu Patronum minus principalem Civitatis, & Regni Maioricensis electo prerogativas omnes eisdem Cõpatronis minus principalibus competentes decrevit, iuxta Rubricas Breviarij, & Missalis Romani, & ad formam constitutionis eiusdem Vrbani VIII. super observatione festorum die 13. Septembris 1642. edita: hac die 11. Septembris 1679.

Approbat Congreg. electionẽ Patroni.

Cæsar Cardinalis Fachenettus.

3 Cum autem, sicut dictus Iosephus nomine Civitatis, & Regni, totiusque status Ecclesiastici prædictorum Nobis subinde exponi fecit, ipse decretum huiusmodi, quo firmius subsistat, Apostolicæ confirmationis nostræ patrocinio communiri plurimum desideret, Nos ipsius Iosephi votis hac in re, quantum cum Domino possumus, favorabiliter annuere volentes, eumque à quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, alijsque Ecclesiasticis sententijs, censuris, & pœnis à iure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatus existit, ad effectum præsentium tantum consequendum, harum serie absolventes, & absolutum fore cẽsentes, supplicationibus eius Nobis nomine super hoc humiliter porrectis inclinati, decretum præinsertum authoritate Apostolica tenore præsentium approbamus, & confirmamus, illique inviolabilis Apostolicæ firmitatis robur adjicimus, salva tamen in præmissis authoritate memoratæ Congregationis Cardinalium.

Confirmat Pontifex decretum Congregationis.

4 Decernentes, easdem præsentes litteras semper firmas, validas, & efficaces existere, & fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, ac illis, ad quos spectat, & pro tempore spectabit, in omnibus, & per omnia plenissime suffragari: sicque in præmissis per quoscumque Iudices Ordinarios, & Delegatos, etiam causarum Palatij Apostolici Auditores, iudicari, & diffiniri debere: ac irritum, & innane, si secus super his à quoquam quavis authoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari; Non obstantibus constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, cæterisque contrarijs quibuscumque.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Maiorem, sub Annulo Piscatoris, die 30. Septembris 1679. Pontificatus nostri anno 3.

I. G. Slusius.

Habetur originale hoc breve in Romano, & Maioricensi Archivis.

INNO-

INNOCENTII XI.

CONSTITVTIO III.

Quinquagesimo primo M. Generali Fr. Sebastiano de Velasco.

Generali apud Romanam Curiam Procuratore Mag. Fr. Iosepho Linàs.

COMPENDIVM.

Mulieres Sęculares ad Conventum Monialium nostrarum Sancti Ferdinandi Matritensis admitti omnino prohibet.

Editi an. 1679.

INNOCENTIVS PAPA XI. AD futuram rei memoriam.

Maxima observantia Conventus S. Ferdinandi

1 Exponi Nobis nuper fecit dilectus filius Iosephus Linàs Frater expresse professus, ac Procurator Generalis Ordinis Beatæ MARIÆ de Mercede Redemptionis Captivorum, quod, cum in Oppido Matriti Toletanæ Diœcesis reperiatur Monasterium S. Ferdinandi nuncupatum Monialium dicti Ordinis, cuius Moniales iurisdictioni Superiorum eiusdem Ordinis subiectæ sunt, & Regularem disciplinam in Spiritu Orationis, & silentij ab omnibus Sæcularibus colloquijs segregatę sub strictissimo Recollectionis instituto laudabiliter servant, verùm pluries tentatus fuerit in idem Monasterium ingressus mulierum Sæcularium, vt illuc tamquam in asylum se reciperent, ibique cum Monialibus commorarentur, ex quo gravissima nata sunt inconvenientia, præcipue circa Regularem observantiam, cum spiritualia Monialium exercitia impedirent, silentium debitis diei, & noctis horis observandum minimè custodiretur, Monasterium ipsum tumultibus turbaretur, & locutorium vnicum, & clausum, quod ibidem est, impertinentibus conversationibus continuo profanaretur, pessimumque illis teneris, & novellis plantis exemplum præberetur, idem Iosephus Procurator Generalis, vt eiusmodi incommodis de cætero occurratur, plurimum cupit à Nobis præcipi, vt in posterum mulieres Sæculares, cuiuscumque conditionis sint, in prædictum Monasterium nullatenus recipiantur, ac inhibere omnibus superioribus, ne licentiam ad huiusmodi ingressus præbeant.

2 Nos igitur ipsius Iosephi Procuratoris Generalis votis hac in re, quantum cum Domino possumus, favorabiliter annuere volentes, eumque à quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, alijsque Ecclesiasticis sententijs, censuris, & pœnis à iure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatus existit, ad effectum præsentium tantum consequendum, harum serie absolventes, & absolutum fore censentes, supplicationibus eius nomine Nobis super hoc humiliter porrectis inclinati, de Venerabilium Fratrum nostrorum S.R.E. Cardinalium, negotijs, & Consultationibus Episcoporum, & Regularium Præpositorum Consilio, attentis narratis, authoritate Apostolica tenore præsentium prohibemus, ne in futurum in prædicto Monasterio mulieres Sæculares quæcumque, sub pœna privationis vocis activæ, & passivæ Superioribus pro tempore, recipiantur, salva tamen semper in præmissis authoritate Sacræ Congregationis eorumdem Cardinalium.

Prohibet ne fœminæ Sæculares in Conventũ Monialiũ nostrarum S. Ferdinandi Matritensi cõmorentur.

3 Decernentes ipsas præsentes litteras firmas, validas, & efficaces existere, & fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, ac ab illis ad quos spectat, & pro tempore spectabit inviolabiliter observari: sicque, in præmissis per quoscumque Iudices Ordinarios, & Delegatos, etiam causarum Palatij Apostolici Auditores iudicari, & diffiniri debere; ac irritum, & innane, si secus super his à quoquam quavis authoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari: non obstantibus constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis ac quatenus opus sit, Monasterij, & Ordinis prædictorum etiam iuramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, & cõsuetudinibus, privilegijs quoque indultis, & litteris Apostolicis in cõtrarium præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis: Quibus omnibus, & singulis, illorum tenores præsentibus pro plene, & sufficienter expressis, & insertis habentes, illis aliàs in suo robore permansuris, ad præmissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, & expresse derogamus, cæterisque contrarijs quibuscumque.

Roborat, & icit.

Cõtrarijs derogat.

Datum Romæ apud Sanctum Petrum, sub Annulo Piscatoris, die 22. Decembris 1679. Pontificatus nostri anno 4.

I. G. Slutius.

Breve istud habetur originale apud easdem Moniales.

INNOCENTII XI.

CONSTITVTIO IV.

Quinquagesimo primo M. Generali Fr. Sebastiano de Velasco.

Procuratore Generali apud Romã Mag. Iosepho Linàs.

COMPENDIVM.

Ex commissione Sac. Congregationis Regularium inhibet Cardinalis Protector fœminas Saculares in Conventu Monialium nostrarum de Alarcon Matritensi commorare, & Pontifex decretum confirmat.

Edita an. 1680.

INNOCENTIVS PAPA XI. AD futuram rei memoriam.

1 Nuper pro parte dilecti filij Iosephi Linàs Procuratoris Generalis Ordinis Fratrum Beatæ MARIÆ de Mercede Redemptionis Captivorum in Sacra Theologia Magistri Congregationi Venerabilium Fratrum nostrorum S.R.E. Cardinalium negotijs, & Consultationibus Episcoporum, & Regularium præpositæ exposito, quod, cum in Oppido Matriti Toletanæ Diœcesis reperiatur Monasterium Monialium Excalceatarum dicti Ordinis sub titulo Conceptionis Beatæ MARIÆ Virginis Immaculatæ, vulgo dictum Ioannis de Alarcon, cuius Moniales iurisdictioni, & gubernio superiorum eiusdem Ordinis subiacent, ipsæque Moniales vnicum habent loquutorium, & ab omnibus Sæcularium colloquijs segregatæ maxima cum observantia, prolixa oratione, & stricto silentio, perfectissimum Recollectionis institutum fervent; verum mulieres Sæculares sibi in dicto Monasterio velut asylum quærentes, quæ interdum inibi recipiuntur Monialibus prædictis mala inferunt exempla, ipse Iosephus plurimum cupiebat de opportuno super hoc remedio provideri: prædicta Cardinalium Congregatio, attenta relatione dilecti filij nostri Petri einsdem S.R.E. Præsbyteri Cardinalis Ottoboni nuncupati dicti Ordinis apud Nos, & Sedem Apostolicam Protectoris, supplicem libellum sibi super præmissis porrectum, eidem Petro Cardinali benigne remisit, vt veris existentibus narratis, circa prædicti Iosephi Procuratoris Generalis præces id statueret, quod pro suo arbitrio, & prudentia in Domino expedire censuisset, provt in ipsius Congregationis decreto desuper hic 12. Ianuarij proximè præteriti emanato continetur, ipse vero Petrus Cardinalis, & Protector vigore facultatis sibi per eandem Congregationem Cardinalium attributæ decretum edidit tenoris qui sequitur, videlicet.

Cœnobiũ Monialiũ de Alarcõ Mag. Gen. subiectum maxima viget observantia, & à mundano cõmercio alienus.

Mundano comertio necesse est etiam Religiosa corda forescere

Remediũ à Sac. Cõg. exoptatur.

Sac. Cong. commissionem facit, vt super præmissa decernatur.

2 Vigore retroscriptæ facultatis Sacræ Congregationis Eminentis. S. R.E. Cardinalium, negotijs, & Consultationibus Episcoporum, & Regularium præpositæ, visis, & consideratis narratis, & recognita veritate, pro quiete, & regulari observãtia retroscripti Monasterij, duximus in Domino expedire prohibitionem, tam præsenti Priorissæ, quàm omnibus Superiorissis pro tempore, ac quibuscumque alijs, ad quas in futurum spectabit, ne, sub pœna privationis officij, & vocis activę, & passivę ipso facto incurrenda, mulieres Sæculares in dicto Monasterio recipiat, seu recipiant, provt præsenti decreto authoritate, qua supra, & sub prædictis pœnis tenore præsentium prohibemus: super quibus etiam, si Sanctissimo placuerit, poterit expediri Breve.

Decretum Card. Protectoris ne fœminæ Sæculares recipiantur in Cõventu Monialiũ de Alarcon.

Datum ex Ædibus nostris hac die 17. Iannarij 1680.

Petrus Cardin. Otthobonus totius Ordinis B. M. de Mercede Protector.

Locus † Sigilli.

3 Cum autem, sicut dictus Iosephus Procurator Generalis Nobis subinde exponi fecit, ipse decretum huiusmodi, quo firmius subsistat, & servetur exactius, Apostolicæ confirmationis nostræ patrocinio cõmuniri summopere desideret, Nos ipsum Iosephum Procuratorem Generalem specialibus favoribus, & gratijs prosequi volentes, & à quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, alijsque Ecclesiasticis sententijs, censuris, & pœnis à iure, vel ab homine, quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatus existit, ad effectum præsentium dumtaxat consequendum, harum serie absolventes, & absolutum fore censentes, supplicationibus eius nomine Nobis super hoc humiliter porrectis inclinati, decretum præinsertum, à memorato Petro Cardinale, & Protectore editum, vt petitur, cum omnibus, & singulis in eo contentis authoritate Apostolica tenore præsentium confirmamus, & approbamus, illique inviolabilis Apostolicæ firmitatis robur adjicimus, & omnes, & singulos iuris, & facti defectus, si qui desu-

Approbat, & cõfirmat Põtifex decretũ Protectoris.

desuper quomodolibet intervenerint, supplemus.

4 Decernentes, easdem præsentes litteras firmas, validas, & efficaces existere, & fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, ac ab illis ad quos, & quas spectat, & pro tempore spectabit, inviolabiliter observari: sicque in præmissis per quoscumque Iudices Ordinarios, & Delegatos, etiam causarum Palatij Apostolici Auditores iudicari, & diffiniri debere: ac irritum, & inane, si secus super his à quoquam quavis authoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari: non obstantibus præmissis, ac constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, ac, quatenus opus sit, Monasterij, & Ordinis prædictorum, etiam confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus, privilegijs quoque, indultis, & litteris Apostolicis in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis; quibus omnibus, & singulis, illorum tenores præsentibus pro plene, & sufficienter expressis, insertisque habentes, illis aliàs in suo robore permansuris, ad præmissorum effectum, hac vice dumtaxat, specialiter, & expresse derogamus, cæterisque contrarijs quibuscumque.

Datum Romæ apud Sanctum Petrum, sub Annulo Piscatoris, die 15. Februarij 1680. Pontificatus nostri anno 4.

I. G. Slutius.

Hoc Breve in Archivis præfatis servatur originale.

INNOCENTII XI.

CONSTITVTIO V.

Quinquagesimo primo M. Generali Fr. Sebastiano de Velasco.

Generali Romæ Procuratore M. Fr. Iosepho Linàs.

COMPENDIVM.

Ad preces Catholici Hispaniarum Regis Officiũ, & Missam B. MARIÆ de Mercede in omnibus illius dominijs Ritu duplici celebrari ab omnibus, qui ad Horas Canonicas tenentur præcipit.

Edita an. 1680.

INNOCENTIVS PAPA XI. AD perpetuam rei memoriam.

1 Orthodoxorum Regum, de Ecclesia Dei multis nominibus optimè meritorum studia, ad promovendam in suis Regnis, & ditionibus pietatem laudabiliter tendentia, paterna charitate libenter exaudimus, ac favoribus, & gratijs prosequimur opportunis.

Preces Caroli II. Hispan. Regis.

2 Cum itaque, sicut pro parte charissimi in Christo filij Caroli Hispaniarum Regis Catholici, Nobis per dilectum filium nobilem virum Gasparem de Haro & Guzman Marchionem del Carpio pro eodem Carolo Rege apud Nos, & Sedem Apostolicam Oratorem, nuper expositum fuit, ipse Carolus Rex pro summo pietatis studio, quo Sanctissimam Virginem Dei Genitricem prosequitur, festum eiusdem Beatissimæ Virginis MARIÆ de Mercede cum Missa, & officio proprio sub Ritu duplici, quibus Religiosi Ordinis de Mercede Redemptionis Captivorum, ex indulto Sedis Apostolicæ, & iuxta approbationem officij huiusmodi noviter à Congregatione Venerabilium Fratrum nostrorum S. R. E. Cardinalium, Sacris ritibus Præpositorum die 18. Martij proximè præterito emanaro, vtuntur, in omnibus Hispaniarum Regnis, ditionibus, dominijs, & Provincijs sibi subiectis quotannis celebrari posse plurimum desideret; Nos pijs eiusdem Caroli Regis votis, & supplicationibus Nobis super hoc humiliter porrectis, quibus etiam accesserunt preces dilecti filij Iosephi Linàs in Sacra Theologia Magistri, & dicti Ordinis Procuratoris Generalis, quas nomine eiusdem Ordinis super ea re quoque Nobis humiliter porrexit, favorabiliter, quantum cum Domino possumus, annuere cupientes, de memoratorum Cardinalium consilio, vt Missa, & officium huiusmodi sub Ritu duplici singulis annis Dominica proximiori Kalendis Augusti ab omnibus vtriusque sexus Christi Fidelibus, tam sæcularibus, quàm regularibus, qui ad Horas Canonicas tenentur, in omnibus Hispaniarum Regnis, ditionibus, dominijs, & Provincijs prædicto Carolo Regi subiectis celebrari, & recitari respectivè liberè, & licitè possint, & valeant, authoritate Apostolica tenore præsentium concedimus, & indulgemus.

Extensio Officij B. Mariæ de Mercede pro omnibus Regis Hisp. ditionibus.

3 Decernentes easdem præsentes litteras semper firmas, validas, & efficaces existere, & fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere: ac illis, ad quos spectat, & pro tempore spectabit, plenissimè suffragari: sicque in præmissis per quoscumque Iudices Ordinarios, & Delegatos, etiam causarum Palatij Apostolici Auditores iudicari, & diffiniri debere: ac irritum, & inane, si secus super his à quoquam

Robur additur concessioni.

quoquam quavis authoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari: non obstantibus constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, cæterisque contrarijs quibuscumque.

Eadem fides transumptis, ac originali tribuatur.

4 Volumus autem, vt præsentium litterarum transumptis, seu exemplis, etiam impressis, manu alicuius Notarij publici subscriptis, & sigillo Personæ in dignitate Ecclesiastica constitutæ munitis, eadem prorsus fides vbique locorum, tam in iudicio, & extra illud habeatur, quæ haberetur ipsis præsentibus, si forent exhibitæ, vel ostensæ.

Datum Romæ apud Sanctum Petrum, sub Annulo Piscatoris, die 25. Februarij 1680. Pontificatus nostri anno 4.

I. G. Slusius.

Originale extat in Archivis prædictis.

INNOCENTII XI.

CONSTITVTIO VI.

Quinquagesimo primo M.Generali Fr.Sebastiano de Velasco. Procuratore Generali Romæ M. Fr.Iosepho Linàs.

COMPENDIVM.

Decretum Protectoris Cardinalis, quo statuitur non posse Prelatos nostros delegare facultatem tradendi Habitum Tertiarijs, bene vero regimen, confirmat Pontifex.

Edita an. 1680.

INNOCENTIVS PAPA XI. AD futuram rei memoriam.

Dubium, cui cōpetat habitū Tertiarijs & Pizochis nostris conferre, & à quo gubernari debeant Sacræ Cōg. proponitur.

1 Nuper pro parte dilecti filij Iosephi Linàs Fratris expresse professi, & Procuratoris Generalis Ordinis Beatæ MARIÆ de Mercede Redemptionis Captivorum, in Sacra Theologia Magistri Congregationi Venerabilium Fratrum nostrorum S. R. E. Cardinalium, negotijs, & consultationibus Episcoporum, & Regularium præposito, quod, cum in dicto Ordine essent quamplurimi Tertiatij, & Tertiariæ, seu Pizochæ sub Tertiariorum Regula piè, & laudabiliter viventes, dubitatum aliquando fuerat, an pertineret privativè ad Superiores ipsius Ordinis prædictis Tertiarijs, habitum conferre, an verò possent delegare aliquem virum Religiosum, probatæque virtutis, vt illis habitum huiusmodi conferret, curamque eorum haberet, præcipuè circa Regulæ observantiam: ideòque pro ipsius Iosephi parte prædictæ Cardinalium Congregationi supplicato, vt pro maiori securitate dubitationem huiusmodi resolvere dignaretur, eadem Congregatio Cardinalium per suum decretum die 11. proximè preteriti emanatum, supplicem libellum sibi super præmissis porrectum, remisit dilecto filio nostro eiusdem S.R.E. Presbytero Cardinali Otthobono nuncupato, dicti Ordinis apud Nos, & Sedem Apostolicam Protectori, vt, veris existentibus narratis, circa eiusdem Iosephi Procuratoris Generalis preces id statuerer, quod pro suo arbitrio, & conscientia in Domino expedire censuisset. Porrò idem Petrus Cardinalis, & Procurator in vim facultatis sibi per decretum huiusmodi attributæ super præmissis edidit decretum tenoris, qui sequitur, videlicet.

Resolutio remittitur ad Card. Protect.

Decretum Protectoris quod Superiores nostri nō possēt delegare authoritatem conferēdi habitū Tertiarijs.

2 Vigore retroscriptæ facultatis Sacræ Congreg. S. R. E. Cardinalium negotiis, & consultationibus Episcoporum, & Regularium præpositæ recognito supplici libello à Procuratore Generali exhibito, & re mature considerata, declarandum, & statuendum duximus non licere superioribus localibus Religionis delegare authoritatem conferendi habitum Tertiariorum prædictis vtriusque sexus Tertiarijs, sed ad illos hoc privative spectare: posse tamen semel indutis in illorum curam, circa observantiam Regulæ, virum Religiosum, probatæque virtutis destinare, provt præsenti decreto authoritate qua supra, decernimus, statuimus, & declaramus. In quorum fidem, &c. Datum ex Ædibus nostris hac die 14. Septembris 1680.

Petrus Cardinalis Otthobonus, totius Ordinis B. Marię de Mercede Protector.

Cōfirmat Pont. prefatum decretum.

3 Cum autem, sicut dictus Iosephus Procurator Generalis Nobis subinde exponi fecit, ipse decretum huiusmodi, quo firmius subsistat, & servetur exactius, Apostolicæ nostrę confirmationis patrocinio communiri summopere desideret, Nos ipsum Iosephum Procuratorem Generalem specialibus favoribus, & gratijs prosequi volētes, & à quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, alijsque Ecclesiasticis sententijs, censuris, & pœnis à iure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatus existit, ad effectum præsentium tantum consequendum, harum serie absolventes, & absolutum fore censentes, supplicationibus eius nomine Nobis super hoc humiliter porrectis inclinati, decretum præinsertum à memorato

rato

rato Petro Cardinale, & Protectore editum, vt præfertur, Apostolica authoritate tenore præsentium confirmamus, & approbamus, illique inviolabilis Apostolicæ firmitatis robur adjicimus: ac omnes, & singulos iuris, & facti defectus, si qui desuper quomodolibet intervenerint, supplemus.

Robur adjicit.

4 Decernentes easdem præsentes litteras semper firmas, validas, & efficaces existere, & fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere: ac illis, ad quos spectat, & pro tempore spectabit, in omnibus, & per omnia plenissime suffragari, sicque in præmissis per quoscumque Iudices Ordinarios, & Delegatos, etiam causarum Palatij Apostolici Auditores iudicari, & definiri debere: ac irritum, & innane, si secus super his à quoquam quavis authoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari; non obstantibus præmissis, ac constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, necnon, quatenus opus sit, Ordinis prædicti, etiam iuramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus, privilegijs quoque indultis, & litteris Apostolicis in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis, illorum tenores præsentibus pro plene, & sufficienter expressis, & insertis habentes, illis aliàs in suo robore permansuris, ad præmissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, & expresse derogamus, ceterisque contrarijs quibuscumque.

Contraria irritat.

5 Volumus autem, vt earumdem præsentium litterarum transumptis, seu exemplis, etiam impressis, manu alicuius Notarij publici subscriptis, & sigillo Personæ in Ecclesiastica Dignitate constitutæ munitis, eadem prorsus fides in iudicio, & extra illud vbique habeatur, quæ haberetur ipsis præsentibus, si forent exhibitæ, vel ostensæ.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Maiorem, sub Annulo Piscatoris, die 30. Septembris 1680. Pontificatus nostri anno 4.

I. G. Slutius.

Habetur originale in Archivis Romano, & Matritensi.

INNOCENTII XI.

CONSTITVTIO VII.

Quinquagesimo primo M. Generali M. Fr. Sebastiano de Velasco.

Procuratore Gen. in Romana Curia M. F. Iosepho Linàs.

COMPENDIVM.

Summopere commendat zelum, & observantiam in Sanctam Sedem qua Illustrissimus D. D. Fr. Ioannes Asensio Ordinis nostri Episcopus Abulen. & Supremi Castellę Senatus Pręses theatralia taurorum spectacula adversatus est.

INNOCENTIVS XI. VENERABILIS Frater, salutem, & Apostolicam benedictionem.

Edita an. 1681.

1 Præclare semper existimavimus, de singulari virtute Fraternitatis tuæ, deque filiali, qua hanc Sanctam Sedem revereris observantia, cum qualibet oblata opportunitate testatum id feceris, & illustre. Quæ tamen Venerabilis Frater Sabus Archiepiscopus Cæsaren. nuper ad Nos retulit egisse, re occasione theatralium ludorum, ita paternum nostrum erga te animum novo amoris vinculo obligarunt, vt continere calamum non potuerimus, quin tibi plurimas eo nomine laudes rribueremus, teque quasi præsentem in spiritu charitatis Christi amplecteremur; impense hortantes, vt inceptum opus obviandi pro egregia tua pietate, & loci, quem tenes authoritate, scandalis quæ ex agitatione taurorum oriri solent, strenue prosequi velis, & pari studio, zeloque incumbere in his omnibus removendis, quæ processu temporis humani generis infirmitas, & vulgi erroribus innixa consuetudo invexit in christianæ disciplinæ labem, & detrimentum animarum.

Commendatur virtus Episcopi Abulen.

Summope re dilaudat Pontifex eius erga tauro rum ludos aversioné.

Hortatur inceptū prosequi obviando taurorum scandalis.

2 Qua quidem in re, propter officij nostri debitum magno nobis incitamento esse debet necessitas, quam vidēmus Divinę placandæ indignationis, cuius inditia Hispanis præsertim populis manifesta, & quidem magno cum animi nostri dolore, vndique erumpunt. Cæterùm nullum Nos, quod se offerat argumentum prętermittemus testandi Fraternitati tuæ, quo loco virtutes, ac merita tua apud Nos sint, sicut fusius à prædicto Nuntio cognosces,

Hispaniæ calamitates prædicit, & deplorat.

ces, tibique Apostolicam benedictionem peramanter impartimur.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Maiorem, sub Annulo Piscatoris, die 20. Iulij 1681. Pontificatus nostri anno 5.

Marius Spinola.

Habetur originalis in Archivo nostro Matritensi.

Ad manus non habui alias eiusdem Pontificis litteras, quibus ipsi D. D. Fr. Ioanni Asensio Episcopo Abulensi iniungit, ut Hispania gubernationem sæpius à Rege Catholico oblatam, amore tamen ovium recusatam, suscipiat, in quibus eius dotes, & zelantissimam prudentiam, sapientiam, atque in Sanctam Sedem observantiam mirifice extollit.

INNOCENTII XI.

CONSTITVTIO VIII.

Quinquagesimo primoM. Generali M.Fr.Sebastiano de Velasco.

Procuratore Generali in Vrbe M. Fr. Iosepho Linàs.

COMPENDIVM.

Tertiarijs nostris utriusque sexus, qui vota simplicia in Ordine nostro emittunt, & intra claustra sub habitu, & obedientia superiorum, & sub propria Regula vivunt omnes gratias, & indulgentias, quibus Fratres nostri fruuntur concedit.

Edita an. 1681.

INNOCENTIVS PAPA XI. Ad perpetuam rei memoriam.

Tertiariæ nostræ sub habitu, regula, & obedientia superiorũ nostrorũ claustraliter viventes Limæ, & in Cantabria maxima virtutum cõgerie Domino famulantur.

1 Cum, sicut dilectus filius Iosephus Linàs Procurator Generalis Ordinis Fratrum B. MARIÆ de Mercede Redemptionis Captivorum, in Sacra Theologia Magister Nobis nuper exponi fecit, multi in eodem Ordine reperiantur Tertiarij, qui vota simplicia emisserunt, & sub Regula Tertiariorum, ac habitu ipsius Ordinis pie, & laudabiliter intra claustra sub obedientia superiorum Ordinis huiusmodi vivunt, incertum verò sit, quibus indulgentijs, & gratijs spiritualibus eiusmodi Tertiarij frui valeant, & propterea idem Iosephus Procurator Generalis, illorum spirituali consolationi, & animarum saluti opportune à Nobis provideri plurimum desideret.

2 Nos ipsius Iosephi Procuratoris Generalis votis hac in re, quantum cum Domino possumus, favorabiliter annuere volentes, eumque à quibusvis excommunicationis, suspẽsionis, & interdicti, alijsq; Ecclesiasticis sententijs, censuris, & pœnis à iure, vel ab homine, quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatus existit ad effectum præsentium tantum consequendum, harũ serie absolventes, & absolutum fore cẽsentes, supplicationibus eius nomine Nobis super hoc humiliter porrectis inclinati, præfatis Tertiarijs præsentibus, & futuris, intra claustra, vt præfertur, viventibus, qui vota huiusmodi emissẽrũt, seu pro rempore emittent, vt omnibus, & singulis indulgentijs, seu peccatorum remissionibus, ac pœnitentiarum relaxationibus, quibus Frattres Ordinis prædicti vtuntur, fruuntur, & gaudent, ac vti, frui, & gaudere possunt, & poterunt, pariformiter, & absque vlla prorsus differentia, vti, frui, & gaudere, illasque consequi, & lucrifacere liberè, & licitè possint, & valeant; dummodo tamen ea, quæ pro consequendis indulgentijs, seu peccatorum remissionibus, ac pœnitentiarum relaxationibus huiusmodi præscripta sunt, seu pro tempore fuerint, adimpleant, authoritate Apostolica tenore præsentium concedimus, & indulgemus: non obstantibus nostra de non concedendis indulgentijs ad instar, alijsque constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, cæterisque contrarijs quibuscumque, præsentibus, perpetuis futuris temporibus valituris.

Tertiarijs nostris claustraliter viventibus omnes gratias, & indulgentias nobis indultas cõcedit.

3 Volumus autem, vt earumdem præsentium litterarum transumptis, manu alicuius Notarij publici subscriptis, & Personæ in Ecclesiastica dignitate constitutæ sigillo munitis, eadem vbique fides in iudicio, & extra illud habeatur, quæ præsentibus haberetur, si forent exhibitæ, vel ostensæ.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Maiorem, sub Annulo Piscatoris, die 8. Augusti 1681. Pontificatus nostri anno 5.

I. G. Slusius.

Habetur originalis in Archivo nostro Romano, & Matriten.

INNO:

INNOCENTII XI.

CONSTITVTIO IX.

Quinquagesimo primo M.Generali Fr. Sebastiano de Velasco.

Procuratore Generali in Romana Curia Mag.Fr.Iosepho Linàs.

COMPENDIVM.

Tertiarijs nostris non claustraliter viventibus indulgentias Confratribus nostris largitas concedit.

Edita an. 1681.

INNOCENTIVS PAPA XI. AD FVturam rei memoriam.

1 Nuper pro parte dilecti filij Iosephi Linàs Procuratoris Generalis Ordinis Fratrum Beatæ MARIÆ de Mercede Redemptionis Captivorum, in Sacra Theologia Magistri Nobis expositro, multos in eodem Ordine reperiri Tertiarios, qui vota simplicia emiserunt, & sub regula Tertiariorum, ac habitu ipsius Ordinis pie, & laudabiliter intra Claustra sub obedientia Superiorum Ordinis huiusmodi vivunt, incertum vero esse quibus indulgentijs,& gratijs spiritualibus eiusmodi Tertiarij frui valeant. Nos supplicationibus dicti Iosephi Procuratoris Generalis nomine Nobis super hoc humiliter porrectis inclinati, prædictis Tertiarijs præsentibus, & futuris intra claustra, vt præfertur, viventibus, qui vota huiusmodi emisserunt,seu pro tempore emisserint, vt omnibus, & singulis indulgentijs,seu peccatorum remissionibus, ac pœnitentiarum relaxationibus, ad instar Fratrum Ordinis prædicti frui valeant, sub certis modo, & forma tunc expressis authoritate Apostolica indulsimus,& aliàs prout in nostris desuper in simili forma Brevis die 8. currentis mensis Augusti expeditis litteris, quarum tenorem præsentibus pro plene, & sufficienter expresso, & inserto haberi volumus,vberius continetur.

Reproducit Bullæ superioris concessionem.

2 Cum autem, sicut prædictus Iosephus Procurator Generalis Nobis sub inde denuo exponi fecit, præter supra dictos, alij reperiantur memorati Ordinis Tertiarij, & Tertiariæ, seu Pizochæ, qui, & quæ, licet sub regula Tertiariorum, & habitu prædictis quoque pie, & laudabiliter vivant, votaque simplicia prædicta emisserint, non tamen intra Claustra huiusmodi commorantur, incertum vero pariter sit, quibus indulgentijs, & gratijs spiritualibus ij quoque Tertiarij,& Tertiariæ frui valeant, Nobis propterea dictus Iosephus Procurator Generalis humiliter supplicavit, vt in præmissis opportunè providere, de benignitate Apostolica dignaremur.

Indulgentiæ pro Tertiarijs nostris nõ claustraliter viventibus exquiruntur.

3 Nos igitur ipsius Iosephi Procuratoris Generalis votis favorabiliter hac in re quoque annuere volẽtes, eumque à quibusvis excommunicationis, suspẽsionis, & interdicti, alijsque Ecclesiasticis sententijs, censuris, & pœnis, à iure, vel ab homine, quavis occasiõne, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatus existit, ad effectum præsentium tantum cõsequendum, harum serie absolventes,& absolutũ fore censentes, huiusmodi supplicationibus inclinati, præfatos Tertiarios, qui vota supradicta emisserunt, & extra claustra vivunt, Confraternitatibus Ordinis prędicti adscriptos gratis, & indulgentijs Confraternitatum huiusmodi frui posse,dicta authoritate tenore præsentium declaramus.

Indulgentias Confraternitatis nostræ præfatis Tertiarijs eidem adscriptis largitur.

4 Decernentes easdem præsentes litteras semper firmas, validas, & efficaces existere,& fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere: ac illis,ad quos spectat, & pro tempore quandocumque spectabit in omnibus, & per omnia plenissimè suffragari: sicque in præmissis per quoscumque Iudices Ordinarios, & Delegatos, etiam causarum Palatij Apostolici Auditores, iudicari, & diffiniri debere: ac irritum, & inane, si secus super his à quoquam quavis authoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari; non obstantibus constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, cæterisque contrarijs quibuscumque.

Robur adijcit.

Contraria tollit.

5 Volumus autem, vt præsentium litterarum transumptis, seu exemplis, etiam impressis, manu alicuius Notarij publici subscriptis, & sigillo personæ in Ecclesiastica dignitate constitutæ munitis, eadem fides in iudicio, & extra illud habeatur, quæ haberetur ipsis præsentibus,si forent exhibitæ, vel ostensæ.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Maiorem, sub Annulo Piscatoris, die 22. Augusti 1681. Pontificatus nostri anno 5.

I. G. Slutius.

Habetur originale vbi supra.

INNOCENTII XI.

CONSTITVTIO X.

Quinquagesimo secundo M.Generali Mag.Fr.Francisco Antonio Yssasi.

Procuratore interino in Vrbe M. Fr. Philippo Didaco de la Torre.

COMPENDIVM.

Electio Magistri Generalis facta de persona M. Fr. Francisci Antonij de Yssasi Apostolica confirmatione fulcitur.

Edita an. 1682.

INNOCENTIVS PAPA XI. Dilecto filio Francisco Antonio Yssasi Magistro Generali Ordinis Fratrum B. MARIÆ de Mercede Redemptionis Captivorum. Dilecte fili, salutem, & Apostolicam benedictionem.

Mag.Gen. præclara commendatio.

1 Religionis zelus, litterarum scientia, vitæ, ac morum honestas, aliaque laudabilia probitatis, & virtutum merita, super quibus apud Nos fidedigno commendaris testimonio, Nos inducunt, vt te specialibus favoribus, & gratijs prosequamur.

M.Fr.Franciscus Antonius Yssasi M.Generalis eligitur.

2 Exponi siquidem Nobis nuper fecit dilectus filius Philippus Didacus de la Torre Procurator Generalis Ordinis Beatæ MARIÆ de Mercede Redemptionis Captivorum, quod in Capitulo Generali dicti Ordinis Oscæ in Hispania proxime celebrato, tu, qui Frater expresse professus Provinciæ Castellæ Ordinis huiusmodi, ac in Sacra Theologia Magister existis, in Magistrum Generalem eiusdem Ordinis à Vocalibus ipsius Capituli, iuxta decreta Concilij Tridentini, electus fuisti.

3 Cum autem, sicut eadem expositio subiungebat, consuetudine receptum, ac etiam per constitutiones dicti Ordinis præscriptum sit, vt eiusmodi canonicarum electionum confirmatio ab hac Sancta Sede impetretur, Nobis propterea dictus Philippus Didacus Procurator Generalis humiliter supplicari fecit, vt in præmissis opportunè providere de benignitate Apostolica dignaremur.

Petitur confirmatio.

4 Nos igitur te specialis favore gratiæ prosequi volentes, ac tuam, & eiusdem Philippi Didaci Procuratoris Generalis singulares Personas à quibusvis excōmunicationis, suspensionis, & interdicti, alijsque Ecclesiasticis sententijs, censuris, & pœnis à iure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatæ existunt, ad effectum præsentium dumtaxat consequendum, harum serie absolventes, & absolutas fore censentes, huiusmodi supplicationibus inclinati, electionem de persona tua in Magistrū Generalem Ordinis prædicti factam, vt præfertur, authoritate Apostolica tenore præsentium confirmamus, & approbamus, illique Apostolicæ inviolabilis firmitatis robur adjicimus: decernentes ipsas præsentes litteras firmas, validas, & efficaces existere, & fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, ac tibi in omnibus, & per omnia plenissime suffragari: sicque per quoscumque Iudices Ordinarios, & Delegatos, etiam causarum Palatij Apostolici Auditores iudicari, & diffiniri debere: ac irritum, & inane, si secus super his à quoquam quavis authoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari: non obstantibus constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, cæterisque contrarijs quibuscumque.

Cōfirmat Pontifex electionē Magistri.

Contrarijs derogat.

Datis Romæ apud Sanctum Petrum, sub Annulo Piscatoris, die 15. Decembris 1682. Pontificatus nostri anno 7.

I.G. Slutius.

Habetur originale in præfatis Archivis.

INNOCENTII XI.

CONSTITVTIO XI.

Quinquagesimo secundo Mag.Generali Fr.Francisco de Yssasi.

Procuratore Generali in Vrbe Fr. Ferdinando Carvajal, & Ribera.

COMPENDIVM.

D. Fr. Ioannem Assensio Episcopum Giennen. de dimissa Præsidentia Supremi Senatus Castellæ, vt ovium creditarum curam gereres, summopere dilaudat.

Edita an. 1684.

INNOCENTIVS PAPA XI. VENErabilis Frater salutem, & Apostolicam benedictionem.

D. F. Ioan. Assensio dimittit

1 Præclaram opinionem, quàm de singulari pietate, ac Ecclesiastica præstantia Fraternitatis tuæ iam pridem gere-

Præſidentiam Caſtellæ, ob quod à ſuimo Eccleſiæ oraculo dilau datur.

gerebamus, magis etiam auxit novum documentum, quo teſtatas eas luculenter feciſti, dimittendo Sæculares Præſidentis Regni Caſtellæ curas, vt te ad commiſſam tibi Giennen. Eccleſiam conferres, ſtudiaque omnia tua in illam vnice converteres; qua de re, dum zelum tuum magnopere commendamus, perſuaſum quoque tibi eſſe volumus, nulli Nos occaſioni defuturos Paſtorales in præfata Eccleſia regenda conatus tuos iuvandi, provehendique: Apoſtolicam vero interim benedictionem Fraternitati tuæ peramanter impartimut.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Maiorem, ſub Annulo Piſcatoris, die 30. Iulij 1684. Pontificatus noſtri anno 8.

Marius Spinola.

Habetur originalis Matriti.

INNOCENTII XI.

CONSTITVTIO XII.

Quinquageſimo ſecundo M. Generali Fr. Franciſco Antonio de Yſſaſi.

Procuratore Generali in Vrbe M. Ferdinando de Carvajal, & Ribera.

COMPENDIVM.

Sacra Rituum Congregatio præcipit aboleri in Martyrologio Romano duo elogia, quibus Sanctis Ioannis de Mata, & Felix de Valois Fundatores noſtri Ordinis inaudito figmento conſcribuntur.

Edita an. 1685.

INNOCENTIVS PAPA XI. AD FVturam rei memoriam.

1 Emanavit nuper, ad ſupplicationem dilecti filij Procuratotis Generalis Ordinis Beatæ MARIÆ de Mercede Redemptionis Captivorum, à Congregatione Venerabilium Fratrum noſtrorum S.R.E. Cardinalium Sacris Ritibus Præpoſitorum decretum tenoris, qui ſequitur, videlicet.

2 Sacra Rituum Congregatio ad inſtantiam R. P. M. Fr. Ferdinandi de Carvajal, & Ribera Procuratoris Generalis, ac Vicarij Ordinis Beatæ MARIÆ de Mercede Redemptionis Captivorum præcipit, vt deleantur verba illa appoſita in Martyrologijs Romanis impreſſis Venetijs anno 1683. apud Guerilios, & Bononiæ de præſenti anno 1685. ſumptibus Petronij de Recinettis, in quibus pro diebus translationis feſti Sanctorum Ioannis de Matha, & Felicis de Valois leguntur verba delenda, tenoris ſequentis: *Die 8. Februarij Sancti Ioannis de Matha Confeſſoris, qui fuit vnus ex primis Fundatoribus Ordinis Sanctæ MARIÆ de Mercede Redemptionis Captivorum: Et die 20. Novembris S. Felicis de Valois Confeſſoris, qui fuit vnus ex primis Fundatoribus Ordinis S. MARIÆ de Mercede Redemptionis Captivorum.* Ac inſuper eadem Sac. Rit. Congregatio mandavit, vt in poſterum Librarij non poſſint vendere Martyrologia Romana niſi correcta, & ita decrevit, & ſervari iuſſit.

N. Cardinalis Ludoviſius.

Locus † Sigilli.

3 Cum autem, ſicut pro parte dilecti filij Franciſci Antonij de Yſſaſi, & Guzman Magiſtri Generalis dicti Ordinis Nobis ſubinde expoſitum fuit, ipſe decretum huiuſmodi, quo firmius ſubſiſtat, Apoſtolicæ noſtræ confirmationis patrocinio communiri plurimum deſideret, Nos ipſius Franciſci Antonij Magiſtri Generalis votis hac in re, quantum cum Domino poſſumus, favorabiliter annuere volentes, eumque à quibuſvis excommunicationis, ſuſpenſionis, & interdicti, alijſque Eccleſiaſticis ſententijs, cenſuris, & pœnis, à iure, vel ab homine quavis occaſione, vel cauſa latis, ſi quibus quomodolibet innodatus exiſtit, ad effectum præſentium tantum conſequendum, harum ſerie abſolventes, & abſolutum fore cenſentes, ſupplicationibus eius nomine Nobis ſuper hoc humiliter porrectis inclinati, decretum præinſertum authoritate Apoſtolica tenore præſentium approbamus, & confirmamus, illique inviolabilis Apoſtolicæ firmitatis robur adjicimus, ſalva tamen ſemper in præmiſſis authoritate memoratæ Congregationis Cardinalium.

Confirmat Pontifex præfatum decretum.

4 Decernentes, eaſdem præſentes litteras ſemper firmas, validas, & efficaces exiſtere, & fore, ſuoſq; plenarios, & integros effectus ſortiri, & obtinere, ac ab omnibus, ad quos ſpectat, & pro tẽpore ſpectabit inviolabiliter obſervari; ſicque in præmiſſis per quoſcũque Iudices Ordinarios, & Delegatos, etiam cauſarum Palatij Apoſtolici Auditores, iudicari, & diffiniri debere: ac irritum, & innane, ſi ſecus ſuper his à quoquam quavis authoritate ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari: non

 obſtan-

INNOCENTII XI.

CONSTITVTIO X.

Quinquagesimo secundo M. Generali Mag. Fr. Francisco Antonio Yssasi.

Procuratore interino in Vrbe M. Fr. Philippo Didaco de la Torre.

COMPENDIVM.

Electio Magistri Generalis facta de persona M. Fr. Francisci Antonij de Yssasi Apostolica confirmatione fulcitur.

Edita an. 1682.

INNOCENTIVS PAPA XI. Dilecto filio Francisco Antonio Yssasi Magistro Generali Ordinis Fratrum B. MARIÆ de Mercede Redemptionis Captivorum. Dilecte fili, salutem, & Apostolicam benedictionem.

Mag. Gen. praeclara commendatio.

1 Religionis zelus, litterarum scientia, vitæ, ac morum honestas, aliaque laudabilia probitatis, & virtutum merita, super quibus apud Nos fidedigno commendaris testimonio, Nos inducunt, vt te specialibus favoribus, & gratijs prosequamur.

M. Fr. Franciscus Antonius Yssasi M. Generalis eligitur.

2 Exponi siquidem Nobis nuper fecit dilectus filius Philippus Didacus de la Torre Procurator Generalis Ordinis Beatæ MARIÆ de Mercede Redemptionis Captivorum, quod in Capitulo Generali dicti Ordinis Oscæ in Hispania proxime celebrato, tu, qui Frater expresse professus Provinciæ Castellæ Ordinis huiusmodi, ac in Sacra Theologia Magister existis, in Magistrum Generalem eiusdem Ordinis à Vocalibus ipsius Capituli, iuxta decreta Concilij Tridentini, electus fuisti.

Petitur confirmatio.

3 Cum autem, sicut eadem expositio subiungebat, consuetudine receptum, ac etiam per constitutiones dicti Ordinis præscriptum sit, vt eiusmodi canonicarum electionum confirmatio ab hac Sancta Sede impetretur, Nobis propterea dictus Philippus Didacus Procurator Generalis humiliter supplicari fecit, vt in præmissis opportune providere de benignitate Apostolica dignaremur.

4 Nos igitur te specialis favore gratiæ prosequi volentes, ac tuam, & eiusdem Philippi Didaci Procuratoris Generalis singulares Personas à quibusvis excõmunicationis, suspensionis, & interdicti, alijsque Ecclesiasticis sententijs, censuris, & pœnis à iure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatæ existunt, ad effectum præsentium dumtaxat consequendum, harum serie absolventes, & absolutas fore censentes, huiusmodi supplicationibus inclinati, electionem de persona tua in Magistrũ Generalem Ordinis prædicti factam, vt præfertur, authoritate Apostolica tenore præsentium confirmamus, & approbamus, illique Apostolicæ inviolabilis firmitatis robur adjicimus: decernentes ipsas præsentes litteras firmas, validas, & efficaces existere, & fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, ac tibi in omnibus, & per omnia plenissime suffragari: sicque per quoscumque Iudices Ordinarios, & Delegatos, etiam causarum Palatij Apostolici Auditores iudicari, & diffiniri debere: ac irritum, & inane, si secus super his à quoquam quavis authoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari: non obstantibus constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, cæterisque contrarijs quibuscumque.

Cõfirmat Pontifex electionẽ Magistri.

Contrarijs derogat.

Datis Romæ apud Sanctum Petrum, sub Annulo Piscatoris, die 15. Decembris 1682. Pontificatus nostri anno 7.

I.G. Slusius.

Habetur originale in præfatis Archivis.

INNOCENTII XI.

CONSTITVTIO XI.

Quinquagesimo secundo Mag. Generali Fr. Francisco de Yssasi.

Procuratore Generali in Vrbe Fr. Ferdinando Carvajal, & Ribera.

COMPENDIVM.

D. Fr. Ioannem Assensio Episcopum Giennen. de dimissa Præsidentia Supremi Senatus Castellæ, vt ovium creditarum curam gereret, summopere dilaudat.

Edita an. 1684.

INNOCENTIVS PAPA XI. Venerabilis Frater salutem, & Apostolicam benedictionem.

D. F. Ioan. Assensio dimittit

1 Præclaram opinionem, quàm de singulari pietate, & Ecclesiastica præstantia Fraternitatis tuæ iam pridem gere-

Præsidentiam Castellæ, ob quod à sūmo Ecclesiæ oraculo dilaudatur.

gerebamus, magis etiam auxit novum documentum, quo testatas eas luculenter fecisti, dimittendo Sæculares Præsidentis Regni Castellæ curas, vt te ad commissam tibi Giennen. Ecclesiam conferres, studiaque omnia tua in illam vnice converteres; qua de re, dum zelum tuum magnopere commendamus, persuasum quoque tibi esse volumus, nulli Nos occasioni defuturos Pastorales in præfata Ecclesia regenda conatus tuos iuvandi, provehendique: Apostolicam vero interim benedictionem Fraternitati tuæ peramanter impartimur.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Maiorem, sub Annulo Piscatoris, die 30. Iulij 1684. Pontificatus nostri anno 8.

Marius Spinola.

Habetur originalis Matriti.

INNOCENTII XI.

CONSTITVTIO XII.

Quinquagesimo secundo M. Generali Fr. Francisco Antonio de Yssasi.

Procuratore Generali in Vrbe M. Ferdinando de Carvajal, & Ribera.

COMPENDIVM.

Sacra Rituum Congregatio præcipit aboleri in Martyrologio Romano duo elogia, quibus Sancti Ioannis de Mata, & Felix de Valois Fundatores nostri Ordinis inaudito figmento conscribuntur.

Edita an. 1685.

INNOCENTIVS PAPA XI. AD FVturam rei memoriam.

1 Emanavit nuper, ad supplicationem dilecti filij Procuratoris Generalis Ordinis Beatæ MARIÆ de Mercede Redemptionis Captivorum, à Congregatione Venerabilium Fratrum nostrorum S.R.E. Cardinalium Sacris Ritibus Præpositorum decretum tenoris, qui sequitur, videlicet.

2 Sacra Rituum Congregatio ad instantiam R. P. M. Fr. Ferdinandi de Carvajal, & Ribera Procuratoris Generalis, ac Vicarij Ordinis Beatæ MARIÆ de Mercede Redemptionis Captivorum præcipit, vt deleantur verba illa apposita in Martyrologijs Romanis impressis Venetijs anno 1683. apud Guerilios, & Bononiæ de præsenti anno 1685. sumptibus Petronij de Recinettis, in quibus pro diebus translationis festi Sanctorum Ioannis de Matha, & Felicis de Valois leguntur verba delenda, tenoris sequentis: *Die 8. Februarij Sancti Ioannis de Matha Confessoris, qui fuit vnus ex primis Fundatoribus Ordinis Sanctæ MARIÆ de Mercede Redemptionis Captivorum: Et die 20. Novembris S. Felicis de Valois Confessoris, qui fuit vnus ex primis Fundatoribus Ordinis S. MARIÆ de Mercede Redemptionis Captivorum.* Ac insuper eadem Sac. Rit. Congregatio mandavit, vt in posterum Librarij non possint vẽdere Martyrologia Romana nisi correcta, & ita decrevit, & servari iussit.

N. Cardinalis Ludovisius.

Locus † Sigilli.

3 Cum autem, sicut pro parte dilecti filij Francisci Antonij de Yssasi, & Guzman Magistri Generalis dicti Ordinis Nobis subinde expositum fuit, ipse decretum huiusmodi, quo firmius subsistat, Apostolicæ nostræ confirmationis patrocinio communiri plurimum desideret, Nos ipsius Francisci Antonij Magistri Generalis votis hac in re, quantum cum Domino possumus, favorabiliter annuere volentes, eumque à quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, alijsque Ecclesiasticis sententijs, censuris, & pœnis, à iure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatus existit, ad effectum præsentium tantum consequendum, harum serie absolventes, & absolutum fore censentes, supplicationibus eius nomine Nobis super hoc humiliter porrectis inclinati, decretum præinsertum authoritate Apostolica tenore pręsentium approbamus, & confirmamus, illique inviolabilis Apostolicæ firmitatis robur adjicimus, salva tamen semper in præmissis authoritate memoratæ Congregationis Cardinalium.

Confirmat Pontifex præfatum decretum.

4 Decernentes, easdem præsentes litteras semper firmas, validas, & efficaces existere, & fore, suosq; plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, ac ab omnibus, ad quos spectat, & pro tẽpore spectabit inviolabiliter observari: sicque in præmissis per quoscũque Iudices Ordinarios, & Delegatos, etiam causarum Palatij Apostolici Auditores, iudicari, & diffiniri debere: ac irritum, & innane, si secus super his à quoquam quavis authoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari: non

obstantibus constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, cæterisque contrarijs quibuscumque.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Maiorem, sub Annulo Piscatoris, die 23. Iulij 1685. Pontificatus nostri anno 9.

I. G. Slutius.

Hoc breve extat in prędictis Archivis.

INNOCENTII XI.

CONSTITVTIO XIII.

Quinquagesimo secundo M. Generali Fr. Francisco Antonio de Yssasi.

Procuratore Generali in Roma M. Fr. Ferdinando Carvajal, & Rivera.

COMPENDIVM.

Sacra Rit. Congregatio cultum immemorabile Beato Petro Armengol nostri Ordinis exhibitum declarat, & Pontifex confirmat.

Edita an. 1586.

INNOCENTIVS PAPA XI. AD futuram rei memoriam.

1 Nuper in causa Tarraconensi Canonizationis B. Petri Armengol Sacerdotis, ac Religiosi Professi Ordinis Fratrum Beatæ MARIÆ de Mercede Redemptionis Captivorum, ad supplicationem dilecti filij Ferdinādi de Carvajal, & Ribera Vicarij, & Procuratoris Generalis eiusdem Ordinis à Congregatione Venerabilium Fratrum nostrorum S.R.E. Cardinalium, Sacris Ritibus præpositorum, emanavit decretum tenoris, qui sequitur; videlicet.

Ob errorē in confi... ciēdo processum de cultu immemorabili S. Petri Armēgol dilata est causa, & silentiū nobis impositum.

2 Cum aliàs sub annum 1675. supplicante R. P. M. Fr. Mathia de Cardona Vicario, & Procuratore Generali præfati Ordinis, causa antedicti Beati Petri Armengol, ad relationem Eminentissimi, & Reverendissimi D. Cardinalis de Portocarrero Ponentis ter fuerit proposita super confirmatione sententię latę à Reverendissimo Archiepiscopo Tarraconensi, Iudice à Sacra Rituum Congregatione Delegato, circa cultum ab immemoriali tempore eidem Beato exhibitum, & casum exceptum à decretis fœl. rec. Vrbani VIII. in Congregatione Sanctissimæ Inquisitionis editis, ob graves difficultates, à Reverendissimo D. Promotore fidei excitatas, & defectu sufficientis, & legitimæ probationis dilata fuit resolutio, ea etiam mente in postrema ex dictis tribus propositionibus, vt in posterum amplius postulationes non audirentur.

Nova audientia, & litteræ remissoriales pro causa Canonizationis S. P. Armengol cōcessa.

3 Verum ad enixas preces R. P. M. Fr. Ferdinandi de Carvajal, & Ribera Vicarij, & Procuratoris Generalis eiusdem Ordinis exhibentis antiquissima documenta comprobantia cultum per centum, & plures annos ante præfata decreta in præteritis propositionibus deducta, die 2. Decembris anni 1684. concessa fuit nova audientia, & die 27. Ianuarij anni 1685. referente Eminentissimo, & Reverendissimo D. Cardinale Azzolino in Poneotem, loco dicti Eminentissimi de Portocarrero Archiepiscopi Toletani subrogato, concessæ fuerunt litteræ compulsoriales pro Civitate, & Diœcesi Tarraconensi directæ illios Reverendissimo Archiepiscopo, litteræ particulares pro alijs locis eorūdem Reverendissimis Episcopis, hisque legitime impeditis, illorum Vicarijs Generalibus: quarom vigore constructis quinque processibus, nimirum Tarraconensi, Valentino, Gerundensi, Guadicensi, & Barchinonensi, Sacræque Congregationi præsentaris, & ritè apertis, ad supplicationem R. P. M. Fr. Ferdinandi de Carvajal, & Ribera propositum per dictum Eminentiss. & Reverendiss. Cardinalem Azzolinum dubium, an constet de culto immemorabili, & casu excepto à decretis fœl. rec. Vrbani VIII. ad effectum, de quo agitur: coque attente discusso, atque auditoscriptis, & ore tenus Reverendiss. Promotore Fidei, Sac. Congregatio vnanimi voto censuit, & declaravit constare de cultu immemorabili, & casu excepto, si Sanctissimo D.N. placuerit die 23. Martij 1686. Et facta de prædictis Sanctissimo relatione, Sanctitas sua benigne annuit die 28. Martij 1686.

Hic Archiep. Tarraconē. est D. F. Iosephus Sanchiz 49. M. Gener.

Decretum de immemorabili cultu S. P. Armengol Martyris.

N. Cardinalis Ludovisius.

Loco † Sigilli.

Bernard. Casalius Sac. Rit. Cong. Secret.

4 Cum autem, sicut præfatus Ferdinandus Procorator Generalis Nobis subinde exponi fecit, ipse decretum huiusmodi, quo firmius subsistat, Apostolicæ confirmationis nostræ patrocinio communiri plurimum desideret, Nos ipsum Ferdinandum Procoratorem Generalem specialibus favoribus, & gratijs prosequi volētes, & à quibusvis excōmunicationis, suspēsionis, & interdicti, alijsque Ecclesiasticis sententijs, censuris, & pœnis

pœnis à iure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatus existit, ad effectũ præsentium consequendum, harum serie absolventes, & absolutum fore censentes, supplicationibus eius nomine Nobis super hoc humiliter porrectis inclinati, decretum præinsertum authoritate Apostolica tenore præsentium approbamus, & confirmamus, illique inviolabilis Apostolicæ firmitatis robur adjicimus; salva tamen in præmissis authoritate memoratæ Congregationis Cardinalium.

Cõfirmat Pontifex decretum Sac. Cong.

4 Decernentes easdem præsentes litteras semper firmas, validas, & efficaces existere, & fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere; ac illis ad quos spectat, & pro tempore spectabit, plenissimè suffragari: sicque in præmissis per quoscumque Iudices Ordinarios, & Delegatos, etiam causarum Palatij Apostolici Auditores iudicari, & diffiniri debere: ac irritum, & innane, si secus super his à quoquam quavis authoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari: non obstãtibus constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, cæterisque contrarijs quibuscumque.

Robur adjicit.

Contraria irritat.

5 Volumus autem, vt earumdem præsentium litterarum transumptis, seu exemplis, etiam impressis, manu alicuius Notarij publici subscriptis, & sigillo Personæ in Ecclesiastica dignitate constitutæ munitis eadem prorsus fides vbique habeatur, quæ ipsis præsentibus haberetur, si forent exhibitæ, vel ostensæ.

I. G. Slusius.

Habetur originale in Archivis nostri Rom. & Matriti.

INNOCENTII XI.

CONSTITVTIO XIV.

Quinquagesimo tertio Mag. Generali Mag. Fr. Iosepho Linàs.

Procuratore interino in Vrbe Fr. Antonio Roig.

COMPENDIVM.

Electio Magistri Generalis de Persona Fr. Iosephi Linàs Apostolica confirmatione roboratur.

Edita an. 1686.

INNOCENTIVS PAPA XI. DILEcto filio Iosepho Linàs Magistro Generali Ordinis Fratrum Beatæ MARIÆ de Mercede Redemptionis Captivorum. Dilecte fili, salutem, & Apostolicam benedictionem.

Religionis zelus, litterarum scientia, vitæ, ac morum honestas, aliaque laudabilia probitatis, & virtutum merita, super quibus apud Nos fidedigno commendaris testimonio, Nos inducũt, vt te specialibus favoribus, & gratijs prosequamur.

1 Exponi siquidem Nobis nuper fecit dilectus filius Antonius Roig Fr. & Procurator Generalis Fratrum Ordinis B. MARIÆ de Mercede Redemptionis Captivorum, quod in Capitulo Generali dicti Ordinis in Conventu Optensi Provinciæ Castellæ proxime celebrato tu, qui Provincialis Provinciæ Aragoniæ dicti Ordinis eras, in Magistrum Generalem eiusdem Ordinis à Vocalibus ipsius Capituli iuxta decreta Concilij Tridentini canonice electus fuisti.

M. Fr. Iosephus Linàs Generalis eligitur.

2 Cum autem, sicut eadem expositio subiungebat, consuetudine receptum, ac etiam per constitutiones dicti Ordinis præscriptum sit, vt eiusmodi Canonicarum electionum confirmatio ab hac sede impetretur, Nobis propterea dictus Antonius Procurator Generalis humiliter supplicari fecit, vt tibi in præmissis opportune providere de benignitate Apostolica dignaremur.

3 Nos te specialis favore gratiæ prosequi volentes, ac tui, & eiusdem Antonij Procuratoris Generalis singulares Personas, à quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, alijsque Ecclesiasticis sententijs, censuris, & pœnis, à iure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatę existunt, ad effectum præsentium dumtaxat consequendum, harum serie absolventes, & absolutas fore censentes, huiusmodi supplicationibus inclinati, electionem de Persona tua in Mag. Generalem Ordinis prædicti factam, vt præfertur, authoritate Apostolica tenore præsentium approbamus, & confirmamus, illique inviolabilis Apostolicæ firmitatis robur adjicimus.

Electio confirmatur.

4 Decernentes, ipsas præsentes litteras firmas, validas, & efficaces existere, & fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, ac tibi in omnibus, & per omnia plenissime suffragari: sicque in præmissis per quoscumque Iudices Ordinarios, & Delegatos, etiam causarum Palatij Apostolici Auditores iudicari, & diffiniri debere: ac irritum, & innane, si secus super his à quoquam quavis authoritate scienter, vel ignoranter contigerit atten-

attenrari : non obstantibus constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, cæterisque contrarijs quibuscumque.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Maiorem, sub Annulo Piscatoris, die 24. Iulij 1686. Pontificatus nostri anno 10.

I.G.Slutius.

Breve istud habetur vbi supra.

INNOCENTII XI.

CONSTITVTIO XV.

Quinquagesimo tertio M.Generali Fr. Iosepho Linàs.

Procuratore Generali apud Vrbem Fr. Bartholomęo de Ribero, de quo infra inter Episcopos.

COMPENDIVM.

In secreto consistorio creatur Cardinalis S.R.E.D.Fr.Petrus Salazar Ordinis nostri Episcopus Salmanticen. electus Corduben.& Sacro Pileo decoratur.

Edita an. 1686.

INNOCENTIVS PAPA XI. Dilecto filio nostro Petro S.R.E. Presbytero Cardinali de Salazar. Dilecte fili noster, salutem, & Apostolicam benedictionem.

Ad preces Caroli II. Hispaniarum Regis D.Fr. Petrus Salazar Cardinalis Creatur.

1 Annuentes, vti par erat, precibus charissimi in Christo filij nostri Caroli Hispaniarum Regis Catholici, perspectamque pietatem, ac virtutem tuam æqua lance pensantes, in proxime habito secreto Consistorio te dilectum filium nostrum in Sacrum Apostolicum Senatum coopravimus, merito confidentes fore, vt tam sublimi in loco positus, ad Catholicæ Ecclesiæ ędificationem, & gloriam decorum tuorum fulgores effundas.

Purpureū Birretū ei transmittitur.

2 Præcipuum interim Cardinalitię dignitatis insigne, purpureum scilicet Birretum dilecto filio Francisco MARIÆ de Porta intimo Cubiculatio nostro ad te deferendum commisimus. Et si autem non dubitamus, quin omnibus amoris, ac æstimationis significationibus excepturus sis virum, quem genus, singulares animi dotes, iniunctumque ipsi à Nobis munus magnopere commendant: id ipsum tamen à te petimus, vt quod sponte tua eidem præstiturus fuisses, libentius etiam, ac studiosius, Nobis poscentibus, præstes. Tibique dilecte fili noster Apostolicam benedictionem peramanter impartimur.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Maiorem, sub Annulo Piscatoris, die 8. Septembris 1686. Pontificatus nostri anno 10.

Marius Spinola.

Habetur originale Matriti.

INNOCENTII XI.

CONSTITVTIO XVI.

Quinquagesimo tertio M.Generali Fr. Iosepho Linàs.

Procuratore Generali in Romana Curia Fr. Bartholomæo de Ribero.

COMPENDIVM.

Creationem Cardinalis factam de persona Illustrissimi D.D.Fr. Petri Salazar Ordinis nostri Episcopi Salmantini, electi Corduben. & Birreti missionem continet.

Edita an. 1686.

INNOCENTIVS PAPA XI. Dilecto filio nostro Petro S.R.E. Præsbytero Cardinali de Salazar nuncupato. Dilecte fili, salutem, & Apostolicam benedictionem.

1 Magnitudo muneris regendę Ecclesiæ Dei, quod humilitatem nostram sustinere voluit Divina providentia, nos stimulat ad eos indagandos Adiutores, qui tanto oneri comportando, viribus sufficiant, & virtutum ornamentis ita præcellant, vt Romanam Ecclesiam non mediocriter exornent. Cum itaque de viris ægregijs in Sacrum Venerabilium Fratrum nostrorum S.R.E. Cardinalium Collegium cooptandis matura deliberatione cogiraremus, te inter cæteros amplissimo Ordini adscribere visum est. Tua enim probata pietas, & Catholicæ Religionis zelus, ac spectata in Pastoralis muneris exercitatione, virtus, prudentia, & integritas, aliaque eximia cęlestis gratiæ dona, singulari erga Nos, & Sedem Apostolicam Fidei, & devotioni coniuncta, te Nobis, & eidem Sedi ita commendarunt, vt Nos plane in Domino sperare luberet, ministerium tuum Ecclesiæ Dei magno vsui, atque ornamento futurum.

Merita D. F. Petri de Salazar, ob quæ Cardinalis creatur

2 Quamobrem non permisit Dominus te diutius in vnius Ecclesiæ regimine versari, sed in specula totius Ecclesiæ suæ collocari voluit per ministerium

ſterium humilitatis noſtræ. Ad te igitur S.R.E. Cardinalem creatum ſublimis dignitatis huiuſmodi vnum ex inſignibus Birretum purpureum per dilectum filium Franciſcum Mariam Porta Cubicularium noſtrum mittimus, vt poſtquam illo reverenter, vt par eſt, inſignitus fueris, huius ſplēdidiſſimæ purpuræ nota admoneri te intelligas, te in excelſa S. R. E. dignitate conſtitutum adverſus quęcumque pericula ſine exceptione imperterritum, atque invictū pro eadem Eccleſia ſtare oportere, vſque ad pretioſam in conſpectu Domini ſanguinis effuſionem. Quem vero ad te mittimus, cum ob rem ipſam, de qua mittitur, tum noſtra cauſa vt bene, libenterque excipias, omnibuſque charitatis officijs proſequaris magnopere cupimus.

Birreti ſacri tranſmiſſio.

Obligationes tantæ dignitatis

3 Volumus autem, vt antequam birretum huiuſmodi ſuſcipias, iuramētum per eumdem Franciſcum Mariam tibi exhibendum omninò præſtare, illudque manu tua ſubſcriptum, ad Nos per eumdem Franciſcum Mariam, ſeu aliam perſonam quanto citius tranſmittere, ac ſummam quingentorum ducatorum auri de Camera pro iuribus annuli Cardinalitij, Congregationi dę propaganda fide per fœl. rec. Gregorium Papam XV. Prædeceſſorem noſtrū applicatis, in manibus dicti Frāciſci Mariæ perſolvere omninò tenearis.

Iuramentum præſtandum.

Summa ſolvenda.

Datis Romę apud Sanctam Mariam Maiorem, ſub Annulo Piſcatoris, die 10. Septembris 1686. Pontificatus noſtri anno 10.

I. G. Cardinalis Slutius.

Habetur originale Matriti.

INNOCENTII XI.

CONSTITVTIO XVII.

Quinquageſimo tertio M. Generali M. Fr. Ioſepho Linàs.

Procuratore Generali in Vrbe M. Fr. Bartholomæo de Ribero.

COMPENDIVM.

Decretum Sacrę Congregationis, vt in toto Ordine noſtro quotannis celebretur Officium, & Miſſa B. Petri Armengaudi Martyris Ordinis noſtri ſub Ritu duplici ſecundę claſis cum octava confirmat.

INNOCENTIVS PAPA XI. AD futuram rei memoriam.

Edita an. 1687.

1 Nuper ad ſupplicationem dilecti filij Bartholomęi de Ribero Vicarij, & Procuratoris Generalis Ordinis Fratrū B. MARIÆ de Mercede Redemptionis Captivorum emanavit à Congregatione Venerabilium Fratrum noſtrorum S.R.E. Cardinalium, Sacris Ritibus præpoſita, decretum tenoris qui ſequitur, videlicet:

Cum Sacra Rit. Congregatio die 23. Martij 1686. ad relationem Eminentiſſimi, & Reverendiſſimi D. Cardinalis Azzolini declaraverit conſtare de cultu à tempore immemorabili pręſtito dicto Beato, & de caſu excepto à decretis fœl. rec. Vrbani VIII. cum approbatione SS. D. N. ſubſecuta die 28. dicti menſis, hodie ad enixas preces R.P.M. Fr. Bartholomæi de Ribero Vicarij, ac Procuratoris Generalis prædicti Ordinis eadem Sacra Congregatio, referente eodem Eminentiſſimo Azzolino, audito in voce, & in ſcriptis Reverendiſ. D. Fidei Promotore, cenſuit concedendam eſſe omnibus Religioſis vtriuſque ſexus ex præfato vniverſo Ordine Beatæ MARIÆ de Mercede tantum, facultatem recitandi Officium, & celebrandi Miſſam in honorem dicti Beati Petri Armengol de communi vnius Martyris quotannis die 1. Septembris aniverſaria obitus eiuſdem Beati, cum lectionibus, & oratione pariter de communi ſub Ritu duplici ſecundæ claſſis cum octava, vt in libello impreſſo Officiorum prædicti Ordinis, ſeu Religionis, ſi SS. D. N. placuerit. Hac die 25. Ianuarij 1687. Et facto de pręditis verbo cum SS. Sanctitas ſua benigne annuit die 3. Februarij 1687.

Decretum Sac. Cong. vt in toto Ordine celebretur officium, & Miſſas. Petri Armengol ſub Ritu dup. 2. claſ ſis cum octava.

N. Cardinalis Ludoviſius.

Loco † Sigilli.

2 Cum autem, ſicut dictus Bartholomæus Vicarius, & Procurator Generalis Nobis humiliter ſupplicari, & exponi fecit, ipſe decretum huiuſmodi, quo firmius ſubſiſtat, Apoſtolicæ confirmationis noſtræ patrocinio communiri plurimum deſideret. Nos ſpecialem ipſi Bartholomæo Vicario, & Procuratori Generali gratiam facere volentes, eumque à quibuſvis excommunicationis, ſuſpenſionis, & interdicti, aliiſque Eccleſiaſticis cenſuris, & pœnis à iure, vel ab homine quavis occaſione, vel cauſa latis, ſi quibus quomodolibet innodatus exiſtit, ad effectum præſentium tantum conſequendum, harum ſerie abſolventes, & abſolutum fore cenſentes, ſupplicationibus eius nomine, Nobis ſuper hoc humiliter porrectis inclinati, decretum præinſertum

Cōfirmat Pontifex Decretum Congreg.

tum authoritate Apostolica tenore præsentium approbamus, & confirmamus, illique inviolabilis Apostolicæ firmitatis robur adjicimus; salva tamen semper in præmissis authoritate memoratæ Congregationis Cardinalium.

Robur adjicit.

3 Decernentes easdem præsentes litteras firmas, validas, & efficaces semper existere, & fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere: ac illis ad quos, & quas spectat, & pro tempore spectabit in omnibus, & per omnia plenissime suffragari: sicque in præmissis per quoscumque Iudices Ordinarios, & Delegatos, etiam causarum Palatij Apostolici Auditores iudicari, & definiri debere: ac irritum, & inane, si secus super his à quoquam quavis authoritate, scienter, vel ignoranter contigerit attentari: non obstantibus constitutionibus, & ordinarionibus Apostolicis, cæterisque contrarijs quibuscumque.

Contraria irritat.

4 Volumus autem, vt earumdem præsentium litterarum transumptis, seu exemplis, etiam impressis, manu alicuius Notarij publici subscriptis, & sigillo Personæ in dignitate Ecclesiastica constitutæ munitis, eadem prorsus fides, tam in iudicio, quàm extra illud, vbique locorum habeatur, quæ ipsis præsentibus adhiberetur, si forent exhibitæ, vel ostensæ.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Maiorem, sub Annulo Piscatoris, die 18. Aprilis 1687. Pontificatus nostri anno 11.

I. G. Card. Slutius.

Habetur originale in Archivo Matritensi.

INNOCENTII XI.

CONSTITVTIO XVIII.

Quinquagesimo tertio M. Generali M. Fr. Iosepho Linàs.

Procuratore Generali in Vrbe M. Fr. Bartholomæo de Ribero.

COMPENDIVM.

Decretum Sacræ Congregationis vt in toto nostro Ordine Officium Sancti Raymundi de Peñafort Confundatoris Ordinis nostri sub Ritu duplici secundæ classis cum octava celebretur confirmat.

Edita an. 1687.

INNOCENTIVS PAPA XI. AD futuram rei memoriam.

1 Emanavit nuper à Congregatione Venerabilium Fratrum nostrorum S.R.E. Cardinalium, Sacris Ritibus præpositæ, ad supplicationem dilecti filij Bartholomæi de Ribero Vicarij, ac Procuratoris Generalis Ordinis Fratrum B. MARIÆ de Mercede Redemptionis Captivorum decretum tenoris, qui sequitur, videlicet:

Sacra Rituum Congregatio ad preces R.P.M.Fr. Bartholomæi de Ribero Vicarij, ac Procuratoris Generalis totius Ordinis B. MARIÆ Virginis de Mercede Redemptionis Captivorū, referente Eminentissimo, & Reverendissimo D. Cardinale Capifuccio, indulsit, vt Officium cum Missa S. Raymundi de Peñafort Ordinis Prædicatorum, quod hactenus sub Ritu duplici maiori quotannis die 23. Ianuarij recitatum est à Religiosis vtriusque sexus prædicti Ordinis B. MARIÆ de Mercede, in posterum ab eisdem Religiosis vtriusq; sexus de Mercede recitari, ac respective celebrari possit, & valeat sub Ritu duplici secundæ classis cum octava, eo quod idem S. Raymundus cum S. Petro Nolasco primo Fundatore, & Iacobo Primo Aragonum Rege in Civitate Barchinonensi de anno 1218. fuit Confundator Ordinis B. MARIÆ de Mercede. Hac die 22. Februarij 1687.

Off. S.R. di de Peñafort duplex mai. à nobis pridem recitabatur.

Ritu 2. clas. cum octava celebrandū conceditur.

N. Cardinalis Ludovisius.

Loco † Sigilli.

2 Cum autem, sicut dictus Bartholomæus, Vicarius, & Procurator Generalis Nobis subinde exponi fecit, ipse decretum huiusmodi, quo firmius subsistat, Apostolicæ confirmationis nostræ patrocinio communiri plurimum desideret, Nos ipsius Bartholomæi Vicarij, & Procuratoris Generalis votis hac in re, quantum cum Domino possumus, favorabiliter annuere volentes, eumq; à quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, alijsque Ecclesiasticis sententijs, censuris, & pœnis à iure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatus existit, ad effectum præsentium tantum consequendum, harum serie absolventes, & absolutum fore censentes, supplicationibus eius nomine Nobis super hoc humiliter porrectis inclinati, decretum præinsertum authoritate Apostolica tenore præsentium cōfirmamus, & approbamus, illique inviolabilis Apostolicæ firmitatis robur adjicimus; salva tamen semper in præmissis authoritate memoratæ Congregationis Cardinalium.

Cōfirmat SS. decretum Sac. Congreg.

3 Decernentes easdem præsentes litteras firmas, validas, & efficaces semper

per existere, & fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere: ac illis, ad quos, & quas spectat, & pro tempore spectabit, in omnibus, & per omnia plenissime suffragari: sicq; in præmissis per quoscumque Iudices Ordinarios, & Delegatos, etiam causarum Palatij Apostolici Auditures, iudicari, & diffiniti debere: ac irritum, & innane, si secus super his à quoquam quavis authoritate scienter, vel ignorãter contigerit attentari: non obstantibus constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, cæterisque contrarijs quibuscumque.

4 Volumus autem, vt earumdem præsentium litterarum transumptis, seu exemplis, etiam impressis, manu alicuius Notarij publici subscriptis, ac sigillo Personæ in Ecclesiastica dignitate constitutę munitis, eadem prorsus fides vbicumque locorum, tam in iudicio, quàm extra illud habeatur, quæ ipsis præsentibus haberetur, si forent exhibitæ, vel ostensæ.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Maiorem, sub Annulo Piscatoris, die 18. Aprilis 1687. Pontificatus nostri anno 11.

I. G. Cardin. Slutius.

Habetur hoc Breve apud prædictum Matritense Archivum.

INNOCENTII XI.

CONSTITVTIO XIX.

Quinquagesimo tertio M. Generali M. Fr. Iosepho Linàs.

Procuratore Generali apud Romam M. Fr. Bartholomæo de Ribero.

COMPENDIVM.

Acta, & decreta Capituli Gen. Optensis de anno 1686. confirmantur.

Edita an. 1687.

INNOCENTIVS PAPA XI. AD futuram rei memoriam.

Militantis Ecclesiæ regimini per ineffabilem Divinæ Bonitatis abundãtiam, nullo licet meritorum nostrorum suffragio præsidentes, ea, quæ pro fœlici, prosperoque Christi Fidelium, qui è fluctibus sæculi in portum religiosæ vitę confugerunt, & vota sua Altissimo in sanctitate, & iustitia assiduè reddere satagunt, regimine, & gubernio, ac Religionis incremento providè, prudenterque constituta, & ordinata esse noscuntur, vt firma semper, atque inviolata persistant Apostolici munimi nis nostri patrocinio, cum id à Nobis petitur, libenter constabilimus.

1 Exponi siquidem Nobis nuper fecit dilectus filius Bartholomæus de Ribero, Vicarius, & in Romana Curia Procurator Generalis Ordinis Fratrum B. MARIÆ de Mercede Redemptionis Captivorum, in Sacra Theologia Magister, quod in Capitulo Generali dicti Ordinis, illiusque Diffinitorio die prima Iunij anni proximè præteriti 1686. à dilectis pariter filijs Magistro Generali, & Diffinitorio eiusdem Ordinis vnanimi consensu edita, & promulgata fuerunt statuta, seu decreta tenoris, qui sequitur, videlicet:

2 Cupiens Sanctum Diffinitorium maiores in toto Ordine progressus litterarum, cum profectu legentium Philosophiam, & Sacram Theologiam, vtilitateque discipulorum, tamquam præcipuum fundamentum, & origo totius æstimationis Religionis, angmẽtumque eius in spiritualibus, & temporalibus, inviolabili constitutione, & statuto decernit, vt, qui deinceps cursuum lecturæ operam daturi fuerint, vt gradus Præsentatorum, & Magistrorum obtineant, indispensabiliter se exerceant in officio Lectorum per spatium quindecim annorum, ita taliter, vt, qui gradum Præsentati de iustitia obtenturi sint, prius se exerceant in officio Lectoris per spatium octo annorũ, quorum approbatio facta sit à Capitulo Provinciali suæ Provinciæ, qui autem obtenturi fuerint gradum Magistri similiter de iustitia, vltra illos octo annos lecturæ requisitos ad gradum Præsentati, per alios septem annos etiam à Capitulo Provinciali approbatos in lectura se exerceant: decernentes in præsenti decreto non comprehendi Patres Lectores, qui actualiter legunt Sacram Theologiam.

Acta Capituli Gen. Optensis.

Ad gradũ Præsentaturæ 8. ad Magisterij 15. Lecturę decernantur anni.

3 Item, circa præsentem materiam decernit Sanctum Diffinitorium, vt Patres Lectores, qui per spatium prædictorum quindecim annorum Philosophiam, ac Sacram Theologiam legerint, si nondum gradum Præsentati obtinuerint, fruantur titulo Lectorum Iubilatorum, cum omnibus gratijs, exemptionibus, & præeminentijs, quibus gaudent Patres Præsentati, excepto dumtaxat voto, & cum præcedentia in loco ad omnes illos, qui non sunt Præsentati de iustitia, & servata inter ipsos Lectores Iubilatos præcedentia secundum antiquitatem lecturæ.

Iubilati qui 15. ãn nos legerint exem ptionibus decorãtur.

4 Præterea, quoniam magna experta sunt damna, & inconvenientia ex hoc, quod in Provincijs Ordinis cli-

Vocalis ad Cap. Gen. insti. tutus, vt si

forte aliquis impediatur pro ipso suffragium ferat, non admittatur ad electionem.

gantur suffragia vocem habitura in Capitulo Generali eo præcisse, si forte aliquem ex electis in Capitulo Provinciali impediri contigerit, decernit, & strictè præcipit hoc Sanctum Diffinitorium, vt in posterum nulla causa, colore, vel prætextu quæsito tale suffragium in aliqua Provincia eligi possit, nisi evidenter authentico, & fidedigno testimonio constet de legitimo impedimento illius, qui ad talem vocem habendam in Capitulo Generali, electus fuerat in Capitulo Provinciali suæ Provinciæ; aliter autem factam prædictam electionem Sanctum Diffinitorium cassat, irritat, atque nullā fuisse declarat, & talem electum incapacem habēdi vocem, seu suffragium in aliqua functione dicti Capituli.

Nullus nō Capitularis absque licentia Mag Gen. aut eius Vicarij possit tempore Capituli domū eius adire

5 Deinde, considerans Sanctum Diffinitorium magna, & intolerabilia dispendia, quæ fiunt in Capitulis, tam Generalibus, quàm Provincialibus causa Religiosorum, qui non vocati, nec de corpore sunt Capituli, nec functionem in ipso habent, & tamen in excessivo numero ad Capitulum concurrunt, præcipit sub pœna excommunicationis maioris latæ sententiæ trina canonica monitione de iure præmissa ipso facto incurrenda, & sub pœna privationis vocis activæ, & passivę in perpetuum (quibus pœnis, & censuris irremissibiliter punietur in eis incurrens) vt nullus Religiosus cuiuscumque gradus, qualitatis, & conditionis extiterit ire, vel intrare præsumat in Capitulum, vel domum Capitularem, nisi sit de corpore ipsius Capituli, vel de licentia Reverendissimi Patris N. Magistri Generalis, vel Vicarij Generalis totius Ordinis.

Alternativa inter Italos, & Hispanos in Provincia Italiæ servetur.

6 Cum etiam pervenisset ad notitiam huius Sancti Diffinitorij magnas subortas esse perturbationes in Provincia Italię ob non servatam alternativam inter Fratres Italos, & Hispanos in provisione officiorum vacantium, resolutoriè præcipit, vt in posterum indispensabiliter observetur prędicta alternativa, & concordia inter Italos, & Hispanos.

Procurator Gen. Curiæ Romanæ etiā si tantum fuerit Præsentatus possit in electione Magistri, & omnibus Diffinitorijs interesse.

7 Item, cognoscens hoc Sanctum Diffinitorium, quam multum conducat bono communi Religionis, quod RR. PP. Vicarij Generales Italię intersint Capitulis Generalibus, vt tamquam Procuratores Generales Ordinis in Curia Romana referant Diffinitorio Generali rationem certam, & statum negotiorum pendentium in ipsa Curia, declarat, & decernit, vt in posterum Procurator Generalis Ordinis in Curia Romana, qui vocatus accesserit ad Capitulum Generale, etiam si tantum sit insignitus gradu Præsentati, vocem, & suffragium habeat in Capitulo, tam quoad electionem Reverendissimi Magistri Generalis, quam quoad alias functiones Diffinitorij Generalis.

Vicarij Gen. Indiarū non possint instituere Visitatorem non graduatū, nec officia conferre eis qui per 5 annos non sint in Provincijs affiliati.

8 Animadvertens etiam Sanctum Diffinitorium gravissima damna, & inconvenientia, quæ sequuntur in Provincijs Indiarum, ex hoc quod RR. PP. Vicarij Generales earum instituunt Visitatores Provinciarum, vel Conventuum Religiosos non Præsentatos, nec Magistros; & similiter ex eo, quod, re non debita maturitate considerata, socios suos Officijs, & honoribus dictarū Provinciarum afficiont, decernit, & pręcipit RR. PP. Vicarijs Generalibus Indiarum, vt in posterum non audeāt, nec possint nominare, vel instituere Visitatorem aliquem, qui non sit ad minus Præsentatus, nec conferre officium, vel honorem Religioso alicui, sive sit eius socius, sive non, nisi post quinquennium cōpletum à die adoptionis illius in filium illius Provinciæ, in qua officium, vel honorem consecuturus sit.

Provincialis nō possit sui Vicarium nō graduatū nominare

9 Attendens Sanctum Diffinitorium gravia inconvenientia, quæ possunt oriri ex eo, quod RR. PP. Provinciales qui à nostra constitutione facultatem habent creandi Vicarios Provinciales suarum Provinciarum in casibus sibi expressis, eligant ad hoc munus Religiosos, non Magistros, nec Præsentatos, decernit, & præcipit dictis RR. PP. Provincialibus, vt in posterum in casibus cōstitutionis non possint instituere Vicarium Provincialem eum, qui ad minus non sit insignitus gradu Præsentati.

M. Fr. Ferdinando Carvajal & Ribera exemptiones Patris Provinciæ declarātur

10 Considerans hoc Sanctum Diffinitorium, & tota attentione perpendens infatigabilem laborem, vigilantiam, industriam, & zelum R. P. M. Fr. Ferdinandi de Carvajal & Ribera in promovendis causis Religionis in Curia Romana, dum in ea Procurator Generalis existeret, primo tefert illi debitas gratias, deinde declarat, quod in virtute litterarum Apostolicarum, quas impetravit, etiam si tale munus Procuratoris Curiæ non obierit per totum tempus à nostra constitutione præfixū, est, & manet Pater Provinciæ Castellæ cum omnibus honoribus, gratijs, exemptionibus, & præeminentijs, quibus gaudent, & gaudere solent omnes dictæ Provinciæ Patres de iustitia.

Non amplius quā 3. Lectores Theologiæ sint

11 Confirmat Sanctum Diffinitorium decretum Capituli Generalis celebrati in Conventu Carracensi anno 1676. in quo præcipitur, vt in domibus, seu Conventibus studiorum non possint esse plures quam tres Lectores Sacræ Theolo-

in quovis Conventu demptis Cathalon. Theologiæ in vnoquoque, exceptis Cõventibus Principatus Cathaloniæ, in quibus quia pauci sunt, ratione devastationis belli præteriti, esse poterunt in vnoquoque quatuor Lectores Sacræ Theologiæ.

Gradus de gratia, nisi prævio examine, nõ admittantur. 12 Similiter confirmat decretum eiusdem Capituli Generalis, iam etiam confirmatum in Capitulo Generali proximè præterito celebrato anno 1682. quo præcipitur, ne possit admitti in aliqua Provincia gradus aliquis de gratia, nisi prævio rigoroso examine.

Magistri de gratia nõ præcedant' præsẽtatos de iustitia. 13 Et insuper decernit Sanctum Diffinitorium, vt PP. Magistri de gratia non possint præcedere in loco sedentia di PP. Præsentaros de iustitia, quin præsenti decreto intelligatur comprehendi PP. MM. de gratia, qui actualiter inveniuntur in possessione talis præcedentiæ.

Secretarius Gen. nisi talis per quinquennium fuerit non gaudeat exēptionibus &c. 14 Ad obvianda inconvenientia, & tollendas de medio omnes confusiones, decernit Sanctum Diffinitorium, non posse RR. PP. Secretarios Reverendissimi P. N. Magistri Generalis frui exēptionibus ipsis assignatis, quin prius per spatium completi quinquennij dictum Officium exercuerint; & hoc sine præiudicio eorum, qui vsque nunc fuerunt Secretarij Generales.

De loco Secretarij Indiarum. 15 Similiter decernit Sanctum Diffinitorium inviolabiliter observari, quæ stabilita sunt in Capitulis Generalibus circa locum, quem debent habere PP. Secretarij RR. PP. Vicariorum Generalium Indiarum.

Provincialis non nisi post duo tiennia possit etiam Vicarius Provincialis institui. 16 Considerans tandem S. Diffinitorium inconvenientia, quæ oriuntur, ex reassumptione Officiorum, ita vt RR. PP. Provinciales absoluti sint, & eligantur Vicarij Provinciales, decernit, & præcipit, vt dicti RR. PP. Provinciales absoluti non possint reeligi ad officium Provincialis, nec Vicarij Provincialis, etiam si per renuntiationem vacaverit, nisi transactis duobus trienniis.

Exēptiones Graduatorũ. 17 Circa expressionem gratiarum, exemptionum, & præeminentiarum, quibus frui, & gaudere debent PP. Magistri, & Præsentati, remittit se Sanctum Diffinitorium Congregationi erigendę ad disponendas, & ordinandas Sacras constitutiones.

Confirmat Pontifex præfata statuta. 18 Cum autem, sicut eadem expositio subiungebat, tam prædictus Bartholomæus Procurator Generalis, quàm dicti Magister Generalis, & Diffinitorium decreta, seu statuta huiusmodi, quo firmius subsistant, & serventur exactius, Apostolicæ confirmationis nostrę robore communiri summopere desiderent, Nos specialem illis gratiam facere volentes, & eorum singulares personas à quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, alijsque Ecclesiasticis sententijs, censuris, & pœnis à iure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatæ existunt, ad effectum præsentium tantum consequendum, harum serie absolventes, & absolutas fore censentes, supplicationibus pro parte dicti Bartholomæi Procuratoris Generalis, & eorumdem Magistri Generalis, & Diffinitorij nomine Nobis super hoc humiliter porrectis inclinati, de Venerabilium Fratrum nostrorum S. R. E. Cardinalium, negotijs, & Consultationibus Episcoporum, & Regularium Præpositorum consilio, præinserta statuta, seu decreta, cum omnibus, & singulis in eis contentis, & expressis authoritate Apostolica tenore pręsentium confirmamus, & approbamus, illisque inviolabilis Apostolicæ firmitatis robur adjicimus, ac omnes, & singulos iuris, & facti defectus, si qui desuper quomodolibet intervenerint, supplemus; salva tamen semper in præmissis authoritate Congregationis memoratorum Cardinalium.

19 Decernentes, easdem præsentes litteras, & statuta, seu decreta præinserta, semper firma, valida, & efficacia existere, & fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere: ac illis ad quos spectat, & pro tempore spectabit, in omnibus, & per omnia plenissime suffragari, & ab illis respective inviolabiliter observari: sicque in præmissis per quoscumque Iudices, Ordinarios, & Delegatos, etiam causarum Palatij Apostolici Auditores, iudicari, & diffiniri debere: ac irritum, & inane si secus super his à quoquam quavis authoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari: non obstantibus constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, ac, quatenus opus sit, dicti Ordinis, alijsve quibusvis, etiam iuramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus, privilegijs quoque indultis, & litteris Apostolicis in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis: Quibus omnibus, & singulis illorum tenores præsentibus pro plene, & sufficienter expressis habentes, illis aliàs in suo robore permansuris, ad effectum præsentium hac vice dumtaxat specialiter, & expresse derogamus, cæterisque contrarijs quibuscumque.

20 Volumus autem, vt earumdem præsentium litterarum transumptis, seu exemplis, etiam impressis, manu alicuius Notarij publici subscriptis, ac sigillo Personę in Ecclesiastica dignitate

constitutę munitis eadem prorsus fides, tam in iudicio, quàm extra illud vbique locorum habeatur, quæ haberetur ipsis præsentibus, si forent exhibitæ, vel ostensæ.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Maiorem, sub Annulo Piscatoris, die 15. Maij 1687. Pontificatus nostri anno 11.

I.G.Slutius.

Habetur originalis apud prædictos Archivos.

INNOCENTII XI.

CONSTITVTIO XX.

Quinquagesimo tertio M.Generali Fr. Iosepho Linàs.

Procuratore Generali in Vrbe M. Fr.Bartholomæo de Ribero.

COMPENDIVM.

Confratribus nostris nostras, aut Confraternitatis Ecclesias visitantibus in diebus stationum almæ Vrbis easdem ad decennium concedit indulgentias, quæ Ecclesias Vrbis in præfatis diebus visitantibus concessa sunt.

Edita an. 1688.

INNOCENTIVS PAPA XI. AD futuram rei memoriam.

Commissæ Nobis à D. N. IESV CHRISTO dispensationis ratio exigit, vt cęlestium munerū thesauros, ad augendam, fovendamque fidelium pietatem prudenti, fidelique liberalitate, quantum Nobis ex alto conceditur, erogare studeamus.

1 Cum itaque, sicut accepimus, nōnulli Romani Pontifices Prædecessores nostri Confraternitatibus, seu Congregationibus Ordini Fratrum B. MARIÆ de Mercede nuncupato Redemptionis Captivorum, seu alicui ex domibus regularibus eiusdem Ordinis aggregatis, illarumque Confratribus, & Consororibus, Christi Fidelium sub duro Barbarorum iugo languentium libertati sedulo incumbentibus quam plures indulgentias, & peccatorum remissiones, ac pœnitentiarum relaxationes, non tamen infrascriptas, misericorditer in Domino concesserint, Nos eosdem Confratres, & Consorores ad pietatis, & Christianæ charitatis erga illos, qui dura immanium Christiani nominis hostium servitute opprimuntur exercendæ opera vberiorum, eisq; hactenus nō concessarū specialiū gratiarum elargitione incitare cupientes, de Omnipotentis Dei misericordia, & BB. Petri, & Pauli Apostolorum eius authoritate confisi, supplicationibus quoque dilecti filij Bartholomæi de Ribero Ordinis prædicti Vicarij, & Procuratoris Generalis, Nobis super hoc humiliter porrectis inclinati, omnibus, & singulis dictarum Confraternitatum canonice hucvsque erectarum, & in futurum erigendarum personis vtriusque sexus, qui aliquam ex Ecclesijs dicti Ordinis, ac suarum respectivè Confraternitatum Ecclesias, seu Oratoria in diebus stationum Ecclesiarum Almæ Vrbis nostræ, prout in Missali Romano exprimuntur, devote visitaverint, & ibidem pro Christianorum Principum concordia, hæresum extirpatione, ac Sanctæ Matris Ecclesiæ exaltatione, necnon Captivorum prædictorum liberatione, eorumque perpetua perseverantia in Christianæ Religionis, Catholicæque Fidei professione, pias apud Deum preces effuderint, vt omnes, & singulas indulgentias, & peccatorum remissiones, ac pœnitentiarum relaxationes consequantur, quas consequerentur, si easdem Ecclesias Vrbis, ad id deputatas in diebus stationum huiusmodi personaliter, & devote visitarent, dicta Apostolica authoritate, harum serie concedimus, & indulgemus: Præsentibus ad decennium tantum valituris, non obstantibus nostra, & Cancellariæ Apostolicæ Regula de non concedendis indulgentijs ad instar, alijsque constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, cæterisque contrarijs quibuscumque.

Pluribus gaudent indulgentijs Confratres nostri.

Indulgentias stationū, almæ Vrbis Cōfratribus nostras Ecclesias visitantibus concedit.

2 Volumus autem, vt si pro impetratione, præsentatione, admissione, seu publicatione præsentium aliquid, vel minimum detur, aut specificative oblatum recipiatur, præsentes nullæ sint eo ipso, quodq; presentiū transumptis, seu exemplis, etiam impressis, manu alicuius Notarij publici subscriptis, & sigillo Personæ in dignitate Ecclesiastica constitutæ munitis eadem prorsus fides in iudicio, & extra illud vbique locorum habeatur, quæ præsentibus ipsis haberetur, si forent exhibitæ, vel ostensæ.

Revocat concessionē, si aliquid pro ea recipiatur.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Maiorem, sub Annulo Piscatoris, die 12. Februarij 1688. Pontificatus nostri anno 13.

Gratis pro Deo, & Scta.

I.F.Albanus.

Breve istud loco supra citato habetur originale.

INNO-

INNOCENTII XI.

CONSTITVTIO XXI.

Quinquagesimo tertio M. Generali M. Fr. Iosepho Linàs.

Procuratore Generali in Vrbe Fr. Bartholomæo Ribero.

COMPENDIVM.

Ornamenta, paramenta, & vtensilia Sacristiæ nostræ Cæsaraugustanæ ab ea extrahi prohibet.

Edita an. 1688.

INNOCENTIVS PAPA XI. AD perpetuam rei memoriam.

Conservationi, & manutentioni ornamentorum, & paramentorum Sacristiæ Ecclesiæ Conventus Sancti Lazari Ordinis Fratrum Beatæ MARIÆ Virginis de Mercede Redemptionis Captivorum Civitatis Cæsaraugustanæ, quantum cum Domino possumus, benigne consulere, ac dilectum filium modernum Superiorem dicti Conventus specialibus favoribus, & gratijs prosequi volentes, & à quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, alijsque Ecclesiasticis sententijs, censuris, & pœnis à iure, vel ab homine, quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatus existit, ad effectum præsentium tantum consequendum, harum serie absolventes, & absolutum fore censentes, supplicationibus dicti Superioris nomine Nobis super hoc humiliter porrectis inclinati: Ne de cetero quisquam quavis authoritate fungens vasa, Calizes, candelabra, & alia paramenta Ecclesiastica, auro, argento, aut quavis alia materia confecta, necnon quamcumque suppellectilem Sacram, tam hactenus in dicta Sacristia, vel Ecclesia collocata, & illi etiam per quoscumque Christi Fideles donata, & assignata, quàm in posterum forsan collocanda, donanda, & assignanda, alijs Ecclesijs, Monasterijs, Oratorijs, Congregationibus, locis pijs, seu quibusvis personis, cuiuscumque gradus, ordinis, & conditionis, qualitatis, ac dignitatis, & quacumque authoritate, superioritate, & officio, fungentibus commodare, aut sub quovis quæsito colore, ingenio, causa, ratione, aut occasione è dicta Ecclesia, seu illius Sacristia extrahere, & asportare, seu vt commodentur, aut extrahantur, & asportentur, permittere, aut consentire audeat, seu præsumat, sub excommunicationis latæ sententiæ, ac privationis vocis activę, & passivę nunc, & pro tempore per contrafacientes, eo ipso absque alia declaratione, incurrendis pœnis authoritate Apostolica tenore præsentium interdicimus, & prohibemus, non obstantibus constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, & quatenus opus sit, Conventus, & Ordinis prædictorum etiam iuramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus, cæterisque contrarijs quibuscumque. Volumus autem, quod præsentis provisionis copia in valvis dictæ Ecclesiæ, seu illius Sacristiæ, aut alio conspicuo loco, vbi ab omnibus cerni possit, continuo affixa remaneat.

Datum Romæ apud Sanctum Petrum, sub Annulo Piscatoris, die 11. Decembris 1688. Pontificatus nostri anno 13.

SVB INNOCENTIO XI.

DECRETVM I.

Quinquagesimo primo M. Generali Fr. Sebastiano de Velasco.

Procuratore Generali in Vrbe Fr. Iosepho Linàs.

COMPENDIVM.

Officium, & Missam Sancti Raymundi Nonnati sub Ritu semiduplici ad libitum celebrari solita, de præcepto recitanda, & in Kalendario Breviarij, & Missalis Romani apponenda statuit.

VRBIS, ET ORBIS.

SANCTISSIMVS DOMINVS NOster D. Innocentius divina providentia Papa XI. de voto Eminentissimorum Dominorum Cardinalium Cōgregationis Sacræ Rituum, habitę die 10. Iulij 1677. mandavit, vt Officium S. Raymundi Nonnati Confessoris Ordinis Beatæ MARIÆ de Mercede Redemptionis Captivorum, & S.R.E. Cardinalis Diaconi Tit. S. Eustachij semiduplex à Sacra Rituum Congregatione sub die 13. Augusti 1669. recognitum, & approbatum, & de mandato fœl. rec. Clementis IX. sui Prædecessoris ab omnibus vtriusque sexus Christi Fidelibus, qui ad Horas Canonicas tenentur vsque adhuc recitatum ad libitum die 31. Augusti, in posterum sub eodem Ritu semi-

Officium S. Raymūdi Nonnati Semiduplex de præcepto ad Vniversa Ecclesia celebrãdum decernitur.

femiduplici de præcepto recitetur, & in Kalendario Brebiarij, & Miſſalis Romani apponatur. Die 22. Iulij 1677.

V. Cardinalis Carpineus.

Bernardinus Caſalius Sac. Rit. Congreg. Secret.

Hoc, & ſequentia huius Pontificis decreta originalia in noſtris Romano, & Matritenſi Archivis aſſeruantur.

SVB INNOCENTIO XI.

DECRETVM II.

Quinquageſimo primo M.Generali Fr. Sebaſtiano de Velaſco.

Procuratore Generali in Vrbe M. Fr. Ioſepho Linàs.

COMPENDIVM.

Commemorationem omnium Defunctorum Ordinis ſolemnem, poſt feſtum omnium Sanctorum illius, celebrari ſtatuit.

Ordinis Beatæ MARIÆ de Mercede Redemptionis Captivorum.

SACRA RIT. CONGREGATIO, ſupplicante P.M.Fr. Ioſepho Linàs Vicario, & Procuratore Generali Ordinis Beatæ MARIÆ de Mercede Redemptionis Captivorum nomine præfatæ ſuæ Religionis benigne conceſſit, vt in poſterum ſemel in anno poſt feſtum omnium Sanctorum prædictæ Religionis, celebrandum die 13. Novembris ex conceſſione fœl. rec. Clementis X. præfata Religio poſſit celebrare prima die non impedita commemorationem omnium defunctorum Religioſorum, Monialium, & Benefactotum præfati Ordinis ſub Ritu duplici cum oratione, *Deus veniæ largitor, & humanæ ſalutis amator*, &c. iuxta Rubricas Brebiarij, & Miſſalis Romani. Hac die 26. Novembris 1678.

Cæſar Cardinalis Fachenettus.

Bernard. Caſalius Sac. Rit. Cong. Sec.

Habetur in præfatis Archivis.

SVB INNOCENTIO XI.

DECRETVM III.

Sub eiſdem Mag. & Procuratore Generalibus.

COMPENDIVM.

Sac. Rituum Congregatio concedit, vt in Ordine noſtro Officium Beatæ MARIÆ Virginis de Mercede Fundatricis noſtræ cum tribus Lectionibus, oratione, & octavo reſponſorio proprijs recitari valeat.

Lectiones, oratio, & octavum Reſponſorium, prout in proprio Ordinis, & Sanctorum pro Vniverſis Regis Hiſpaniæ Ditionibus, & Galliarum Regnis Officijs continetur.

SVPRASCRIPTAS LECTIONES, vna cum oratione, & Reſponſorio diligenter reviſas, & relatas per Eminentiſ. D. Cardinalem Caſanate, audito pariter Reverendiſ. Fidei Promotore, Sacra Rituum Congregatio approbavit, ſupplicante P.Mag. Fr. Ioſepho Linàs, Vicario, & Procuratore Generali Ordinis Beatæ MARIÆ de Mercede Redemptionis Captivorum nomine prædictæ ſuæ Religionis, eaſque à Religioſis vtriuſque ſexus eiuſdem Ordinis recitari, ac imprimi poſſe conceſſit. Die 18. Martij 1679.

Cæſar Cardinalis Fachenettus.

Bernard. Caſalius Sac. Rit. Cong. Sec.

Habetur originale Matriti, & Romæ.

SVB INNOCENTIO XI.

DECRETVM IV.

Sub eiſdem Magiſtro, & Procuratore Generalibus.

COMPENDIVM.

Officium, & Miſſam Beatiſſimæ Virginis Mariæ de Mercede ſub Ritu duplici de præcepto ad preces Caroli II. Regis Catholici Hiſpaniarum pro omnibus ſuis Regnis Ditionibus, & Dominijs ab omnibus qui ad Horas Canonicas tenentur recitandum extendit.

HISPANIARVM.

PRO PARTE SERENISSIMI CAroli II. Hiſpaniarum Regis Catholici, *Editū an. 1610.*

Impensa Caroli II. Hispaniarum Regis erga BB. V. Mariã de Mercede devotio.

lici, qui ob summum pietatis studium, quo SS. Virginem Mariam de Mercede prosequitur, suis specialibus litteris SS. D. N. Innocentio Papæ XI. directis, eique porrectis per Excellẽtissimum Marchionem del Carpio ipsius Regis Catholici Oratorem Ordinarium, supplicatum fuit, quatenus dignaretur concedere, vt in posterũ ab omnibus Christi Fidelibus vtriusque sexus, tam Sæcularibus, quàm Regularibus, qui ad Horas Canonicas tenentur, in omnibus Hispaniarum Regnis Ditionibus, Dominijs, & Prouincijs Maiestati Catholicę subiectis celebrari possit festum BB. Virginis de Mercede singulis annis Dominica proximiori Kalendis Augusti cum Missa, & eodem Officio proprio, sub Ritu duplici de præcepto, quibus vtuntur authoritate Apostolica Religiosi dç Mercede Redemptionis Captiuorum, à Sac. Congreg. Rituum nouiter approbato, sub die 18. Martij proximè præteriti: accedentibus etiam precibus M. Fr. Iosephi Linàs eiusdem Ordinis Procuratoris Generalis nomine suæ Religionis, & per Sanctitatem suam remissis supradictis precibus ad Sacram Rituum Congregationem pro voto. Et eadem Sacra Congregatio censuit prædictum Officium, & Missam celebrari, & recitari posse singulis annis sub Ritu duplici Dominica proximiori Kalendis Augusti ab omnibus vtriusque sexus tã Regularibus, quàm Sæcularibus, qui ad horas Canonicas tenentur in omnibus Hispaniarum Regnis, Ditionibus, Dominijs, & Prouincijs Regi Catholico subiectis, si Sanctis. D. N. placuerit. Die 16, Decembris 1679.

Præfati Regis proextensione Officij B. Mariæ de Mercede in omnibus suis Ditionibus supplicatio.

Decernit Sac. Rit. Cong. in omnibus Hispaniarum Regis Dominijs ab omnibus Officium B. M. de Merce. de Duplex recitari quotannis

Et facto de prædictis verbo cum Sanctissimo, Sanctitas sua annuit die 18. Ianuarij 1680.

Cęsar Cardin. Fachenettus.

Bernardin. Casalius Sac. Rit. Cong. Secret.

Habetur originalis Romæ, & Matriti apud Nos.

SVB INNOCENTIO XI.

DECRETVM V.

Eisdem Magistro, & Procuratore Generalibus.

COMPENDIVM.

Lectiones proprias cum oratione de communi vnius Martyris approbat Sacra Rituum Congreg. pro Officio Sancti Petri Paschasij, & illud sub Ritu duplici die 23. Octobris ab vniuerso nostro Ordine recitandum præcipit.

DIE XXIII. OCTOBRIS.

In festo Sancti Petri Paschasij Episcopi Gienneusis, & Martyris Ordinis B. Virginis MARIÆ de Mercede Redemptionis Captiuorum *Duplex.*

Omnia de Communi vnius Martyris pręter Lectiones secundi Nocturni.

LECTIO IV.

Petrus cognomento Paschasius Valentiæ, dum sub Maurorum iugo teneretur, Christianis parẽtibus natus, liberalibus artibus, sacrisque disciplinis eruditus inter Canonicos Ecclesię Valẽtinę adscribitur. Mox erogatis in pauperes amplissimis redditibus, vt se totũ pietati converteret, O[illegible]nem B. MARIÆ de Mercede Redemptionis Captiuorum ingreditur, in quo sub ipso Sãcto Petro Nolasco Magistro adeò exactam vivendi rationem instituit, vt ieiunijs, & mortificationibus exemplar omnibus esset.

LECTIO V.

Dein Sacram Theologiam magno auditorum profectu publicè docuit. Quare Iacobus I. Aragoniæ Rex eius doctrinæ fama permotus illum in filij sui Sanctij Archiepiscopi Toletani, qui, & eidem Ordini nomen dederat, in præceptorem, & directorem, collato ab Vrbano IV. titulo Episcopatus Granatensis, delegit. Quo in munere ita se gessit, vt Ordinem suum Toleti, & alibi mirificè propagaverit, donec, defuncto Sanctio, ad Giennẽsem Ecclesiam omnibus votis præficitur. In eius verò regimine, dum ovium sibi creditarum saluti sedulò invigilat, à Mauris cap-

captus in vinculis Granatæ iam septuagenarius detinetur.

LECTIO VI.

VErùm in tanto vitę discrimine ærumnis,& calamitatibus pressus summa constantia Catholicam Religionem tueri, fideleſque in ergastulis miserè detentos opibus, & pecuniis in propriam libertatem pluries paratis iuvit, ac pueros, & fœminas in animæ discrimen ob ætatis, vel sexus imbecillitatem proclives, contempta propria salute, redemit. Cumque inter Infideles ipsos non prætermitteret Catholicam Religionem propugnare, ac Saracenorum errores doctissimis commẽtarijs confutare, ipsum Granatæ, dum Sacra operatur, obtruncari Rex Mahumetanus iubet. Martyris sui sanctitatem multis Deus miraculis illustravit, diuquè à Fidelibus veneratione habitũ Clemens X. Pontifex Maximus Ecclesiastici cultus decreto decoravit.

ORATIO.

De Communi vnius Martyris Pontificis.

DEus qui nos Beati Petri Martyris tui, atque Pontificis annua solemnitate lætificas, concede propirius, vt cuius natalitia colimus, de eiusdem etiam protectione gaudeamus. Per Dominum, &c.

Editũ an. 1680.

SACRA RIT. CONGREGATIO suprascriptas Lectiones proprias, pro 2. Noctur.& orationẽ de cõmuni vnius Martyris Pont. vt iacent recitãdas cum Officio quotannis die 23. Octobris sub Ritu duplici in festo Beati Petri Paschasij de Valentia, Episcopi Giennensis, & Martyris Ordinis BB. Virginis MARIÆ de Mercede Redemptionis Captivorum, diligenter revisas, & relaras per Eminentis. D. Cardinalem Casanare, audito prius Reverendis. D. Fidei Promotore, approbavit pro Religiosis vtriusque sexus prædicti Ordinis, ennixè supplicante P.M.Fr.Iosepho Linàs Vicario, ac Procuratore Generali totius præfati Ordinis, ac imprimi posse concessit. Hac die 22. Iunij 1680.

Pro Eminentis. D. Card. Fachenetto. Praefect. Congreg.

N. Cardinalis Ludovisius.

Bernardin. Casalius Sac. Rit. Congreg. Secret.

SVB INNOCENTIO XI.

DECRETVM VI.

Sub eisdem Magistro, & Procuratore Generalibus.

COMPENDIVM.

Ad preces Serenissimi Caroli II. Hispaniarum Regis Catholici SS. præcipit, vt Officium proprium Sancti Raymundi Nonnati Confessoris Ordinis nostri S. R. E. Cardinalis sub Ritu duplici de præcepto in vniversa Catholica Ecclesia recitetur.

VRBIS, ET ORBIS.

Editũ an. 1681.

SANCTISSIMVS DOMINVS N. Innocentius Papa XI. de Consilio Eminentis. & Reverendis. DD. Cardinalium Sacræ Rit. Congregationis, habitæ die 7. Decẽbris anni decursi 1680. referente Eminentis.& Reverendi. Cardinale Azzolino, ad pias preces Serenissimi Hispaniarum Regis per suas litteras, ab Excellentissimo D. Marchione del Carpio eius Oratore apud Sanctitatem suam porrectis, accedentibus etiam instantijs Eminentis. & Reverendis. D. Cardinalis Otthoboni Protectoris Ordinis Beatæ MARIÆ de Mercede Redemptionis Captivorum, necnon P.M.Fr.Iosephi Linàs Vicarij, ac Procuratoris Generalis prædicti Ordinis nomine suę Religionis præcipit, vt Officium proprium S. Raymundi Nonnati Confessoris Ordinis præfati,& S.R.E. Cardinalis Diaconi Tit.S.Eustachij appositum de mandato Sanctitatis suæ in Kalendario Brebiarij, & Missalis Romani sub Ritu semiduplici de præcepto, & vsque adhuc recitatum die 31. Augusti in festo eiusdem Sancti, in posterum recitari debeat sub Ritu duplici de præcepto ab omnibus, & singulis vtriusque sexus Christi Fidelibus, tam Sæcularibus, quàm Regularibus, qui ad Horas Canonicas tenentur, in Ecclesia vniversali, & in Kalendario Breviarij, & Missalis Romani apponatur. Hac die 10. Martij 1681.

Pro Eminentis. Card. Fachenetto Praefect. Cong.

N. Cardinalis Ludovisius.

Bernardin. Casalius Sac. Rit. Cong. Sec.

Habetur originale Matriti, & Romæ.

SVB

SVB INNOCENTIO XI.

DECRETVM VII.

Eisdem Magistro, & Procuratore Generalibus.

COMPENDIVM.

Sac. Rit. Congregatio approbat Officium proprium cum Antiphonis scilicet Capitulis Responsorijs, Versiculis, Hymnis, Lectionibus singularibus, atque Ordini nostro in perpetuum recitandum in festo S.P.N.Petri Nolasco indulget.

Officium prout in proprio Ordinis nostri.

Editum an.1681. SACRA RIT. CONGREGATIO, audito pariter Reverendis. D.Fidei Promotore, suprascriptum Officium proprium Sancti Petri Nolasco Ordinis B.MARIÆ de Mercede Redemptionis Captivorum Fundatoris diligenter revisum, correctom, & relatum per Eminentis. & Reverendis. D. Cardinalem Casanate, approbavit, pro vsu prædictæ Religionis vtriusque sexus tantum, illudque recitari, ac imprimi posse concessit, supplicante P.M.Fr. Ioseepho Linàs Vicario, ac Procuratore Generali præfati Ordinis in Romana Curia, nomine quoque suæ Religionis. Hac die 22. Novembris 1681.

Cæsar Cardinalis Fachenettus.

Bernardin.Casalius Sac. Rit. Cong. Sec.

Habetur originale Matriti, & Romæ.

SVB INNOCENTIO XI.

DECRETVM VIII.

Sub eisdem Magistro, & Procuratore Generalibus.

COMPENDIVM.

Causam Canonizationis V. F. Gundisalvi Diaz de Amarante Laici Professi Ordinis nostri admittit, & manu Sanctissimi signari posse decernit Sac. Cong.

Limana seu Civitatis Regum.

Beatificationis, & Canonizationis Servi Dei Fr. Gundisalvi Diaz de Amarante Laici Professi.

Ordinis B.M.de Mercede Redemptionis Captivorum.

Editum an. 1681. PROPOSITA FVIT HÆC CAVsa, per Eminentis. & Reverendis. D. Cardinalem Casanate ex dispensatione Apostolica in Congregatione ordinaria Sacrorum Rituum, cum interventu Consultorum habita die 10. Aprilis præsentis anni, & discussis contentis in processibus informativis authoritate ordinaria in Curia Limana fabricatis, super asserta Sanctitate vitæ, virtutibus, & miraculis præfati servi Dei, pro introductione hoiusmodi causæ, & admissione commissionis manu SS. signadæ; auditis votis Reverendis. Consultorum, & Em. DD. Cardinalium responsum fuit dilata. Modo reproposita huiusmodi causa eadem Sac. Congregatio audito Reverendis. D. Fidei Promorore in voce, & in scriptis, censuit posse admitti, & signari commissionem in casu, & ad effectum de quo agitur, si SS. placuerit. Hac die 22. Novembris 1681.

Et facta de prædictis Sanctissimo relatione Sanctitas sua annuit die 29. Decembris 1681.

Cæsar Cardinalis Fachenettus.

Bernardin. Casalius Sac. Rit. Cong. Secr.

Habetur originale Matriti, & Romæ.

SVB INNOCENTIO XI.

DECRETVM IX.

Eisdem Magistro, & Procuratore Generalibus.

COMPENDIVM.

Declarat Sac. Rit. Congregatio sententiam Archiepiscopi Limanen. in causa Canonizationis V. Servi Dei Fr. Gundisalvi Diaz Laici Ordinis nostri super non cultu latam confirmandam esse.

Limana, seu Civitatis Regum.

Beatificationis, & Canonizationis V. Servi Dei Fr. Gundisalvi Diaz Laici Ordinis B. MARIÆ de Mercede Redemptionis Captivorum.

Editum an. 1682. CVM PRÆVIA DISCVSSIONE contentorum in processibus autoritate ordinaria signara fuerit manu Sanctissimi commissio pro introductione causæ Beatificationis, & Canonizationis prædicti Servi Dei Fr. Gundisalvi Diaz cum facultate in primis, & ante omnia examinandi processum particularem in partibus fabricatum, & in actis Sacræ Rituum Congregationis exhibitum

hibitum super observantia decretorum Sanctissimæ Inquisitionis super non cultu, iussu sanæ mem. Vrbani VIII. editorum; & cum iuxta illorum tenorem docendum sit de paritione, stante sententia Reverendis. D. Archiepiscopi Limani, ideò per Eminentis. & Reverendis. D. Cardinalem Casanate ponentem in Sacra Congregatione proposito, ac discusso dubio, an sententia Archiepiscopi Limani super non cultu lata sit confirmanda, vel infirmanda in casu, & ad effectum, de quo agitur in causa prædicti Servi Dei: & eadem Sac. Rit. Congregatio audito Reverendis. D. fidei Promotore in voce, & in scriptis censuit sententiam Archiepiscopi Limani super non cultu latam, esse confirmandam, si SS. D. N. placuerit. Die 24. Ianuarij 1682.

Et facta de prędictis SS. relatione, Sanctitas sua annuit die 28. Ianuarij 1682

Cæsar Cardin. Fachenetus.

Bernardin. Casalins Sac. Rit. Congreg. Secret.

Habetur originalis Romę, & Matriti.

SVB INNOCENTIO XI.

DECRETVM X.

Eisdem Magistro, & Procuratore Generalibus.

COMPENDIVM

Decernit Sac. Rit. Congregatio, & concedit Pontifex litteras remissoriales, & compulsoriales ad effectum conficiendi processum in genere de fama sanctitatis vitæ, virtutum, ac miraculorum servi Dei Fr. Gundisalvi Diaz pro Civitate, & Diœcesi Toletana.

Limana, seu Civitatis Regum.

Beatificationis, & Canonizationis V. Servi Dei Fr. Gũdisalvi Diaz Laici professi Ordinis B. MARIÆ de Mercede Redemptionis Captivorum.

Editum an. 1682.

SAC. RIT. CONGREGATIO, ponente Eminentis. & Reverendis. D. Cardinale Casanate censuit posse concedi litteras remissoriales, & compulsoriales ad effectum cōficiendi processum in genere super actis, fama, sanctitatis vitæ, virtutum, & miraculorum prædicti Servi Dei Gundisalvi Diaz dirigendas pro Civitate, & Diœcesi Toletana illius Eminentis. & Reverendis. D. Cardinali Archiepiscopo Toletano, necnon duobus DD. Episcopis Suffraganeis, sive Auxiliarijs eiusdem Eminentissimi Archiepiscopi Toletani cum clausula, quod duo saltem ex prædictis simul, & coniunctim semper procedant in confectione dicti processus cum omnibus, & singulis facultatibus desuper necessarijs, & opportunis, & termino vnius anni incipiendi à die præsentationis prædictarum litterarum, si SS. D. N. placuerit. Die 28. Februarij 1682.

Et facta de prædictis SS. relatione Sāctitas sua annuit die 2. Martij 1683.

Cęsar Card. Fachenetus.

Bernardinus Casalins, Sac. Rit. Congreg. Secret.

Habetur originale Matriti, & Romæ.

SVB INNOCENTIO XI.

DECRETVM XI.

Eisdem Magistro, & Procuratore Generalibus.

COMPENDIVM.

Officium S. Petri Paschasij pro Ordine concessum Toletanę, Valentinę, Granatensi, & Giennensi Diœcesibus extendit.

Hispaniarum.

Editum an. 1682.

PRO PARTE REVERENDISSImorum Archiepiscoporum, & Ecclesiarum Toletanæ, Valentinæ, Granatensis, & Giennensis, Sede vacante per suas litteras Sanctissimo D. N. directas, & ad Sac. Rit. Congregationem remissas expositum fuit, qualiter in supradictis Ecclesijs, & Diœcesibus, tam Clerũ sæculare, quàm Regulare vtriusque sexus authoritate Apostolica singulis annis die 23. Octobris recitaret officium de B. Petro Paschasio Episcopo, & Martyre Ordinis B. MARIÆ de Mercede Redemptionis Captivorum de communi vnius Martyris; & cum prædictæ Religioni die 22. Iunij 1680. fint concessæ ab eadem Sacra Congregatione lectiones propriæ secundi nocturni pro officio prædicti Beati: ideo Oratores ob peculiarem devotionem, quam habent erga dictum Beatum supplicarunt, quatenus eadem Sacra Congregatio

gatio dignaretur extendere talem concessionem ad prædictas Ecclesias, & Diœceses pro vtroque Clero vtriusque sexus, ita vt in illis possint in posterum recitari supradictæ lectiones secundi nocturni propriæ. Et eadem Sacra Rituum Congregatio proponente Eminentissimo, & Reverendissimo D. Cardinale de Nortfolcia gratiam desuper petitam benigne indulsit, atque concessit, supplicante pariter etiam nomine suæ Religionis P.M. Fr. Iosepho Linàs Vicario, ac simul Procuratore Generali totius Ordinis B. MARIÆ de Mercede Redemptionis Captivorum in Romana Curia existẽte. Hac die 28. Februarij 1682.

Cæsar Card. Fachenetus.

Habetur originale vbi sup.

SVB INNOCENTIO XI.

DECRETVM XII.

Eisdem Magistro, & Procuratore Generalibus.

COMPENDIVM.

Super causa Canonizationis Servi Dei Fr. Petri de Vrraca Sacerdotis Ordinis nostri decernit Sac. Rit. Congregatio posse admitti, & signari commissionem manu Sanctissimi, & Sanctitas sua signat.

Limana, seu Civitatis Regum.

Beatificationis, & Canonizationis Servi Dei Fr. Petri Vrraca Sacerdotis Professi Ordinis B. MARIÆ de Mercede Redemptionis Captivorum.

Editũ an. 1682.

PRæsentato in Sacra Rituũ Congregatione processu authoritate ordinaria in Curia Limana fabricato super sanctitate vitæ, virtutibus, & miraculis ipsius Servi Dei Petri Vrraca, & ser. ser. aperto, & interpretato, obtentoque indulto die 30. Augusti 1679. ob non lapsum decennij à die præsentationis, & sub die 31. Augusti 1680. de examinando dicto processu in Sacra Cõgregatione ordinaria absque interventu Consultorum ad effectum admittendi, & signandi manu supradictam commissionem pro introductione huiusmodi causæ. Mox vero per Eminentis. & Reverendis. D. Cardinalem de Nortfolcia ponentem proposita causa in Sacra Congregatione, & facta relatione de contentis in dicto processu, illisque discussis, necnon audito pariter Reverendis. Domino fidei Promotore in voce, & in scriptis, Eminentissimi Patres eidem Sacræ Congregationi præpositi fuerunt in voto, commissionem posse admitti, & signari, si Sanctissimo D.N. placuerit, supplicante P. Fr. Iosepho Linàs Vicario, ac Procuratore Generali Ordinis B. MARIÆ de Mercede Redemptionis Captivorum nomine totius suæ Religionis. Hac die 18. Aprilis 1682.

Et facta de prædictis Sanctissimo relatione Sanctitas sua benigne annuit, & signavit die 29. Aprilis 1682.

Cæsar Card. Fachenetus.
Bernardinus Casalius, Sac. Rit. Congreg. Secret.

Habetur originale vbi sup.

SVB INNOCENTIO XI.

DECRETVM XIII.

Quinquagesimo secundo M. Generali M. Fr. Francisco Antonio Isasi.

Procuratore Generali in Vrbe M. Fr. Philippo Didaco de la Torre.

COMPENDIVM.

Missam propriam pro festo SS. Patris nostri Petri Nolasco Ordini celebrandam indulget cum devotissima sequentia.

Missa provt in proprio Ordinis.

Introitus: *Dicit Dominus, &c.*

Editum an. 1682.

SACRA RIT. CONGREGATIO suprascriptam Missam propriam S. Petri Nolasco Fundatoris Ordinis Beatæ MARIÆ de Mercede Redemptionis Captivorum, provt iacet diligenter revisam, & relatam ab Eminentissimo, & Reverendissimo D. Cardinale Casanate approbavit pro vsu tantum Fratrum, & Monialium, tam Calceatorum, quam Discalceatorum præfati Ordinis in posterum recitandam die festo Sancti, ac imprimi posse concessit, instante Patre Magistro Fr. Philippo Didaco de la Torre Procuratore Generali eiusdem Ordinis in Romana Curia etiam nomine suæ Religionis. Hac die 28. Novembris 1682.

Cæsar Card. Fachenetus.
Bernardinus Casalius Sac. Rit. Cong. Secret.

Habetur originale vbi sup.

SVB INNOCENTIO XI.

DECRETVM XIV.

Eodem Mag. Generali, & Procuratore Generali in Vrbe M. Fr. Ferdinando Carvajal.

COMPENDIVM.

Officium S. Petri Paschasij Episcopi, & Martyris pro tota Hispania recitandum extenditur.

Hispaniarum.

Editũ an. 1683.

CVM NOMINE SERENISSIMI Regis Hispaniarum, accedentibus etiam precibus Reverendissimi Episcopi Giennensis Castellæ Præsidis, Episcopi, & Vniversitatis Salmanticæ, necnon R.P.M.Fr. Ferdinandi Carvajal & Rivera, Vicarij, ac Procuratoris Generalis Ordinis B. MARIÆ de Mercede Redemptionis Captivorum nomine suæ Religionis, relatis ab Eminentissimo, & Reverendissimo D. Cardinale Casanate in Sacra Rit. Congregatione supplicatum fuerit, vt indultum concessionis Officij cum lectionibus proprijs, & Missæ B. Petri Paschasij prædicti Ordinis recitandi, & celebrandæ singulis annis die 23. Octobris sub duplici Ritu ab omnibus vtriusque sexus Christi Fidelibus, tam Sæcularibus, quàm Regularibus, qui ad Horas Canonicas tenentur, iam extensum ad quatuor Ecclesias Toletanam, Giennensem, Granatensem, & Valentinam, extendatur etiam ad Ecclesias omnium dominiorum eiusdem Regis Catholici: & eadem Sac. Rit. Congregatio concessit extẽsionem petitam pro dominijs Regis Catholici in Hispanijs tantum. Hac die 2. Octobris 1683.

N. Card. Ludovisius.

Bernardinus Casalius Sac. Rit. Congreg. Secret.

Habetur Matriti, & Romę.

SVB INNOCENTIO XI.

DECRETVM XV.

Eisdem Magistro, & Procuratore Generalibus.

COMPENDIVM.

Super causa Canonizationis Servi Dei F. Petri de Vrraca facultatem concedit Sacra Congregatio, vt Romæ conficiatur processus in genere super fama sanctitatis, &c.

Limana, seu Civitatis Regum.

Beatificationis, & Canonizationis Servi Dei Petri Vrraca Sacerdotis professi Ordinis B. MARIÆ de Mercede Redemptionis Captivorum.

Editũ an. 1683.

DISCVSSA IN SACRA RIT. Congregatione relevantia processus, authoritate ordinaria in partibus confecti, super Sanctitate vitæ, virtutibus, & miraculis prædicti Servi Dei Petri Vrraca resolutum fuit posse signari commissionem pro introductione huiusmodi causę, provt SS. benigne signavit. Ac etiam ad formam decretorum fœl. rec. Vrbani VIII. in Congregatione Sanctissimæ Inquisitionis super non cultu editorum, examinato processu particulari super non cultu dicto Servo Dei exhibito, confirmata fuit sententia Ordinarij. Cum autem ad vlteriora procedẽdi requiratur processus super fama sanctitatis in genere authoritate Apostolica conficiendus, & adsint quamplures testes in Curia Romana optimè de ea informati; ad obviãdum expensis, & ne interim stante maxima distantia probationes pereant, supplicavit postulator huiusmodi causæ, quatenus eadem Sacra Congregatio dignaretur, loco harum remissorialium ad Civitatem Limanam dirigendarum, concedere facultatem Eminentissimo Vrbis Vicario pet se recipiendi probationem, dictumque processum super fama sanctitatis in genere hic in Vrbe cõficiendi. Et eadem Sacra Congregatio audita relatione Eminentis. & Reverendis. D. Cardinalis de Nortfolcia ponentis, censuit deputari posse Eminentis. D. Cardinalem Vicarium pro cõficiendo dictum processum super asserta fama sanctitatis, virtutibus, & miraculis prædicti Servi Dei in genere tantum, cum facultate, ipso Eminentissimo impedito, subdelegandi

gandi Episcopos sibi bene visos, & cum omnibus, & singulis alijs facultatibus desuper necessarijs, & opportunis, ac termino sex mensium, si SS.D. N. placuerit. Hac die 2. Octobris 1683.

Et facta de prædictis SS. relatione Sanctitas sua benigne annuit die 6. Octobris 1683.

N. Cardin. Ludovisius.

Bernardinus Casalius Sac. Rit. Congreg. Secret.

Habetur originale Matriti, & Romę.

SVB INNOCENTIO XI.

DECRETVM XVI.

Eisdem Magistro, & Procuratore Generalibus.

COMPENDIVM.

Officium, & Missam B. MARIÆ de Mercede qualibet feria tertia non impedita extra Adventum, & Quadragesimam Ordini nostro recitandum indulget.

Ordinis B. MARIÆ de Mercede Redemptionis Captivorum.

Editũ an 1583.

PRO PARTE, ET AD INSTANtiã P.M.Fr. Ferdinandi de Carvajal & Rivera Vicarij, & Procuratoris Generalis Ordinis B. MARIÆ de Mercede Redemptionis Captivorum, nomine etiam suæ Religionis supplicatum fuit, quatenus Sacra Rit. Congregatio dignaretur concedere facultatem prædicto suo Ordini tantum, vt in posterum semel in hebdomada qualibet die Martis, non impedita tamen alio officio duplici, vel semiduplici, tam Religiosi, quam Moniales prædicti Ordinis recitare, ac respectiue celebrare possint, & valeant Officium proprium, & Missam B.MARIÆ de Mercede, aliàs sub die 18. Martij 1679. ab eadem Sac. Congregatione approbatum pro dicto Ordine: & eadem Sac. Congregatio, referente Eminentis. & Reverendis. D. Cardinale Casanate, gratiam desuper petitam, benigne concessit, excepto tamen tempore Adventus, & Quadragesimæ. Hac die 4. Decembris 1683.

N. Cardin. Ludovisius.

Bernard. Casalius Sac. Rit. Congreg. Secret.

Habetur originale Romæ, & Matriti.

SVB INNOCENTIO XI.

DECRETVM XVII.

Eisdem Magistro, & Procuratore Generalibus.

COMPENDIVM.

Sacra Rit. Congregatio in causa Canonizationis Servi Dei Petri de Vrraca concedit, vt in ea posset discuti dubium super validitate, & relevantia processus in genere de fama sanctitatis, &c. eiusdem Servi Dei coram Eminentissimo Vrbis Vicario confecti.

Limana.

Beatificationis, & Canonizationis Servi Dei Petri de Vrraca Professi Ordinis B. MARIÆ de Mercede Redemptionis Captivorum.

Editũ anñ 1683.

SACRA RIT. CONGREGATIO in Ecclesia S. Agnetis prope Plateam Agonæ congregata, ad relationem Eminentis. & Reverendis. D. Cardinalis de Nortfolcia ponentis, ex speciali gratia, ac iustis de causis benigne inclinata concessit, vt in Congregatione ordinaria Sacrorum Rituum absque interventu Consultorum proponi, ac discuti possit simul, & semel dubium super validitate, & relevantia processus in genere, super fama sanctitatis vitæ, virtutum, & miraculorum prædicti Servi Dei coram Eminentis. Vrbis Vicario novissimè confecti in casu, & ad effectum de quo agitur, quibuscumque decretis in contrarium non obstantibus, instante P.M.Fr. Ferdinando Carvajal & Rivera, Vicario, ac Procuratore Generali prædicti Ordinis Beatæ MARIÆ de Mercede, ac postulatore in huiusmodi causa. Hac die 7. Ianuarij 1684.

N. Cardinalis Ludovisius.

Bernard. Casalius Sac. Rit. Cong. Secret.

Habetur originale Romę, & Matriti.

SVB INNOCENTIO XI.

DECRETVM XVIII.

Eiſdem Magiſtro, & Procuratore Generalibus.

COMPENDIVM.

Declarat Sac. Rit. Congregatio conſtare de validitate, & relevantia proceſſus in genere authoritate Apoſtolica Romæ confecti ſuper fama ſanctitatis, &c. Servi Dei Petri de Vrraca.

Limana.

Beatificationis, & Canonizationis Servi Dei Petri Vrraca Sacerdotis profeſſi Ordinis B. MARIÆ de Mercede Redemptionis Captivorum.

Editum an. 1684.

PROPOSITO PER EMINENTIS. & Reverendiſ. Cardin. de Nortfolcia ponentem in Sac. Rit. Congregatione ordinaria ex ſpeciali diſpenſatione eiuſdem Sacrę Congregationis dubio, an conſtet de validitate proceſſus authoritate Apoſtolica Romæ confecti ſuper fama ſanctitatis vitæ, virtutibus, & miraculis in genere, & teſtes in eo ſint ritè, & rectè examinati. Necnon de relevantia, ad hoc, vt poſſint concedi litteræ remiſſoriales in ſpecie in caſu, & ad effectum, de quo agitur in cauſa prædicti Servi Dei Petri Vrraca; eadem Sacra Congregatio, diſcuſſo prædicto dubio, audito etiam Reverendiſ. D. Promotore fidei in voce, & in ſcriptis, cenſuit conſtare de validitate, & relevantia dicti proceſſus in omnibus, ſi SS. D. N. placuerit. Hac die 5. Februarij 1684.

Et facta de prædictis SS. relatione, Sanctitas ſua benigne annuit die 1. Martij 1684.

N. Cardin. Ludovifius.

Bernardinus Caſalius Sac. Rit. Congreg. Secret.

Habetur originale vbi ſup.

SVB INNOCENTIO XI.

DECRETVM XIX.

Eiſdem Magiſtro, & Procuratore Generalibus.

COMPENDIVM.

Concedit litteras remiſſoriales, & compulſoriales in ſpecie pro confectione proceſſus authoritate Apoſtolica in Provincia Limana.

Limana, ſeu Civitatis Regum.

Beatificationis, & Canonizationis Servi Dei Petri Vrraca Sacerdotis profeſſi Ordinis B. MARIÆ de Mercede Redemptionis Captivorum.

Editum an. 1684.

CVM SAC. RIT. CONGREGAtio habita die 5. Februarij, annuente quoque SS. D. N. die 1. Martij ſubſequentis, cenſuerit de validitate proceſſus in genere, & de illius relevantia confecti authoritate Apoſtolica in Vrbe Romæ coram Eminentiſ. D. Cardin. Vicario ſuper ſanctitate vitæ, virtutibus, & miraculis prædicti Servi Dei Petri de Vrraca, ideòque poſſe procedi ad vlteriorem inquiſitionem in ſpecie: modo vero, eadem Sacra Congregatio ad inſtantiam R. P. M. Fr. Ferdinandi de Carvajal & Rivera, Vicarij, & Procuratoris Generalis Ordinis B. MARIÆ de Mercede Redemptionis Captivorū, in Romana Curia, cenſuit, referente Eminentiſſimo, & Reverendiſſimo D. Cardinale Nortfolcia ponente, audito etiam Reverendiſ. D. fidei Promotore, poſſe in huiuſmodi cauſa iuſtis de cauſis diſpenſari, & concedi litteras remiſſoriales, & compulſoriales in ſpecie pro confectione proceſſus authoritate Apoſtolica ſuper aſſerta ſanctitate vitę, virtutibus, & miraculis dicti Servi Dei dirigendas quoad Civitatem, & vniverſam Provinciam Limanam Reverendiſ. D. Archiepiſcopo Limano, & illius Epiſcopo Suffraganeo, ſeu Auxiliario, Decano, Archidiacono, Cantori, Magiſtroſcholæ, Theſaurario, & omnibus, & ſingulis Canonicis Cathedralis Eccleſiæ Limanæ, ita vt D. Reverendiſ. Archiepiſcopus Limanus, ſeu Epiſcopus illius Suffraganeus, ſeu Auxiliarius, cum duobus adminus ex prædictis dignitatibus, vel Canonicis, procedat, exceptis caſibus mortis, infirmitatis, malę valetudinis, vel impedimenti eiuſdem Archiepiſcopi, & Epiſcopi prædicti; qui-

bus

bus casibus tres adminus ex præfatis Dignitatibus, seu Canonicis simul, & coniunctim procedant: & ob magnam distantiam, è prædicta Ciuitate Limana ab Vrbe, successoribus in Dignitatibus, & Canonicatibus per cessum, vel decessum eorum, qui inchoarunt, exequi litteras prædictas legitimè possint, & valeant, absque noua delegatione, & illatum vlteriorem executionem prosequi, cum omnibus, & singulis facultatibus desuper necessarijs, & opportunis, & termino quinquenij, incipiendi à die præsentationis dictarum litterarum: Quibuscumque decretis, & alijs in contrarium disponentibus, non obstantibus, si SS. D.N. placuerit. Hac die 11. Martij 1684.

Et facta de prædictis SS. relatione, Sanctitas sua benigne annuit die 18. Martij 1684.

N. Cardin. Ludouisius.

Bernardinus Casalius Sac. Rit. Congreg. Sec.

Habetur originale vbi supra.

SVB INNOCENTIO XI.

DECRETVM XX.

Eisdem Magistro, & Procuratore Generalibus.

COMPENDIVM.

Elogium pro festo B. MARIÆ de Mercede die 10. Augusti in Martyrologio Romano describendum approbat.

Ordinis B. MARIÆ de Mercede.

ELOGIVM.

DIE 10. AVGVSTI.

In Hispania Apparitio Beatæ MARIÆ Virginis, quæ Sanctis Petro Nolasco, & Raymundo de Peñafort, ac Iacobo Primo Aragoniæ Regi se conspiciendam dedit, vt fundaretur Ordo B. MARIÆ de Mercede Redemptionis Captiuorum.

Editum an. 1684.

SACRA RIT. CONGREGATIO, ad pias preces Serenissimi Hispaniarum Regis Catholici porrectas per Illustrissimum D. Franciscum Bernardum de Quitos, S. Iacobi Equitem, & supradictæ Catholicæ Maiestatis Agentem Generalem, suprascriptum Elogium, vt iacet, diligenter reuisum, & relatum ab Eminentissimo, & Reuerendissimo Domino Cardinale Columna, approbauit, & in Martyrologio Romano adscribi, ac imprimi mandauit, supplicante pariter R. P. M. Fr. Ferdinando de Caruajal & Riuera, Vicario, & Procuratore Generali Ordinis Beatæ MARIÆ de Mercede Redemptionis Captiuorum in Romana Curia nomine suæ Religionis. Hac die 11. Martij 1684.

N. Cardin. Ludouisius.

Bernardinus Casalius Sac. Rit. Congreg. Sec.

Habetur originale vbi sup.

SVB INNOCENTIO XI.

DECRETVM XXI.

Eisdem Magistro, & Procuratore Generalibus.

COMPENDIVM.

Nouum Euangelium cum Homilia, & Orationibus Secreta, & postcommunio pro festo S. P. N. Petri Nolasco concedit.

Lectiones tertij Nocturni, Euangelium, & Orationes prout in proprio Ordinis.

Editum an. 1684.

SACRA RIT. CONGREGATIO loco Euangelij cum Homilia, necnon Orationum secretæ, & postcommunio hactenus concessarum in Officio ab eadem Sacra Congregatione sub die 22. Nouembris 1681. approbato pro Religione tantum censuit iustis de causis posse in posterum subrogari, prout subrogauit suprascriptum Euangelium cum Homilia, & Orationes pariter suprascriptas per Eminentiss. & Reuerendiss. D. Cardinalem Casanate diligenter reuisas, easque imprimi permisit, supplicante P. M. Fr. Ferdinando Caruajal & Riuera, Vicario, ac Procuratore Generali Ordinis Beatæ MARIÆ de Mercede Redemptionis Captiuorum nomine etiam suæ Religionis. Hac die 22. Aprilis 1684.

N. Cardin. Ludouisius.

Bernardinus Casalius Sac. Rit. Congreg. Secret.

Habetur originale vbi sup.

SVB

SVB INNOCENTIO XI.

DECRETVM XXII.

Eisdem Magistro, & Procuratore Generalibus.

COMPENDIVM.

Officium S. Raymundi Nonnati sub Ritu semiduplici singulis mensibus in Ordine nostro recitari indulget extra Adventum, Quadragesimam, & Vigilias.

Ordinis Beatæ MARIÆ de Mercede Redemptionis Captivorum.

Editū an. 1684.

AD PIAS, ET ENIXAS PRECES R.P.M.Fr. Ferdinādi de Carvajal & Riveta, Vicarij, & Procuratoris Ordinis B. Virginis MARIÆ de Mercede Redemp. Fidelium Cap. nomine etiam suæ Religionis Sac. Rit. Congregatio benigne inclinata, indulsit, atque concessit, vt in posterum totius dicti Ordinis vtriusque sexus professores possint, & valeant recitare Officium, & celebrare Missam S. Raymundi Nonnati Confessoris prędicti sui Ordinis, & S. R. E. Diaconi Cardinalis Tit. S. Eustachij sub Ritu semiduplici semel in mense, die tamen non impedita alio officio duplici, vel semiduplici, & excepto tempore Adventus, & Quadragesimæ, ac Vigiliarum. Hac die 17. Iunij 1684.

N. Cardinalis Ludovisius.

Bernardin. Casalius Sac. Rit. Congreg. Sec.

Habetur vbi supra originale.

SVB INNOCENTIO XI.

DECRETVM XXIII.

Eisdem Magistro, & Procuratore Generalibus.

COMPENDIVM.

Sacra Rit. Congregatio approbat, & indulget Officium cum Missa S. Raymundi Nonnati Confessoris vndequaque proprium ab omnibus nostri Ordinis professoribus recitandum.

Officium, & Missam S. Raymundi Nonnati prout in proprio Ordinis nostri.

Editū an. 1684.

SVPRASCRIPTVM OFFICIVM S. Raymundi Nonnati Confessoris Ordinis B. MARIÆ de Mercede Redemptionis Captivorum, & S. R. E. Cardinalis Tit. S. Eustachij diligenter revisum, correctum, & redactum ad formam prout iacet ab Eminentis. ac Reverendis. D. Cardinale Casanate, & per eumdem in Sacra Congregatione relatum eadem Sacra Cōgregatio approbavit provsu tantum prædictæ Religionis, ac imprimi posse concessit, instante R.P. M. Fr. Ferdinando Carvajal & Rivera, Vicario, ac Procuratore Generali dicti Ordinis, etiam nomine suæ Religionis. Hac die 23. Septembris 1684.

N. Cardinalis Ludovisius.

Bernardinus Casalius Sac. Rit. Cong. Sec.

Extat originale vbi sup.

SVB INNOCENTIO XI.

DECRETVM XXIV.

Eisdem Magistro, & Procuratore Generalibus.

COMPENDIVM.

Homilias in Evangelium Hoc est præceptum meum *pro diebus infraoctavam S.P.N. Petri Nolasco approbat, & indulget Sacra Rituum Congregatio.*

Lectiones tertij Nocturni diebus infraoctavam S.P.N. Petri Nolasco prout in proprio Ordinis nostri.

Editū an. 1684.

CVM R.P.M.Fr. FERDINANDVS Carvajal & Rivera, Vicarius, ac Procurator Generalis Ordinis Beatæ MARIÆ Virginis de Mercede Redemptionis Captivorum exposuerit, quod nuper Sacra Cōgregatio Rituum dignata fuit concedere Evangelium: *Hoc est præceptum meum* pro festo Sancti Petri Nolasco Fundatoris suæ Religionis pro ea tantum; cumque vero in Breviario Romano non sint Homiliæ prædicti Evangelij, ideò supplicavit, quatenus dignaretur concedere Homilias pro octava eiusdem festivitatis. Et eadem Sacra Congregatio suprascriptas lectiones, prout iacent per Eminentis. & Reverendis. Cardinalem Casanate diligenter revisas, examinatas, & cum exemplaribus melioris notæ collatas, atque relatas approbavit, & concessit pro prædicta Religione tantum,

rum, servatis tamen in reliquis rubricis Breviarij Romani, easque imprimi posse permittit. Hac die 2. Decembris 1684.

N. Cardin. Ludovisius.

Bernardinus Casalius Sac. Rit. Cong. Sec.

Habetur originale vbi sup.

SVB INNOCENTIO XI.

DECRETVM XXV.

Eisdem Magistro, & Procuratore Generalibus.

COMPENDIVM.

Sacra Rit. Congregatio novam audientiam, & propositionem causę Beatificationis, & Canonizationis B. Petri Armengol Martyris Ordinis nostri super cultu immemorabili, & casu excepto ex probationibus noviter deductis indulget.

Tarraconensis.

Beatificationis, & Canonizationis Beati Petri Armengol Ordinis B. MARIÆ de Mercede Redemptionis Captivorum.

Editū an. 1684.

PROPOSITA PER EMINENtis. & Reverendis. D. Cardinalem Azzolinum Ponentem, seu Relatorem causæ prędicti B. Petri Armengol instantia facta à R.P.M. Fr. Ferdinando Carvajal & Rivera, Procuratore Generali, ac Vicario prædicti Ordinis, nomine etiam suæ Religionis supplicante pro concessione novæ audientię, & propositione huiusmodi causę super cultu immemoriali, & casu excepto ex probationibus noviter deductis, Eminentis. Patribus Sac. Rituum Congregationi Præpositis, discussa re, placuit respondere: Audiantur. Hac die 2. Decembris 1684.

N. Cardin. Ludovisius.

Bernardinus Casalius Sac. Rit. Congreg. Secret.

Habetur originale vbi sup.

SVB INNOCENTIO XI.

DECRETVM XXVI.

Eisdem Magistro, & Procuratore Generalibus.

COMPENDIVM.

Sacra Rit. Congregatio pręcipit deleri mendacia, seu inaudita figmenta in Martyrologio apposita, Sanctos Ioannem de Mata, & Felicem de Valois Ordinis nostri Fundatores asserentia.

Ordinis Beatæ MARIÆ de Mercede Redemptionis Captivorum.

Editum an. 1685.

SACRA RIT. CONGREGATIO ad instantiam R. P. M. Fr. Ferdinandi de Carvajal & Rivera, Proc. Generalis, ac Vicarij Ordinis B. MARIÆ de Mercede Redemptionis Captivorum præcipit, vt deleantur verba illa apposita in Martyrologio Romano, impresso Venetijs anno 1683. apud Guinlios, & Bononiæ de præsenti anno 1685. sumptibus Petronij de Ruinectis, in quibus pro diebus translationis festi SS. Ioannis de Matha, & Felicis de Valois leguntur verba delenda tenoris sequentis: *Die 8. Februarij S. Ioannis de Matha Confess. qui fuit vnus de primis Fundatoribus Ordinis Beatæ MARIÆ de Mercede Redemptionis Captivorum.* Et die 20. Novemb. *S. Felicis de Valois Confessoris, qui fuit vnus de primis Fundatoribus Ordinis Beatæ MARIÆ de Mercede Redemptionis Captivorum.* Ac insuper eadem Sacra Congregatio mādavit, vt in posterum Librarij non possint vendere Martyrologia Romana nisi correcta, & ita decrevit, & observari iussit die 10. Februarij 1685.

N. Cardinalis Ludovisius.

Bernardinus Casalius Sac. Rit. Congreg. Secret.

Habetur originale Romę, & Matriti.

SVB INNOCENTIO XI.

DECRETVM XXVII.

Eisdem Magistro, & Procuratore Generalibus.

COMPENDIVM.

Super causa Beatificationis, & Canonizationis servi Dei Fr. Gundisalvi Diaz Laici professi Ordinis nostri declarat constare de validitate, & relevantia processus in genere super sanctitate vita, virtutibus, & miraculis prefati Servi Dei Apostolica authoritate Matriti constructi.

Limana, seu Civitatis Regum.

Beatificationis, & Canonizationis Servi Fr. Gundisalvi Diaz Laici professi Ordinis B. MARIÆ de Mercede Redemptionis Captivorum.

Editũ an. 1685.

PROPOSITO AB EMINENTISSImo, & Reverendissimo D. Cardinale Casanate in Sac. Rit. Congregatione ordinaria, absque interventu consultorum, ex dispensatione Apostolica dubio an constet de validitate, & relevantia processus in genere authoritate Apostolica Matriti peracti super sanctitate vitæ, virtutibus, & miraculis prædicti servi Dei Gundisalvi Diaz, ac restes in eo sint rite, & recte examinati, adeò vt possint concedi litteræ remissoriales in specie in casu, & ad effectum de quo agitur, eadem Sac. Congregatio discusso suptadicto dubio, ac audito Reverendis. D. Fidei Promorore in voce, & in scriptis, censuit constare de validitate, & relevantia prædicti processus, si SS. D. N. placuerit. Die 24. Martij 1685.

Et facta de prædictis SS. relatione, Sãctitas sua benigne annuit die 2. Aprilis 1685.

N. Cardinalis Ludovisius.

Bernardinus Casalius Sac. Rit. Congreg. Secret.

Habetur originale vbi supra.

SVB INNOCENTIO XI.

DECRETVM XXVIII.

Eisdem Magistro, & Procuratore Generalibus.

COMPENDIVM.

Sac. Rit. Congregatio censet posse concedi litteras remissoriales, & compulsoriales ad conficiendum processum in specie super Sanctitate vitæ, &c. Servi Dei Gundisalvi Diaz pro Civitate, & Diæcesi Limana.

Limana.

Beatificationis, & Canonizarionis V. Servi Dei Fratris Gundisalvi Diaz Laici professi Ordinis B. M. de Mercede Redemptionis Captivorum.

Editũ an. 1685.

PROPOSITO AB EMINENTISSImo, & Reverendissimo D. Cardinale Casanate in Sacra Rit. Congreg. ordinaria, absque interventu Consultorum, ex dispensatione Apostolica dubio, an constet de validitate, & relevantia processus authoritate Apostolica Matriti peracti, super fama Sanctitatis vitæ, virtutum, & miraculorum in genere prædicti Servi Dei Gundisalvi Diaz, ac testes in eo sint rite, & recte examinati, adeò vt possint concedi literæ remissoriales, & compulsoriales ad effectum conficiendi processum in specie super ijsdem sanctitate vitæ, virtutibus, & miraculis dicti Servi Dei. Eadem Sac. Congregatio discusso supradicto dubio, ac audito Reverendis. D. Fidei Promotore in voce, & in scriptis censuit constare de validitate dicti processus, ac de dicta fama Sãctitatis in genere, prædictasque litteras remissoriales, & compulsoriales in specie posse concedi, illasque dirigi quoad Civitatem, & vniversam Provinciam Limanam, Reverendissimo D. Archiepiscopo Limano, & illius Episcopo Suffraganeo, seu Auxiliario, Decano, Archidiacono, Cantori, Magistroscholæ, Thesaurario, & omnibus, & singulis Canonicis Cathredralis Ecclesiæ Limanæ, ita vt D. Archiepiscopus Limanus, seu Episcopus illins Suffraganeus, vel Auxiliarius cum duabus ad minus ex prædictis Dignitatibus, vel Canonicis procedat. Exceptis casibus morris, infirmitatis, male valetudinis, vel impedimenti eiusdem Archiepiscopi, & Episcopi prædicti, quibus casibus tres ad minus

minus ex prędictis Dignitatibus, vel Canonicis simul, & coniunctim procedant: Et ob magnam distantiam è prædicta Civitate Limana ab Vrbe, successores in Dignitatibus, & Canonicatibus per cessum, vel decessum eorum, qui incohaurunt exequi litteras prædictas legitime possint, & valeant absque nova delegatione, illarum vlteriorem executionem prosequi, vt concessum fuit in similibus causis Limanis, & signanter in illa Servi Dei Martini de Porres Ordinis Prædicatorum, & alterius Servi Dei Petri de Vrraca eiusdem Ordinis Redemptionis Captivorum, sub die 11. Martij 1684. cum omnibus, & singulis facultatibus desuper necessarijs, & opportunis, & termino quinquennij incipiendi à die præsentationis dictarum litterarum; quibuscumque decretis, & alijs in contrarium disponentibus non obstantibus, si SS.D.N. placuerit: instāte P.M.Fr. Ferdinando de Carvajal, & Rivera Vicario, ac Procuratore Generali prędicti Ordinis B. MARIÆ de Mercede Redemptionis Captivorum in Romana Curia commorante. Hac die 24. Martij 1685.

Posse concedi litteras compulsoriales, & remissoriales Archiep. Limano ad cōficiendum processum in specie de virtutibus &c. Servi Dei F.Gōdis. Diaz, censetSac. Cong.

Et facta de prædictis SS. relatione, Sanctitas sua benigne annuit die 2. Aprilis 1685.

N. Cardin. Ludovisius.

Bernardinus Casalius Sac. Rit. Congreg. Secret.

Loco † Sigilli.

Habetur originale vbi supra.

SVB INNOCENTIO XI.

DECRETVM XXIX.

Eisdem Magistro, & Procuratore Generalibus.

COMPENDIVM.

Officium, & Missam specialissima pro festo Beatissimę Virginis Mariæ de Mercede approbat, & Religioni nostra recitanda tradit Sac. Rit. Congregatio.

Officium, & Missa propria Beata Mariæ de Mercede, prout in proprio Ordinis nostri.

Editū an. 1685.

SACRA RIT. CONGREGATIO suprascriptum Officium proprium, & Missam B. MARIÆ de Mercede Redemptionis Captivorum, prout iacet diligenter revisum, relatum, correctum, & emendatum ab Eminentissimo, & Reverendissimo D. Cardinale Cassanate approbavit, pro prædicto Ordine tantum recitandum in festivitate eiusdem Beatissimæ Virginis MARIÆ de Mercede, ac imprimi posse concessit; instante R.P.M.Fr. Ferdinando de Carvajal, & Rivera Vicario, ac Procuratore Generali eiusdem Ordinis. Hac die 2. Iunij 1685.

N. Cardinalis Ludovisius.

Bernardinus Casalius Sac. Rit. Congreg. Secret.

Habetur originale Romæ, & Matriti.

SVB INNOCENTIO XI.

DECRETVM XXX.

Eisdem Magistro, & Procuratore Generalibus.

COMPENDIVM.

Sac. Rit. Congregatio infrascriptas Orationes pro Officio, Missa Beati Petri Paschasij approbat.

Orationes S. Petri Paschasij prout in proprio Missarum Ordinis.

Editū an. 1685.

SAC. RITVVM CONGREGATIO suprascriptas Orationes proprias, provt iacent, diligenter revisas, & relatas ab Eminentissimo, & Reverendissimo D. Cardinale Casanate pro Officio, & Missa Beati Petri Paschasij Episcopi Giennensis, & Martyris ex Ordine B. MARIÆ de Mercede Redemptionis Captivorum recitandas quotannis in die festo eiusdem Beati approbavit, atque imprimi posse concessit, instante R.P.M.Fr. Ferdinando de Carvajal, & Rivera Vicario, & Procuratore Generali prædicti Ordinis. Hac die 15. Septembris 1685.

N. Cardinalis Ludovisius.

Bernardinus Casalius Sac. Rit. Congreg. Secret.

Habetur originale vbi supra.

SVB INNOCENTIO XI.

DECRETVM XXXI.

Eisdem Magistro, & Procuratore Generalibus.

COMPENDIVM.

Processus super cultu immemorabili Beati Petri Armengol aperiri censet Sac. Rit. Cong. & Pontifex decernit.

Tarraconensis.

Beatificationis, & Canonizationis Servi Dei B. Petri Armengol professi Ordinis B. MARIÆ de Mercede Redemptionis Captivorum.

Editū an. 1686.

CVM VIGORE LITTERARVM compulsorialium, & aliarum particularium Sacræ Rit. Congreg. fuerint novissime constructi, & ad Romanam Curiā transmissi necessarij processus ad comprobandum cultum publicum ab immemoriali exhibitum prædicto Servo Dei Petro Armengol, eadem Sac. Congregatio ad relationem Eminentissimi, & Reverendissimi D. Cardinalis Azzolini ponentis censuit posse aperiri fer. fer. præfatos processus cum omnibus, & singulis facultatibus desuper necessarijs, & opportunis, si SS. D. N. placuerit. Hac die 24. Novembris 1685.

Et facta de prædictis SS. relatione Sanctitas sua benigne annuit die 18. Ianuarij 1686.

N. Cardinalis Ludovisius.

Bernardinus Casalius Sac. Rit. Congr. Secret.

Habetur originale vbi supra.

SVB INNOCENTIO XI.

DECRETVM XXXII.

Eisdem Magistro, & Procuratore Generalibus.

COMPENDIVM.

Sac. Rit. Cong. Missam propriam de Beato Petro Paschasio, & commemorationem Sanctorum Ordinis nostri pro Vesperis, Laudibus, & Completorio approbat, & indulget.

DIE XXIII. OCTOBRIS.

In festo Beati Petri Paschasij Episcopi Giennensis, & Martyris ex Ordine Beatissimæ Virginis MARIÆ de Mercede Redemptionis Captivorum.

IN MISSA.

INTROITVS.

MIHI autem absit gloriari, nisi in Cruce Domini nostri Iesu-Christi: per quem mihi mundus crucifixus est, & ego mundo. Galat. 6.

Psalm. Memento Domine David, & omnis mansuetudinis eius.

℣. Gloria Patri, & Filio, &c.

ORATIO.

DEus humilium consolator, & fidelium fortitudo, cuius charitatis ardore Martyr, & Pontifex B. Petrus Paschasius ætate teneros, & sexu fragiles ab impiorum Captivitate propria servitute redemit, eius quæsumus subsidijs ab omni nos absolve fragilitatis humanæ reatu, vt ad cuncta charitatis opera reparemur, & quos venia feceris innocentes auxilio facias efficaces. Per Dominum, &c.

Lectio Epistolæ Beati Pauli Apostoli ad Romanos.

FRatres, quis nos separabit à charitate Christi? Tribulatio? An angustia? An fames? An nuditas? An periculum? An persecutio? An gladius? (Sicut scriptum est: Quia propter te mortificamur tota die: æstimati sumus sicut oves occisionis) sed in his omnibus superamus propter eum, qui dilexit nos. Certus sum enim, quia neque mors, neque vita, neque Angeli, neque Principa- Rom. 8.

cipatus, neque virtutes, neque instantia, neque futura, neque fortitudo, neque altitudo, neque profundum, neque creatura alia poterit nos separare à charitate Dei, quæ est in Christo Iesu Domino nostro.

Eccl. 44. *Graduale.* Ecce Sacerdos magnus, qui in diebus suis placuit Deo.

Ioan. 10. ℣. Non est inventus similis illi, qui conservaret legem excelsi. Alleluia. Alleluia.

℣. Ego sum pastor bonus, & cognosco oves meas, & cognoscunt me meæ. Alleluia.

Sequentia Sancti Evangelij secundùm Ioannem.

Ioan. 10. IN illo tempore dixit Iesus Pharisæis: Ego sum Pastor bonus. Bonus Pastor animam suam dat pro ovibus suis. Mercenarius autem, & qui non est Pastor, cuius non sunt oves propriæ, videt lupum venientem, & dimittit oves, & fugit: & lupus rapit, & dispergit oves: Mercenarius autem fugit, quia Mercenarius est, & non pertinet ad eum de ovibus. Ego sum Pastor bonus, & cognosco oves meas, & cognoscunt me meæ. Sicut novit me pater, & ego agnosco patrem: & animam meam pono pro ovibus meis. Et aliàs oves habeo, quæ non sunt ex hoc ovili: & illas oportet me adducere, & vocem meam audient, & fiet vnum ovile, & vnus Pastor.

Offertorium.

Psal. 20. Posuisti Domine in capite eius coronam de lapide pretioso. Vitam petit à te, & tribuisti ei, Alleluia.

Secreta.

OBlationes nostras, quæsumus Domine B. Petri Paschasij Martyris tui, atque Pontif. commendet oratio, mentesque nostras geminę charitatis flamma succendat. Per Dominum, &c.

Communio.

Ioan. 10. Ego sum Pastor bonus, & cognosco oves meas, & cognoscunt me meæ.

Post Communio.

COElestis doni benedictione percepta te Domine suppliciter exoramus, vt Beati Petri Paschasij Martyris tui, atque Pontif. veraciter facias imitatores, quē hodie per charitatis studium cœlestis aula suscepit. Per Dominum, &c.

Pro commemoratione Sanctorum Ordinis Beatissimæ Virginis de Mercede Redemptionis Captivorum.

AD VESPERAS.

ANA. Domine spes Sanctorum, & turris fortitudinis eorum, dedisti hęreditatem timentibus nomē tuum, & habitabunt in tabernaculo tuo in sæcula.

℣. Lætitia sempiterna super capita eorum.

℟. Gaudium, & exultationem obtinebunt.

AD LAVDES.

ANA. Domine, qui operati sunt iustitiam, habitabunt in tabernaculo tuo, & requiescent in monte sancto tuo.

℣. Beati, qui habitant in domo tua Domine.

℟. In sæcula sæculorum laudabunt te.

ORATIO.

DEus omnium Sanctorum splendor mirabilis, qui Ordinem nostrum per Beatissimam Virginem Mariam divinitus instituere dignatus es, quique Sanctis tuis Petro Nolasco Patri nostro, Raymundo Nonnato, ac Beato Petro Paschasio inviolabilem in redimendis Captivis dedisti charitatis effectum, præsta quæsumus, vt gressus nostri in eorum semitis perficiantur, & eiusdem charitatis donum, quod in illis continuo veneramur obsequio, nobis quoque spiritali largitate donetur. Per, &c.

SVPRASCRIPTAS MISSAM DE B. Petro Paschasio, Ordinis Beatæ MARIÆ de Mercede Redemptionis Captivorum, & commemorationem Sanctorum præfati Ordinis per Eminentissimum, & Reverendissimum D. Cardinalem Casanate revisas, & correctas, iuxta facultatem à Sac. Rit. Congregatione sibi tributam, eadem Sac. Congregatio approbavit, ac imprimi concessit, instante R.P.M.Fr. Ferdinando Carvajal, & Rivera Vicario, & Procuratore Generali prædicti Ordinis. Die 26. Ianuarij 1686. Edit. an. 1686.

N. Cardinalis Ludovisius.

Bernardinus Casalius Sac. Rit. Congreg. Secret.

Habetur originale Romæ, & Matriti.

SVB

SVB INNOCENTIO XI.

DECRETVM XXXIII.

Eiſdem Magiſtro , & Procuratore Generalibus.

COMPENDIVM.

Declarat Sac. Congregatio conſtare de cultu immemorabili , & caſu excepto B. Petri Armengol ex eius proceſſibus, & Sanctitas ſua annuit.

Tarraconenſis.

Canonizationis B. Petri Armengol Sacerdotis, ac Religioſi profeſſi Ordinis B.MARIÆ de Mercede Redemptionis Captivorum.

Editũ an. 1686.

CVM ALIAS SVB ANNO 1675. ſupplicante R.P.M.Fr.Mathia de Cardona Vicario, & Procuratore Generali præfati Ordinis cauſa anredicti Beati Perri Armengol ad relationem Eminentiſſimi , & Reverendiſſimi D. Cardinalis de Portocarrero ponentis ter fuerit propoſita ſuper confirmatione ſententiæ latæ à Reverendiſſimo Archiepiſcopo Tarraconenſi Iudice à Sac. Rit. Congregatione Delegato , circa cultum ab immemorabili tempore eidem B. exhibitum , & caſum exceptum à decretis fœl. rec. Vrbani VIII.in Congregatione SS. Inquiſitionis editis, ob graves dificultates à Reverendiſſimo D. Promotore Fidei excitatas ex defectu ſufficientis , & legitimæ probationis dilata fuit reſolutio, ea etiam mente in poſtrema ex dictis tribus propoſitionibus, vt in poſterum amplius poſtulatores non audirentur. Verum ad enixas preces R.P.M.Fr.Ferdinandi de Carvajal , & Rivera Vicarij, & Procuratoris Generalis eiuſdem Ordinis , exhibentis antiquiſſima documenta, comprobanria cultum per cenrum , & plutes annos ante præfata decreta, in præteritis propoſitionibus non deducta , die 2. Decembris 1684. conceſſa fuir nova audienria, & die 27. Ianuarij anni 1685. referente Eminentiſſimo, & Reverendiſſimo D. Cardinale Azzolino in ponentem, loco dicti Eminentiſſimi de Portocarrero Archiepiſcopi Toletani ſubrogato, conceſſæ fuerunt litteræ compulſoriales pro Civitate , & Diœceſi Tarraconenſi, directæ illius Reverendiſſimo Archiepiſcopo,& litteræ particulares pro alijs locis eorumdem Reverendiſſimis Epiſcopis,iiſque legirime impeditis , illorum Vicarijs Generalibus. Quarum vigore conſtructis quinque proceſſibus , nimirum Tarraconē. Valentino, Gerundē. Guadicē. & Barchinō. Sacræque Congregationis præſēratis, ac rite apertis, ad ſupplicationem ſupradicti R.P. M. Fr. Ferdinandi Carvajal, & Rivera , propoſitum fuit per dictum Eminentiſſimum Cardinalem Azzolinum dubium,an cōſtet de cultu immemorabili,& caſu excepto à decretis fœl.rec. Vrbani VIII.ad effectū,de quo agitur? Eoque attente diſcuſſo , atque audito in ſcriptis, & orerenus Reverendiſſimo Promotore Fidei,Sacra Congregatio vnanimi voto cenſuit , & declatavit conſtare de cultu immemorabili , & caſu excepro, ſi SS.D.N. placuerit. Die 23. Martij 1686.

Cultus immemorialis S. Petri Armēgaudi declaratur.

Et facta de prædictis SS. relatione, Sanctitas ſua benigne annuit die 28. Martij 1686.

N. Cardinalis Ludoviſius.

Bernardinus Caſalius Sac.Rit. Congreg.Secret.

Habetur originale vbi ſupra.

SVB INNOCENTIO XI.

DECRETVM XXXIV.

Quinquageſimo-tertio M.Generali M. Fr.Ioſepho Linàs.

Procuratore Generali in Vrbe M. Fr. Bartholomæo de Ribero.

COMPENDIVM.

Indulget Pontifex univerſis utriuſque ſexus Religionis noſtræ profeſſoribus, vt quotannis , prima die Septembris Officium,& Miſſam de communi vnius Martyris in feſto S. Petri de Armengol Martyris Ordinis noſtri ſub Ritu duplici ſecundæ claſis cum octava recitare , & celebrare poſſint.

Tarraconenſis.

Canonizarionis B. Petri Armengol Sacerdotis, ac Religioſi profeſſi Ordinis B.MARIÆ de Mercede Redemptionis Captivorum.

Editũ an. 1687.

CVM SAC. RIT. CONGREGAtio die 23. Martij 1686. ad relationem Eminentiſſimi, & Reverendiſſimi

mi D. Cardinalis Azzolini declaraverit, constare de cultu à tempore immemorabili prædicto Beato, & de casu excepto à decretis fœl. rec. Vrb. VIII. cum approbatione SS. D. N. subsecuta die 28. dicti mensis; hodie ad enixas preces R. P. M. Fr. Bartholomæi de Ribero Vicarij, ac Procuratoris Generalis prædicti Ordinis, eadem Sac. Congregatio, referente eodem Eminentissimo Azzolino, audito in voce, & scriptis Reverendissimo D. Fidei Promotore, censuit concedendam esse omnibus Religiosis vtriusque sexus ex præfato vniverso Ordine Beatæ MARIÆ de Mercede tantum, facultatem recitandi officium, & celebrandi Missam in honorem dicti Beati Petri Armengol de cōmuni vnius Martyris quotannis, die 1. Septembris aniversaria obitus eiusdem Beati, cum Lectionibus, & oratione pariter de communi, sub Ritu duplici 2. classis cum octava, vt in libello impresso officiorum prædicti Ordinis, seu Religionis, si SS. D. N. placuerit. Hac die 25. Ianuarij 1687.

Et facto de prædictis verbo cum SS. Sanctitas sua benigne annuit die 3. Februarij 1687.

N. Cardinalis Ludovisius.

Locus † Sigilli.

Habetur originale vbi supra.

SVB INNOCENTIO XI.

DECRETVM XXXV.

Eisdem Magistro, & Procuratore Generalibus.

COMPENDIVM.

Indulget Sac. Rit. Congregatio, vt nostri omnes Religiosi, & Moniales recitare, & respectivè celebrare possint Officium, & Missam, cum tribus Lectionibus, & oratione proprijs infrascriptis in festo D. Petri Armengaudi Martyris Ordinis nostri sub Ritu duplici secundæ classis, cum Octava die 27. Aprilis.

DIE XXVII. APRILIS.

In festo Beati Petri Armengaudi Martyris, Ordinis Beatæ MARIÆ de Mercede Redemptionis Captivorum.

Duplex secunda classis cum Octava pro Religiosis vtriusque sexus tantum.

Omnia de communi vnius Martyris tempore Paschali.

ORATIO.

DEVS, qui Beatum Petrum Armengaudum Martyrem tuum virtute constantiæ in passione roborasti, ex eius nobis imitatione concede, vt tua charitate ferventes nulla sæculi adversa formidemus, & ipsius precibus, & meritis tuo semper muniamur auxilio. Per Dominum nostrum, &c.

IN I. NOCTVRNO.

Lectiones, Fratres debitores sumus, *&c. de communi plurimorum Martyrum.*

IN II. NOCTVRNO.

LECTIO IV.

PEtrus Armengaudus Cathalanus in Oppido Guardiæ Pratorum nuncupato Diœcesis Tarraconensis è Familia Comitum Vrgellensium Nobilibus parentibus natus, post iuventutem perditè in sæculo exactam, Ordinem Beatæ MARIÆ de Mercede Redemptionis Captivorum, non sine cœlesti admonitu, amplexus est: cuius instituti observantissimus oratione, ieiuniis, cæterisque austeritatibus anteactam vitam mirabiliter compensavit, ac virtutum fulgore, præsertim charitate in Deum, & proximum plane enituit. Quamobrem suscepturn Captivorum Redemptionis munus expleturus, non semel ad Saracenorum plagas perrexit, & quam pluribus Christi Fidelibus è durissimæ servitutis vinculo exsolutis, vberrimum animarum fructum ex Divini verbi semine, & suorum morum sanctimonia relatum in horrea Domini invexit.

℞. Lux perpetua lucebit sanctis tuis Domine; * Et æternitas temporum, Alleluya, Alleluya.

℣. Lætitia sempiterna erit super capita eorum, gaudium, & exultationem obtinebunt. Et æternitas, &c.

LECTIO V.

AFricam mox, repetens, & multis inde in Hispaniam remissis Captivis, dolens non potuisse, deficiente pecunia, quosdam pueros in fide nutantes liberare, se in pignus pro eorum redemptione constituit. Ipse interim compedibus detentus, cum ad statutam diem pacta pro redemptione merces non fuisset allata, & Mahometicæ superstitionis haberetur contemptor, collo ad lignū suspēditur. Ex Hispania eius Socius Guillelmus cum redemptionis pretio in Africam interea revertitur, & graviter Beati viri amissionem deflens, ad locum, vbi suspensus manebat, accessit, quem viventem reperit, sibique dicentem audivit: Charissimè Frater, ne fleveris, ecce enim Sanctissimæ Virginis

ginis manibus sustentatus vivo, quæ mihi his diebus hilariter adsuit. Inenarrabili itaque gaudio illum è suspendio deposuit, & cunctis demirantibus, ac Barbaris non credentibus vna cum alijs liberrate donatis læti in patriam reversi sunt.

℟. In servis suis, Alleluia, * Consolabitur Deus, Alleluia.

℣. Iudicabit Dominus populū suum, & in servis suis. Consolabitur, &c.

LECTIO VI.

EX illo autem tempore Beatus Petrus collum è supplicio obrortū, & vultum squalore marcidū, quoad vixit, retinuit. Et solitudinis cupidus Conventum Sanctę MARIÆ Prarorum sibi delegit, vbi assiduis orationibus, solo pane, & aqua contentus, se affligebat, pluribus ad eum sanctitatis fama percelebrem confluentibus, quibus hilariter succurrebat, eosque curabat. Frequenter alienatus à sensibus, in aërem sublatus, suavissima verba proferre auditus est, quibus, vt adstanribus videbatur, Beatissimę Virgini interroganti respondebat: suique Martyrij memor hæc Fratribus dicere erat solitus: Ego, credite mihi, nullos repuro me vixisse dies, præter feliciffimos illos paucos, quibus ligno suspensus, mundo putabar iam mortuus. Tandem gravi morbo correptus, & Sacra Synaxi munitus, anno à Christo nato millesimo trecentesimo quarto, die vigesima septima Aprilis à se prædicta, spiritum Deo reddidit in illis verbis: Placebo Domino in regione vivorum: & miraculis clarus maxima Christi Fidelium veneratione colitur.

℟. Filiæ Ierusalem venite, & videte Martyres cum coronis, quibus coronavit eos Dominus: * In diē solemnitaris, & lætitiæ, Alleluia.

℣. Quoniam confortavit seras portarum tuarum, benedixit filios tuos in te. In die, &c. Gloria Patri, &c. In die, &c.

IN III. NOCTVRNO.

Homilia Sancti Augustini Episcopi in Evangelium, Ego sum vitis vera *de eodem communi.*

MISSA.

Protexisti de eodem communi cum prima Oratione propria.

Edita an. 1688.

SACRA RIT. CONGREGATIO, inhærendo decreto Tarraconensi concessionis Officij, & Missæ pro Beato Petro Armengol, seu Armengaudo Ordinis B. MARIÆ de Mercede Redemptionis Captivorum, edito sub die 25. Ianuarij 1687. annuente etiam SS. D. N. die 3. Februarij eiusdem anni, suprascriptas Lectiones, & orationem præfati Beati diligenter revisas, & correctas per Eminentis. D. Cardinalem Casanate, audito pariter Reverendis. Fidei Promotore, approbavit pro Religiosis vtriusque sexus dicti Ordinis Beatæ MARIÆ de Mercede Redemptionis Captivorum tantum, ac imprimi posse concessit. Instante P. M. Fr. Bartholomæo de Ribero Vicario, & Procuratore Generali eiusdem Ordinis. Die 24. Ianuarij 1688.

A. Cardin. Cybo.

Locus † Sigilli.

Bernard. Casalius Sac. Rit. Cong. Sec.

Habetur originale vbi supra.

SVB INNOCENTIO XI.

DECRETVM XXXVI.

Sub eisdem Mag. & Procuratore Generalibus.

COMPENDIVM.

Officium Sancti Paulini Episcopi, & Confessoris, sub Ritu duplici nostra Religioni celebrandum indulget.

Ordinis Beatæ MARIÆ de Mercede Redemptionis Captivorum.

Edita an. 1686.

PRO PARTE, ET AD INSTANtiam R. P. M. Fr. Bartholomæi de Ribero, Vicarij, ac Procuratoris Generalis Ordinis B. MARIÆ de Mercede Redemptionis Captivorum nomine totius Religionis supplicatum fuit apud Sacram Rit. Congreg. quatenus dignaretur concedere, quod omnes Religiosi vtriusque sexus prædicti Ordinis recitare possint sub Ritu duplici Officium, & Missam Sancti Paulini Episcopi Nolani, & Confessoris in die eius festo, seu alia non impedita; eo quod prædictus S. Episcopus maximam charitatem exercuit erga Captivos Christianos, qui in Saracenorum potestate detinebantur, illos redimendo, & in vincula pro Redemptione Captivorum se tradidit, con-

sumptis

ſumptis rebus omnibus in officio tantæ pietatis, vt habetur in Lectionibus eiuſdem Officij in Breviario Romano ad diem 22. Iunij. Et eadem Sac. Congregatio referente Eminentiſſimo, & Reverendiſſimo D. Caſanate, gratiam, prout petitur, benigne conceſſit ſub Ritu duplici minori. Hac die 10. Iulij 1686.

A. Cardin. Cybo.

Locus † Sigilli.

Bernardin. Caſalius Sac. Rit. Cong. Secret.

Habetur originale vbi ſupra.

SVB INNOCENTIO XI.

DECRETVM XXXVII.

Eiſdem Magiſtro, & Procuratore Generalibus.

COMPENDIVM.

Elogium pro feſto S. Petri Armengaudi die 27. Aprilis in Martyrologio Romano imprimendum decernit.

Tarraconenſis.

Ordinis Beatæ MARIÆ de Mercede Redemptionis Captivorum.

ELOGIVM.

DIE 27. APRILIS.

Tarraconæ Beati Petri Armengaudi di Ordinis Beatæ MARIÆ de Mercede Redemptionis Captivorum, qui pro Fidelibus redimendis in Africa multa paſſus, tandem in Conventu Sanctæ MARIÆ Pratorum beato fine quievit.

Editū āno 1688. CVM SAC. RIT. CONGREGAtio habita 25. Septembris 1688. referente Eminentiſſimo, & Reverendiſſimo D. Cardinale Azzolino, audito pariter Reverendiſſimo D. Fidei Promotore in voce, & in ſcriptis, declaraverit Beati Petrum Armengaudum non comprehendi, in decretis de non apponendis Beatis in Martyrologio Romano, ideoque prędictum Bearum eſſe deſcribendum in Martyrologio Romano, cum verbis tamen pro elogio à Sac. Rit. Congregatione approbandis, ſi SS. D. N. placuerit, ad enixas præces R. P. M. Fr. Battholomæi de Ribero Vicarij, ac Procuratoris Generalis prædicti Ordinis: & facta de prædictis SS. relatione, Sanctitas ſua benigne annuit die 14. Octobris 1688. Nunc vero eadem Sacra Congregatio, ponēte eodem Eminentiſſimo, & Reverendiſſimo D. Cardinale Azzolino, pariter ſupplicante R. P. M. Vicario, & Procuratore Generali, qui ſupra, decrevit, vt Eminentiſſimus, & Reverendiſſimus D. Cardinalis Caſanate, pro ſuo arbitrio, & prudentia dictum elogium componat: Vigore autem præfatæ facultatis Sacræ Congreg. ipſe Eminentiſſimus, & Reverentiſſimus D. Catdin. Caſanate ſuprafcriptum elogium, vt iacet, fecit, & approbavit, ac in Martyrologio Romano imprimi poſſe conceſſit. Die 4. Decembris 1688.

A. Cardin. Cybo.

Locus † Sigilli.

Bernardin. Caſalius Sac. Rit. Cong. Sec.

Habetur originale vbi ſupra.

SVB INNOCENTIO XI.

DECRETVM XXXVIII.

Eiſdem Magiſtro, & Procuratore Generalibus.

COMPENDIVM.

Octavas proprias SS. Petri Nolaſci, & Raymundi Nonnati Ordini noſtro celebrandas indulget.

Ordinis Beatæ MARIÆ de Mercede Redemptionis Captivorum.

Editū an. 1689. CVM SAC. RIT. CONGREG. aliàs conceſſerit Officium proprium S. Petri Nolaſco Fundatoris Ordinis Beatæ MARIÆ de Mercede Redemptionis Captivorum, ab ipſis Religioſis vtriuſque ſexus tantum recitandum ſub Ritu duplici primæ claſſis cum octava, reviſum, ac diligenter correctum

ctum per Eminentissimũ, & Reverendissimũ D. Cardinalem Casanate; Officium quoque proprium Sancti Raymundi Nonnati S.R.E.Cardinalis Tit. Sancti Eustachij eiusdem Ordinis Religiosi eadem Sac. Congregatio concessit sub Ritu duplici secundæ classis cum octava, ab omnibus vtriusque sexus Religiosis eiusdem Ordinis solummodo recitandum, per Eminentissimum D.Cardinalē Casanate diligenter revisum, & correctum: mox vero Sac. Rit. Congregatio, ad pias, & enixas preces R. P. M. Fr. Bartholomæi de Ribero Vicarij, ac Procuratoris Generalis Ordinis prædicti, censuit octavas prædictorum Sanctorum ab omnibus Religiosis vtriusque sexus Ordinis præfati Beatæ MARIÆ de Mercede Redemptionis Captivorum dumtaxat, provt iacent descriptæ in parvo Brebiario, seu Codice proprio ipsiusmet Ordinis impresso, absque vlla additione recitari debere, & ita decrevit, & in posterum servari mandavit. Hac die 18. Iunij 1689.

A. Cardin. Cybo.

Bernardin. Casalius Sac. Rit. Congreg. Secret.

Habetur originale vbi supra.

SVB INNOCENTIO XI.

DECRETVM XXXIX.

Eisdem Magistro, & Procuratore Generalibus.

COMPENDIVM.

Lectiones, & Orationem propriam Sancti Petri Armengandi Ordini nostro concessa, Diæcesi Tarraconensi extendit.

Tarraconensis.

Editum an. 1689.

SACRA RIT. CONGREGATIO inhærendo Decreto Tarraconensis concessionis Officij, & Missę pro Beato Petro Armengol, seu Armengaudo Ordinis Beatæ MARIÆ de Mercede Redemptionis Captivorum edito sub die 25. Ianuarij 1687. annuente etiam SS. D. N. die 3. Februarij eiusdem anni, Lectiones, & Orationes proprias præfati Beati diligenter revisas, & correctas per Eminentissimum, & Reverendissimum D. Cardinalem Casanate, audito pariter Reverendissimo Fidei Promotore in voce, & in scriptis approbavit pro Religiosis vtriusque sexus dicti Ordinis. Nunc vero eadem Sacra Congregatio enixis, & pijs precibus R.P. Mag. Fr. Bartholomæi de Ribero Vicarij, & Procuratoris Generalis prædictæ Religionis, præfatas Lectiones, & Orationem proprias, vt supra approbatas pro dictis Religiosis in posterum quotannis in Cathedrali, & Diœcesi Tarraconensi, vbi corpus ipsius Beati requiescit, & magna veneratione colitur, libere, & licite in die eius festo ab omnibus vtriusque sexus Fidelibus, tam Sæcularibus, quàm Regularibus, qui ad Horas Canonicas tenentur, recitari posse concessit, & indulsit, & ita servari mandavit. Hac die 30. Julij 1689.

A. Cardin. Cybo.

Locus † Sigilli.

Bernard. Casalius Sac. Rit. Cong. Secret.

Fr. Andreas Navas Episc.

HIC BB. Pontifex nostræ Religioni addictissimus, & gratiarum exuberantia beneficentissimus, ad annum 1677. creavit Episcopum de Nicaragua in Nova Hispania Fr. Andream Navas Conventus nostri Biacensis in Provincia Vandaliæ filium, Provinciarum Galliæ Generalem Visitatorem, virum plane scientia, virtute, & prudentia præditum.

D.F. Iosephus Sanchiz Archiepisc. Tarracon. assumitur.

Ad annum 1679. assumptus est Archiepiscopatum Tarraconen. Hispaniarum Primatem D.Fr. Iosephus Sanchiz Episcopus Segorvicen. Ordinis nostri, de quo supra.

F.Franciscus Domonte Episcopus.

Eodem anno creatus est Episcopus Hiponensis, Hispalensis Auxiliaris, Fr. Franciscus Domonte Conventus nostri Hispalensis Soboles, & illius maximus benefactor, cui pro Divino cultu pretiosa, & magna argenti donavit suppellectilia.

Fr. Iosephus Duran Episc.

Eodem anno institutus est Episcopus Coadiutor de Manila apud Insulas Philippinas, & ipsius Archiepiscopatus successor Fr.Iosephus Duran Conventus nostri Limani filius. Obijt Manilæ, & in Cathedrali Ecclesia sepelitur.

Fr. Petrus Salazar Episcopus.

Ad annum 1680. idem Pontifex creavit Episcopum Salmantinum apud Castellam Fr.Petrum de Salazar Ordinis Generalem Magistrum, de quo in Cathalogo Generalium.

D.F.Laurētius Mayers Cara-

Eodem anno assumptus est ad Episcopatū Gaeten.in Neapolitano Regno D.Fr.

muel, Ep. Gaeten. creatur.

D. Fr. Laurentius Mayers Caramuel, Episcopus Castellamaren. Ordinis nostri. Obijt Gaetę, & in sua Sede sepelitur.

Fr. Ludovicus Diaz de Aux Ep. Algueren. creatur.

Ad annum 1681. idem Pontifex creavit Episcopum Algueren. in Sardinia Fr. Ludovicum Diaz de Aux Celtiberæ nobilitatis natura clarum, morum suavitate amabilem, virtutis studiosum, Conventus nostri Cæsaraugustani filium, Aragoniæ Provincialem, de quo infra.

D. F. Ioan. Assensio Ep. Gienn. creatur.

Ad annum 1682. assumptus est ad Episcopatum Giennen. D. Fr. Ioannes Assensio, Castellæ Præses, & Episcopus Abulen. Obijt Giennij, & in sua Ecclesia tumulatur.

D. Fr. Andreas Navas Ep. de Guatimala creatur.

Eodem anno assumptus est ad Episcopatum de Guatimala D. Fr. Andreas Navas, Episcopus de Nicaragua præfatus.

Fr. Ioann. de Roxas Ep. de Nicaragua creatur.

Eodem anno idem Pontifex creavit Episcopum de Nicaragua Fr. Ioannem de Rojas, Conventus nostri Conchensis filium, Matriti Commendatorem, in omni litterarum genere, maxime in Mysticæ Theologiæ arcanis versatissimum, qui plura, & maxime commendata typis excussa pro animarum directione, & salute edidit volumina, qui dum ovibus sibi creditis sedulo invigilat, morbo correptus obijt, & in sua Ecclesia tumulatus quiescit.

Fr. Frãcis cus Padilla Ep. Portus Divitis creatur.

Ad annum 1683. creavit Episcopum Portus Divitis in Nova Hispania Fr. Franciscum Padilla, Conventus nostri Limani filium, scientiarum dote, & virtutum cultura commendabilem.

Fr. Balthasar Benavente Ep. de Poteza creatur.

Ad annum 1686. creavit Episcopum de Potenza apud Neapolim Fr. Balthasarem Benavẽte Salmantinum, & eiusdem Collegij nostri sobolem, & Rectorem, virum plane Religiosissimum, & regularis observantiæ rigidissimum sui exactorem, in Theologia Præsentatum, obijt in sua Ecclesia sanctitatis rumore commendatus, & ibidem sepelitur.

D. Fr. Petrus de Salazar Ep. Cordubẽ. assumitur.

Eodem anno assumptus est ad Episcopatum Corduben. D. Fr. Petrus de Salazar, Episcopus Salmanticen. Ordinis nostri.

Idem Cardin. Tit. S. Crucis in Ierusalem creatur.

Idem Pontifex eodem anno die 2. Septembris Sacro, ac Supremo S. R. E. Purpuratorum Patrum Collegio adnumeravit, seu Cardinalem Tit. S. Crucis in Ierusalem creavit præfatum D. Fr. Petrum de Salazar, Episcopum Salmãticen. electum Corduben. Ordinis nostri Exgeneralem Magistrum, de quo in Cathal. Gen.

Fr. Ferdinandus Carvajal & Rivera Archiep. S. Dominici creatur.

Eodem anno adscriptus est Archipresul Ecclesiæ S. Dominici Indiarum Primati Fr. Ferdinandus Carvajal & Rivera, Salmantinus, & in eius proceleberri Athenæo Theologiæ laureatus, Collegij nostri Veræ-Cruciani inibi filius, Peruanatum Provinciarum, ac Italiæ Generalis Vicarius, Procurator Generalis in Vrbe, qui magnis redditibus, fabrica, ac pretiosis vtensilibus Divino cultui dicatis Collegium Salmanticense exornavit, & auxit.

D. Fr. Ludovicus Diaz Archiep. Callaritanus assumitur.

Eodem anno assumptus est ad Archiepiscopatum Callaritanum D. Fr. Ludovicus Diaz de Aux, Episcopus Algueren. Ordinis nostri, & inibi bono virtutum odore relicto, remeavit ad superos, & in Cathedrali Ecclesia sepelitur.

F. Sebastianus de Pastrana Ep. del Paraguay creatur.

Ad annum 1687. suffectus est Ecclesiæ del Paraguay Episcopus Fr. Sebastianus de Pastrana, Conventus nostri Limani soboles, & eiusdem Provinciæ Pręsul, in celebri Limano Licæo Vespertinus S. Thomę Cathedrarius.

Fr. Emmanuel de la Torre Archiep. de Lanchano creatur.

Eodem anno idem Pontifex creavit Archiepiscopum de Lanchano in Regno Neapolis Fr. Emmanuelem de la Torre, Collegij nostri Complutensis præclaram sobolem, & in eius augusto Licæo Doctorem, & Vespertinũ Theologiæ Cathedrarium, verbi Divini celeberrimum Proclamatorem, omnium virtutum decore venustum, qui Romæ die 24. Augusti 1688. consecratur; & postquam ovibus sibi creditis cœlestis doctrinæ pabula paterno distribuit amore, sanctitatis fama notus obdormivit in Domino, cuius corpus, vt fidelium devotioni fieret satis per tres dies inhumatum iacuit.

F. Ioseph. Gonçalez Ep. Civitatensis creatur.

Eodem anno præpositus est Ecclesiæ Mirobrigensi in Castella Episcopus Fr. Iosephus Gonçalez, Conventus nostri Truxillensis filius, Castellæ semel, & iterum Provincialis, egregius Salmanticensis Doctor, in cuius Athenæo Cathedras Theologiæ Moralis, Scoti, Sancti Thomæ, Philosophiæ Moralis, Sacræ Paginę, Vesperrinam, & Primariam Proprietarius obtinuit, vitæ sanctimonia, & à terrenarum rerum ambitu elongatione, atque contemplationis cultura venerãdus, Religionis zelantissimus, & inter Primarios Theologos sui ævi meritò primus. De quo infra.

INNOCENTIO XI. qui obijt anno 1689. succedit

ALEXAND. VIII.

Venetus, Petrus Otthobonus anteà dictus, Cardinalis Episcopus Tusculanus, Religionis nostræ Generalis Protector, Romæ 6. Octobris anno 1689. electus, & 23. eiusdem coronatus. Vixit in Pontificatu annum vnum, menses 3. dies 27. Creavit Cardinales 12. & ex nostro Ordine Archiepiscopum vnum, & Episcopos duos. Obijt Romæ die 2. Februarij 1691. & in Basilica Vaticana sepelitur.

ALEXANDRI VIII.

CONSTITVTIO I.

Quinquagesimo tertio M. Generali Fr. Iosepho Linàs.

Procuratore Generali in Vrbe M. Fr. Battholomæo de Ribero.

COMPENDIVM.

Confratribus nostris Indulgentias ab Innocentio XI. stationum Vrbis ad decennium concessas perpetuis temporibus valituras firmat.

ALEXANDER PAPA VIII. AD perpetuam rei memoriam.

Edita an. 1690.

1 Aliàs pet fœl. rec. Innocentium Papam XI. Prædecessorem nostrum accepto, quod nonnulli Romani Pontifices Prædecessores nostri, tūc sui Cōfraternitatibus, seu Congregationibus Fratrum B. MARIÆ de Mercede Redemptionis Captivorum, seu alicui ex domibus regularibus eiusdē Ordinis aggregatis, illarumque Confrarribus, & Consororibus, Christi Fidelium sub duro Barbarorum iugo languentium libertati sedulo incumbentibus quam plures indulgentias, & peccatorum remissiones, ac pœnitentiarum relaxationes, non tamen infrascriptas, misericorditer in Domino concesserint, idem Innocentius Prædecessor eosdem Confratres, & Consorores ad pietatis, & christianæ charitatis erga illos, qui dura immanium Christiani nominis hostium servitute opprimuntur, exercendæ opera vberiorum, eisq; hactenus nō concessarū specialium gratiarum elargitione incitare cupiens de Omnipotentis Dei misericordia, & BB. Petri, & Pauli Apostolorum eius authoritate confisus, supplicationibus quoque dilecti filij Batth† olomæi de Ribeto Ordinis prædicti Vicarij, & Procuratoris Generalis, ipsi super hoc humiliter porrectis inclinatus, omnibus & singulis dictarum Confraternitatum canonice hucvsque erectarum, & in futurum erigendarum personis vtriusque sexus, quę aliquam ex Ecclesijs dicti Ordinis, aut suarum respectivè Confraternitatum Ecclesias, seu Oratoria in diebus stationum Ecclesiarum Almæ Vrbis nostræ, prout in Missali Romano exprimuntur, devote visitassent, & ibidem pro Christianorum Principum concordia, hæresum extirpatione, ac Sanctæ Matris Ecclesiæ exaltatione, necnon Captivorum prædictorum liberatione, eorumque perpetua perseveratione in Christianæ Religionis, Catholicæque Fidei professione, pias apud Deum preces effudissent, vt omnes, & singulas indulgentias, & peccatorum remissiones, ac pœnitentiarum relaxationes consequerētur, quas consecuti fuissent, si easdem Ecclesias Vrbis, ad id deputatas in diebus stationum huiusmodi personaliter, & devote visitassent, concessit, & indulsit, & aliàs, prout in eiusdem Innocentij Prædecessoris desuper in simili forma Brevis die 12. Februarij 1688. expeditis litteris, quas ad decennium tantum valere voluit, & quarum tenorem præsentibus pro plene expresso, ac de verbo ad verbum insetto habere volumus, plenins continetur

Indulgentiæ Cōfratribus nostris intuitu beneficiendi Captivis concessæ sunt.

Indulgentiæ stationum Almæ Vrbis Cōfratribus nostris Ecclesias nostras visitantibus ad decennium ab Innoc. XI. concessæ sup. Bull. 20.

2 Nunc autem Nos ad peramplius augendam eorumdem Confratrum, & Cōsororum Religionem, & animarum salutem cœlestibus Ecclesię thesauris pia charitate intenti, ac aliquod paternæ nostrę erga Ordinem præfatum, cuius Nos, dum Cardinalatus honore fungebamur, Protectores Apostolica authoritate eramus, benevolentię monumentum extare cupientes, supplicationibus eiusdem Bartholomæi Vicarij, & Procuratoris Generalis nomine Nobis super hoc humiliter porrectis inclinati, concessionem indulgentiarum, & peccatorum remissionum, ac pœnitentiarum relaxationum Confratribus, & Consororibus supradictis ad decennium factam, vt præfertur, in perpetuum, servata cæteroqui earumdem Innocentij Prædecessoris litterarum forma, & dispositione, authoritate Apostolica tenore præsentium extendimus, & ampliamus; non obstantibus præmissis, necnon omnibus, & singulis illis, quę idem Innocentius Prædecessor in suis litteris supradictis voluit non obstare, cæterisque contrarijs quibuscūque, præsentibus perpetuis futuris temporibus valituris.

Perennis su nos Pontificis amor.

Concessio Indulgentiarum stationum Vrbis ad decennium facta in perpetuū extēditur.

3 Volumus autem, vt ipsarum præsen-

Eamdem fides iubet afferri trã ſumptis. ac origi- nali.

præſentium litterarum tranſumptis, ſeu exemplis, etiam impreſſis, manu alicuius Notarij publici ſubſcriptis, & ſigillo Perſonę in Eccleſiaſtica dignitate conſtitutę munitis eadem prorſus fides, tam in iudicio, quàm extra illud vbique locorum habeatur, quæ haberetur ipſis præſentibus, ſi forent exhibitæ, vel oſtenſæ.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Maiorem, ſub Annulo Piſcatoris, die 15. Aprilis 1690. Pontificatus noſtri anno 1.

S. F. Card. Albanus.

Servatur originale in noſtris Romano, & Matritenſi Archivis.

ALEXANDRI VIII.

CONSTITVTIO II.

Quinquageſimo tertio M. Generali M. Fr. Ioſepho Linàs.

Procuratore Generali in Vrbe M. Fr. Bartholomæo de Ribero.

COMPENDIVM.

Omnes gratias, facultates, indulta, & privilegia omnibus alijs Ordinibus, ac locis Regularibus hactenus conceſſa, nec revocata, nobis, locis, & Eccleſijs noſtris, eaſque viſitantibus largiſſima, ac inuſitata liberalitate concedit.

MARE MAGNVM.

Edita an. 1690.

ALEXANDER PAPA VIII. AD perpetuam rei memoriam.

Exordium

1 Inſcrutabili ſapientiæ arcano ſpeculatores domus Iſrael, nullo licet meritorum noſtrorum ſuffragio conſtituti, Religioſos Ordines in Eccleſia Dei piè, ſanctèque plantatos, ac vberes bonorum operum fructus proferre iugiter ſatagentes favoribus, & gratijs, quibus poſſumus ampliſſimis libenter proſequimur, provt rerum, & temporum qualitatibus debite penſatis conſpicimus in Domino ſalubriter expedire.

Egregia noſtri inſtituti facinora.

2 Cum itaque, ſicut dilectus filius Bartholomæus de Ribero, Vicarius, & Procurator Generalis Ordinis Fratrum Beatæ MARIÆ de Mercede Redemptionis Captivorum Nobis nuper exponi fecit, Fratres, & Religioſi eiuſdem Ordinis in Captivorum Redemptione graviſſima quæque diſcrimina, & pericula ad id ſubeũdo indefeſsé occupentur: & vt tam pium opus eo alacrius continuent, & vtilius exequantur plurimum cupiant aliarum Religionum, & Ordinum gratias, & privilegia hactenus à Sede Apoſtolica conceſſa dicto eorum Ordini, illiuſque Fratribus, & locis per Nos, & Sedem eamdem concedi, & communicari, Nobis propterea idem Bartholomæus, Vicarius, & Procurator Generalis humiliter ſupplicari fecit, vt in præmiſſis opportunè providere, & vt infra indulgere de benignitate Apoſtolica dignaremur.

Protectoris ſe noſtri munera obiiſſe commemorat, & erga nos maximum amorē aperiit.

3 Nos igitur memoratum Ordinem B. MARIÆ de Mercede, cuius Nos, dum Cardinalatus honore fungeremur, Protectores Apoſtolica authoritate deputati eramus, propenſo Apoſtolicæ charitatis ſtudio complectẽtes, ipſumque Bartholomæum Vicarium, & Procuratorem Generalem, & ſingulares huiuſmodi Ordinis Perſonas à quibuſvis excommunicationis, ſuſpenſionis, & interdicti, alijſque Eccleſiaſticis ſententijs, cenſuris, & pœnis à iure, vel ab homine quavis occaſione, vel cauſa latis, ſi quibus quomodolibet innodatæ exiſtunt, ad effectum præſentium tantum conſequendum, harum ſerie abſolventes, & abſolutas fore cenſentes, huiuſmodi ſupplicationibus inclinati, de Venerabilium Fratrum noſtrorum S. R. E. Cardinalium, negotijs, & Conſultationibus Epiſcoporum, & Regularium Præpoſitorum conſilio, eidem Ordini Fratrum Beatæ MARIÆ de Mercede Redemptionis Captivorum, illiuſque domibus, & Regularibus locis ſub illo comprehenſis, necnon Magiſtro Generali pro tempore exiſtenti, Diffinitoribus, & Procuratoribus Generalibus, Viſitatori, Conſultoribus, Aſſeſſori, Superioribuſque Provincialibus, & Conventualibus, aliiſque cuiuſcumque nominis Officialibus, Superioribus, ac Religioſis omnibus, & ſingulis in eo profeſſis, Fratribus pro tempore ad Captivos redimendos trãſmiſsis, & Capitulis Generalibus, perſonis Regularibus, Novitijs, Converſis, Donatis, Oblatis, Miniſtris, Famulis quibuſcumque, tam Officiarijs, quàm domeſticis, & eorum domibus inſervientibus, & cæteris dicti Ordinis, ac illius domorum, & Regularium locorum perſonis quibuſcumque pro tempore exiſtentibus, necnon quibuſvis alijs perſonis, ac Chriſti Fidelibus illorum Eccleſias, ſeu Capellas pro tempore viſitantibus: vt omnibus, & ſingulis privilegijs, libertatibus, immunitatibus, exemptionibus, præeminentijs, antelationibus, conceſsionibus, indultis, favoribus, indulgentijs, alijſque prærogativis, & gratijs vniverſis, & ſingulis,

Superiori bus Fratribus, Famulis, & locis noſtris ea omnia indulta conceſsit, quæ omnibus alijs Superioribus, Fratribus, Famulis, & locis Regularibus conceſſa ſunt.

> Omnibus Ecclesias nostras vi sitantibus eas omnes indulgentias concedit, quæ visitantibus quascumque mundi Ecclesias Regulares expressis principalium nominibus, concessæ sunt.

singulis, tam spiritualibus, quàm temporalibus singulis domibus, Conventibus, & alijs Regularibus locis, ac personis, tam Canonicorum, quàm Clericorum Regularium vbivis existentium institutis, & non solum Ordinibus Monasticis, sed etiam Regularibus Mendicantium, & non Mendicantium, tam pro redimendis Captivis, quàm aliàs quomodolibet, Ordini Sanctissimæ Trinitatis Redemptionis Captivorum, illiusque domibus, Conventibus, & Fratribus, necnon omnibus, & quibuscumque Congregationibus Regularibus, & præcipuè Clericorum Regularium infirmis ministrantium, & Canonicorum Congregationis Sanctissimi Salvatoris Lateranensis, & S.Salvatoris de Bononia, ac etiam S.Ruffi Valentiæ, & S. Crucis Collimbriæ, Clericorum Regularium de Somascha, & Pauperum Matris Dei, & Scholarum piarum, ipsisque Monasticis Congregationibus, etiam Casinensi, alijsque Monachis, & Monasterijs S. Benedicti, S.Hieronymi, Carmeliris Discalceatis, Conventui Beatæ MARIÆ de Guadalupe, necnon Societati Iesu, ipsisque Carthusiensium, Præmostratensium, & Reformatorum Cistertiensium, Servitarum, Olivetanorum Ordinibus, alijsque familijs, & Societatibus Regularibus, Militijs, Hospitalibus quibuscumque, & pijs locis Regularibus, ac quibuscumque personis nunc, & pro tempore existentibus præfatorum, & quorumlibet Ordinum, Societatum, & Congregationum Regularium per Nos, & Sedem prædictam, ac alios quoscumque Prædecessores nostros Romanos Pontifices, necnon eiusdem S.R.E.Cardinales, etiam de Latere Legatos, & quosvis Sedis prædictæ Nuntios, vel etiam tam Apostolica prædicta, quam ordinaria, & Regia, vel imperiali authoritatibus respective, aut aliàs quomodolibet quibuscumque verborū expressionibus, & tenoribus in genere, vel in specie, ac particulariter, tam per modū cōmunicationis, & ampliationis, quàm simplicis, & individuæ, ac particularis, & specialis concessionis; ac etiam motu proprio, & ex certa scientia, & de Apostolicæ potestatis plenitudine, etiam iteratis vicibus concessis hactenus, vel confirmaris, aut approbaris, & quibus illi tam in vita, quàm in mortis articulo, etiam circa peccatorum remissiones, & iniūctarum pœnitentiarum relaxationes, aut aliàs quomodolibet de iure, vsu, aut privilegio, vel consuetudine quomodolibet vtuntur, fruuntur, potiuntur, & gaudent, vti, frui, potiri, & gaudere possunt, & poterunt quomodolibet in futurum: quamvis illa sint spe-

> Clausulæ singulares concessionis nō solum per modū cōmunicationis, sed etiam specialis cōcessionis. Motu proprio, & ex certa scientia.

cialis notæ digna, difficilisque concessionis, & quæ in generali concessione non veniunt, non solum per participationem, communicationem, illorum extensionem, & ad aliorum instar, sed speciatim, & nominatim, pariformiter, & æquè principaliter in omnibus, & per omnia absque vlla prorsus differentia, perinde, ac si illa dicto Ordini B. MARIÆ de Mercede, illiusque Capitulis Generalibus, Magistro Generali pro tempore existenti, illiusque Superioribus, & personis prædictis specialiter, & expressè, & nominatim, etiam per viam, & modum simplicis, & individuę, ac particularis, & specialis concessionis, etiam motu proprio, & ex certa scientia, ac de Apostolicæ potestatis plenitudine, aut communicationis, & ampliationis concessa fuissent, quatenus tamen sint in vsu, & non revocata, nec sub aliqua revocatione cōprehensa, vti, frui, potiri, & gaudere libere, & licitè possint, & valeant: ita vt omnes, & singuli dicti Ordinis Beatæ MARIÆ de Mercede, & illius Domorum, locorumque Regularium Superiores, & Ministri, quocumque nomine appellati, eosdem favores, gratias Apostolicas, & privilegia, quæ aliarum Religionum, Ordinum, Congregationum, Societatum, etiam Societatis Iesu, Monasteriorum, Conventuum, Domorum, aut locorum Regularium, & Familiarum Generales, Superiores, Præpositi, Provinciales, Rectores, Priores Conventuales, aut Claustrales, Visitatores, Guardiani, Custodes, & alio quocumque nomine, titulo, aut dignitate insigniti habent, similiter, vt supra, habeant: Fratresque, & Personæ Regulares dicti Ordinis B. MARIÆ de Mercede Magistri Generales, Superiores, Ministri, & cæteri alij cuiuscumque appellationis Præpositi, & Prefecti in dicto Ordine B. MARIÆ de Mercede cum privilegijs, gratijs, & favoribus Apostolicis Ordinum, & Congregationum huiusmodi perpetuo, secundùm observantiam regularem, & canonicum institutum dicti eorum Ordinis B. MARIÆ de Mercede regere, & gubernare, & respectivè visitare valeant: neque dictus Ordo B.MARIÆ de Mercede super præfatis omnibus, & singulis à quoquam quavis authoritate, vel nomine molestari, perturbari, inquietari, aut aliàs quomodolibet in iudicio, & extra impediri possinr, Apostolica authoritate tenore præsentium, perpetuo concedimus, & indulgemus.

> Concedit omnia privilegia, & si sint specialis notæ digna, & difficilis concessionis.

> Motu proprio, & ex certa scientia, ac de plenitudine potestatis superiora concedit.

4 Decernentes easdem præsentes litteras semper, & perpetuo, tanquam ad Divini cultus, & bonorum operum augmentum, & Religionis propagationem

> Firmitatē adjicit cōcessioni, & à revoca-

nem

tionibus excipit.

nem tendentes, validas, & efficaces esse, & fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere: ac ab omnibus, & singulis firmiter, atque inviolabiliter observari, & adimpleri debere, nec ab illis vllo vmquam tempore quovis prætextu, occasione, vel causa recedi, aut resilire: easdemque præsentes sub quibusvis similium, vel dissimilium gratiarum revocationibus, suspensionibus, limitationibus, derogationibus, & aliis contrariis dispositionibus, etiam per Nos, & Successores nostros Romanos Pontifices pro tempore existentes, Sedemque prędictam sub quibuscumqoe tenoribus, & formis, ac cum quibusvis clausulis, & decretis pro tempore factis minimè comprehendi, vel confundi, sed semper, & perpetuo ab illis excipi: & quoties illę emanabunt, toties in pristinum, atque validissimum statum restitutas, repositas, & plenarie reintegratas, & de novo, etiam sub quacumque posteriori data quandocumque eligenda cōcessas esse, & fore, ipsique Ordini B. MARIÆ de Mercede suffragari: sicque, & non aliàs per quoscumque Iudices, etiam causarum Palatij Apostolici Auditores, ac eiusdem S.R.E. Cardinales, etiam de Latere Legatos, Vicelegatos, ac Sedis Apostolicæ prædictæ Nuntios iudicari, & diffiniti debere: irritum quoque, & innane quidqoid secus super his à quoquam quavis authoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari: Non obstantibus præmissis, ac quibusvis Apostolicis, & in Synodalibus, Provincialibusque, & Vniversalibus Conciliis editis specialibus, vel generalibus constitutionibus, & ordinationibus, necnon Regularium Domorum, locorum, & Ordinis huiusmodi, etiam iuramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, & consoetudinibus, privilegijs quoque indultis, & litteris Apostolicis illi, illiusque Superioribus, & personis in genere, vel in specie, ac aliàs sub quibuscumque tenoribus, & formis, ac cum quibusvis clausulis, & decretis, etiam iteratis vicibus qoomodolibet concessis, innovatis, & approbatis: quibus omnibus, etiam si pro illorum sufficienti derogatione aliàs de illis, eorumque totis tenoribus specialis, specifica, expressa, & individua, ac de verbo ad verbum, non autem per clausulas generales idem importantes, mentio, seu quævis alia expressio habenda, aut aliqua alia exquisita forma, ad hoc servanda foret, illis aliàs in suo robore permansuris, hac vice dumtaxat specialiter, & expresse harum serie derogamus, cęterisq; contrarijs quibuscūq;.

Contraria irritat.

5 Volumus autem, vt ipsarum præsentium exemplis, seu transumptis, etiam impressis, & alicuius Personæ in Ecclesiastica dignitate cōstitutę sigillo, & Notarij publici manu obsignatis, stetur, eademque prorsus fides in iudicio, & extra adhibeatur, quæ eisdem præsentibus adhiberetur, si forent exhibitæ, vel ostensæ.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Maiorem, sub Annulo Piscatoris, die 26. Iulij 1690. Pontif. nostri anno 1.

Extat originale Matriti.

ALEXANDRI VIII.

CONSTITVTIO III.

Quinquagesimo tertio M. Generali M. Fr. Iosepho Linàs.

Procuratore Generali in Vrbe M. Fr. Bartholomęo Ribero.

COMPENDIVM.

Officium B. MARIÆ de Mercede sub Ritu duplici pro Gallìarum Regnis recitandum extendit.

ALEXANDER PAPA VIII. AD perpetuam rei memoriam.

Edita an. 1690.

Apostolatus Officium, quod inscrotabilis Divinę bonitatis altitudo humilitati nostræ, meritis licet, & viribus longe impari, committere dignata est, salubriter exequi, adiuvante Domino, satagentes, pijs Orthodoxorum Regum de Ecclesia Dei multis nominibus optime meritorum votis, ad ampliandam, & propagandam in terris Augustissimæ, Sanctissimæque Deiparę V. MARIÆ venerationem, & cultum laudabili studio tendentibus favorabiliter assensum paterna benignitate libenter præbemus, sicut ad augendam Christiani Populi devotionem, conspicimus in Domino salubriter expedire.

1 Cum itaque, sicut nomine charissimi in Christo filij nostri Ludovici Francorum Regis Christianissimi Nobis per dilectum filium nobilem virum Modernum Ducem Ehaulnes, pro eodem Ludovico Rege apud Nos, & Sedem Apostolicam Oratorem, nuper expositum fuit, ipse Ludovicus Rex, pro peculiari sua erga BB. Virginem præfatam devotione, festum eiusdem SS. Virginis MARIÆ de Mercede cum Missa, & Officio sub Ritu duplici, quibus Religiosi Ordinis de Mercede Redemptionis Captivorum, ex indulto Sedis Apostolicæ, & iuxta approbationem officij huiusmodi, aliàs nempe die

Ludovic. XIV. Francorū Rex pro suis Regnis petit Officiū B. Mariæ de Mercede.

18. Martij 1679. à Congregatione Venerabilium Fratrum nostrorum S.R.E. Cardinalium, Sacris Ritibus præpositorum, emanaram vtuntur, in Regno Galliarum quotannis celebrari posse plurimum desideret.

Fr.Gabriel Blandinieres Gallus Civitatis, & Convētus nostri Tolosani filius, eximius Theologus, egregius, Regiusq; Concionator, præfatoque Regi maxime charus Galliç Provincialis, & in Romana Curia pro sua Provincia solertissimus Procurator.

2 Nos pijs ipsius Ludovici Regis votis, & supplicationibus, Nobis super hoc humiliter porrectis, quibus etiam accesserunt preces dilecti filij Gabrielis Blandinieres, in Sacra Theologia Magistri, Procuratoris, ac Superioris Provincialis Provinciæ Galliæ dicti Ordinis, quas super ea re quoque Nobis humiliter porrexit, favorabiliter, quantum cum Domino possumus, annuere cupientes, de memoratorum Cardinalium consilio, vt Missa, & Officium huiusmodi sub Ritu duplici singulis annis Dominica proximiori Kalendis Augusti ab omnibus vtriusq; sexus Christi Fidelibus, qui ad Horas Canonicas tenentur in Regno Galliarum præfato, celebrari, & recitari respectivè liberè, & licitè possint, & valeant, authoritate Apostolica tenore præsentium cōcedimus, & indulgemus.

Extensionem Officij B. M. de Mercede pro Regno Galliarū cōncedit.

3 Decernentes, easdem præsentes semper firmas, validas, & efficaces existere, & fore, suosque plenarios effectus sortiri, & obtinere; ac illis, ad quos spectat, & pro tempore spectabit plenissimè suffragari: sicque in præmissis per quoscumque Iudices Ordinarios, & delegatos, etiam causarum Palatij Apostolici Auditores iudicari, & diffiniri debere: ac irritum, & innane, si secus super his à quoquam quavis authoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari: Non obstantibus constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, cæterisque contrarijs quibuscumque.

Robur adjicit.

Contraria irritat.

Eadem fides tribuatur transumptis.

4 Volumus autem, vt præsentium litterarum transumptis, seu exemplis, etiam impressis, manu alicuius Notarij publici subscriptis, & sigillo Personæ in aliqua dignitate constitutæ munitis, eadem prorsus fides vbique locorum, tam in iudicio, quàm extra illud habeatur, quæ haberetur ipsis præsentibus, si forent exhibitæ, vel ostensæ.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Maiorem, sub Annulo Piscatoris, die 16. Decembris 1690. Pontificatus nostri anno 2. *I.F.Cardin. Albanus.*

Habetur originale in Conventu nostro Tolosano.

Fr. Emmanuel Torquemada Episc. de Baruto creatur.

AD annum 1690. idem Pontifex creavit Episcopū de Baruto, Cordubæ AuxiliarēFr.EmmanuelēTorquemada, Cōventus Cordubensis filiū, Provinciarum Peruanarum Generalem Vicarium, qui die 15. Octobris eiusdem anni in Conventu nostro Biacensi Sacro Chrismate delinitus est.

Fr. Bartholomæus Rivero Ep. Nicoterensis creatur.

Idem Pontifex mense Ianuarij anni 1691. creavit Episcopum Nicoterensem in Calabria Fr. Bartholomæum Ribero, Lusitanum, Conventus nostri S. Vrsulæ Neapolitani filium, in Romana Curia Generalem Procuratorem, ac Italiæ Vicarium, Sacræ Rituum Congregationis Consultorem.

M.F. Marcus de Ostos Archiep. Salernitan. creatur.

Sub eodem Pontifice, & præfato anno Ecclesiæ Salernitanæ datus est Pastor M.Fr.Marcus de Ostos, Conventus nostri de Ezija soboles, Vandaliæ Provincialis, Regius Concionator, insignis Theologus, integritate conspicuus, Sanctæ Inquisitionis Qualificator, multiplicique dote commendabilis, qui præclare Pastorale munus gerens, fundatoque apud Salernum Sanctimonialium Ordinis nostri Religiosissimo Cœnobio die 19. Novemb. anni 1695. ovium mœrore ingressus est vlam vniversæ terræ, & in sua Sede tumulatur.

ALEXANDRO VIII. qui obijt anno 1691. succedit

INNOCENT. XII.

Archiepiscopus Neapolitanus, Cardinalis Pignatellus anteà dictus. Creatus die 12. Iulij anno Dñi 1691. Creavit die 12. Decembris anni 1695. Cardinales 12. & ex nostro Ordine Archiepiscopum 1. & Episcopos 3. Nunc fœliciter Ecclesiam moderatur.

INNOCENTII XII.

CONSTITVTIO I.

Quinquagesimo tertio M.Generali M. Fr. Iosepho Linàs.

Generali Procuratore apud Vrbem M. Martino Salvador Gilaberte, scientia, & virtute spectabili, Oscensis Collegij per plures annos zelantissimo Rectore, qui Præfectus Collegio Cæsaraugustano sanctitate commendatus obijt dum hæc typis mandantur.

COMPENDIVM.

Concedit Indulgentiam plenariam omnibus Christi Fidelibus, singulis diebus, quibus celebratio Capituli Generalis apud nostrum Collegium Oscense facienda duraverit, eiusdem Collegij, vel quamlibet aliam Ordinis nostri Ecclesiam visitantibus, & vt infra orantibus.

Edita an. 1691.

INNOCENTIVS PAPA XII. VNIversis Christi Christi Fidelibus præsen-

præſentes litteras inſpecturis, ſalutem, & Apoſtolicam benedictionem.

1 Cum, ſicut accepimus, Capitulum Generale Fratrum Ordinis Beatæ MARIÆ de Mercede Redemptionis Captivorum in Eccleſia Conventus Fratrum Ordinis huiuſmodi Civitatis Oſcenſis die Sabbato immediate antecedente Dominicam Pentecoſtes, benedicente Domino, celebrandum ſit, Nos vt opus tam pium maiori cum fructu fiat, dictumque Capitulum Generale ad Dei laudem, & gloriam, ac Ordinis pręfati propagationem magis proſpere dirigatur, & ad augendam Chriſti Fidelium Religionem, & animarum ſalutem, cœleſtibus Eccleſiæ theſauris pia charitate intenti, omnibus vtriuſque ſexus Chriſti Fidelibus verè pœnitentibus, & confeſſis, ac Sacra Communione refectis, qui prædictam Conventus præfati, ſeu aliquam aliam ex Eccleſijs Fratrũ Ordinis B. MARIÆ de Mercede Redemptionis Captivorum huiuſmodi ubique exiſtentibus dicto die Sabbati, necnon ſingulis diebus illius actualis celebrationis devotè viſitaverint, & ibi pro Chriſtianorũ Principum concordia, hæreſum extirpatione, ac Sanctæ Matris Eccleſiæ exaltatione pias ad Deum preces effuderint, plenariam, ſemel dumtaxat, omnium peccatorum ſuorum indulgentiam, & remiſſionem miſericorditer in Domino concedimus: præſentibus poſt celebrationem Capituli Generalis prædicti minimè valituris.

Viſitantibus noſtras Eccleſias diebus celebrationis Cap. Gen. plenariam indulgentiã concedit.

2 Volumus autem, quod ſi pro impetratione, præſentatione, admiſſione, ſeu publicatione præſentium aliquid, vel minimum detur, aut ſponte oblatum recipiatur, præſentes nullæ ſint: quodque præſentium trãſumptis, etiam impreſſis, manu alicuius Notarij publici ſubſcriptis, & ſigillo Perſonę in dignitate Eccleſiaſtica conſtitutæ munitis, eadem proſſus fides adhibeatur, quæ præſentibus adhiberetur, ſi forent exhibitæ, vel oſtenſæ.

Gratis publicetur indulgentia, aliàs nulla ſit.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Maiorem, ſub Annulo Piſcatoris, die 3. Octobris 1691. Pontificatus noſtri anno 1.

I. F. Cardin. Albanus.

Habetur originale in Archivo Generali noſtro Matritenſi.

INNOCENTII XII.

CONSTITVTIO II.

Quinquageſimo tertio M. Generali Fr. Ioſepho Linàs.

Procuratore Generali in Vrbe M. Fr. Martino Salvador, & Gilaberte.

COMPENDIVM.

E Bibliotheca Cæſarauguſtana libros extrahi prohibet.

INNOCENTIVS PAPA XII. AD perpetuam rei memoriam.

Edità an. 1691.

1 Conſervationi, & manutentioni librorum Bibliothecæ Conventus Sancti Lazari Cæſarauguſtani Fratrum Ordinis Beatæ MARIÆ de Mercede Redemptionis Captivorum, quantum cum Domino poſſumus, benigne conſulere, ac dilectum filium Martinum Salvatorem Gilaberte Vicarium, & Procuratorem Generalem dicti Ordinis ſpecialibus favoribus, & gratijs proſequi volentes, & à quibuſvis excommunicationis, ſuſpenſionis, & interdicti, alijſque Eccleſiaſticis ſententijs, cenſuris, & pœnis à iure, vel ab homine quavis occaſione, vel cauſa latis, ſi quibus quomodolibet innodatus exiſtit, ad effectum præſentium tantum conſequendum, harum ſerie abſolventes, & abſolutum fore cenſentes, ſupplicationibus eius nomine nobis ſuper hoc humiliter porrectis inclinari, ne de cætero quiſquam quavis authoritate, officio, ac ſuperioritate fungens libros, quinterna, folia, ſive impreſſa, ſive manuſcripta, tam hactenus per quoſcumque Chriſti Fideles eidem Bibliothecæ donata, & aſſignata, quàm in poſterum forſan donanda, & aſſignanda quibuſvis perſonis commodare, aut ſub quovis quæſito colore, ingenio, cauſa, ratione, vel occaſione è Bibliotheca huiuſmodi extrahere, vel aſportare, ſeu vt commodentur, extrahantur, & aſportentur permittere, aut conſentire audeat, ſeu præſumat, ſub excommunicationis latæ ſententiæ, ac privationis vocis activæ, & paſſivæ, pœnis eo ipſo abſque alia declaratione incurrẽdis authoritate Apoſtolica, thenore præſentium interdicimus, & prohibemus: non obſtantibus conſtitutionibus, & ordinationibus Apoſtolicis, ac Ordinis, & Conventus huiuſmodi, etiam iuramento, confirmatione Apoſtolica,

Libri è Bibliothecà nõ extrahãtur.

vel quavis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus, cæterisque cõtrarijs quibuscumque.

Copia huius brebis in loco perspicuo affigatur.

2 Volumus autem, vt præsentis prohibitionis copia in valvis dictæ Bibliothecæ, vel aliquo alio dicti Conventus conspicuo loco, quo ab omnibus cerni possit, continuo affixa remaneat.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Maiorem, sub Annulo Piscatoris, die 12. Octobris 1691. Pontificatus nostri anno 1.

I.F. Cardinalis Albanus.

INNOCENTII XII.

CONSTITVTIO III.

Quinquagesimo tertio M. Generali M. Fr. Iosepho Linàs.

Procuratore Generali in Vrbe M. Fr. Martino Salvatore Gilaberte.

COMPENDIVM.

Novam constitutionum nostrarum compilationem, ex decreto Capituli Generalis Optensis, à SS. D. Innocentio XI. confirmato, factam, interserit, & confirmat.

Edita an. 1691.

INNOCENTIVS PAPA XII. AD perpetuam rei memoriam.

Ex iniuncto Nobis divinitus Apostolicæ Servitutis munere, illa, quæ pro feliciter gubernandis, & salubriter dirigendis Religiosorum virorum, vota sua Altissimo in Sanctitate, & iustitia assidue redere satagentium, ac propriç, alienæque, non spirituali tantum, sed etiam corporali saluti studiosa charitate iugiter incumbentium, Ordinibus, in Ecclesia Dei pie, facteque institutis, provide, prudenterque disposita, atque ordinata esse noscuntur, vt firma semper, atque illibata persistant, Apostolici muniminis præsidio, cum id à Nobis petitur, libenter roboramus, sicut ad Omnipotentis Dei gloriam, Religionis, & piorum operum incrementum, & fçlicem progressum, ac animarum salutem in Domino expedire arbitramur.

1 Exponi siquidem Nobis nuper fecit dilectus filius Martinus Salvator Gilaberte, Vicarius, & in Romana Curia Procurator Generalis Ordinis Fratrum Beatæ MARIÆ de Mercede Redemptionis Captivorum in Sacra Theologia Magister, quod cum aliàs ad præscriptũ cuiusdã ordinationis, in postremo Capitulo Generali dicti Ordinis, editæ pro fœlici, prosperoque sui Ordinis regimine, & gubernio, nova constitutionum eiusdem Ordinis coordinatio, seu compiliatio facta fuerit, & subinde constitutiones huiusmodi, sic coordinatæ, & compilatæ ad fœl. rec. Alexandrum Papam VIII. Prædecessorem nostrum transmissæ fuerint, vt suo, & Sanctæ Sedis patrocinio munirentur. Ipse Alexander Prædecessor easdem cõstitutiones sibi exhibitas, nonnullis ex Venerabilibus Fratribus nostris, tunc suis S.R.E. Cardinalibus, quorum pietas, prudentia, rerum vsus, & Sacrorum Canonum peritia sibi longe perspecta erat, discutiendas commissit, qui mandatis eiusdem Alexandri Prçdecessoris morem gerentes, illas mature, diligenterque examinarunt, & nonnullis sublatis, nonnullis adiectis, alijsque, vbi opus fuit, correptis, & emendatis, constitutiones ipsas in vnum redigi curarunt, tenoris qui sequitur, videlicet.

Nova cõstitutionũ compilatio Romã ad Alex. VIII. pro confirmatione missa.

Eius revisio Cardinalibus cõmittitur.

Attestatio, & fides Secretarij de compilatione cõstitutionũ legitime facta.

2 Noverint vniversi, quod cum die 15. Novembris, anno Domini 1687. essent legitime vocati, & coogregati in hoc Curiç Matritensis Cçnobio, Regalis, ac Militaris Ordinis BB. V. M. de Mercede Redemptionis Captivorum viri omnes, & personæ, ex prædicto Ordine destinatæ, ad novam exequendam coordinationem, compilationem, & texturam constitutionum eiusdem Ordinis, stabilitam in septimo decreto eius Generalis Capituli in Conventu, & Civitate Optensi, Regni Castellæ proxime celebrati, die prima Iunij, anno superiori 1686. in quo videlicet sancitum fuit, vt ad præfatam novam, perfectioremque constitutionum compilationẽ, quædam specialis constitueretur congregatio virorũ ex primis, & præcipuis eiusdem Ordinis, quos nominatim assumens, in hunc modum ad prædictam Congregationem designavit: nimirum pro Aragoniæ, & Galliæ Provincijs R.R. P.M.Fr. Iosephum Linàs totius prædicti Ordinis Generalem Magistrum, Dominum Barooiarum de Algar, & Escales, & Supremi Senatus Fidei Cẽsorem, pro Castellæ Provincia R.P.M.Fr. Iosephum Gonzalez tunc temporis Provincialem eiusdem, á Consilijs Supremi Inquisitionis Senatus, & Academiæ Salmantinæ vespertinum moderatorem. Pro Valentina Provincia R. P. M. Fr. Damianum Stephanum Diffinitorem Generalem eiusdem. Pro Vandalia R. P. M.Fr. Marcum de Ostos Exprovincialem, & Diffinitorem Generalem eiusdem Provinciæ, Concionatorem Regium, ac prædicti Summi Fidei cœtus Censorem. Pro Novæ Hispaniæ Provincijs

Congregatio Patrum à Capitulo Gẽ. Optensi pro nova Constitutionũ cõpilatione designata, quorum fere omnes ad pręsens pontificio fulgẽt honore, cæteris morte correptis.

cijs

cijs R.P.M.Fr.Michaelem Mayers, Exprovincialem, & Diffinitorem Generalem Castellanæ Provinciæ, Exvicarium Generalem eiusdem Novæ Hispaniæ Provinciarum, Regiumque Concionatorem. Pro Peruanis Provincijs, & Italica R.P.M.Fr.Ferdinandum de Carvajal, & Ribera Exvicarium Generalem earum, & in Romana Curia Generalē Procuratorem: in quorum insuper locum, cum à præfato Capitulo concessa fuisset facultas prædicto Reverendissimo Generali, vt quolibet deficiente, alios per se solum, & pro libito substitueret; & ipse virtute facultatis huiusmodi, pro prædictis R. P. M. Fr. Iosepho Gonzalez, & R.P.M.Fr. Ferdinando de Carvajal, legitimè postmodum impeditis, ob assumptionem primi, ad Episcopatum Mirobrigensem, & secundi ad Archiepiscopatum Insularum S. Dominici, alios instituisset viros; pro primo scilicet, R.P.M.Fr.Petrum Garcia Provincialem Provinciæ Castellæ, & eius fortase loco, si munere, vel aliàs impediretur, vti re vera impeditus fuit, R.P.M. Fr. Hieronymum de Mendoza Diffinitorem Generalem eiusdem Provinciæ, Regiumque Concionatorem, & pro secundo R.P.M.Fr.Iacobum Briceño Provincialem Chilensem, qui tūc aderat in Regali Conventu Matritensi: Cum in hoc, inquam, omnes prædicti viri essent legitime congregati, vt præmissū est, in forma Diffinitorij Generalis, & prædictæ plenitudine facultatis vtentes, ad præfatam constitutionum texturam concessa, denuoque roborata, & confirmata à SS. D. N. Innocentio XI. in eius Bulla quæ incipit *Militantis Ecclesię*, sub datum Romæ apud Sanctam Mariam Maiorem, sub Annulo Piscatoris, die 15. Maij, anno Domini 1687. & sui Pontificatus vndecimo. Cumque tam prædictus Magister Ordinis, quàm tota præfata Congregatio in eiusdem Secretarium me infra subscriptum Fr. Michaelem de Vlate Præsentatum de numero ex dicta Castellæ Provincia legitime constituissent, initium dederunt prædictæ Congregationis actibus, & sessionibus cum ea solemnitate, & invocatione Spiritus Sancti, quę in nostri Ordinis Generalibus Diffinitorijs de more prę mituntur, & in illis quidem rebus omnibus serio, cōsulto, & mature discussis prędictam constitutionum compilationem ordinarunt in hanc, quæ sequitur formam.

Sequitur tenor Constitutionum nostrarum.

Quare præfatus Martinus Salvator Procurator Generalis humiliter Nobis supplicari fecit, vt constitutiones huiusmodi Apostolicæ confirmationis patrocinio communiri de benignitate Apostolica dignaremur.

3 Nos igitur ipsius Martini Salvatoris Procuratoris Generalis votis hac in re, quantum cum Domino possumus, favorabiliter annuere volentes, eumque à quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, alijsque Ecclesiasticis sententijs censuris, & pœnis à iure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatus existit ad effectum præsentium dumtaxat consequendum, harum serie absolventes, & absolutum fore censentes, huiusmodi supplicationibus inclinati, omnes, & singulas Constitutiones præinsertas, & in eis contenta quæcumque authoritate Apostolica tenore præsentium perpetuo confirmamus, & approbamus, illisque inviolabilis Apostolicæ firmitatis robur adjicimus, ac omnes, & singulos iuris, & facti, ac solemnitatum quarumcumque, in similibus, etiam de necessitate observādarum, aliosve quoslibet, etiam formales, & substantiales defectus, si qui in præmissis principaliter, vel accessorie, aut aliàs quovis modo intervenerint, seu intervenisse dici, censeri, vel prætendi possent, pœnitus, & omnino supplemus: Decernentes easdem præsentes litteras, ac Constitutiones præinsertas semper firmas, validas, & efficaces existere, & fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere: ac illis ad quos spectat, & pro tempore quandocumque spectabit, in omnibus, & per omnia plenissime suffragari, & ab eis respective inviolabiliter observari, sicque in præmissis per quoscumque Iudices Ordinarios, & Delegatos, etiam causarum Palatij Apostolici Auditores, ac S.R.E.Cardinales, etiam de latere legatos, & Apostolicæ Sedis Nuntios, aliosve quoslibet quacumque præheminentia fungentes, & functuros, sublata eis, & eorum cuilibet, quavis aliter iudicandi, & interpretandi facultate, & authoritate, iudicari, & diffiniri debere, ac irritum, & innane, si secus super hisà quoquam quavis authoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Cōfirmat Pontifex nostras constitutiones.

4 Non obstantibus constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, ac quatenus opus sit, dicti Ordinis, alijsve quibusvis, etiam iuramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus, privilegijs quoque indultis, & litteris Apostolicis, etiam Ordini prædicto, illiusque Superioribus, Fratribus, & personis sub quibuscumque verborum tenoribus, & formis, ac cum qui-

Contraria irritat.

quibusvis, etiam derogatoriarum derogatorijs, alijsque efficatioribus, efficacissimis, & insolitis clausulis, irritantibusque, & alijs decretis in genere, vel in specie, seu aliàs quomodolibet in contrarium concessis, aut pluries confirmatis, approbatis, & innovatis.

Derogat etiam eis de quibus specialis, ac de verbo ad verbum mentio habẽda esset.

5 Quibus omnibus, & singulis, etiamsi pro illorum sufficienti derogatione de illis, eorumque totis tenoribus specialis, specifica, expressa, & individua, ac de verbo ad verbum, non autem per clausulas generales idem importantes mentio, seu quævis alia expressio habenda, aut aliqua alia exquisita forma ad hoc servanda foret, tenores huiusmodi, ac si de verbo ad verbum, nihil pœnitus omisso, & forma in illis tradita exprimerentur, & insererentur, præsentibus pro plene, & sufficienter expressis, & insertis habentes, illis aliàs in suo robore permansuris, ad præmissorum effectum, hac vice dumtaxat specialiter, & expressè derogamus, cæterisque contrarijs quibuscumque.

Eandem fidem iubet afferri trãsumptis.

6 Volumus autem, vt earumdem præsentium litterarum transumptis, seu exemplis, etiam impressis, manu alicuius Notarij publici subscriptis, & sigillo personæ in Ecclesiastica dignitate constitutæ munitis eadem prorsus fides tam in iudicio, quàm extra illud vbique locorum habeatur, quæ haberetur ipsis præsentibus, si forent exhibitæ, vel ostensæ.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Maiorem, sub Annulò Piscatoris, die 7. Decembris 1691.

I. F. Cardin. Albanus.

Loco † Annuli Piscatoris.

I. Dominicus Thomasius A. C. L. ris.

Habetur originalis Romę, & Casarangustę apud nostra deposita.

INNOCENTII XII.

CONSTITVTIO IV.

Quinquagesimo quarto Mag. Generali Fr. Ioanne Antonio de Velasco.

Procuratore interino Fr. Francisco Maria Bichi.

COMPENDIVM.

Electio Magistri Generalis, facta de persona præfati Mag. Fr. Ioannis Antonij de Velasco Apostolico patrocinio roboratur.

Edita an. 1692.

INNOCENTIUS PAPA XII. DILEcto filio Ioanni Antonio de Velasco Ordinis Frartum Beatæ MARIÆ de Mercede Redemptionis Captivorum Generali Magistro. Dilecte fili salutem, & Apostolicam benedictionem.

Dotes M. Gen. commendat.

1 Religionis zelus, litterarum scientia, vitæ, ac morum honestas, aliaque laudabilia probitatis, & virtutum merita, super quibus apud Nos fidedigno commendaris testimonio, Nos inducunt, vt te specialibus favoribus, & gratijs prosequamur.

M Fr. Ioãnes Antonius Velasco Ofcę Gen. eligitur.

Exponi siquidem Nobis nuper fecit dilectus filius Franciscus Maria Bichi Frater, & Procurator Generalis Fratrum Ordinis Beatæ MARIÆ de Mercede Redemptionis Captivorum, quod in Capitulo Generali dicti Ordinis, Oscæ in Hispania proximè celebrato, tu, qui Superior Provincialis Provinciæ Castellæ eiusdem Ordinis eras, in Magistrum Generalem Ordinis præfati à Vocalibus ipsius Capituli, iuxta decreta Concilij Tridentini, canonice electus fuisti: cum autem, sicut eadem expositio subiungebat, consuetudine receptum, ac etiam per constitutiones dicti Ordinis præscriptum sit, vt eiusmodi canonicarum electionum confirmatio ab hac Sancta Sede imperretur, Nobis propterea dictus Frãciscus Maria Procurator Generalis humiliter supplicari fecit, vt tibi in præmissis opportune providere de benignitate Apostolica dignatemur.

Electio M. G. confirmatur.

2 Nos igitur, te speciali favore gratiæ prosequi volentes, ac tui, & eiusdem Francisci Mariæ Procuratoris Generalis singulares Personas à quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, alijsque Ecclesiasticis sententijs, censuris, & pœnis à iure, vel ab homine

homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatæ existunt, ad effectum præsentium dumtaxat consequendum, harum serie absolventes, & absolutas fore censentes, huiusmodi supplicationibus inclinati, electionem de persona tua in Magistrũ Generalem Ordinis præfati factam, vt præfertur, authoritate Apostolica tenore præsentium confirmamus, & approbamus, illique inviolabilis Apostolicæ firmitatis robur adijcimus.

Robur adijcitur confirmationi.

3 Decernentes ipsas præsentes literas, firmas, validas, & efficaces existere, & fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere; ac tibi in omnibus, & per omnia plenissimè suffragari, sicque in præmissis per quoscumque Iudices Ordinarios, & delegatos, etiam causarum Palatij Apostolici Auditores iudicari, & diffiniri debere, ac irritum, & innane si secus super his à quoquam quavis authoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari. Non obstantibus constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, cæterisque contrarijs quibuscumque.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Maiorem, sub Annulo Piscatoris, die 4. Iulij 1692. Pontificatus nostri anno 1.

I.F.Cardinalis Albanus.

Habetur originale Matriti.

SVB INNOCENTIO XII.

DECRETVM I.

Quinquagesimo tertio M. Generali M. Fr. Iosepho Linàs.

Procuratore Generali in Vrbe M. Fr. Martino Salvatore Gilaberte.

COMPENDIVM.

Approbat declarationem super cultu immemorabili S. MARIÆ de Socòs Monialis professa Ordinis nostri, à Sacra Congregatione factam.

Barcinonensis.

Canonizationis B. MARIÆ de Socòs Monialis professæ Ordinis Beatæ MARIÆ de Mercede Redemptionis Captivorum.

Editũ an. 1692.

PROPOSITO IN CONGRATIONE ordinaria Sacrorum Rituum per Eminentissimum, & Reverendissimum D.Cardinalem Casanate ponentem dubio, an constet de cultu immemorabili præstito dictæ Beatæ MARIÆ de Socòs, & an sententia super eo lata à Vicario Generali Barchinonensi Iudice à præfata Sacra Congregatione Delegato sit confirmanda in casu, & ad effectum de quo agitur, eadem Sac. Congregatio audito Reverendis. Archiepiscopo Miteñ. Fidei Promotore tam in scriptis, quàm in voce, instante R. P. M. Fr. Martino Salvatore Gilaberte Vicario, & Procuratore Generali prædicti Ordinis B. MARIÆ de Mercede huiusmodi causæ postulatore, censuit constare de cultu immemorabili, & sententiam prædicti Vicarij Generalis Barchinonensis esse confirmandam, si SS. D. N. placuerit. Die 9. Februarij 1692.

Cultus immemorabilis S.M Socos declaratur.

Et facta de prædictis SS. D. N. Innocentio Papæ XII. per me Secretarium relatione, Sanctitas sua annuit die 13. eiusdem mensis Februarij 1692.

A.Episc.Ostien.Cardin.Cybo.

Loco ✝ Sigilli.

I. Valemanus Sac. Rit. Cong. Sec.

Habetur originale Matriti.

SVB INNOCENTIO XII.

DECRETVM II.

Quinquagesimo quarto Mag. Generali Fr. Ioanne Antonio de Velasco.

Procuratore Generali apud Vrbem M. Fr. Bernardo Cariñena, & Ypenza in Theologia Magistro in Cæsaraugustana Academia laureato, egregio acumine, & scientia pollenre viro, in concionando præclaro, rebus gerendis solertissimo.

COMPENDIVM.

Officium, & Missam de communi Virginum pro festo S. MARIÆ Socòs Ordinis nostri, sub Ritu semiduplici Ordini nostro die 19. Septembris quotannis celebrandum indulget.

Barcinonensis.

Canonizationis Beatæ MARIÆ de Socòs Ordinis Beatæ MARIÆ de Mercede Redemptionis Captivorum.

REMISSO SACRORVM RItuum Congregationi supplici libello

Editũ an. 1694.

bello à R.P.M.Fr. Bernardo Catiñena, & Ypenza Vicario, & Procuratore Generali Ordinis Beatæ MARIÆ V. de Mercede Redemptionis Captivorum, & huiusmodi causæ postulatore SS. D. N. porrecto, in quo humillime supplicabat Sanctitati suæ, vt de Beata MARIA prædicta, de cuius cultu immemorabili die 9. Februarij 1692. cum subsecutá approbatione SS. die 13. eiusdem mensis, & anni fuit responsum constare; facultatem pro sua Religione recitandi Officium, & celebrãdi Missam de communi Virginum, sub Ritu semiduplici die 19. Septembris natalitio eiusdem Beatæ singulis anni benigne concedere dignaretur: Sacra eadem Congregatio ad relationem Eminentissimi, & Reverendissimi D. Cardinalis Casanate ponentis, audito prius, tàm in scriptis, quàm in voce Revetendissimo Archiepiscopo Mireñ. Fidei Promotore, omnibus bene perpensis, ac mature consideratis gratiam petitam pro Religiosis vtriusque sexus dicti Ordinis Beatæ MARIÆ de Mercede tantum concedi posse censuit, si SS.D.N. videbitur. Die 2. Octobris 1694.

Et facta deinde SS.D. N. de prædictis per me Secretarium relatione, Sanctitas sua benigne annuit. Die 9. eiusdem mensis, & anni 1694.

A. Cardinalis Cybo.

Loco † Sigilli.

B. Inghirami Sac. Rit. Congreg. Secret.

Habetur originale Barchinone.

SVB INNOCENTIO XII.

DECRETVM III.

Eisdem Magistro, & Procuratore Generalibus.

COMPENDIVM.

Officium Sancti Petri Paschasij duplex secunda classis cum octava Ordini nostro celebrandum conceditur.

Ordinis Beatæ MARIÆ Virginis de Mercede Redemptionis Captivorum.

Editũ an. 1695.

SACRORVM RITVVM CONgregatio ad humillimas preces R.P. M.Fr. Bernardi de Cariñena, & Ypenzã Vicarij, ac Procuratoris Generalis Ordinis Beatæ MARIÆ Virginis de Mercede Redemptionis Captivorum, ab Eminentissimo D. Cardinali Casanate relatas, audito, tàm in scriptis, quàm in voce Reverendissimo Arciepiscopo Mireñ. Fidei Promotore, vtriusque sexus Religiosis Ordinis præfati in posterum recitandi Officium, & Missam celebrandi de Beato Petro Paschasio Martyre, & Episcopo Giennen. sub Ritu duplici secundæ classis cum octava, aliàs sub Ritu duplici concessam, facultatem concedi posse censuit, si SS.D.N. placuerit. Die 18. Iunij 1695.

Facta igitur deinde per me Secretarium de prædictis SS. D.N. relatione, Sanctitas sua benigne annuit die 22. eiusdem mensis Iunij, & anni 1695.

A. Cardinalis Cybo.

Loco † Sigilli.

B. Inghirami Sac. Rit. Congreg. Secret.

SVB INNOCENTIO XII.

DECRETVM IV.

Eisdem Magistro, & Procuratore Generalibus.

COMPENDIVM.

Officium S. Mariæ de Socos à die 19. Septembris, festo SS. Ianuarij, & Sociorum impedita, ad diem 25. eiusdem transfertur perpetuo.

Ordinis Beatæ MARIÆ Virginis de Mercede Redemptionis Captivorum.

Editũ an. 1695.

CVM ALIAS SVB DIE 2. Octobris 1694. ad humillimas preces R.P.M.Fr. Bernardi de Carignena, & Ipenza, Procuratoris, & Vicatij Generalis Ordinis B.MARIÆ de Mercede Redemp.Cap. Religiosis vtriusq; sexus Ordinis prædicti Sacrorũ Rituum Congregatio singulis annis de B. Maria de Socos die eiusdem Natalitio Officium recitare, Missamque sub Ritu semiduplici celebrare posse benigne indulserit.

Cumque idem Orator diem Natalitium Beatæ prædictæ in festo S. Ianuarij Martyris, quod ab Ecclesia vniversali sub Ritu duplici recitatur occurre-

re

re expoſuerit, & propterea ne feſtum eiuſdem Beatæ omninò transferendum quotannis, vagetur, Sacrorum Rituum Congregationi humiliter ſupplicaverit, vt pro celebratione feſti dictæ Beatæ diem fixam decerneret, & ſi magis placeret, 25. menſis Septembris. Eminentiſſimi Patres eidem Sacræ Congregationi Præpoſiti pro celebratione feſti dictæ Beatæ in poſterum diem 25. menſis Septembris fixam, & numquam immutandam pro Religione aſſignandam benigne cenſuerunt. Die 9. Iulij 1695.

A Cardin. Cybo.

Loco † Sigilli.

B. Inghirami Sac. Rit. Congreg. Sec.

Habetur originalis in ſæpe memoratis Archivis.

SVB INNOCENTIO XII.

DECRETVM V.

Eiſdem Magiſtro, & Procuratore Generalibus.

COMPENDIVM.

Pro Officio B. Mariæ de Socos lectiones 2. Nocturni, & Orationem propriam Religioni concedit.

DIE XXV. SEPTEMBRIS.

IN FESTO

BEATÆ MARIÆ DE SOCOS Virginis.

Ordinis Beatiſſimæ Virginis MARIÆ de Mercede Redemptionis Captivorum.

Lectio iv.

MARIA nobili familia de Cervello Barcinone in Hiſpania nata, & à parentibus in Dei timore primis ab annis enutrita, virginitatem ſuam, cùm decem & octo eſſet annorum, illi devovit. Eius vivendi ratio erat, in publicum rariùs prodire, ægrotantibus Domeſticis ſedulò adeſſe, & in Noſocomio ter in hebdomada Pauperibus miniſtrare. Annum trigeſimum agens, defuncto Pa[illegible] habitum Monialium Tertij Ordi[illegible] MARIÆ de Mercede ſuſcepit, [illegible]ributo patrimonio in Redemptionem Captivorum, profeſſionem in eodem Ordine vna cum voto de laborando pro redimendis Captivis emiſit. Tu autem.

Lectio v.

MAtre è vivis ſublata, cum aliquot honeſtis fœminis piam, ſanctamque vitam peregit: ſolita quotidie mulierum à ſuis Fratribus redemptarum, ac Barcinonem advenientium pedes in Hoſpitali domo lavare; quinquies in hebdomada Sacra Euchariſtia refici; terque ieiunare ſolo pane, & aqua contenta: quotidianis flagellis inſuper, & ferrea catena corpus ſuum affligens. Silentium, quod mira obſervantia colebat, inanibus verbis nunquam infregit; ac parciùs indulgens ſomno, expetebat ab eiuſmodi neceſſitate liberari, vt illo ſolo frueretur inceſſanter, quo iucundantur Cœli, & Angeli lætantur. Quod diurni temporis ſupererat ab oratione, & pietatis exercitijs, in pauperes iuvãdos impendebat; nullum officij genus prætermittens, quo afflictos conſolaretur, oppreſſos liberaret, & vinctos educeret de carceribus. Tu autem.

Lectio vj.

FVturas maris tempeſtates prænũtiabat, illaſque ſæpè ſuis orationibus ſedavit: viſa aliquoties ſuper vndas incedere, quo Fratres Captivorum Redemptores, aliosque in mari periclitantes ſervaret incolumes; Vndè ei Mariæ de ſubſidio, vulgò de Socos, nomen eſt inditum. Denique poſt multa virtutum inſignia Barcinone migravit ad Dominum decimotertiò Kalendas Octobris anno ſalutis 1290. eius corpus, ex quo ſuaviſſimus odor manabat, ſepultum eſt in Eccleſia Fratrũ Ordinis ſui, quod nonageſimo poſt anno, Epiſcopo Barchinonenſi, Petro Aragoniæ Rege, cæteriſque Aulæ, & Civitatis Primatibus adſtantibus, ſolemni pompa elevatum, incorruptum repertum fuit, ac decentiori loco, vbi religioſè colitur, aſſervatum. Tu autem Domine.

ORATIO.

DEVS, qui nos conſpicis in tot periculis conſtitutos pro noſtra fragilitate non poſſe ſubſiſtere; Concede propitius, vt intercedente Beata Maria famula tua, de præſentis vitæ fluctibus educti, ad æternæ ſalutis portum pervenire valeamus. Per Dominum.

SVPRASCRIPTAS LECTIONES cum Oratione proprias de Beata Maria de Socos Virgine Ordinis BB. Virginis MARIÆ de Mercede Redemp. Cap. ab Eminentiſſimo, & Reveren-

verendissimo Domino Cardinale Casanate correctas, revisas, & relatas Sacra Rituum Congregatio approbavit, & ad humillimas preces P. M. Fr. Bernardi Carignena & Ipenza, Vicarij, & Procuratoris Generalis à Religiosis vtriusque sexus dicti Ordinis tantum die 25. mensis Septembris, festo Beatæ prædictæ, singulis annis recitari, ac imprimi posse mandavit. Hac die 3. Septembris 1695.

A Cardin. Cybo.

Loco † Sigilli.

B. Inghirami Sac. Rit. Congreg. Secret.

Habetur originale in præfatis nostris Archivis.

SVB INNOCENTIO XII.

DECRETVM VI.

Eisdem Magistro, & Procuratore Generalibus.

COMPENDIVM.

Officium, & Missam B. MARIÆ de Mercede Matris nostræ sub Ritu duplici Breviario Romano inseri, & ab omnibus recitari præcipitur.

VRBIS, ET ORBIS.

Edita an. 1696.

CVM R. P. M. BERNARDVS Carignena & Ipenza, Vicarius, & Procurator Generalis Ordinis B. MARIÆ Virginis de Mercede Redemptionis Captivorum humiliter Sanctissimo Domino nostro Innocentio Papæ XII. supplicaverit, vt Officium B. MARIÆ Virginis de Mercede prædictæ, aliàs sub die 16. Decembris anni 1679. in omnibus Regi Catholico subiectis dominijs, & sub 2. Decembris anni 1690. in Regno Christianissimi Regis Galliarum ab omnibus vtriusque sexus, qui ad Horas Canonicas tenentur sub Ritu duplici de præcepto Dominica Kalendis Augusti proximiori recitari concessi, pro vniversali Ecclesia sub eodem Ritu, & de præcepto extensione vnà cum Missa, dignaretur cōcedere; cumq; Sāctitas sua huiusmodi supplices preces ad Sac. Rituum Congregationem remiserit, easque ad pias Sacræ Maiestatis Cæsareæ instantias, Eminentis. & Reverendis. D. Cardinalis Otthobonus in eadem Sac. Rituum Congregatione retulerit. Sac. eadem Rituum Congregatio, audito, tam in voce, quàm in scriptis Reverendis. D. Archiepiscopo Myren. fidei Promotore: pro gratia sub eodem Ritu de præcepto, & pro die ab Eminentis. & Reverendis. D. Cardinale Coloredo assignanda respondendum censuit; ac insuper Officiū proprie in die S. Mariæ ad Nives, exceptis tantum lectionibus 2. Nocturni, & Oratione proprijs, recitari demandavit, si SS. D. N. videbitur. Die 18. Februarij 1696.

Et facta deinde per me Secretarium de prædictis omnibus Sanctitati suæ relatione, Sanctitas sua benigne annuit. Die 22. Februarij eiusdem anni 1696.

DECRETVM PRO DIEI assignatione.

VRBIS, ET ORBIS.

Edita an. 1696.

CVM SACRA CONGREGATIO Rituum sub die 18. currentis Februarij 1696. referente Eminentis. & Reverēdis. Cardinale Otthobono Missam, & Officium B. Virginis de Mercede Missali, & Breviario Romano inseri, & ab omnibus, qui ad Horas Canonicas tenentur respectivè recitari mandaverit sub Ritu duplici de præcepto pro die ab Eminentis. & Reverendis. Domino Cardinale Coloredo designanda: Idem Eminentis. & Reverendis. Dominus Cardinalis Coloredus, eiusdem Sacræ Congregationis mētem exequens, elegit, & assignavit diem vigesimam quartam mensis Septembris. Die 23. Februarij 1696.

A Cardin. Cybo.

Loco † Sigilli.

B. Inghirami Sac. Rit. Cong. Sec.

Originale invenies in Archivis nostris Romano, & Matritensi.

SVB INNOCENTIO XII.

DECRETVM VII.

Eiſdem Magiſtro, & Procuratore Generalibus.

COMPENDIVM.

Lectiones 2. Nocturni, & Orationem B. MARIÆ de Mercede M.N. in Breviario Romano deſcribenda approbat.

DIE XXIV. SEPTEMBRIS.

IN FESTO

BEATISSIMÆ

VIRGINIS MARIÆ

DE MERCEDE.

DVPLEX.

Omnia dicuntur, vt in Feſto ad Nives, prçter ea, quæ ſequuntur.

ORATIO.

DEVS, qui per glorioſiſſimam Filij tui Matrem ad liberandos Chriſti fideles à poteſtate Paganorum nova Eccleſiam tuam prole amplificare dignatus es: præſta quæſumus, vt quam piè veneramur tanti operis Inſtitutricem, eius pariter meritis, & interceſsione à peccatis omnibus, & captivitate Dœmonis liberemur.

Lectio iv.

QVO tempore maior, fœliciorque Hiſpaniarum pars diro Saracenorum opprimebatur iugo, innumerique fideles ſub immani ſervitute, maximo cum periculo Chriſtianę Fidei abiurandæ, amittendæque ſalutis æternæ infeliciter detinebantur: Beatiſſima Cœlorum Regina tot, tantiſque benigniter occurrens malis, nimiam Charitatem ſuam in ijs redimendis oſtendit. Nam Sancto Petro Nolaſco pietate, & opibus florenti, qui Sanctis vacans meditationibus iugiter animo recogitabat, qua ratione tot Chriſtianorum ærumnis ſub Maurorum captivitate degentium ſuccurri poſſet, ipſamet Beatiſſima Virgo ſerena fronte ſe conſpiciendam dedit, & acceptiſſimum ſibi, ac Vnigenito ſuo Filio fore dixit, ſi ſuum in honorem inſtitueretur Ordo Religioſorum, quibus curā incumberet Captivos e Turcarum Tyrannide liberandi. Qua Cœleſti viſione Vir Dei recreatus, mirum eſt, quo Charitatis ardore flagrare cœperit, hoc vnum ſervans in corde ſuo, vt ipſe, ac inſtituenda ab eo Religio maximam illam Charitatem ſedulò exercerent, vt quiſque animam ſuam poneret pro Amicis, & Proximis ſuis.

Lectio v.

EA ipſa nocte eadem Virgo Sanctiſſima Beato Raymundo de Peñafort, & Iacobo Aragoniæ Regi apparuit, idipſum de Religioſis inſtitnendis admonens, ſuadenſque, vt opem pro conſtructione tanti operis ferrent. Petrus autem ſtatim ad Raymundi pedes, qui ipſi erat à Sacris Confeſſionibus advolans, ei rem omnem aperuit, quem etiam cœlitus inſtructum reperit, eiuſque directioni ſe humillimè ſubiecit. At ſuperveniens Iacobus Rex, quam, & ipſe acceperat à Beatiſſima Virgine revelationem exequi ſtatuit. Vndè collatis inter ſe conſilijs, & conſentientibus animis, in honorem eiuſdem Virginis Matris Ordinem inſtituere aggreſſi ſunt ſub invocatione Sanctæ Mariæ de Mercede Redemptionis Captivorum.

Lectio vj.

DIE igitur decima Auguſti Annō Domini milleſimo ducenteſimo decimo octavo, Rex idem Iacobus eam inſtitutionem iam pridem ab ijſdem Sanctis Viris conceptam exequi ſtatuit, Sodalibus quarto voto adſtrictis, manendi in pignus ſub Paganorum poteſtate, ſi pro Chriſtianorum liberatione opus fuerit. Quibus Rex ipſe Arma ſua Regia in pectore deferre conceſſit, & à Gregorio IX. illud tam præcellentis erga proximum Charitatis Inſtitutum, & Religionem confirmari curavit. Sed & ipſe Deus per Virginem Matrem incrementum dedit, vt talis Inſtitutio celeriùs, ac fœliciùs totum per Orbem divulgaretur, Sanctiſque Viris floruerit Charitate, ac pietate inſignibus, qui eleemoſynas à Chriſti fidelibus collectas in pretium Redemptionis ſuorum proximorum expenderent, ſeque ipſos interdùm darent in redemptionem multorum. Vt autem tanti beneficij, & Inſtitutionis debitæ Deo, & Virgini Matri referantur gratiæ, Sedes Apoſtolica hanc peculiarem feſtivitatem celebrari, & Officium recitari indulſit, cum alia ferè innumera eidem Ordini Privilegia pariter contuliſſet.

SVprafcriptas Lectiones fecundi Nocturni cum Oratione proprias B. Virginis MARIÆ de Mercede, referente Eminentiffimo, & Reverendiffimo Domino Cardinale Otthobono; Sacra Rituum Congregatio approbavit, & ab vtroque Clero Vniverfalis Ecclefiæ tam Seculari, quàm Regulari vtriufque fexus iuxtà Decretum Sacræ eiufdem Cõgregationis fub hac infrafcripta die editum, cum fubfequuta Sanctiffimi Domini Noftri Innocentij Papæ XII. approbatione fub die 22. Februarij eiufdem anni, fub ritu duplici de præcepto, vna cum Officio, prout in fefto Sanctæ Mariæ ad Nives die 24. Septembris recitari mandavit, ac infuper Breviario Romano inferi, & Typis mandari poffe benignè conceffit. Die xviij Februarij 1696.

A. Epifc. Oftien. Card. Cybo.

Locus † Sigilli.

B. Inghirami Sac. Rituum Congreg. Secret.

AD annum 1693. idem Pontifex Innocentius XII. affumpfit ad Ecclefiam S. Crucis de la Sierra apud Indos Peruanos D. Fr. Francifcum Padilla Ordinis noftri Epifcopum Portus divitis, vbi ad præfens egregie, & laudabiliter regit.

Ad annum 1694. die 11. Octobris fub eodem Pontifex conftitutus eft Tarraconenfis Miftarcha, Hifpaniarum Primas M. Fr. Iofephus Linàs quinquagefimus tertius Magifter Generalis noftri Ordinis, qui in Monafterio Beatæ MARIÆ de Efcarpe Ordinis S. Bernardi in Cathalonia confecratus, celèter in præfentiarum moderatur, de quo vide in Cathalogo Generalium.

Eodem anno præpofitus eft Ecclefiæ Alguerenfi in Sardinia M. Fr. Francifcus Femades Gottolanus Aragoniæ Provincialis, egregius Theologus, & Concionator, animarum zelantiffimus ductor, in omnium virtutum praxi verfatiffimus, qui vitæ regularis amore illaqueatus, atque præ humilitate reluctaus abnuit Epifcopatum.

Eodem anno affumptus eft ad Epifcoparum Plafentinum in Caftella D. Fr. Iofephus Gonzalez Ordinis noftri, Epifcopus Mirobrigenfis, feu Civitatenfis, qui virtutum exemplar nunc oves creditas pafcit verbo, & exemplo.

BEATISSIMÆ VIRGINIS MARIÆ DE Mercede Matris Noftræ in fui cultus extenfione per hoc vltimum Decretum celebritas Barchinonenfis.

CVM iam penè excuffa haberem in hac Barchinonenfi Civitate fupra allata Apoftolica Diplomata, vt pro coronide ipfa Domina mea, Mater Domini mei, Inftitutrix noftra, quæ hoc opus incepit, dignaretur ipfum perficere, hoc vltimum fui per totum orbem terrarum cultus Apoftolicum Decretum ad meas advenit manus. Nec tamen vacare myfterio cenfui, quin potius pro fua Redemptricis Familiæ gloria factum, quod dum egregia tantæ charitatis facinora, ipfa favente, ac inftituente patrata, per hoc volumen univerfo mundo panduntur, ipfius Deiparæ tanti operis Inftitutricis laus non inter angufta Hifpaniarum, ac Galliæ, vbi iam Inftitutio celebratur, lateret fpatia, fed evulgata Apoftolico Diplomate totum per orbem, evadat celebrior: vt quæ non vnius gentis preffuram, fed totius populi Chriftiani laqueos folutura defcendit, omnium itidem populorum in fui præconium ora laxentur.

Ex-

Excepit lætabundus Ecclesiæ cætus, ó Virgo Redemptrix, tuæ solemnitatis extensionem, quoniam se tibi profitebatur obstrictam, cuius ope filios, quos immani Turcarum tyrannide deplorabat ammissos, solutis captivitatis vinculis excepit incolumes, & quos iamiam barathrum desperationis absorvere tentaverat, tua charitatis opificio ad sinum reduces Matris Ecclesiæ constituisti. Sed præ cæteris Militantis Ecclesiæ populis hæc tua Barchino Civitas præ gaudio exultavit; nec contineri valuit, quin tuæ gloriæ, in hac festivitatis tuæ extensione comparatæ, lætitiam in apertum produceret. Vix enim suprascriptum tui cultus Decretum huic Exc. Civitati annuntiatum est, universo centũ Virorum congregato Cõcilio, tuum super ipsam Vrbem descensum totius Orbis celebritate colendum conspicientes, in memoriam reducentes qualiter ab anno 1218. quo fundandi gratia hanc tuam Redẽptricem Religionem S.P.N. Petro Nolasco, S. Raymundo de Peñafort, ac Iacobo Primo Aragonum Regi apparuisti, ad hæc vsque tempora in tua protectionis asylo maxima, & innumera quotidie adinvenit subsidia, quibus obstricta te in suam maximam exoptavit, & assumpsit Patronam, & Protectricem; Nec votis defuit tua benignissima charitas: dum anno 1652. immedicabili grassante per totam Cathaloniam pestilentiæ morbo, supplex ad tuas Barchino aras provoluta miraculosam assecuta est sanitatem: Dumq; anno 1680. obseratis nubibus, clausoque Cœlo segetum, ac fructuum desperaretur vbertas, vix tuum in angustia exoravit auxilium, invenit gratiam, & misericordiam in tempore opportuno; nam laxatis ad cõspectum tuum piissimum Cœli fontibus, camporum arbusta squallore marcida, in virentes eruperunt propagines. Dumq; anno 1687. locustarum ingluvies, quæ totam ferè devastabat Hispaniam, ad Barchinonenses consedisset agros, nec humana suffectura ipsis extinguendis iudicaretur industria, solemni ad tuam plane Angelicam, ac Cœlestem Imaginem indicta deprecatione, ita celeriter consumpta est, vt mirantibus cũctis, magno impetu excussa, nec vna quidem remanẽte, in mare deiecta est. His igitur, aliisque innumeris tuæ protectionis monimentis grata, tuæque gloriæ, & honoris se debitricem existimans, vnanimi Consiliariorum suffragio hoc tui cultus decretum solemni gratiarum actione celebrandum censuerunt: & quoniam tua experimento benignitatis, nullum sibi defuisse in necessitate subsidium didicerat: dolens fidelissima Civitas Prolem Regiam Catholico nostro Hispaniarum Regi ex castissimo retardari cõnubio, clemẽtiã tuã publica pluriũ dierũ, ac humili statuit exorãdã deprecatione. Quod & factũ est, nam die 19. Maii præsentis anni 1696. ad sacrum primũ Regale tuum nostræ Religionis Templum Civitatis Magistratu adventantante, adstante simul Exc. Marchione de Gastañaga, Cathaloniæ Prorege, Regiisque Senatorũ Conciliis, vniversi populi plau-

dente concursu, Illustrissimoque D. Episcopo Barchinonensi inchoante Hymnum: Te Deum *cum alijs lætitiæ, & deprecationis Canticis; modulatisque diverso Musicorum genere carminibus, diem in tuis planè debitis laudibus consumpserunt. Interim te, ò Virgo Purissima, exorabilem prabens, vt postulata Regiæ prolis spem nobis firmares, miraculis solitis, vota nostra benigne exaudire demonstrasti, cum sequenti die inter Missarum solemnia ab eodem Illust. Episcopo, innumero adstante populo, persoluta, Claudi vnius, septennio impediti, bases solidasti; & alterius, cui immedicabiliter intestina defluxerant, occurristi remedio, sicut & fœmina, cui brachiũ tumore ita immodicè exuberaverat, quod iam iam Medici, qui illud secaret, opperiebatur manus, ad tui conspectum repente sanata est. Hac dixerim, ò Virgo Deipara, quia ocularis testis, vt quæ cuncto Christiano populo sub Redemptricis de Mercede, seu Misericordiæ Titulo solemni ritu celebranda iniungeris, omnium in tui amorem pectora incaleant, ne dum misericordiæ sinum te libenter aperire invocantibus tot indicas mirabilibus, mortalium corda laqueis irretita vecordiæ languentia tepore deficiant. Tametsi, ò Divina Mater, spem Regiæ propaginis, quam nostro Carolo Hispaniarum Regi à te exposcimus tot miraculis intulisti, ne tibi molestum sit, quod iterum, iterumque corda in tanta orbitate fundamus. Recordare obsecro, quod Proavo Regis nostri Iacobo, vt nostram Religionem in Paradiso plantares Ecclesiæ apparens, ipsum benedictionibus dulcedinis prævenisti, Fundatoris nostri gloria decorasti, & nostram ei tutelam iniunxisti, & semini eius post eum: Tuum ergo est, quæ per Hispaniæ Regem Ecclesiam Filij tui nova prole fecundasti, & ipsum Hispaniæ Regem nova prole fecundare. Hoc Barchinonis votum, hoc tua Familiæ desiderium, hoc & Hispaniæ, imò totius populi Christiani exoptatum solatium, ad tui Nominis exaltationem, honorem, & gloriam æterni Filij tui, qui cum Patre, & Spiritu Santo vivit, & regnat in sæcula sæculorum. Amen.*

Ad Sacras tuæ pietatis Aras humillime provolutus

Filiorum tuorum minimus,

Fr. Antonius Bernal del Corral.

INDEX

INDEX
RERUM, ET VERBORUM;
QUÆ IN HOC VOLUMINE
CONTINENTUR.

Litera C. *denotat Cathalogum Magistrorum Generalium, Litera* B. *significat Bullarum, seu Constitutionum seriem. Littera* D. *Decreta Congregationum. Litera* P. *Paginam. Litera* N. *Numerum marginalem.*

A

ABBAS.

ABSOLUTIO ABSOLVERE.

ACTA.

ADRIANI.

ADULPHUS.

AEGIDIUS.

AGATHA.

ALEXAN-

Index

ANTONIVS.

APPELLATIO.

ARCHIEPISCOPVS.

ARNALDVS.

AVARITIA.

AVGVSTINVS.

B

BALTHASAR.

BARCHINO.

BARTHOLOMAEVS.

BEATRIX.

BELTRANDVS.

BENEDICTVS.

BENEFACTORES.

Bene-

CLAVDIVS

CLEMENS.

CLERICI.

COLLECTORES, COLLECTA.

COLLEGIALIS, COLLEGIVM.

COMEDIAE.

COMMENDATOR.

COMMISSARIVS.

COMPOSITIO.

COMPVTA.

CONCORDIA.

CONFESSOR, CONFESSIO.

CONFRATRES, CONFRATERNITAS.

indul-

CONGREGATIO.

CONRADVS.

CONSALVI.

CONSERVATORES.

CONCILIVM.

CONSTITVTIO.

CONTRIBVTIO.

CONVENTVS.

Fr.Dio-

FAV-

Fr.

G

GABELLA.

GRADUS.

GREGORIUS.

GUERALDUS.

GUILLELMUS.

GUNDISALVI.

H

HABITUS.

HENRICUS.

HIERONYMUS.

HOSPITALITAS.

I

IACOBVS.

IEIVNIA.

IGNATIVS.

ILLEGITIMI.

IMAGO.

IMMVNITAS.

IMPEDIENTES.

IMPOSITIONES.

INCORRIGIBILES.

INDII.

INDVLGENTIA.

IOSEPHVS.

IRREGVLARITAS.

ITER.

IVDICES.

IVLII.

IVRA.

IVRAMENTVM.

IVSTINVS.

L

LAICI.

Fr.

LVPVS.

LVSITANIA.

M

MACHABAEI.

MAGDALENA.

MAGISTER.

MAGISTERIVM.

MANVALE.

MARE.

MARCVS.

MARIA.

Maria

POENAE.

PERNOCTARE.

PHILIPPVS.

PIVS.

PIZOCHÆ.

POENAE.

PRAELATVS.

PRAESENTATVRA.

PRAE-

ROMV-

VESTVA.

VESTVARIA.

VGONOTES.

VICARIVS.

VINCENTIVS.

VIRGINIVS.

VISITATOR VISITATIO.

VLISIPO.

VOX.

VOCALES.

VOTA.

VRBANVS.

Z

CARDINALIS.

FINIS.

FINE